STATVTA
ALMAE VRBIS ROMAE
AVTHORITATE GREGORII PP. XIII.

A SENATV POPVLOQ. ROMANO
EDITA ET REFORMATA.

CVM GLOSSIS
D. LEANDRI GALGANETTI
I. C. Collensis, ac Ciuis Romani: Comitis Palatini, ac Auratæ Militiæ Equitis, in Romana Curia Causarum Aduocati Clarissimi,

ET AD PRÆSENS IVDICIS APPELLATIONVM nullitatum Vrbis, ac Romani Populi Capitanei.

CVM PRIVILEGIIS, & Authoritate Reuerendissimorum DD. Superiorum.



ROMAE M.DCXI.
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

PAVLO V. PONT. OPT. MAX. BENEFACTORI.

LEANDER GALGANETTVS FOELICITATEM.

VT Appellationes, & nullitates Iudiciorum in foro Capitolino recognoſcendi munus tua mihi, Pater Beatiſſime, ſub initium Pontificatus auctoritate delatum omni ex parte, quoad poſſim, expleam; nullum laborem, vigiliamq; ſubterfugio. Senſi enim, ac magis indies ſentio, pro doctrina, quia minus, quàm mediocriter valeo; induſtriam mihi, diligentiamq; ſubſidio comparandam. Cumq; in hoc munere obeundo, ceterorum mei fori Iudicum cenſura, neceſſe mihi ſit habere ſemper ad manus vrbanas leges, quas ſtatuta dicimus; nullam ex eis nactus ſum, ad quam pro re nata, non aliquid ſub notauerim, adiecerimq; de meo. Hincq; ſemel euenit, pro rerum, de quibus interdum agebatur, grauitate, & copia, vt meum ad illas additamentum, quaſi mantiſsa obſonium (quod prouerbio fertur) nonnullas vicerit. Vtinam cura hæc mea, Pater Beatiſſime, ſe ſcribi, cui illam dico, ac conſecro, aliqua ex parte approbet: ceterorum opiniones nihil admodum reformido, vehementer verò pertimeſco tuam; quæ non ſolum ob auctoritatem, perſonamq; quam geris, ſed ob ſapientiam tuam tantæ molis capacem, ideo mihi omnium maximè verenda eſt; quia inſtar eſt omnium. Non deſpero tamen te laborem hunc meum ſaltem boni, æquiq; facturum, vt tuum de me iudicium tuearis, cui ego nihil, præter fidem integritatem, ac ſtudium præſtare poſſum; nec quicquam amplius debeo. reliqua quæ mihi eſſent opus, cum ea in me pro tua beneuolentia, aut inueniſſe videri volueris, aut non quæſiueris, cum me huic, quem gero, Magiſtratui præfeciſti; nunc eadem à me exigere, nec tuæ eſſent conſtantiæ, nec benignitatis. Supereſt, vt Sanctitatem tuam, Pater Beatiſſime, ſupplex orem, vt munuſculum hoc meum, in quo nihil eſt eximij, præter laborem meum, & auctoritatem tuam, libenter accipere dignetur. Sic illam Deus Opt. Max. Chriſtianæ Reipub. rebus omnibus florentiſſimam quam diutiſſimè ſeruet incolumem.

PAVLO V. PONT. OPT. MAX. BENEFACTORI,

LEANDER GALGANETTVS.

Pauca, quæ ad Vrbanas adiunxit ſedula leges
Cura; legas placida, maximè fronte Pater.
Aeternus ſic parua parens data dona benignè
Reſpicit, accenſa, & paupere thura manu.
Iure tibi debetur opus, quando omnia robur
A nutu debent quærere iura tuo.

S·D·N· PAVLO PAPAE QVINTO BVRGHESIO ROMANO.

HIEREMIAS GHELFIVS.

VRBS ROMA, tua quæ est maxima prouidentia BEATISSIME PATER ob benè, & ratione ædificata conspicua reddita aquarum ductibus illustrata, augustissimis templis decorata, pace florens, libertate læta, ne te regnante quid deesset, Romanas leges huius Sanctæ Sedis authoritate datas temporis iniuria fere deperditas, denuo imprimendas amictuq; decoras (glossematibus nempe eruditissimi viri) promulgandas censuimus, Sanctitatiq; Tuæ offerendas, vt à quo cuncta iura fluunt refluant, Munus addictissimi serui S. T. respicere non dedignetur; Sciatq; me omnem sumptum laturum, vt diuinis S. T. auspicijs, & multa, & optima è nostra Typographia prodeant: vt breui generalia Concilia græco latina edentur. Et vniuersum Iuris Pontificij corpus emissurum spero D. O. M. præcor vt huic Vrbi, totæq; Christianæ Reipublicæ Sanctitatem Tuam perpetuò incolumem seruet.

ŭ ✠

SCIPIONI BVRGHESIO
S. R. E. CARDINALI AMPLISS.
PAVLI V. PONT. O. M.
NEPOTI,
AC
FRANCISCO BVRGHESIO
FRATRI

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Copiarum Duci Generali.

LEANDER GALGANETTVS FELICITATEM:

REsistere non potuit bibliopola flagitationi, vel potius importunitati multorum, qui notas hasce meas, quas ad Vrbis leges, siue statuta, vt aiunt, per occasionem eas diligenter excutiendi, subieceram, imprimi typis, in vulgus emanare voluerunt. Age, sanè vicerint: sibi porrò imputent si quod sperabant non inuenerint. Equidem enixè flagitantibus libenter parui, tum vt meum in hoc judicandi munere studium publicè constet, tum vt tempus arripiam; dum eas S. D. N. Fratri, ac Patruo Vestro dedico; renouandi vobis memoriam voluntatis, officij, propensionis meæ, cuius omnis ratio, ac dignitas ex vestra felicitate, ac benignitate suspensa est. Erat etiam cur librum hunc meum vobis inscriberem: Nam quem magis ad tutelam, ne dicam dignitatem operis, in quo de Romanis legibus agitur Appellauerim; quam vos Romanos Ciues nobilissimos? vt non tam ob amorem quidem in me vestrum, quam ob pietatem in patriam munus hoc meum, ac me, qui illud vobis addixi, tuendum protegendumq; serio cogitetis. Interim felices, ac diu viuite; modestiamq; istam atque animi æquitatem vestram in summa fortuna intra quam cupitis esse, ac vos quodammodo contrahitis, prosperis rerum vestrarum successibus compenset Deus.

S. P. Q. R.

LEANDER GALGANETTVS

Felicitatem perpetuam.

Romana, & postrema Mundi Monarchia, vt ceteris armis potentior, ita maiore legum sapientia firmata, & munita fuit. Sola enim legum sapientia, ac iustitiæ studio, tam amplum, tam magnificum, ac initio toto pene Orbe diffusum imperium, consociatis hac ratione, & colligatis hominibus, constituit. Huius enim Romani iuris variæ fuerunt initia, varij quoque progressus. Nam initio Romanus Populus sine certa lege, sine certo Iure agere instituit, omniaq; manu Regis gubernabantur. Principio enim rerum, gentium nationumq; omnium Imperium penes Reges erat: quos ad fastigium huius Maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat.

leges Curiatæ leg. 2. ff. de orig. iur.

Hoc tempore plurimæ leges Curiatæ à Regibus latæ sunt, priscis illis temporibus accommodæ, à nostris verò alienæ: quippe quæ circa sacra ipsorum peragenda, magistratus constituendos, patriam potestatem confirmandam, & alias exorientis Reipublicæ necessarias res, versabantur. Quæ omnes conscriptæ extant in libro Sexti Papirij, qui fuit illis temporibus, quibus superbus Demarati Corinthij filius, ex principalibus viris. Isq; liber appellatur ius Ciuile Papirianum; non quia Papirius de suo quidquam ibi adiecit; sed quod leges sine ordine latas in vnum composuit.

Ius Ciuile Papirianũ leg. 2. ff. de orig. iur.

Eiectis Regibus, duo statim Consules creati sunt, & lege Tribunitia lata omnes Regiæ leges exoleuerunt: iterumq; cæpit Populus Romanus incerto magis Iure, & consuetudine aliqua vti; quam perlata lege: quod prope viginti annis passus est. Postea ne diutius hoc fieret: & quia inter Patres, & Tribunos pro legibus ferendis, magna sæpè contentio erat: Tribuni finem certaminum polliciti sunt, si legum latores & ex plebe, & ex Patribus crearentur; qui leges communes vtrisq; vtiles ferrent. quibus Patres in legibus ferendis, non in latore assenserunt, quoniam laturum neminem, nisi ex Patribus aiebant. Vnde, ne quis esset inuidiæ locus placuit publica authoritate leges extraneas habere, & decem constitui viros, per quos peterentur inclitæ leges Solonis ab Ateniensibus, & ab alijs Græciæ Ciuitatibus sine prouocatione; vt Roma legibus fundaretur. Hi itaque acceptis legibus ingenti hominum expectatione propositis in decem tabulis populum ad concionem aduocarunt; & quod bonum, faustum, felixq. Reip., ipsis, liberisq. eorum esset, ire, & legere leges propositas iussere: se, quantum decem hominum ingenijs prouideri potuerit, omnibus summis, infimisq. iura æquasse. Centuriatis itaque comitijs decem tabularum leges prolatæ sunt. Deinde cum legibus Græcis aliquid deesset, duas adiecerunt, quibus propriæ Romanorum leges continebantur. Inde corpus omnis Romani Iuris. leges xij. Tabularum dictæ: quarum ferendarum authorem fuisse Decemuiris Hermedorum quemdam Ephesium

lex xij. Tab. leg. 2. §. exactis ff. de orig. iur.

exu-

exulantem in Italia, quidam ferunt. His legibus latis: Decemuiris ob Appij Claudij libidinem abdicatis, cæpit (vt naturaliter euenire solet) vt interpretatio desideraret Prudentum authoritatem, necessariamq. disputationem fori. Hæc disputatio, & hoc ius, quod sine scripto venit compositum à prudentibus. propria parte aliqua non appellatur; vt cateræ partes iuris suis nominibus designantur, datis proprijs nominibus cæteris partibus: sed communi nomine appellatur Ius Ciuile. Horum verò Prudentum officium in quatuor præcipuè rebus versabatur. Primo enim iudiciorum formulis præerant, exprimebant quoque & præscribebant extraordinariarum, & priuatarum actionum formulas. Deinde consilium clientibus suis fidele dabant, vt in contractibus securiores tutioresq; essent, & amicum consilio indemnem seruabant. Præterea si lex legi obstabat, hoc est, quando casu, & euentu quodam inter se confligebant, & collidebantur, vel scripta lex nimis dura esset, & æquitati aduersabatur, vel cum more maiorum, & consuetudine contendebat, ipsi interpretabantur, & conciliabant: testamentorum etiam sententias, si obscuræ essent, explicabant. Postremo; si neque lex extabat, neque testamenta, vel pactiones essent, ipsi de iure, quid æquum, bonumq; esset interrogati respondebant, suiq; adeundi copiam faciebant, vel publicè transuerso foro ambulando, vel priuatim in ædibus. Ac initio quidem cuilibet, qui ingenio fidebat suo, id liberum erat facere. Augustus verò, cum authoritatem iuris, petulantia multorum euerti videret, vt hodie etiam euenit; non omnes, sed eos, qui prudentia, sapientia, & eruditione præstabant, huic amplissimo muneri præesse voluit, constituitq; vt ex authoritate eius responderent. Deinde ex his legibus eòdem fere tempore actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: Quas actiones ne populus, prout vellet, institueret, certas, solemnesq; esse voluerunt, & appellabatur hæc pars Iuris. legis actiones, idest legitimæ actiones. Et ita eodem pene tempore tria hæc iura nata sunt. lex xij. Tabularum: ex ijs fluere cæpit ius Ciuile: ex ijsdem legis actiones compositæ sunt. Omnium tamen harum, & interpretandi scientia, & actiones apud Collegium Pontificum erant: ex quibus constituebatur, quis quoquo anno præesset priuatis; & dicebat Scæuola vt ex patre audiuisset: Pontificem neminem bonum esse, nisi qui ius Ciuile cognosceret, & Populus prope centum annis hac consuetudine vsus est. Postea cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redigisset has actiones; Cneus Flauius scriba, eiusq; Libertini filius subreptum librum populo tradidit; & adeo gratum fuit id munus populo, vt Tribunus plebis fieret, & Senator, & Aedilis Curulis. Hic liber, qui actiones continet, appellatur Ius Ciuile Flauianum, sicut ille Ius Ciuile Papirianum: nam nec Cneus Flauius de suo quidquam adiecit libro. Augescente Ciuitate, qui aderant quædam genera agendi composuerunt. Non post multum temporis spatium, Sextus Aelius alias actiones composuit, & librum Populo dedit, qui appellatur ius Aelianum. Deinde cum esset in Ciuitate lex xij. Tab. & Ius Ciuile, essent & legis actiones: euenit, vt Plebs cum Patribus in discordiam perueniret, & secederet, sibiq; ius constitueret, quæ Plebiscita vocantur. Mox cum reuocata esset Plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his Plebiscitis; pro legibus placuit, & ea obseruari, lege Hortentia lata. Et ita factum est, vt inter plebiscita, & leges species constituendi interesset: Potestas autem eadem esset. Deinde quia difficile plebs conuenire cœpit, populus certè multò difficilius in tanta turba hominū; necessitas ipsa curā Reipub. ad Senatum deduxit. Ita cæpit Senatus se interponere, & quidquid constituisset obseruabatur, idq; ius appellabatur Senatus consultum. Eodem tempore, & Magistratus Iura reddebant: & vt scirent Ciues quod ius, de quaque re quisque diturus esset, seq; præmunirent, edicta proponebant, quæ ius honorarium constituerunt. Honorarium dicitur, quod ab honore Prætoris venerat. Huius Prætoris Vrbani primum, præcipuumq; fuit officium, vt ius diceret, vt autem cuique notum esset, de qua re anno suo dicturus esset, in albo proponebat, quod deinde à præcedente enunciatione edictum dici cæpit. Dabat bo-

Ius Ciuile Prudē tum l. 2. §. his legibus ff. de orig. iur.

legis actiones l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur.

Ius Ciuile Flauianum l. 2. §. postea cum Appius. ff. de orig. iur.

Ius Ælianū l. 2. §. non post. ff. de orig. iur.

Plebiscita l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur.

Senatusconsultū l. 2. §. deinde quia ff. de orig. iur.

Ius honorarium l. 2. §. eodē. ff. de orig. iur.

norum possessionem ex legibus, ex Edicto suo, ex Senatusconsultis: Dabat Arbi-
tros cum priuati postulabant: Dabat tutores ex lege Attilia: Restituebat in
integrum: Iubebat cauere, & mittebat in bonorum possessionem. Imponebat
decreta super alienationibus bonorum immobilium minorum: Dabat quoque
Iudices, quos pro suo Imperio cogebat iudicare: idq; in causis, quæ versabantur
in iure actionis: vt depositi, locati, empti, & similibus. Interdicebat eum de
possessione, interdum etiam cum de proprietate ageretur. Inde Cicero ait: Iuris
disceptator, qui priuata iudicet, iudicare iubeat, Prætor esto. Is iuris Ciuilis cu-
stos esto. Reliqui præter Vrbanum, & Peregrinum publicis iudicijs præerant,
itemq; quæstionibus perpetuis. Ad Aedilium autem curam pertinebat procuratio
infra lib. 3. c. 39. *Vrbis, & ædificiorum, veluti Cloacarum, viarum, Aquæductuum, omniumq; pri-*
uatorum, & publicorum operum, vt prouiderent ea integra, munda, & incorrupta
adseruari. Curulium vero officium erat, mensuras corrigere, vasa minuta frange-
re, præterea de venditionibus rerum tam soli, quam quæ mobiles, aut semouentes
sunt edicebant: vt illi, qui mancipia venderent, certiores facerent emptores quid
infra lib 5. c. 19. c. 46. 47. & 48. *morbi, vitijue, quis fugitiuus, erroue, noxaue solutus non sit: eaq; omnia cum ea*
mancipia veneant palam, & rectè pronunciarent. Quod si mancipium aduersus
ea venierit: siue aduersus quam dictum, promissum fuit, cum veniret, fuerit, quod
eius præstari oportere dicetur, emptori, omnibusq;, ad quos ea res pertinebat, iudi-
cium dabant, vt id mancipium redhibeatur. Si quid autem post venditionem, tra-
ditionemq; deterius opera emptoris, familiæ, Procuratorisuè eius factum erit, siue
quid ex eo post venditionem natum, acquisitum fuerit, & si quid ei in venditione
accesserit, siue quis ex ea re fructus ad emptorem peruenerit, vt ea omnia vendi-
tori restituat. sum si quis accessiones præstiterit, ipse recipiat. Item si quod man-
cipium capitalem fraudem admiserit, mortisuè consciscendæ causa ad bestias intro-
missum fuerit, ea omnia in venditione pronuncianda esse. Hoc amplius, si quis
aduersus ea sciens dolo malo vendidisse dicetur iudicium dabant. Curulum Aedi-
Constitutiones Principum leg. 2. §. nouissimum, ff. de orig. iur. *lium cura erat annonæ, olei, frugum, in quibus alimonia consistit: Inclinante*
tandem Romano Imperio ad Monarchiam, igitur constituto Principe cum potesta-
te, vt, quod constituisset, ratum esset, constitutiones rescriptaq; Principum cæpere:
lege enim Regia summa potestas, quam sibi populus ab eiectis Regibus vsurpaue-
rat in Augustum translata est, vt is quidem ipse nulla legis necessitate teneretur,
omniq; scripto iure solutus esset: ei verò parerent omnes. Ab eo itaque tempore
Imperatores constitutiones edere, & rescribere ad propositas facti quæstiones cæpe-
runt, idq; non sine Senatus, vel Iurisperitissimorum consilio. Quæ deinde Prin-
cipum constitutiones, & rescripta ab Adriani temporibus ad Iustinianum vsque
eius mandato in vnum Codicem congesta sunt: à Cæsaris enim Augusti tempori-
bus vsque ad Adrianum, nullæ ferme constitutiones extant, nisi vel ab historicis,
Ius Canonicum, distin. 15. c. 1. & seq. *vel iurisconsultis referantur. Istis legibus demum accessère leges Pontificiæ, quæ*
secundum Isidor. lib. 6. Etym. c. 16. à temporibus Constantini cæperunt in præce-
dentibus namq; annis persecutione feruenti, docendarum plebium minimè daba-
tur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat
licentia Episcopis in vnum conueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris:
ipse enim dedit facultatem Christianis liberè congregare, vel potius remouit im-
pedimenta. Quò impetrante etiam Sancti Patres in Concilio Nicæno de omni
Orbe Terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apostolicam; secun-
distin. 15. c. 1. 2. & 3. & tot. tit. C. de sum. Trinit. & fid. Cath. *dum, per Apostolos, symbolum tradiderunt, & postea alia sunt sequuta Conci-*
lia; de quibus habetur mentio in canonibus, & legibus; quæ sancta Romana
Ecclesia, post illas veteris testamenti, & noui scripturas, quas regulariter su-
c. 3. distin. 15. *scipit, amplectitur, & tanquam nostræ Christianæ fidei firmissima fundamenta*
omnibus Christi fidelibus obseruanda proponit: inter quæ vltimum, & præcipuum
adest Concilium Tridentinum. Concilijs itaque præcesserunt vtrumque testa-
mentum, vetus scilicet, quod præcessit etiam omnibus alijs legibus, & nouum,
dist. 16. c. 1. 2. 3. *atque Apostolorum canones, de quorum numero variatum est sententijs, cum*

alij

alij 85. alij 60. alij 50. fuiſſe affirment, & propterea de illorum obſeruatione fuit dubitatum, quamuis in eis vtilia inueniantur. Demum placuit recipi, & admitti capitula 85. quoniam plures eos recipiunt, & ſancti eorum ſententias ſynodali auctoritate roborarunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. distin. 16.c.4. *Inde Decretorum volumen Gratianus patria Hetruſcus ex libris Conciliorum, & Sanctorum Patrum ſcriptis collegit, atque compoſuit; qua in re imitari voluit Iuſtinianum.* Decret.Gratiani. *Volumen tribus præcipuè membris diſtinguitur, quorum primum diſtinctiones centum, & vnam continet; ſecundum cauſas 36. Tertium de conſecratione inſcribitur: Hoc opus Eugenius Pontifex approbauit, & in Academijs publicè proponi mandauit. Et Gregorius Papa IX. natione Hernicus, Patria Anaguinus è familia Comitum, mortuo Romæ Honorio Papa III. Romanus Pontifex anno MCCXXVII. creatus eſt. Hic varias conſtitutiones, & decretales Epiſtolas prædeceſſorum ſuorum, quæ à pleriſque priuata auctoritate collectæ fuerāt, per fratrem Raymundum in vnum volumen redigendas curauit.* Constitutiones, & Decretal. Epiſtolas Greg. IX. *Multas quoq; conſtitutiones ſuas, & decretales Epiſtolas adiecit. Is fuit F. Raymundus de Peniaforti natione Cathalanus patria Barcinonenſis, eiuſdem Papæ Cappellanus, & Pœnitentiarius ex Ordine Fratrum Prædicatorum, ac ipſius Ordinis tertius Magiſter Generalis, Religione, & eruditione clarus, qui noſtris temporibus fuit inter Sanctos poſitus, & connumeratus. Et Clemens Papa V. anno MCCCV. Romanus Pontifex creatus, non modo in Concilio Viennenſi: ſed etiam ante, & poſt ipſum Concilium plurimas conſtitutiones edidit; quas cum, & aſſidua occupatione, & morte præuentus in vnum collectas volumen, & ſub congruis titulis collocatas edere, vt decreuerat non potuiſſet, Ioannes XXII. eius ſucceſſor publicauit, & Clementinas ab Auctore nuncupauit.* Clementinæ. *Bonifacius Papa VIII. natione Hernicus, patria Anagninus è familia Caietana anno MCCXCIIII. Romanus Pontifex creatus eſt. Is Decretales Epiſtolas prædeceſſorum ſuorum diligenter fecit recenſeri; & quibuſdam decretis nouis à ſe additis, in vnum librum ſub debitis titulis redigi, & quinque alijs Gregorij Papæ IX. annecti, ſextumq; nuncupari iuſſit:* Sextus Decretal. *pro quo complendo Dynum Mugellanum è Bononia euocauit, vt labore, & induſtria eius vteretur, Profectus igitur eo vna cum Ricardo de Petronibus, Sextum Decretalium confecit: Iſtis acceſſere varia diuerſorum Summorum Pontificum Conſtitutiones ſub vno libro ad inſtar Iuris Ciuilis Papiriani, ac Flauiani, per Laertium Cherubinum ſecundum ordinem temporum collectæ, ex quibus ſeptimum Pontificij Iuris volumen ſub debitis titulis diſpoſitum expectamus. Hæc omnia, vel Romæ facta fuere, vel alibi, auctore Pontifice Romano, ſeu Romano Imperatore, vt ab vna Vrbe Romana, quaſi omnium legum matre, vtrumque Ius, Ciuile ſcilicet, & Canonicum omnibus cōmune fluxiſſe appareat. Sed quia omnes populi, qui moribus, & legibus reguntur, partim ſuo proprio, partim cōmuni omnium hominum iure vtuntur, & cum Romana Ciuitas cum omnibus vtriuſq; iuris cōmunionem haberet oportuit, ne in hoc alijs Ciuitatibus inferior eſſet, quod & proprium, quo ipſa ſola vteretur, ius vtique haberet, quod vocatur Ius Ciuile, quaſi proprium ipſius Ciuitatis. Priſcis temporibus non fuit hoc tantæ Ciuitati denegatum, immo habuit Prætorem Vrbanum ſui proprij Iuris Ciuilis cuſtodem, & alios Magiſtratus vtique illius iuris obſeruatores;* distin. 1. c.8. l.9 ff.de iuſt.& iur. *vt & Summi Pontifices, huic Populo proprias leges conceſſiſſe, nunquam ſunt dedignati: habuerunt itaque ſemper propria ſtatuta, & hodie habent hac vltima Summo Pontifice Gregorio XIII. auctore; habent Senatorem, Conſules, & alios Magiſtratus pro illorum cuſtodia, & tutela, vt tot communibus Ciuilibus, Canonicis, & proprijs legibus munita poſſit pacem, iuſtitiam, abundantiam, ac vniuerſa Dei bona exinde firmiter, ac confidenter ſperare. Quod Deus Optimus Maximus concedat, atque conceſſum conſeruet.*

S. P. Q. R.

Ad Auctorem.

TV prior abstrusos audes lustrare recessus
Aequoris, intactum per mare vela legis.
Astra fauent cœptis, & Roma inuecta triumpho.
Iura dat, & Populos te duce tuta regit.
Iamque tuos ducit pario de marmore vultus,
Et Capitolina figit in arce decus.
Sic propè Scipiadas, summi propè Cæsaris ora
GALGANETTE tuus conspicietur honos.
Sed maiora feres, marmor si deuorat ætas,
Hoc opus haud vmquam temporis ira præmet.

S. P. Q. R.

Ad Lectorem.

CARMEN.

Roma diu vixit populorum læta triumphis:
Nunc vero Imperium Spirituale tenens.
Ciuibus vnde suis noua condidit aqua statuta:
Vt pax sit populo, lis procul inde foro.
Illustris legum Doctor Capitaneus Vrbis
Addidit his glossas, quæ loca iure probent.
Illustrata manent, decorataq; iuribus almis:
Immensus valde est, vsibus atq; labor.
Roma tibi multum debet, sed plura quirites:
Qui ex istis glossis lite carere queunt.
Causidici ante omnes gaudebunt iuribus istis:
Fit legum Doctor quisq; statuta legens.

AD
LEANDRVM GALGANETTVM
STATVTORVM VRBIS
GLOSSATOREM.

Xenophontis Bindasij Iur. Vtr. Doctoris
ODE.

LEANDER, *alta consilio plaga*
Date, o Superno, lumen vt abditis
Per te rediret disciplinis,
Et fugerent penitus tenebræ;
Te quisque laudat, te celebrat, colit,
Recepit altos sa tua iam polos,
Splendens & orbe fama toto,
Mirifice volitante penna.
Minerua sacram te sapientiam.
Iuno leporem, perdocuit Tonans
Leges agendi, Hermes loquendi
Quæq; tuis redolent libellis.
Hinc Roma mundo, quæ socias dedit
Leges, vt omnes iustitia simul,
Atq; æquitate Vrbes, agrosque,
Et colere, & sua habere possent;

Cum

Cum iura tantùm ciuibus edita
Suis putaret pluribus abdita
Videri, & explanatione
Iureperiti habili indigere:
Te vnum vocauit, qui facili stilo,
Doctoq;, puroq;, vt cætera iam tua,
Obscura declarando, posthac
Omnibus efficeres aperta.
Perfectum opus nunc, atq; probatum, age,
Permitte Doctorum in manus exeat,
Legatur, Vrbi, Orbiq; carum,
Gloria magna tibi & corona.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. M. Sac. Pal. Ap.
Cesar Fidelis Vicesger.

Imprimatur F. Thomas Pallauicinus Bononien Magister,
& Reuerendiss. P. F. Ludouici Ystella Sac. Pal. Apost. Magist. socius Ord. Prædic.

Confirmationis Statutorum Almæ Vrbis nouiſsimè æditorum.

GREGORIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Vrbem Romam, ex qua, veluti è capite, iuris ciuilis prudentia defluait, atq; inde, in alias nationes, longe lateq; eſt diffuſa, legibus ſemper, atque optimis abundare oportet inſtitutis, vt quæ tot donis, prærogatiuisq; eacellit, ſe ipſam in primis optimè regat, alijsq; deinde Vrbibus, eaemplo Reipublicæ recta tatione admiuiſtrandæ, antecedat. Quod cùm uobis, pro eo, quo illam Principis Apoſtolorum, eius ſucceſſorum, uoſtriq;, & Chriſtianæ religionis ſedem, proſequimur, veræ dilectionis affectu, debitoq; noſtræ ſeruitutis officio, maximæ ſemper curæ fuerit; plurimùm in Domino lætati ſumus, dilectos filios Populum Romanum, Iuſtitiæ cnlendæ ſtudio, ſolicitudini huic uoſtræ reſpondiſſe. Illi enim, cùm Vrbis mores, conſuetudines & pleraque omnia negocia, ita viderent eſſe confuſa, vt ius ſibi, cum ab antiquis, tum à iunioribus traditum, & denique ipſæmet canonicæ ſanctiones, in controuerſijs, quæ quotidie in iudicium vocantur, dirimendis, alijsq; rebus explicandis, prout tempus, moresq; poſtulāt, non ita conueniant; ne quid ab eis in conceſſa ſibi facultate, deſidetari contingat, priuatas leges, ſiue Statuta, præſentibus temporibus, ac negotijs congruentia, ſibi cōdere, uoſtris auctoritate & præſidijs freti, inſtituerunt. Id verò, dum feriò agunt, nauiterq; in Iuris huiuſmodi compoſitionem, nobis annuentibus incumbunt, Statuta Vrbis, quæ ſibi à maioribus ſuis, relicta habebant, ſaris perpleaa & confuſa inuenerunt; in quorum libris, ob temporum vetuſtatem, Magiſtatuum fortaſſe negligentiam, multipliceſq; ſuperiorum ætatum, editas reformationes ſæpe, quæ adhuc vigebant, conſtitutiones, vna cum abrogatis & obſoletis, aliæq; alijs contrariæ, promiſcuè continebantur. Cupientes itaque ijdem Populus, vt ius proprium in certam formam, & quaſi non diſſentientium inter ſe Statutorum conſonantiam redigeretur, ad præſentiumq; temporum mores, & negocia accomodaretur, prouinciam hanc, dilecto filio Lucæ Pæto vtriuſque iuris doctori, uonnullisq; alijs ciuibus Romanis demandandam curarunt: eorum verò aliquibus vita ſunctis, alijs diuerſorum negotiorum occupatione diſtrictis, idem Lucas Statuta prædicta in quinque libros prius diſtributa, ſuperuacaneis amputatis, necnon inuicem pugnantibus, & ijs quæ vel deſuetudine antiquata, vel contraria lege abrogata erant, ſublatis, additiſq; nonnullis reformationibus, ad dilectorum filiorum Conſeruatorum, Populiq; Romani Officialium regimen, & directionem, ſpectantibus, quæ nobis Populi eiuſdem nomine obtulerant, in tres breues admodum libros, certo diſtinctoq; ordiue redegit, nobiſq; ſuperioribus annis exhibuit. Qui intelligentes multa in Populum Romanum prædictum commoda ea noua huiuſmodi Statutorum compilatioue eſſe profectura, Dilecto Filio noſtro, Iulio Antonio tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbytero Cardinali, Sanctæ Seuerinæ nuncupato, mandauimus, vt conuocatis dilectis filijs Conſeruatoribus Cameræ Vrbis, & Prioribus capitum Regionum, qui pro tempore fuiſſent, necnon Hortenſio Frangipano Vrbis Cancellario, Antonio Vellio, Fabricio Lazaro, & qui eiuſdem Populi Rom. aduocatus eſt, Horatio Burgheſio, & Vincentio Parentio Aulæ noſtræ Conſiſtorij, necnon Bernardino Biſcia, & Horatio de Arrigonibus in Romana Curia Aduocatis, Stephano Creſcentio, Marcello Arberino, Petropaulo Fabio, Hieronymo Alterio, Auguſtino Palonio, Valerio de Valle, Proſpero Caſarello, & Ricardo Mazzatoſta, Romanis Ciuibus, à dicto Populo in ſuis Conſilijs, ad hauc rem diuerſis, & ſucceſſiuis temporibus, vna cum prædicto Luca delectis, congregatis. qnoq; dilectis filijs noſtris, Aleaandro tit. S. Mariæ in Aracæli Presbytero Cardinali, Riario uuncupato, tunc Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, deinde magiſtro Hieronymo Matthæio, in eiuſdem Alexandri Cardinalis locum, ad munus Auditoris ſuffecto, necnon venerabili Fratre Hieronymo Epiſcopo Maceratenſi, locum vnus ea nfficijs Clericatus Cameræ Apoſlolicæ ea indulto Apoſtolico obtinente, ac dilectis item filijs, Magiſtris Aleaandro Frumento, & Pyrrho Tharo, Notarijs noſtris in vtraque Signatura uoſtra Referendarijs, ac etiam Mario Gabrielio eiuſdem Aulæ uoſtræ Conſiſtorij aduocato, à nobis ad hoc ſpecialiter deputatis, Statuta huiuſmodi, per dictum Lucam compilata, diligenter excuterent, atq; examinareut; & quæ eis viderentur, ſupplerent, corrigerent, delerent, & emendarent. Qui frequentiſſimè per plures annos in vnum congregati, eiſdemq; Statutis diligenter viſis, & ſingillatim eaaminatis, matureq; diſcuſſis, alia emendauerunt, alia eaplanauerunt, uonnulla addiderunt, nonnullaq; etiam ſuſtulerunt. Denique Iulius Antouius, & Alexander, Cardinales, ac Hieronymus Eoiſcopus, necnoo Marius Gabrielius, & Lucas Pætus prædicti, eorundem Statutorum relectione, & recognitione, omni ſtudio & diligentia ab ipſis, de mandato ooſtro facta, poſtremam illis manum adhibuerunt. Nos volentes ea, quæ tanto labore, & maturitate ad Publicam vtilitatem digeſta ſunt, inuiolabiliter obſeruari, Motu proprio, & ea certa ſcientia noſtra deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia & quæcunque antiqua Vrbis Statuta, etiam reformata, & innouata, ac quibuſuis approbationibus, & confirmationibus Apoſtolicis robotata, præſentium anctoritate abrogamus, tollimus, & penitus abolemus, neminemque ad illa deinceps obligari volumus, nouiſſimè verò compilata Statuta prædicta, etiā certis in eis eapreſſis caſibus, iuramenti validitatem reſtringentia, ſicuti prædictis tribus libris digeſta ſunt, approbamus, & confirmamus. Et vt approbatio huiuſmodi amplius innoteſcat, has præſentes, in principio omuium librorum eorundem voluminum, quæ vel manu ſcribentur, vel imprimentur, omnino deſcribi volentes, ſtatuimus, & Apoſtolica auctoritate decernimus; vt de cætero, poſt triginta dies à publicatione præſentinm, nulla alia Statuta, quam hæc oaua ad fururarum cauſarum deciſionem, ac negociorum eapeditionem allegari poſſint, nec quiſquam illa allegans, audiri debeat, ſed tantum, ſecundum prædicta noua, à nobis confirmata, in Curia Capitolina, & apud eam in futuris omnibus cauſis, in ipſa Curia Capitolina videlicet, etiam quo ad cauſarum proceſſum, & quo ad alia vbiqne in ipſa Vrbe, illiuſq; diſtrictu, vbi particularia Statuta, de eiſdem cauſis, & earum caſibus diſponentia, non habentur, quauis alia fiuiſtra, doloſa, vel captioſa interpretatione ſublata, in quacunque inſtantia, inuiolatè, ac perpetuò obſeruentur; ac iuata illa, lites & controuerſiæ omnes in futurum iudicari, decidi, & diffiniri debeant; uec illis niſi per Signaruram noſtam, & pro tempore eaiſtentis Romani Pontificis mann ſactam, nequeat derogari. Sitq; irrirum, & inane quicquid ſecus, ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, uec uon priuilegijs, & indultis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis irritantibuſq; & alijs decretis, cōceſſis, confirmatis & innouatis, quorumcunque teuorum exiſtant, per quæ præſeotibus non eapreſſa, aut omnino non inſerta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibns quorumqne totis tenoribus, ad verbum habenda ſit, in noſtris literis, mentio ſpecialis; ceteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt præſentium eaem-

plis

plis etiam impressis, Notarij publici manu, & personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo obsignatis, ac etiam prædictis voluminibus descriptis, eandem prorsus fidem vbique in iudicio, & extra illud; adhiberi; quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ essent, vel ostensæ. Nulli ergo omnino, hominum liceat hanc paginam nostræ abrogationis, sublationis, abolitionis, approbationis, confirmationis, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei, ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Octauo Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno Nono.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo Indictione octaua, die verò prima mensis Iulij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ xiij. Anno nono, retroscripta litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ; necnon ad valuas Palatij Curiæ Capitolij, & DD. Conseruatorum Vrbis, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Taglietum Cursores Apostolicos. *Petrus Guerra Magister Cursorum.*

ILlustrissimi Domini Cameræ Almæ Vrbis Conseruatores, Lælius Suricus, Alphonsus Auila, & Marius Vellius, ac Prior Capitum Regionum Prosper Buccapadulius, præsentes Apostolicas litteras, confirmationis Statutorum Vrbis, sub plumbo expeditas, regestandas, & in Archiuio eorum Palatij asseruandas, mihi Horatio Fusco, S. P. Q. R. Scribæ, qui tum discussionibus, & resolutionibus, tum etiam reuisionibus, & recognitionibus eorumdem Statutorum in Congregationibus frequenter habitis coram Illustrissimo, & Reuerendiss. D. Iulio Antonio Sanctorio Cardinali Sanctæ Seuerinæ, assiduè interfui, & diligenter adnotaui, & cui imprimendi, corrigendiq; cura commissa extitit, tradiderunt atque consignarunt hodie, die xv. mensis Iulij M. D. L X X X.

Horatius Fuscus qui supra ad fidem, &c.

STATVTORVM ALMAE VRBIS ROMAE

Auctoritate S.D.N.Gregorij xiij.P.O.M.

A SENATV POPVLOQ. ROMANO EDITORVM.

CVM GLOSSIS. D. LEANDRI GALGANETTI I. C. COLLENSIS.

Liber Primus.

DE SVMMA TRINITATE & Fide Catholica. Cap. I.

Firmiter credimus sanctam Fidem Catholicam cum omnibus suis articulis, quam Beati Petrus & Paulus Apostolorũ Principes, per quos sanctum Domini nostri Iesu Christi Euangelium Romæ resplenduit: quique vno die pro merito, vno loco pro gloria, sub vno persecutore pro virtute, Vrbẽ ipsam glorioso cruore martyrij Christo Domino consecrarunt; eorumdemq; Apostolorũ sancti successores, ac sacra Concilia, & præsertim Tridentinum, tradiderunt.

Firma quoque fide credimus & profitemur omnia & singula quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet: Credimũs in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum nostrùm Iesum Christum, filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum, ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de

lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in cœlum: sedetq; ad dexteram patris. Et iterum venturus est cũ gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre & filio [illegible] & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma, in remissionem peccatorum. Et expectamus resurrectionẽ mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amẽ. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; huius Ecclesiæ obseruationes & constitutiones firmissimè admittimus, & amplectimur. Item sacram scripturam, iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admittimus: nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum, accipimus, & interpretamur. Profitemur quoque septem esse verè & propriè sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atq; ad salutem humani generis (licet non omnia singulis necessaria) scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremã vnctionem, Ordinem, & Matrimoniũ: illaq; gratiam conferre, & ex his baptismum, confirmationẽ, & ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoq; & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipimus, & admittimus. Omnia & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione, in sacrosancta Tridentina synodo diffinita & declarata fuerunt, amplectimur, & recipimus. Profitemur pariter in Missa offerri Deo verũ, proprium & propitiatorium sacrificiũ pro viuis & defunctis, atq; in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, vnà cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinẽ: quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fatemur etiam sub altera tantum specie totum atq; integrum Christum, verumq; sacramentum sumi. Constanter tenemus Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter & Sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos atq; inuocandos esse: Eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reliquias esse venerandas. Firmiter asserimus Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atq; eis debitum honorem & venerationem impertiendam. Indulgentiarũ etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictã fuisse, illarumq; vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmamus. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem & magistram agnoscimus: Romanoq; Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondemus, ac iuramus. Cetera item omnia à sacris canonibus & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, diffinita & declarata, indubitanter recipimus, atq; profitemur; simulq; cõtraria omnia, atq; hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas & reiectas & anathematizatas, nos pariter damnamus, reijcimus, & anathematizamus. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti spõtè profitemur, & veraciter tenemus, candem integram & immaculatam, vsq; ad extremum vitæ spiritum, constantissimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri; atq; à nostris subditis, seù illis, quorũ cura ad nos in munere nostro spectabit, teneri, doceri & prædicari, quantum in nobis erit, curaturos.

Glossa singulorum Vrbis Statutorum D. Leandri Galganetti I. C. Collensis.

LIBER PRIMVS.

De summa Trinitate, & fide Catholica. Cap. I. Gloss.

IMperator Iustinianus imperiales constitutiones Codicis editurus post rubricas de nouo Codice faciendo; De Iustiniano Codice confirmando; ac de emendatione Codicis Iustiniani, & secunda eius editione de

de Iustitia tractaturus: prius de religione hoc est de pracipua iustitiæ parte tractat; & quia Religionis nostræ principium est fides, ideo statim dicit de summa Trinitate, & fide Catholica; & vt nemo de ea publicè contendere audeat: & glo. ibi.in verbo fide, dicit, quid sit fides, quot eius species, quot articuli, quod præmium credentium, & quæ pœna non credentium.

Catholica *idest vniuersalis, & vbiq. porrecta: iuxta illud Psal. 11. Roma. 10. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. ita glo. in d. Rub. C. in verbo Catholica. c. 1. extra eod.*

Senatus Populusq. Romanus *sua propriæ Ciuitatis Statuta: & Constitutiones aditurus dum in primo capite tractat de summa Trinitate & fide Catholica imitatur legislatorem Iustinianum, immò incipiendo incontinenti à fide prima parte religionis in hoc Iustinianum ipsum superat, qui tres rubricas ante fidei tractatum præposuit, post quas ponit rubricam de summa Trinitate, & fide Catholica.*

Sed an hodie Populus Romanus *sine authoritate Pontificis possit condere statuta, & Bart. in l. fin. vers. sed an hodie dicit quod non, & ibi addentes. C. de leg. vbi rationem reddit, quia transtulerunt omne imperium, quod est in solo Papa idem dicit Abb. in c. cum te. col. 6. vers. ad sextum &c. de re iud. qui est Deus in terris, & à Deo omnis est potestas terrena, siue iubente, siue sinente. c. quid 23. §. 1. Alba in consi. 769. n. 66. & seq. lib. 3. vbi latissime de materia multa cōgerit, ergo ista statuta non erunt seruanda: sed quia sunt authoritate Papæ condita sunt seruanda, Rota in nou. decis. 2. de confirmat. vtil. vel inut. Rota diuers. decis. 780. num. 5. & 6. par. 1. & decis. 103. num. 27. par. 2. Surd. decis. 158. nu. 16. Sed confirmatio generalis, & in forma communi non extenditur ad inualida, & peccatum inducentia, Rot. diuers. vbi supra, Surd. d. decis. 158. num. 16. & decis. 289. nu. 9.*

Fuit aliquando dubitatum *quod nam tempus sit inspiciendum confectionis, scilicet, vel confirmationis, & magis confirmationis existimauit Alberic. de statutis lib. 1. quæst. 14. per totum.*

In §. firma. *ibi credimus &c. statuentes faciūt professionem fidei firmiterq; credunt omnia in symbolo fidei contenta, videlicet &c. credimus in vnum Deum exemplo l. nullus. 2. C. de sum. Trinit. & fide Catholic. & l. nos reddentes. 7. C. eod. & c. 1. & 2. extra eod.*

In §. Apostolicas *amplectuntur traditiones, et Constitutiones Ecclesiasticas exemplo c. 1. & toto tit. extra de constit.*

In §. item sacra. *Sacram scripturam interpretantur iuxta sensum, quem tenet sancta Mater Ecclesia: Et interpretatio est quadruplex iuxta glos. in verbo interpretatur. c. 1. de post. præl. eius enim est interpretari cuius est condere. glos. in verb. declaramus. c. vlt. de constit. glos. in verb. interpretatione. c. ex parte. de verb. signif.*

In §. profitemur *septem esse Sacramenta de quibus per Concil. Trident. sess. 7. scilicet Baptismum, de quo per Concil. Trid. vbi supra. c. 1. & toto tit. extr. de Baptis. & eius effectu. Confirmationem, de qua per Conc. vbi supra: Eucharistiam, de qua per Conc. vbi supra, Pœnitentiam, de qua per Conc vbi supra. & tot. tit. extra de pœnit. & remiss. Extremam vnctionē, de qua per Conc. vbi supra. Ordinem & Matrimonium, de quibus vtiq; per Conc. vbi sup. & toto tit. extra de sponsa. & matrimo. & de istis omnibus in genere Lancell. Inst. Canonica. lib. 2. de sacramentis: & in specie de Baptismo, & effectu. De sacramento Chrismatis. De pœnitentijs & remissionibus. De Eucharistia. De extrema vnctione. De sacramento Ordinis, & de sacramento Matrimonij.*

De Hæreticis diffidatis declarandis. Cap. II.

Constitutionem quoque antiquam in hoc imitantes; statuimus, vt Hæretici, eorumque credentes, fautores, defensores & receptatores, sint perpetuò diffidati, eorumque bona publicata, & quilibet Senator in principio sui officij publicè eos diffidatos, & eorum bona publicata declaret: sint etiam hostes publici, & tamquam hostes publici legalibus pœnis feriantur.

De Hæreticis diffidatis declarandis. Cap. 2. Gloss.

De istis habetis etiam tex. in l. 1. & tot. tit. C. de Hæreticis, & Manichæis, & Samaritanis, vbi plures diuersarum hæresum authores damnantur: in hoc statuto omnes declarantur diffidati, & publici hostes nulla facta particulari Hæresiarcarum mentione, quod non possum nõ commendare ægreferens; quod & suo scelere viuant, dum de eis fit mentio, quæ & si sit obscura, & infamis, tamen mentio est iuxta illorum pessimam ambitionem. Diffidati sunt, quibus inimicitia est denunciata; & ita hostes declarati, vt per Guer. Stacium præceptorem meum de feud. Diffinitio &c. fol. 64.

De Senatore eligendo, & his quæ ad eum pertinent. Cap. III.

IN Alma Vrbe, & ad eius regimen, sit & esse debeat vnus Senator Iuris Doctor, exterus, & ex loco qui distet ab Vrbe saltem per milliaria quadraginta; cuius quidem Senatoris officium duret per annum: quod tempus prorogari non debeat, nec ad dictũ officium denuò eligi, aut assumi ante lapsum integri biennij, à fine sui officij computandi. nullus autem eligi debeat ad prædictum Senatoris officium, qui alicui de Magnatibus Vrbis, aut ciuibus, etiam ex priuilegio in ipsa Vrbe domicilium habentibus, vsque ad tertium gradum consanguinitatis, vel affinitatis, secundum Ius canonicum inclusiuè cõputandum, quoquo modo attineat. Habeat autem pro salario à Camera Vrbis, annis singulis tria millia florenorum, qui constituunt nostri temporis Scuta duo millia ducenta; cuius salarij prima sexta pars sibi in principio dicti sui officij soluatur: secunda in principio tertij mensis: tertia in principio sexti mensis: quarta in principio noni mensis: & duæ postremæ partes in Camera retineantur, nec sibi soluantur, donec per Syndicos de administratis & gestis per eum in dicto suo officio fuerit realiter & cum effectu absolutus. Et quamqis per statutum antiquum teneretur Senator secùm amplissimam & nobilem familiam habere; quia tamen per alia statuta & nouas reformationes aliter circa Iudices, & nonnulla alia prouisum fuit: præsenti Statuto decernimus, vt Senator ipse (sicut hactenus seruatum est) Primo & Secundo Collaterali, & Iudici maleficiorum (qui in Assettamento secùm interueniunt) & tribus eorundem equis victus, expensas, & salarium Iudicibus ipsi solui solitum, & quatuor eorum famulis cibaria, atque etiam Tubicinibus salarium, & vestimenta solita præstare teneatur. neque vnquam in publicum prodire debeat, nec ad Tribunal sedere, nisi indutus paludamento ex serico auro intexto, quod Broccatum auri appellant, vel ex serico villoso purpurei coloris, quod etiam vulgo Vellutum cremesinum dicunt, nisi malit æstino tempore serico Ermisino eiusdem coloris vti. Dumque ita paludatus ad Tribunal sedet, aut per Vrbem incedet, Sceptrum eburneum in manibus tenere, & ante se puerum pannis, infradicendorum colorum indutum portantem ensem, & pileum, & insuper quatuor famulos ad minus, indutos colore rubro, cum fascijs fului, seù aurei coloris, iuxta insignia Romani Populi habere debeat. Qui cum hastis, seù baculis eodem colore depictis, quas Mazzas appellant, ipsum Senatorem dum per Vrbem & loca publica incedit, antecedant, præcedente puero prædicto equestri deferente ensem & pileum, Si Senator equitabit: alioqui pedestri, & duobus familiaribus ad minus vltra Iudices præfatos, subsequentibus, & non aliter, nec alio modo per Vrbẽ incedat, aut in publicum prodeat: alioqui pœnam xxv. scutorum, vice qualibet de suo salario retinendum, incurrat, & Conseruatores pro tempore, semel saltem in mense, prædicta inquirere, & diligenter animaduertere, & annotari facere debeant: alioqui de suo proprio tantumdem refundere teneantur; & vlterius curare, vt in reparationem Palatij suç residentiç, de Conseruatorum consensu, scuta sexaginta vnoquoque anno de suo salario, iuxta solitum, impendat.

De Senatore eligendo, & his quç ad eum pertinent. Cap. 3. Gloss.

Primus omnium Romulus instituit Senatum. Dionys. lib. 2. Valent. Forsten. lib. 2. c. 83.

Hi-

Histor. Iuris Ciuilis qui centum viros Senatores ex Patricijs secreuit. de eorum electione numero, & alijs ad Senatum, & Senatores pertinentibus latè tradit Valent. Frosteti, vbi supra d.c. 83. quæ omnia commodè conuenire videntur hodie Pontifici Cõsistorio, & Cardinalibus. Senatores illius temporis nihil conueniunt cum Senatore de quo supra. Nam in eis eligendis, primo cõsiderabantur, quod essent Ciues, bonæ famæ, boni generis, ordinis Equestris, senes, & per gradus ad summum euecti, diuites honestis, non autem per turpem quæstum, diuitijs acquisitis, vt benè per Valent. vbi supra. Senator noster ad regimen Vrbis eligendus debet esse exterus I. V. D. & vnicus. Tamen Cyn. in l. fin. C. de petit. hæred. post Petrum dicit, quod Senator Vrbis hodie habet potestatem quam habebãt olim centum Senatores. idem Io. And. in addit. ad Specul. de appellat. §. 3. per l. sicut, & l. plane. Quod cuiusq. vniuer. nomi. Decius in c. meminimus. col. 2. de appell. Sed cum Senatum habeat Ecclesia Romana, scilicet Cardinales, qui Senatorum loco successerunt, vt dicit Specul. de legato. §. 3. post princ. dictum Petri, & Cyn. non potest subsistere. Benè verum est, quod Senator est Illustrissimus, & est de magnis Iudicibus, & hoc titulo hodie vtitur Populus Romanus, qui semper Senatorem appellat Illustrissimũ &c. & de hoc Specul. de iurisd. omn. iudic. vers. Magis. Senator olim à Populo Romano eligebatur, & à Summo Pontifice confirmabatur. c. fundamẽta l. proinde. de elect. lib. 6. Hodie verò absq; Populi suffragio solus Summus Pontifex eum ad beneplacitum eligit. Est enim Senator dictus à senio, vel à senectute; solis enim senibus cura Reipublicæ demandabatur l. semper C. de iure immunit. l. ad rempublicam. de mun. & honor. Exterus debet esse Senator, quia nemini Patriæ suæ administratio de iure permittitur. l. vlt. C. de off. rect. prouinc. & l. vlt. C. de crimin. sacrilegij.

Exterus, *optimum est quod Iudices sint exteri, & id maximè cõducit publicæ vtilitati propter quietum statum Reipublicæ ad legum ipsarum tutelam, ad ius vnicuique reddendum Didac. pract. quæst. c. 4. n. 5. circa medium.*

Et à priuatis non est in vestibus imitandus exẽplo l. 1. C. de vestibus holobaris l. vellera. & l. temperent. C. eod. & l. vlt. C. eod.

De electione primi Collateralis. Cap. IIII.

QVoniam in Iudicibus eligendis maxima causæ cognitio versari debet; statuimus, & ordinamus, quod in publico cõsilio eligãtur quatuor probi viri, quorum vnus vt doctor Romanus, alter procurator Capitolinus, & duo reliqui sint nobiles ciues Romani, per quos fiat & fieri debeat exactissima inquisitio grauissimorum, & sapientum Iuris vtriusque peritorum in Italia, qui ante per nouẽnium fuerint in publico collegio doctorati, & aliquod iudicandi munus, & officium exercuerint, & rectè ministrauerint: & ab Vrbe origine per quinquaginta milliaria distent: & quotquot haberi à quolibet ipsorum poterint, ac ad eorũ notitiam ex relatu fidedignorum peruenerint, sub sacramenti religione, in eorum congregatione proponant; nominaque eorum, qui fuerint ab omnibus pręfatis electoribus concorditer nemine discrepante approbati, singulariter in singulis chartulis describantur, singulaque nomina in singulis cereis pilis includantur, quæ signo seù sigillo cuiuslibet ipsorum electorum signentur, sicque in crumenam, quam Bussulam appellant, mittantur ipsaque crumena in scrinio includatur: cuius scrinij tres sint claues, quarum vna retineatur per Conseruatores, alia per Priorem Capitum Regionum, alia per Proconsules collegij Capitolinæ Curiæ: quod scrinium in Sacrario S. Mariæ de Aracæli reponatur, vsque ad tempus debitum. Sexto autem mense ante finem officij Iudicis exercitium exercentis, conuocato Consilio publico in Palatio Conseruatorum, scrinium præfatum publicè cum clãgore tubarum associatum ab electoribus præfatis, necnon Proconsulibus Collegij, & Correctoribus, & alijs per Conseruatores deputandis, in Consilium deferatur: exindeque publicè tres pilæ sorte extrahantur, factaque signorum, & sigillorum recognitione, de quibus rogetur Scriba Senatus, nomina extracta publicè legantur, & incontinenti per Conseruatores, Priorem Capitum Regionum, Cancellarios, & electores, saltem duos, ad Sanctissimum Dominum nostrum Papam deferantur; & qui ex illis tribus, à Sanctissimo Domino nostro approbatus fuerit, intelligatur & sit Primus Collateralis Curiæ Capitolij, & Locumtenens Senatoris, ad vnum annum integrum: qui terminus pro-

rogari non debeat. Reliqua duo nomina, quę remanſerint, iterum pilis incluſa reponantur in crumena, & ſcrinio, vt ſupra: & aliter facta electio, & depurario non valeat. Qua eiuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri approbatione ſecuta, ſtatim notificetur illi ſic electo, & approbato, vbicunque in Italia fuerit, cum conditionibus officij, ſalarijs & emolumentis, ad finem vt poſſit deliberare, an velit acceprare, & tempus habeat ad componendas ſarcinulas; qui, ſi non acceptauerit, ſimiliter alius exrrahatur, & præſenretur vt ſupra, & tot ſucceſſiuè extrahantur donec vnus acceptet.

De electione primi Collateralis. Cap. 4. Gloſſ.

Collaterales dicuntur; qui ſe adtingunt, vel ſibi adtinent; hoc verbo ſape vſus eſt Ioan. And. in declaratione arboris affinitatis facit tex. in l. 1. ff. de grad. affinit. dicuntur etiã Collaterales generaliter omnes equaliter quaſi lateribus conſidentes, & iſti conueniunt cum Collateralibus Capitolij, qui pro iure dicendo, quaſi lateribus Senatoris conſident, & ideo quatenus attinet ad Ciuiles cauſas ſunt cum Senatore pares authoritate, & poteſtate, dignitate verò differentes, & ideo inter eos dignitatis ordo eſt ſeruãdus l. 1. C. vt dignitat. ordo ſeruetur l. vltima in fin. C. de priuilegijs eorum, qui in Sacro Palatio, & Collaterales ipſi, qui ſunt eiuſdem dignitatis ſibi ex ordine cedunt quia ſecundus cedit primo l. 1. C. de Conſulib. l. 1. C. de præfectis l. 2. C. eod. l. 1. in fine C. de ſacri Cubiculi l. 2. §. illud præcipuè C. de primicerio.

Iuris vtriuſq; Peritorum &c. debent eſſe probatæ vitæ; grauitate morum alios præcellere, peritiam rationum publicarũ habere, & alia de quibus in l. ſancimus. 6. C. ad l. Iuli. repetund. & in §. eos autem, vt Iudices; ſine quoq; Suffrag. c. 8. l. 1. in fine C. de offit. mag. offic.

Infames. n. & notati; quibus ordine, & honore interdictum eſt, & improbatæ vitæ viri non ſunt eligendi Iudices l. 2. C. de dignit. l. vnica C. de infam. l. 1. C. de his, qui non impletis ſtipendijs; niſi ad tempus ordine moti, tempus pœna ſit finitum l. generaliter. 3. ff. de Decurio. l. 2. §. 1. ff. eod. l. ad tempus ſupra. ff. eod. l. 1. C. de his qui in exilium dati l. 2. C. eod. l. ordine 15. ff. ad municipal. niſi is, cui minoribus honoribus interdictum eſt maiores aſpiret l. relegatorum. 7. §. fin. ff. de interdict. & releg.

Nec minus flagellis caſi l. eo qui 12. ff. de Decurio. Nec reipublicæ criminis. l. libertus. 17. §. in quæſtionibus. ff. ad municipal. in l. lucius 21. §. antepenult. ff. eod. l. reus delatus. 7. in princip. ff. de munerib. l. vnica. C. de reis poſtulatis, niſi per annum fuerit in reatu, nec cauſa ſit finita d. l. 7. Item niſi nullus ſit accuſator vel deſtitit. l. reſcripto. 6. §. ſi quis accuſatorem. ff. de muneribus.

Nec Coloni originarij Cæſaris ſunt Iudices eligendi l. 1. C. de agri. & mancip. Nec Iudei. Nec Hæretici l. generaliter. 3. §. fin. ff. de Decurio. §. 1. & per totum. Auth. de priuileg. dotis hæreticis mulieribus, vbi Angel.

Nec negociantes, & exercentes officia, vel artes viliſſimas. l. ne quis 6. C. de dignit. l. ſi cohortalis. 12. §. fin. C. de cohort. l. 1. C. de præpoſitis agentium l. vnica C. negotiatores ne militent. Nec pauperes l. reſcripto. 6. in princ. ff. de muneribus, & honoribus. Nec Ciuis eiuſdem Ciuitatis l. vlt. C. de off. rector. prouinc. & ſtatutũ hoc in §. & ab vrbis origine &c. & l. vlt. C. de crimine ſacrilegij, & ſupra c. 1. in fine. Nec debitores Ciuitatis d. l. 6. §. debitores. ff. de mun. & honor. l. 1. C. de debit. Ciuitatum. Niſi non ex adminiſtratione reipub: ſed ex alia cauſa debeant d. l. 6. ſed eos. Nec cohortalibus exequijs obligatus eſt Iudex eligendus l. cohortalis 12. C. de cohortalibus. l. quiſquis. 14. C. eod. l. nullus. 13. eod. l. ſi quis 13. de off. rect. prouinc. Nec illi, qui honorem, munus, vel aliud officium ſubſtinẽt l. honorem. 10. ff. de mun. & honor. l. hac parte. 10. in fin. C. de proxim. ſacror. ſcrin. l. 1. §. illi quoq;. C. de præpoſ. agen. in rebus l. his quibus ſupra C. qui militare poſſunt. Nec indigni inferiore locò l. qui indignus 4. ff. de ſenatorib. l. relegatorum. 7. §. fin. ff. de interdictis, & relegat. Nec minores 25. annis ſunt Iudices eligendi l. ad rempublicam 8. ff. de mun. & honor. & in ſumma Iuris periti non imperiti ſunt Iudices eligendi ex diſpoſitione huius ſtatuti & iuris communis §. 1. & per totum. Auth. de iudicib. & vt nullatenus eis iure iurando, maximè illi, qui Aduocationẽ exercuerunt, vt feciſſe conſtat Iuſtinianum in §. vetus igitur ſchema. Auth. eod. & in l. ſi quis de togat. 9. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorum. ſed durante officio non poſſunt aduocati Iudices electi vno, eodemq; tempore

ad-

aduocationem, & officia publica exercere, ne cum ad vtrunq; festinant, neutrum benè peragant l. nemo ex ijs. 13. C. de assess. Possunt tamen finito officio ad munus aduocationis reuertere d. l. nemo ibi ita tamen &c. & d. l. si quis 9. C. de aduocatis diuer. Iudiciorum.

Et si quis habilis ab initio extitisset, & ex post insufficiens, & inhabilis factus sit est ab officio amouendus c. quamuis triste. 7. q. 1. Alciat. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 19. in fine, multo magis ille, qui, & etiam ab initio fuit inhabilis, atq; insufficiens in exercitio sibi traditi officij l. gradatim §. reprobari ff. de mun. & honor. latè Alciat. d. praesumpt. 19. nu. 4. & 5. vbi plura affert exempla. Non autem sine causa cum iniuria, & damno, est quis amouendus Paris de Put. de syndicatu tit. de arbitrarijs eorum &c. n. 8. post Rom. in cons. 467. vt clarè redditur &c. quem loco amouere est grauem iniuriam inferre, si id sine causa fiat l. vlt. ibi, qui dignus tali nota videbitur ff. vbi pull. educ. debeat l. 2. §. ignominia. ff. de ijs, qui notan. infam. l. hac enim. ff. de suspect. tutor.

Hinc Vicarius Episcopi, cui est data facultas cognoscendi, & non condemnandi non potest Clericum à suo beneficio amouere, cum illa amotio censeatur grauis iniuria c. 2. vbi Anchar. in 3. notab. de offi. Vicarij in 6. & Antonius Pius, vt scribit Iulius Capitolinus in eius vita successorem viuenti bono Iudici nulli dedit. Et quidem optime quia pro vtilitate publica Iudices sunt ab officijs remouendi, Rom. d. cons. 467. & ab officia eligendi l. quod semel ff. de decret. ab ordine faciendis.

De electione Capitanei Appellationum. Cap. V.

SImilis electio, & inclusio in sacculo alio eodemque in scrinio, modis & formis, vt in proximo praecedenti capitulo est expressum, pro appellationum Capitaneo fiat; & ex eo, vt praemittitur, Capitaneus extrahatur. qui tamen Capitaneus per duodecim annos antea fuerit in publico collegio doctoratus, & alia officia, & iudicandi munera exercuerit origine ab Vrbe per milliaria sexaginta distet; nec ex eadem Ciuitate vel districtu, ex qua Senator, nec illi, nec Iudicibus, nec etiã alicui Ciui consanguinitate, aut affinitate vsque in tertium gradum, de Iure Canonico inclusiuè computandum, coniunctus sit.

De electione Capitanei appellationum. Cap. V. Gloss.

Capitaneus Appellationum, & nullitatum Vrbis est Iudex, ad quem causae tam Ciuiles, quam Criminales per appellationẽ a quibuscumq; Iudicibus Capitolinis interpositã deuoluuntur; de quibus omnibus ipse cognoscit; vt infra 166. Huiusmodi nomen Capitanei etiã ad Iustitiam ministrandam non est nouum, vt docuit Cyn. in l. si seruus C. de noxalib. Bal. in l. 1. §. qui es ff. de offi. praefect. Vrbis. Roman. in sig. incipiente Capitaneus, & veteri allegat per Bertachin. in verb. Capitaneus, lib. 1. fol. 131. & si vt plurimum ad Capitaneum militum referatur, vt videre est apud Bertachin. vbi supra.

De electione secundi Collateralis. Cap. VI.

SImilibus modis, & formis, & temporibus, vt de Primo Collaterali dictum est, fiat separatim alia descriptio, deputatio, inclusio, extractio, electio, & praesentatio Secundi Collateralis: qui etiam habeat easdem qualitates.

De electione secundi Collateralis. Cap. 6. Gloss.

Collaterali materiam vide supra cap. 4.

De Iuramento Senatoris. Cap. VII.

SEnator statim cum Capitolium ascenderit ad officium exercendum, iuret in manibus Conseruatorum ad sancta Dei Euãgelia, officium sibi commissum per se, suosq; officiales legaliter, & bona fide, cum omni diligentia, & sollicitudine exercere; Inquisitoribus haereticae prauitatis contra Haereticos, quandocumque fuerit requisitus, fauorẽ & auxilium praestare: Vrbem & eius Ciues, Comitatum & districtum in pace & tranquillitate manutenere, regere & gubernare; malis hominibus Romam, eiusq; districtum purgare, viasq; publicas districtus tutas & securas

ras ab incursione latronum & bannitorum, pro viribus conseruare; Iura, bona, iurisdictiones, & dignitates Vrbis, illiusq; Fisci seu Cameræ conseruare, & tueri; occupataq; & amissa, pro posse recuperare: Hospitalia, religiosaque & pia loca tueri, & in caussis eorum, nec non Viduarum, Pupillorum, & Pauperum & miserabilium personarum, & dotiumq; mulierum procedere, & procedi facere, iuxta formam Statutorum, omni mora postposita: Locationes factas & faciendas ciuibus Romanis & districtualibus, in perpetuum, vel ad certum genus, seu ad tempus breuius, tueri: ipsosq; in eorum possessiones defendere, & expulsos in possessiones reducere: Statuta facta & facienda, vt iacent, absque alia mala seu sophistica interpretatione; & in casibus, in quibus Statuta aliquid non disponunt, Iura Ciuilia, & in eorum defectum, Iura Canonica obseruare, & obseruari facere: manus puras & mundas habere, & ab omnibus illicitis abstinere; familiam, & equos suos, & non suppositos, prout à Statutis requiritur, habere: constitutaque salaria tribuere, nec aliquas lucratiuas conuentiones, præsertim cum Iudicibus & Marescialliis, siue Executoribus & Maleficiorum notarijs facere, aut tractare; quodque vt Executores eorumque birruarij in cõpetenti numero armari, vt decet, die noctuque incedant curabit; & quod sibi liberum arbitrium concedatur, seu quòd non syndicetur, seu quòd ante, vel infra tempus sui officij syndicari debeat, non petet: nullamque deliberationem facere vel procurare, quæ sit vel esse possit ordinationibus factis & faciendis per Conseruatores præsentes & futuros contraria vel aduersa: quòdque ipsis Conseruatoribus, & eorum Cameræ, siue Fisci iuribus assistet; fauoremque & auxilium pro posse præstabit. Pauperes, minores, impotentes & personas ecclesiasticas tenentes & possidentes in dominio, vel intra dominium alicuius Potentis tuebitur, & eisdem auxilium & fauorem, quoties fuerit requisitus, pro posse præstabit.

De Iuramento Senatoris.
Cap. VII. Gloss.

Et de iure communi iusiurandum præstabatur ab ijs, qui administrationem alicuius magistratus accipiebant, siue in Vrbe, siue in Prouincijs iuxta formã de qua in l. fauorabilissimus 6. C. ad leg. Iul. repetund. & in §. sit igitur, Auth. vt Iudices sine quoquo suffrag. c. 7. & §. 1. per tot. Auth. iusiurandũ, quod præstatur ab ijs &c. quæ non est huic nostra dissimilis.

Inquisitoribus &c. Marescial. quia non sunt defendendi: immò ad punitionem eorum criminis possunt à sacris templis abduci. Mars. in l. ex Senatusconsulto in final. ff. de sic. Boer. decis. 110.

Comitatus appellatur districtus Ciuitatis, & continet in se accessiones, & naturales pertinentias Ciuitatis gloss. in c. prouinciæ in verbo comitatus 90. distin. Bald. in cons. 319. lib. 1. Felyn. in c. Rodulphus nu. 3. de rescript. dicit, quod significat Territorium, Villarum, vel Castrorum pertinens ad Ciuitatem, & potest contingere aliquid esse de Ciuitate, & non de districtu, & aliquando Comitatus ponitur pro Principis præsentia, vt est tex. iuxta gloss. in l. Ciuita, in verba comitatu C. quom. Imp. inter pupill. & vid.

Districtus est locus iurisdictione munitus intra quem homines distinguuntur; & dicitur à distinguendo, sicut Territorium à Terrendo c. vbi periculũ §. porrò, vbi gloss. in verbo Territorio de elect. in 6. Abbas cons. 20. n. 2. lib. 1. Corn. cons. 187. lib. 4. l. si pupillus §. Territorium ff. de verb. signific. de hac re multa tradit Hieronymus de Monte in tract. de finib. regum q. 7. per totum de Vrbis districtu. Puteus decis. 24. lib. 3.

Pace, pax est vinculum perfectionis secundũ Apostolum; & Christus, est pax nostra qui fecit vtraq; vnum, & beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur; & inter pacem concordiam, & tranquillitatem est differentia, quia pax est genus, concordia, & tranquillitas species. Alex. & alij in l. 1. ff. de pac. vnde dicunt quod statutum de pace non verificatur in concordia.

Statuta facta *omnis sophistica interpretatio semper fuit legibus odiosa, & ideò repellitur, et benignior semper amplectitur l. benignus 18. l. nulla 25. ff. de legibus l. semper 55. et l. ea quæ. ff. de reg. iur.*

De iuramento collateraliũ & Iudicis Appellationum, necnon et Iudicis Maleficiorum. Cap. VIII.

QVilibet ex Collateralibus Capitolinæ Curiæ, & Iudex appellationum, & Iudex

dex maleficiorum, antequam ad officium admittatur, iuret in manibus Conseruatorum, officium sibi commissum bona fide legaliter, summaque diligentia, remotis amore, timore, odio, prece, pretio, & omni munere exercere; nihilq. vltra suum salarium, & præsentibus Statutis permissa, etiam à sponte dantibus, recipere: Hospitalia, religiosaque & pia loca tueri, & in causis eorum, necnon viduarũ, pauperum & miserabilium personarnm, dotiumque mulierum, omni mora postposita, procedere; causas omnes, quæ coram ipsis vẽtilabuntur, infra terminum à Statutis præfixũ pro posse diffinire; singulisque diebus iuridicis & horis debitis ad Tribunal sedere, Statuta obseruare, & iustitiam vnicuique petenti administrare, & insuper ijdem Collaterales, & Iudex maleficiorum votum in Affettamentis ex animi sinceritate, & absque pretio, aut mercede aliqua, quoties fuerint requisiti, dare. Ipseque maleficiorum Iudex, vltra prædicta, de delictis veram & integram informationem cum omnibus & singulis qualitatibus, omni dolo & fraude cessantibus recipere; nullasqud qualitates, vel delicta augentes, vel reum excusantes omittere, nec quicquam vltra veritatem apponere.

De Iuramento Collateralium, & Iudicis appellationum. Cap. VIII. Gloss.

Et isti omnes debent iurare contenta in præsenti statuto antequam ad officium admittantur in manibus Conseruatorum: hoc institutum traxit originem à Iure Communi, vt patet ex allegatis in præcedenti capite 7. & in summa apud eos non debet esse acceptio personarum, sed omnibus ijdem Iudices debent esse constantes; vt est ipsa Iustitia §. 1. Inst. de iust. & iur. & sicut Deus omnipotens summus Iudex non habet acceptionem personarum; ita nec eius ministri habere debent c. nouit. de Iudic. qui debent diligere Iustitiam; ne secundum Anacharsis Philosophi sententiam leges sint aranearum telis similes, quæ potentes transmittant, debiliores verò retineant, vel secundum Claud. Tolo. reti piscatoriæ; quæ minutos pisciculos dimittit, grandes retinet.

Si à sponte dantibus nil vltra suum salarium recipere possunt; sine dubio neminem poterunt concutere, sed debent stare contenti proprijs stipendijs, quia concussiones sunt de iure prohibitæ l. 1. & toto tit. ff. de concuss. furta, atq; scelera l. Iudices 12. C. de dignitat.

De officio Collateralium Iudicum. *Cap. IX.*

AD officium Collateralium spectat de causis quibuscunque ciuilibus cognoscere, instrumenta dotalia, apochas & alia publica instrumenta, testamenta, codicillos & alias vltimas voluntates executioni demandare, & causas ipsas celeriter infra tempora à Statutis præfixa expedire; pupillis & minoribus Tutores & curatores dare; de restitutione in integrum cognoscere, omnibusque de quacunque re ciuiliter querelantibus tam in possessorio, quàm in petitorio iustitiam ministrare; omniaque alia facere, quæ ordinarij Iudices facere possunt, & quæ in proximo præcedenti Capite, & in his Statutis continentur.

De officio Iudicis Maleficiorum. *Cap. X.*

IVdicis Maleficiorum officium est, cognoscere de causis quibuscunque criminalibus, ipsasque diligenter audire, & summa integritate decidere; & cauere ne inter accusatorem & accusatum collusio fiat, deque violentijs expulsiuis & turbatiuis, ac damnis datis, de quibus criminaliter agi continget, ac de quibuscumque excessibus & maleficijs, de quibus per Statuta præsentia permittitur diligenter inquirere; Affettamentis interesse; votum suum sincerè præstare, eiusque officium incorruptè exercere, & omnia alia facere, quæ in Capite de iuramento ipsius continentur.

De absentia seu infirmitate alicuius ex Iudicibus præfatis. *Cap. XI.*

SI quando ex aliqua causa, præuia tamen Conseruatorum licentia, aliquem ex Collateralibus, seu etiam maleficiorum Iudicem, abesse contigerit, vel ægrotare, ita quòd ad Tribunal sedere non valeat; possit & debeat alius ex Iudicibus in locum impediti ad Tribunal sedere, & decreta omnia interlocutoria, à quibus ex forma Statutorum appellatio non datur, citra causæ conclusionem interponere: quæ perinde valeant, & roboris obtineant firmitatẽ, ac si à suo Iudice interposita fuissent. Quod si absentia, vel infirmitas vltra spatium dierum decem durauerit, tunc de Conserua-

torum

torum cõſenſu, Senator vel de alio prouideat, vel in illius locum alterum ex Iudicibus, vſque quo ceſſet impedimentum vel alius eligatur, ſurrogare debeat; qui in omnibus in illius locum ſuccedat.

De ſuſpicione Collateralium. Cap. XII.

SI ante litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, aliquis ex Collateralibus cum iuramento ſuſpectus recuſetur; Senator illi adiunctum, vel eo remoto, alium ex reliquis ſuis Iudicibus, vel etiam extra Capitoliũ, dare, & deputare debeat. Quòd ſi poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, ſuſpectus allegetur: tunc cauſa ſuſpicionis exprimatur in actis; & Senator arbitrio ſuo, omni & quacumque appellatione remota, ſuſpicionem reijcere, vel primo remoto, alium non ſuſpectum (vt præmittitur) dare & deputare poſſit & valeat, qui in locum ordinarij in omnibus & per omnia ſuccedat, & ab eo ad Capitaneum Appellationum appelletur.

De ſuſpicione Collateralium.
Cap. XII. Gloſſ.

Infra c. 184. multa dicta ſunt de ſuſpicione. Capitanei; quæ hic placeat conferre: poſt litem conteſtatam non poteſt Collateralis, vt ſuſpectus recuſari ſine cauſa, prout nec Capitaneus. Verum non eſt cauſa legitima ſuſpicionis ſententia in alia cauſa contra recuſantem illum vti ſuſpectum lata, à qua ipſe recuſans appellauit, quia ſi grauabitur habebit appellationis remedium, vt eſt de hoc tex. in l. vnica. ff. apud eum à quo appelletur, vbi ex eo quia Iudex protulit ſententiam contra aliquem in vna cauſa non ideò efficitur ſuſpectus in alijs, vt notant ibi glo. & Doct.

*De Syndicatu Senatoris, & eius familiæ, ac Iudicum Collateralium, Iudicis Maleficiorum, Capitanei Appellationum, & electione Syndicorum.
Cap. XIII.*

SEnator, ac quilibet ex Collateralibus, Iudex Maleficiorum & Capitaneus Appellationum, illorumque officiales & familiares per ſe ipſos finito eorum officio, ſtare ad Syndicatum per dies decem teneantur, & perſonaliter coram Syndicis deputandis querelantibus reſpondere; coram quibus Syndicis de geſtis, adminiſtratis & factis per eos, & eorum quemlibet, rationem reddere debeant, & vnicuique querelanti reſpondere de iure, & omnibus ſatisfacere, quibus de iure tenentur; & de ſuo ſalario (quod retinebitur in Camera per vltimo termino) & aliàs de ſuo, integrè ſoluere: quod ſi non ſufficiat, perſonaliter detineantur, quouſque ſoluerint, & ſatisfecerint cui condemnabuntur. Syndici autem præfatorum, & cuiuſque ipſorum, imbuſſulentur, & non extrahantur de Buſſula, donec eorum, & cuiuſque ipſorum officium vacauerit. etſi ante vacationem, eorum deputatio facta fuerit, non valeat: & alij deputari debeant pro ſyndicatu præfato; nec per ſententiam Syndicorum ante vacationem electorum, Senator & alij prædicti liberati cenſeantur. quorum quidem Syndicorum alter ſit vtriuſque Iuris Doctor, & omnes gratis eorum officium præſtare teneantur.

De Syndicatu Senatoris, & eius familiæ, ac Iudicum Collateralium, Maleficiorum, Capitanei appellationum, & electione Syndicorum. Cap. XIII.
Gloſſ.

Syndici appellatione hic accipitur pro Iudice delegato à Populo ad audiendas querelas contra officiales finito officio porrectas, & ideò ſyndici officialium electi per conſilium Populi dicuntur Iudices delegati, non autem ordinarij Bart. in l. fin. in fine C. vbi, & apud quem; & ideo non poſſunt cognoſcere, niſi de geſtis pro officio tantum, & in officio; non autem de commiſſis ante, vel alibi Bald. in l. 3. in princ. verſ. nota quod Syndici. ff. naut. caup. ſtabu. Paris de Puteo de Syndicatu fol. 8. col. 4. & ſequen. & quando plures ſint electi, an vnus ſine alio poſſit emittere Bannum contra officialem, & cognoſcere, tradit idẽ Paris de Puteo, vbi ſupra fol. 9. col. 1. verſ. an ſi ſint. Et poſſunt inquirere etiam fama non præcedente Ange. in l. ſi vacantia verſ. & hæc ſunt C. de bon. vacan. lib. 10. An habeant merum, & mixtum Imperium tradit Tanc. in ſumma tit. de iuriſdictione quæſt. 11. Bald. in l. obſcure. S. proficiſci. col. 2. quæſt. 1. ff. de offic. proconſ. & legati tenet quod ſic. Aliter enim Syndicorum appellatione veniunt, qui ſimul dicunt cauſas ſingulorum

rum de vniuersitate gloss. in §. fin. vers. velit. instit. de curat. gloss. in l. 1. §. in quibus in ver. syndicum. ff. quod cuiusq; vniuers. Specul. de his, qui ali. no. ver. syndicus, & ibi Io. And. in additionibus, & Bald. ver. syndicus, Idem Bald. in cons. 93. lib. 2. Item procuratores vniuersitatis Specul. de act. ab vniuer. & de restit. in integ. §. quis autem vers. Prælatus, Aret. in §. fin. Instit. de curat. Item veniunt Actores, Administratores, & delatores maleficiorum, vt latè dignoscitur ex allegatis per Berthac. in verbo syndicus lib. 4. fol. mihi 136. & sequen.

Ante finem officij nemo potest syndicari Barbat. in cons. 61. n. 43. lib. 3. nisi agatur de delicto, ex quo possit imponi pœna priuationis officij. Buss. de off. corrupt. n. 34. Clarus. §. finali. quæst. 16. vers. præterea quæro, & licet offitialis non possit conueniri durante offitio. Ias. in l. 2. n. 1. ff. de in ius vocando, tamen eo durante potest citari, vt offitio finito compareat. Osascbus in decis. 130. num. 12. Item potest conueniri de mandato superioris. Grammat. decis. 40. n. 9. & 10. & in alijs casibus de quibus per Ias. vbi supra. Et officiales de consuetudine non syndicantur nisi de dolo, barattaria, & extorsione. Bonacos. quæst. Crimin. in verbo sedere. Pro debitis autem factis ex contractu Syndicatores non sunt Iudices. Alberic. in l. & ita §. 1. n. 3. ff. naut. caupo. stabul. nec pro delictis commissis post officium; nec pro grauibus in officio Afflict. in constit. regni. rubr. 9. de Palat illicita n. 17. lib. 1. Clarus §. fin. q. 31. vers. sed hic declarando. Offendens officialem in syndicatu punitur, ac si offendisset tempore officij, ob reliquias officij. Cotta in verbo Potestas, & in verbo reliquias Tiraquel. de cessante causa, limitat. 14. n. 10. nisi talis fuisset ab offitiali prouocatus. Clarus in §. fin. q. 68. ver. iniuriam faciens.

De officio Syndicorum Senatoris, & Iudicum, ac aliorum. Cap. XIV.

IVdices ad syndicandum electi, gesta per Senatorem & alios quoscunq; supradictos diligenter examinent; querelas querelantium audiant; condemnandos condemnent; absoluendos absoluant; de male & negligenter gestis (odio, amore, timore, prece, pretio, & omni munere remotis) debitas pœnas inferant. Forma autẽ procedendi in syndicatu hæc erit; mittantur præconia tria in Palatio, & per loca Vrbis solita, primum prima die decendij, secũdum tertia die, tertium quarta die, in quibus moneãtur omnes, vt infra biduũ suas querelas proponant: lapso autem decendio, his tribus præcedẽtibus edictis, Iudices querelas & causas pro iustitia terminent. Et prædicta Iudices syndicatores ipsi, in sui officij ingressu, in manibus Conseruatorum iurent obseruare.

De officio Conseruatorum. Cap. XV.

AD officium Conseruatorum ante omnia spectat vigilem ac præcipuam curam pro statu Sanctissimi D. N. Papæ, ac S. R. Ecclesiæ, & pro Vrbis tutela, & ciuium quiete, ac sanitate conseruanda semper habere; & quæcunque ædificia & opera publica, præsertim antiqua, inuiolata & illæsa custodire; Cõtra quoscunque interceptores aut violatores eorũ acerrimè insurgere & inquirere, & animaduertere: necnon vt in omnes Templorum & Ecclesiarum ornamenta aut lapides surripientes, aut corrumpentes diligenter inquiratur & animaduertatur per eos ad quos pertinet insistere & curare, & vt Sacraria & Reliquias Sanctorum diligenter in Vrbe custodiãtur inuigilare: Claues tabernaculi, vbi inclusa sunt capita beatorum Apostolorum Petri & Pauli in Basilica Sancti Ioannis Lateranensis, per eos custodiri solitas, apud se vel alios deputatos retinere: & vt Statuta, decreta, constitutiones omnes approbatæ perpetuò custodiantur, & per omnes ius dicentes seruentur, & iuramentum solemne à Senatore in ingressu sui officij, & à suis Iudicibus, & à Capitaneo appellationum Romani Populi, super eorum officij obseruatione recipere, & præstari facere; & ne Monopolia per Artifices, & ipsorum Vniuersitates, vel quasuis alias personas, aut per easdem Vniuersitates aliquæ constitutiones fiant, quæ generalibus Vrbis Statutis aduersentur, prohibere: quorum etiam Artificum & Vniuersitatum constitutiones corrigendi, refutandi vel admittendi, vt infra de Statutis Artificum traditur lib. iij. auctoritatem & potestatem habent, & de quibuscunque iniustitijs & sententijs per Consules & officiales artium, à quibus appellari prohibitum est, per approbata ipsorum Statuta quibuscunque personis illatis, per viam querelæ cognoscere, & summatim terminare, nisi aliter per eadem Statuta sit prouisum, quod possit videri de iniustitia

ftitia per eos facta;& super oẽs Artes & Cõsulatus Curiæ Capitolij subiectas, iurisdictionẽ exercere; & similiter etiam sententias Capitũ Regionum Vrbis per viam querelæ reuidere, & terminare; & de omnibus causis extraordinarijs ad Cameram Vrbis pertinentibus cognoscere; Extraordinarios minores instituere, eosdemq́; ac etiam maiores punire & coercere; &, si iusta subsit causa, priuare: Mandatarios etiam publicos pro singulis regionibus constituere, ac mutare & priuare possint; Sex etiam Caballarios Cameræ prædictæ, ac Suprastantes siue curatores vel reuisores murorum & ædificiorum publicorum, Custodes carcerum curiæ Capitolinæ, Numeratoresq́. pecudum pariter instituere ac deputare; officia præterea Palatij Capitolini, & tubicines renouare, & confirmare, & cum vacauerint de nouo concedere; Potestates & officiales Terrarum inclyto Populo Romano subditarũ, ex præscripto publici Consilij iuxta modum, & formam per nouas reformationes traditam creare ac deputare, & deputatos, si rationabilis causa subsistat, priuare, & punire; Priuilegia Romanorum Ciuium & Ciuilitatem possidentibus bona stabilia, & habitantibus pro maiori parte temporis in Vrbe conuocatis in concionem Capitibus regionum cum tresdecim & viginti sex consiliarijs, & præuia relatione à quatuor deputatis Nobilibus, seù eorum maiori parte, & non aliter, dare, nisi honoris gratia Illustribus vel claris Viris postulantibus, & cum assensu omnium vel maioris partis ipsorum; reliquis, publico Consilio adhibito, & assentiente, concedere; Quoscunque introitus & exitus & computa Camerariorum vniuersitatum artium, siue in solemnibus diebus festiuitatis Assumptionis Beatissimæ Mariæ semper Virginis, siue in ludis publicis, qui in Agone & Campo testaceo celebrantur, diligentissimè reuidere & taxare; & omnibus rationibus dictæ Cameræ præesse;&, si iusta & rationabilis causa existat, pœnas extraordinarias & banna mitigare, & gratias denunciatis facere, vel cum eis componere; In vendentes ad victum necessaria animaduertere; Generali Gymnasio Vrbis assistere; ac etiam Collegium per bo.me. Cardinalem Firmanum institutum, visitare, & vt Statuta eiusdem seruentur, operam dare; Reficiendorum Murorum, Pontium, Aquæductuum, & omnium ædificiorum publicorum sollicitam curã diligentiamq́; habere; eaq́; frequenter visitare, & ne vitientur curare; Præconia inspicere, & vtilia regestari facere; Portarum, & Pontium stationarios, & custodes indebitè exigentes plectere, & carcerare, & ad seruandum tabulas mercedum compellere; De causis quarumcunq; appellationum à sententijs latis in Terris Romani Populi, si ad eos recursum fuerit, seu de nullitate dictum, & de omnibus alijs causis dictarum Terrarum summatim cognoscere; Marescallis & executoribus omnibus, quæcunq; eis visa fuerint, præcipere & mandare, & ad parendum cogere; Pœnas, quas arbitrati fuerint, imponere & irrogare, & commissas exigere; &, si contra subditos Romano Populo irrogantur, fabricæ eorum Palatij in totum vel in partem applicare; Terras Romano Populo subiectas, iuxta ordinem præscriptum, visitare, & facinorosis hominibus purgare, & quoscunq; malefactores pro ipsorum arbitrio punire: Ita tamen quòd pro huiusmodi visitationibus nihil præter victum pro personis & equis accipiant, & ab omni munere abstineant: & quicquid præter victum receperint, in quadruplum tempore syndicatus restituant: & omnia alia facere, exercere & exequi, quæ ex Bullis indultisq́; Apostolicis concessa apparent, & quæ in alijs capitulis præsentium Statutorum continentur: Quæ capitula in suo robore, quatenus præsenti capitulo & contentis in eo non aduersentur, remaneant, atq; perdurent.

De officio Conseruatorum. Cap. XV. Gloss.

Horũ in Republica quanta fuerit antiquitus dignitas, & potestas facilè ex multis scriptorum locis videri potest Cicer. lib. 3. de legibus ita ait Regio Imperio duo sunto, ijque præeundo consulendo Prætores, Iudices, Consules appellantur. Militiæ summum ius habento, nemini parento. Ollis salus Populi suprema lex esto. Hoc idem quatenus attinet ad populi salutem facit hoc nostrum Statutũ. Idem Cicer. in orat. pro Planco contra Rull. de eis loquens dicit honorum populi finis est Consulatus, quẽ Magistratũ iam octingenti ferè consequuti sunt. Et Poly. lib. 6. ait. Consules antequã ex Vrbe legiones educant Vrbanarum rerum omnium ius atq; Imperium habent. His enim ceteri omnes Magistratus, Prætor, Tribunus plebis parent, ac subiecti sunt. Hi legationes in Curiam introducebant, quæ celeriter statuenda sunt decernunt

nunt: quæ, & deliberanda sunt ad Senatum referunt. Quæ verò à Senatu decreta sunt ea, ut perficiantur ipsorum officium est. Quinimò, & quæ de Repub. per Populum transigenda sunt, & perficienda eorum officium est perpendere, ac diligenter examinare, concionem quoties opus est aduocare. Senatus consulta ad populum referre; quidquid maior pars iusserit exequi. Quin etiam in his, quæ ad belli paratum, & Castrensem disciplinam pertinet; hi summum Imperium habent. His ius est socijs quidquid uisum fuerit imperare. Tribunos militum creare delectum habere. Ad hæc de ijs, qui sub imperio eorum sunt in Castris arbitratu suo supplicium summere. His præterea licet, eos comitante quæstore, ac sedulo imperata faciente, publici æris, quantum res ipsa tulerit impendere. Et Cassiodorus: Priscorum iudicio inquit, qualis sit consulatus hinc omnino datur intelligi, quando inter Mundi dignitates eximias; solus meruit habere palmatas vestes; quam fælicitas dabat præmia vincentium, nomen annorum compensatio sola, cui debebantur omnia, statum Reipub. Rom. Viri fortis dextera tuebatur, fortunas omnium, ac liberos huius consilia vindicabant: Et tot magnis debitis sola erat huius retributio dignitatis reperta in libertatis ornatum inuenta ad generale gaudium per illam nimirum status Imperij iugiter creuit, illam semper felix Roma suscepit. Meritò quidem genus habebatur Imperij, Meritò supra omnes ciues poterat, qui ab hoste patriam vindicabat, utilitates publicas sub æquitate disponens, ius dicebat etiam capiti: sed tuto illi commissa est potestas necis; qui fuerat autor salutis, hinc est quod etiam fasces, atq; secures tantæ potestati præcepti sunt illigari, vt cum tardius soluerentur moram deliberationis acciperent sic de, cæde; aut nece hominis aliquid censuisset; itaut cum omnia eius traderentur arbitrio, ne insolesceret animo Consul dictus est à consulendo. Hinc tanta largitas profluebat, vt illa dextera quæ sanguinem copiosè fuderat hostium, vitæ auxilium Ciuibus manaret irriguum. Sic quos felices per bella fecerat studio largitatis explebat.

Quamuis autem primis temporibus honorum populi finis fuerit Consulatus, amplissimaq; eius ordinis dignitas tùm extiterit: potestatem tamen ipsorum, ne vllus in posterum Tyrannidis metus esset P. Valerius publicola lege centuriatis, comitijsq; lata cohibuit, ac frenum quasi eis iniecit, vt Ciui Romano prouocare liceret, & ne quis Magistratus Ciuem Romanum aduersus prouocationem verberare; aut necare vellet, de qua re infra c. 167. Deinde post Augusti tempora potestas Coss. paulatim inclinare, concidere, & attenuari, solaq; iuris dicendi facultate circumscribi capit: qua Adriani seculo adhuc vsos liberè fuisse ex Dione liquet, qui Adrianum memorat Consulibus sæpè assedisse cum iudicarent. Tandem in nomen honoris sine aliqua potestate Consulatus transijt. Ita enim inquit Cassiodorus. Pinge vastos humeros vario colore palmatos, validam manū victoriali Scipione nobilitatam. Lares proprios etiam calceis auratus egredere; sellam curulem pro tua magnitudine multis gradibus enisus ascende, vt in ocio subiectus merearis, quod nos per maximos labores assumimus imperantes. Rem victoriarum agitis; qui bella nescitis nos iuuante Deo regimus; nos consulimus, & vestrum nomen annum designat; vicissis felicitate Principes, qui & honores summos geritis, & dominationis tædia non habetis. Quapropter erige confidentiam mentis tuæ Consules esse magnanimos decet: opes priuatas non cogites, qui gratiam publicam donando habere decreuisti. Hinc est enim, quod alios Iudices etiam non rogantes euehimus. Consules autem sperantes tantummodò promouemus, vt soli ad has largitates veniatis; qui nos pares esse tantis expensis cognoscitis, alioquin onera essent potius non honores, si supra vires aliquid imponeremus inuictis. Fruere igitur decenter optatis: hic est ambitus, qui probatur. Esto Mundo Clarus tibi prosperrimus, tuis autem posteris feliciter imitandus. Valentinianus verò ordinem Consulatus ad antiquam reduxit sanctionem: vtilitatem tamen spargendi, erroremq; perdendi prohibuit. Et id quod incompetenter proijciendum erat; ad restaurationem aquæductuum Vrb. Rom. centena pondo auri præstari per singulos Consulatus sanciuit. Iustiniani temporibus Consulatus ad nihilum redactus fuit, passim enim Codicillis impetrabatur l. vlt. C. de Decurionibus. Expulsis Regibus cum nihil nocentius esse ciuitati; quam tyrannide, & crudeli dominatu præmi proprio malo didicissent, Imperium duobus Viris annuum mandatum est, qui eo quod postea Reipub. consulerent Consules sunt nominati. His omnia iura omniaq; insignia Regum contulerunt. Et primum Consulatum Romæ gessisse L. Iunium Brutum, & Lucium

Tarquinium Collatinum ab omnibus sine dubio traditum est. Quo verò Vrbis anno, & quo anni tempore Reges expulsi sint; & primi Consules inierint Consulatum, dubitatum variatumq; est sententijs. Lucius, & Dionysius anno post Romam conditam 245. id factum etiam scribunt. Alij vero anno 244. quorum opinionem Carolus Sigonius sequitur, & non obscuras affert rationes, quibus hanc firmat aduersantium conuellit.

De Syndicis Conseruatorum. *Cap. XVI.*

COnseruatores pro gestis & administratis per eos in eorum officio, de furto, barattaria, & omni pecuniarum & munerum illicita perceptione, & non de alijs, syndicari possint.

De Syndicis Conseruatorum. Cap. XVI. Gloss.

Vide quæ dicta sunt supra de Syndicatu Senatoris, Cap. XIII.

De vacatione officij Senatoris. Cap. XVII.

SI Senatoris officium quoquo modo vacare contigerit, Conseruatores pro tempore possint & debeant dictum Senatoris officium, vt præmittitur, vacans, cum mero & mixto imperio, ijsdem tamen Iudicibus & Notarijs remanentibus exercere, & in ipsis Conseruatoribus officium Senatoris duret vsque quo nouus Senator ad ipsum officium electus Capitolium ad officium inchoandum ascenderit; habeantq; eo tempore vltra emolumenta, quæ habent ratione officij Conseruatoratus, die qualibet à Camera Vrbis, quantum consequitur Senator, & subeant eadem onera, quæ idem Senator subire tenetur, & vltra nihil petere possint: & eodem officio finito, syndicentur, & syndicari debeant de omnibus per eos in officio gestis, & administratis, sicut Senator syndicari potest, & debet: etsi contigerit aliquam legationem venire à loco extra districtum Vrbis, dicto tempore, dicti Conseruatores possint, si eis videbitur & placebit, in honore faciendo dictæ legationi, expendere in confectionibus, vel conuiuijs, vel similibus, vsque ad quinq; florenos auri de pecunijs Cameræ Vrbis, pro qualibet legatione.

De officio Capitum Regionum. Cap. XVIII.

AD curam Capitum Regionum spectat de causis eis concessis, quæ olim per officium Antepositorum cognoscebantur, in eorum domibus cognoscere; Regionem pro posse custodire, ne quid violentiæ fiat; arma ab illicitè deferentibus in eorum regiones auferre; Homines tā mares quàm fœminas ad matrimonium habiles, & contrahere volentes, si opus sit, consilio & factis iuuare; quæstiones & differentias tollere; Male, & vltra modum facultatum, aut sine exercitio viuentes, hortari & monere, vt ad exercitium aliquod animum & operam applicens, aliàs Superioribus deferre; inhonestè viuentes, ab honestis vicinis suæ regionis expellere; ædificare volentibus in eorum regione fauere, impedientes reprimere; aduenis otiosis in eorum regionibus commorantibus, & nihil agentibus, commeatum dare, aut Superioribus deferre; violentias comprimere, & Conseruatoribus pro tempore existentibus nunciare; ciues regionis conuocare ad singulas Ciuitatis necessitates, & eos iuxta superiorum iussum conducere; Conseruatoribus dietim assistere, saltem per eorum Priorem; & omnes, si requisiti fuerint, ad consilium vnà cum alijs deputatis vocati venire; rectè & fideliter consulere; ante consilij finem de consilio non recedere, & assistere fauoribus opportunis, vt Statuta & ordines Ciuitatis seruentur; tresq; consiliarios singuli, qui tresdecim & viginti sex nuncupantur, pridie suæ assumptionis, cum quibus in consilijs interueniant, omnino eligere debeant.

De officio Capitum Regionum. Cap. XVIII. Gloss.

Isti habent nonnulla, quæ Lex XII. Tabularum dabat Censoribus; quæ omnia placet hic repetere: Censores Populi, Ciuitates, Soboles, Familias, pecuniasq; censento: Vrbis Templa, Vias, Aquas, Aerarium Vectigalia tuento: Populiq; partes in Tribus distribuunto. Cœlibes esse probibento: Mores Populi regunto &c. Habent etiam iurisdictionem contra Mendicantes validos, & Aduenas otiosos: Nam Mendicantes reficiebantur publicis annonis; ideo hoc debet fieri verè mendicantibus, non fictis. De hoc est tex. in l. 1. vbi Glossa, & Doctores C. de mēdicantibus validis. lib. 10.

De

De officio Aduocati, & Procuratoris Cameræ. Cap. XIX.

ADuocatus & Procurator Cameræ Vrbis, circa defensiones, executiones, & persecutiones causarum Cameræ, sint intenti, & cum diligentia perquirant libros censuales, & tributarios, nunquid in tributis, & censibus Camera sit fraudata, & an sit de eis executio facta perfectò, & apud Senatorem, & Conseruatores maneant assiduè pro eorum iuribus manutenendis, conseruandis, recuperandis, & ab impugnare volentibus defendendis: circa alia vigilanter, & sagaciter explorent quid agant Iudices super criminalibus & ciuilibus deputati, & an infra tempus debitum lites, & causæ, quæ coram eis agitantur, fuerint terminatæ, vt de omnibus tempore syndicatus Senatoris, & Iudicum possint ad plenum rationem reddere, & Syndicos, ac eorum Iudicem informare; & sic iurent facere, & obseruare. Caueant autem patrocinium in Curia Capitolij, aut Conseruatorum pro aliqua particulari persona suscipere: Qui contrafecerit, pœnam aureorum viginti vice qualibet incurrat.

De officio Aduocati, & Procuratoris Cameræ. Cap. XIX.

Gloss.

Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur, l. 1. §. Aduocatos. ff. de extraordin. cogit. & Aduocati, qui dirimunt ambigua facta causarum suæq; defensionis viribus in rebus sæpè publicis, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam prælijs, ac vlneribus, patriam parentesq; saluarent; Nec enim inquit Imperator solos nostro Imperio militare illos, qui gladijs Clypeis, & thorace nituntur; sed etiam Aduocatos militant, namq; patroni causarum; qui gloriosa vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defendunt l. Aduocati 14. C. de Aduocat. diuers. Iudic. qui quidem, vt constituerentur debebant per statuta tempora legum eruditioni inhæsisse l. iubemus. 20. §. nec de cętero. C. de Aduocat. diuers. Iudic. Et quia priuatis non habentibus Aduocatum dabat Prætor, vt dicit tex. in l. 1. §. ait prætor. ff. de postulando, & in l. nec quicquam 9. §. Aduocatos. ff. de offic. Proconf. & Imperator prouidebat, ne ij, quos in foro, aut meritum nobilissimos fecerit aut vetustas in vna parte consisterent, vt alia à rudibus atq; Tyronibus substineretur. Et quod ideò par distributio fieret, & exequaretur partibus auxilium singulorum, vt æqua diuisio procederet, l. prouidendum 7. C. de postulan. Ideò opus etiam fuit Principem, atq; eius fiscalem Cameram de opportuno Aduocati, ac Procuratoris auxilio prouidere, prout prouidit vtiq; Aduocatos, & Procuratores Fisci constituendo, l. 1. & toto titul. C. de Aduoc. fisci l. 1. in princ. ff. de offic. proc. Cæsaris.

Qui quidem in primis contra fiscum patrocinium non possunt præstare l. 1. C. de Aduoc. fisci nisi de licentia Principis, vel pro se, filijs, parentibus, & pupillis. l. 2. C. eod. l. ij qui 10. ff. de postulando. Secundo non possunt occultare fiscalia commoda l. fisci 3. C. de aduoc. fisci. Tertio nomine fisci non debent priuatos calumnijs vexare d. l. 3. & leg. 1. C. de lucr. aduoc. Et in primis ab Adriano fuit aduocatus fisci constitutus, teste Budeus in annot. ad Pandet. in l. fin. ff. de offic. quæst. eisq; plures fuerunt prærogatiua attributa; & plura priuilegia donata, vt patet per tex. in leg. cum aduocatio 8. C. de aduoc. diuer. Iudic. in l. aduocatos. 19. C. eod. & in l. iubemus. 20. §. vt autem, C. eod. & Rebuff. in Concor. Franc. tit. de elect. derog. in verbo, Aduocatum refert 33. priuilegia competentia fisci, vel Principis Aduocato, & Procuratori, & plura de eo dicit gloss. in libr. 2. Aegidiana constitutionis capitul. 18. tit. de Aduocato, & Procuratore Fisci.

Infamis non potest esse aduocatus; nec officium aduocationis exercere, & ideò Iudeus à dicto officio repellitur. Didac. pract. relect. 1. par. de homicid. §. 2. num. 8. Nec esse potest qui non sit Christianus l. finali, C. de postuland. Menochius de arbitrar. casu 360. num. 69. nec Doctor illiteratus, Marsil. de Bannitiis. in verbo, Cōmissario, num. 57. & illi qui sola cupiditate quæstus mouentur, sunt reputandi sordidissimi, Tiraquel. de nobilitate. cap. 29. numer. 54. & alias propter nimiam eorum auiditatem fuerunt prohibiti per legem Cinciam, teste Cornelio Tacito lib. 11. de qua re tetigi de differentijs in verbo, Munus.

De Protonotario & eius officio.
Cap. XX.

AD Protonotariatus officium, per Conseruatores eligatur & assumatur vnus Notarius Romanus, bonæ famæ, & integræ opinionis, modestus, & discretus, qui sedere debeat ante tribunal Senatoris, & scribere,& adnotare acta omnia, quæ coram ipso Senatore fieri contigerit: mandataq; de relaxando carceratos tam ex causa ciuili, quàm criminali (de quorumcunq; Iudicum Capitolinorum mandato capti sint) conscribat: vota quæcunq; Assessorum in causis vertentibus coram ipso Senatore, vel etiam Iudice maleficiorum, conscribat; & adnotet fideiussiones quascunque de non offendendo, seu pace seruanda, & à carceratis præstanda recipiat; de mane, & de sero in loco & camera, sibi in Capitolina curia assignata, resideat; scripturas summa vigilantia custodiat,& alia faciat,quæ ad dictum eius officium pertinere noscuntur. Possit etiam ad tribunal secum vnum vel plures coadiutores habere, qui & ipsi morigerati sint, dummodo & ipse (nisi infirmitate; aut necessaria absentia per Senatorem approbanda impeditus) præsens assistat: eius verò officio finito, omnia instrumenta, protocolla, scripturas, extractus,& regesta quæcunque ad dictum officium pertinentia, Successori per repertorium sine inuentarium assignet, quæ perpetuò in loco præfato conseruentur: nihil autem vltra taxatam mercedem petat: Quoties autem contrafecerit, pęnam decem aureorum ipso iure, & irremissibiliter incurrat.

De Prothonotario, & eius officio.
Cap. XX. Gloss.

Notarij Principis, aut Papæ Prothonotarij appellantur secundum Bald. in c. post cessionem de probat. & Lucam de Penna in rub. de primicer. ver. & nota quod quidam, Boer. in decis. 222. num. 11. in fine. Ideo cum hic detur Senatori prothonotarius ex hoc dignoscitur, quod est Princeps. An autem isti Notarij Principum præcedant Iudicibus, latè tradit Boer. in d. decis. 222. per totum. Et infames infamia iuris non possunt esse Notarij Principum, Didac. pract. qq. capit. 19. num. 5. & seq. Alias sic si sit simpliciter infamis quoad alia, Bald. in l. Cassius, num. 2. ff. de Senator. Bart. in consil. 174. Afflictus in constit. Regni de ferijs, num. 64. libr. 1. Notarius autem postquam creatus Tabellio non potest dicto officio renunciare, Roman. Sinig. 352. & dicitur Iudex sine iurisdictione; addentes ad Mathesil. in singul. 1. nu. 14. Notarij appellatione venit Prothonotarius in Statuto; nisi loquatur de Notorio scribente acta, Signorol. in cons. 43. quæst. 1.

De electione Notariorum Actuariorum Collateralium. Cap. XXI.

AD acta scribenda coram Primo & Secundo Collaterali, deputari non possit aliquis, nisi is sit Romanus ciuis, aut domicilium habens in Vrbe, pro ciue Romano, iuxta formam Statutorum habitus,& reputatus; & nisi sit in matricula Notariorum Romanorum (quæ penes Secretarium Conseruatorum conseruatur) descriptus: & nisi præuia diligenti inquisitione de vita & moribus, de qua notarius Proconsulum rogatus fidem faciat, ac etiam præuio rigoroso examine per Senatorem, Proconsules & Correctores, seu duos eorum (alijs ita mandantibus) super sufficientia, & idoneitate; & eo sufficienti idoneo reperto, & mandato à præfatis Senatore, Proconsulibus & Correctoribus in scriptis habito: aliàs verò contra prædictam formam electus, & deputatus amoueatur. etsi officium exercuerit, tam ipse quàm qui eum elegerint, pęna quinquaginta aureorum pro quolibet mulctentur: & acta nihilominus per ipsum interim scripta valeant.

De officio Notariorum Actuariorum, & de eo per substitutum non exercendo.
Cap. XXII.

NOtarij Actuarij omnes, coram quocunque Iudice, scribant per se ipsos; & quę ad eorum officium incumbunt, & infra dicentur, explicent, & exerceant: nulloq; modo (etiam extra tribunal iuris) eorum officium per substitutum exercere possint. Qui contrafecerit, pęnam vigintiquinque aureorum vice qualibet incurrat: acta fidem non faciant: & vlterius parti ad interesse teneatur, & substitutus eadem pęna puniatur, & ad officium Actuarij perpetuò inhabilis existat, exceptis Protonotario, & Notario appellationum, vt supra dictum est.

De

De officio Notariorum Actuariorum, & de eo per substitutum non coercendo.. Cap. XXII. Gloss.

Et Tabelliones qui instrumentorum conficiendorum præsidebant officio ipsi per se instrumenta de iure conficere tenebantur §. illud præterea Auth. de Tabellio. l. contractus 16. C. de fide instrument.

De habitu, & moribus Notariorum. Cap. XXIII.

NOtarij omnes, etiam qui Actuarij non sunt, habitum gerant decentem, & honestum, à vestibus versicoloribus abstineanr, frappis aut plumis, omnino non vtantur; ludis illicitis & inhonestis non ludant; cauponas ad comessandum & bibendum non ingrediantur; nec ensem deferant. Contrafacientes, vice qualibet, pœnam aureorum decem incurrant.

Quod Actuarij Iudicibus in Tribunali assistant, patrocinium non præstent, & silentium seruent. Cap. XXIV.

SEdente Iudice pro Tribunali, Actuarij omnes assistant, à Tribunali quam diu Iudex sederit, non discedant; patrocinium alicui in Curia Capitolij non præbeant: in taciturnitate, & silentio maneant; scribendis actis diligenter incumbant: Iudicem nisi interrogati non alloquantur., nisi fortè parte altera absente, quo casu absentiam supplere possint, Iudicem de his quæ in actis sunt, informando. Qui secus fecerit, aureorum decem pœna mulctetur.

De libro Actorum & Iuribus productis conseruandis. Cap. XXV.

SEnatoris Protonotarius, & quilibet Notarius ad scribendum acta deputatus, vnoquoque anno seu semestri librum, quem Manualem Actorum appellant, benè compactum & ligatum conficere teneatur, & debeat: in cuius initio nomen ipsius Notarij, & Iudicis coram quo scribit, anni Domini, Nomen Summi Romani Pontificis, & numerus chartarum exprimatur: & in eo omnia acta, quæ quotidie fient, antequam à Tribunali recedat, saltem substantialiter describat: iura quæ producuntur, fideliter & diligenter conseruet, illaq; neutri partium credere, aut commodare nec restituere audeat, nisi parte citata, & Iudicis præcedente mãdato: & tunc copia collationata retenta. Contrafacientes, pęnam aureorum decem vice qualibet incurrant: & nihilominus si originalia amiserint, parti ad totale interesse teneantur.

De Libro Actorum, & iuribus productis conseruandis. Cap. XXV. Gloss.

Liber Actorum, de hoc est text. in l. is apud quem, vbi Glossa, & Doctores C. de edend. Acta quæ dicantur latè tradit Asin. in sua Praxi. §. 54. cap. 3. & Roland. in cons. 38. num. 10. & seq. lib. 1. Et quid acta differant à gestis, factis, & monumentis, Maranta in 6. p. princ. 2. par. Iudicij tit. act. nu. 8. Asin. vbi supra nu. 2. 3. 4. & 10.

Actorum appellatione quid veniat notatur in c. quoniam contra. de probat. Alex. in d. l. is apud quem nu. 2. C. de edend. addentes ad Mathesil. sing. 1. num. 3. Vtrum veniat sententia? distinguè vt per Orlanum in d. c. quoniam contra. num. 3. Non enim veniunt instrumenta, & aliæ scripturæ in Iudicio producta, Maranta d. actu 10. nu. 2. 3. & 4. Asin. d. §. 14. c. 28.

Actorum species tres tradit Maranta d. act. 10. num. 2. 3. & 4. 7. & 10. & acta omnia, vt probent multa requiruntur. Maranta vbi supra num. 9. 10. & sequen. Et præcipuè scriptura addentes ad Orianum vbi supra numer. 1. Bouer. in sing. Acta &c.

Acta enim faciunt notorium, Asinius d. §. 14. c. 27. nu. 11. Acta omnia tam Ciuilia; quàm Criminalia sunt edenda Doct. in d. l. 2. C. de edendo, Maranta vbi supra nu. 45. & 46. Limita vt ibi per eum numer. 47. & seq.

De Extractibus, & Copijs. Cap. XXVI.

IN qualibet causa summam vigintiquinque ducatorum auri excedente, teneatur

formam Statutorum habitus, & reputatus; & sit ætatis annorum ad minus viginti; bonis moribus imburus, honestisq́; parentibus natus, & saltem per quadriennium antea à meccanicis artibus se abstinuerit: ac prius diligenter à Proconsulibus & Correctoribus examinatus, in Grammarica, & in arte Notariatus, & super Vrbis Statutis, saltem officium Tabellionatus concernentibus, sufficiens, & idoneus repertus fuerit; de cuius examine, & idoneitate, ac approbatione, conster Secretario Conseruatorum per mandarum dictorum Proconsulum & Correctorum: & Secretarius, qui sine dicto mandato aliquem in Matriculam descripserit, & ille qui descriptus fuerit pœnam falsi incurrant; & nihilominus taliter descriptus de matricula deleatur: gesta tamen per ipsum nihilominus valeant. Ipse autem matriculandus, in ipsa matricula sua manu se subscribat, & signum quod sibi elegerit, apponat; ita vt faceret, si aliquod instrumentum publicaret, ad hoc vt inde, si contingerit, litterarum comparatio sumi possit.

De Notarijs Matriculandis.
Cap. XXXII. Gloss.

Statutum hoc; & simile quod debeat benignè, non rigidè interpretari tradit Bald. in cõs. 183. in fine lib. 3. Iason in l. huiusmodi §. legatū nu. 9. ff. de legat. 1. quia est fauorabile, Iason cõs. 77. lib. 3. & cons. 120. lib. 4. Alciat. cons. 91. num. 4. & cons. 725. nu. 1. Bossius de vnionibus nu. 7. Ceph. in cons. 237. n. 25. lib. 2. Menoch. cons. 80. num. 20.

Ciuis oriundus, & originarius differunt l. assumptio ff. ad municipal. Cotta in verbo, Statuto cauetur Alciatus in l. prouinciales nu. 3. & l. qui in continentibus nu. 4. ff. de verbor. signific. Iason d. cons. 77. & d. §. legatum. Tamen omnes & Ciuis ex priuilegio admittuntur, quia gaudent priuilegium originarij, Bald. in l. 3. §. hac verba ff. de neg. gest. Cotta vbi supra Paris. in cons. 71. nu. 9. lib. 1. Felin. in cap. Rodulphus nu. 17. de rescript. Aetas probatur per descendentes l. etiam ff. de probat. Examen quod requiratur de iure communi tradit Afflictus de constit. Regni rubrica 77. de Iudicibus nu. 21. lib. 1. Bene morigerati sunt eligendi, Didac. pract. qq. dicto c. 19, nu. 4. vers. his tandem, & honestis parentibus nati; non autem infames, Didacus pract. qq. dicto cap. 19. quod intellige infamia facti, vt ibi.

De Protocollis Instrumentorum conficiendis.
Cap. XXXIII.

SInguli Notarij, annis singulis, suum conficiant Protocollum, quod consistat ex chartis numeratis, benè compactis, & ligatis, quotquot ipse Notarius voluerit, in quo instrumenta, de quibus rogatus fuerit, saltem substantialiter in mundum infra mensem à die rogitus omnino redigat, & describat. Quod Protocollum in sui initio contineat Annum, Indictionem, Pontificatum, nomen & signum ipsius Notarij, illudq́; infra octauam Festiuitatis Natalis Domini Proconsulibus præsentare teneatur; qui in eo, nulla recepta mercede, signa Collegij imprimanr: ita demum si ipse Notarius Protocollum instrumentorum præteriti anni completum ostenderit. Et qui aliter in prædictis versatus fuerit, nisi rationabili causa fuerit impeditus, pœnam quinquaginta aureorū vice qualibet incurrat: & quia publicè interest, vt instrumenta rectè conseruentur, publica sit accusatio.

De Protocollis Instrumentorum conficiendis. Cap. XXXIII. Gloss.

Circa Protocolli confectionem, & in eo Instrumentorum descriptionem, tradit, & Imperator in auth. de Tabellio. §. illud quoq; & idem importaut, quòd imbreuiatura; & dicuntur originalia instrumenta breuiter summata, vt notat Decius in cons. 447. in princ.

De eorundem Notariorum officio.
Cap. XXXIIII.

QVilibet Notarius, quoties fuerit requisitus, si iusta causa impeditus non fuerit, vnicuiq; roganti suum impartiatur officium, & scripturarum de rogatis conficiat, etiam si sibi merces non fuerit soluta, nisi incontinenti fuerit roganti protestatus, se non scripturum, si sibi de mercede satisfactum non fuerit; quo casu à scribendo possit abstinere. Cum vero de aliquo actu rogatur, antequam ex loco & à partium presentia recedat, actus ipsius substantiam, testium nomina, & locū specificè describat; & si duo fuerint Notarij de vno instrumento aut testamento rogati, si non insolidum, (quod in dubio præsumatur) quilibet notulæ alterius incontinenti;

an-

De Notarijs morosis in testibus examinandis &c. Cap. XXVII. Gloss.

Notarius alicui parti suspectus nō debet examinare, sed alius non suspectus gloss. in §. quod & sepè, in verbo notificet. Auth. de triente, & semisse Angel. in l. obseruandum de Iudiciis, de qua re infra c. 29. Si plures Notarii fuerint electi ad examen in solidum, originale remanet apud seniorem Tiraquel. de primog. in præfatione num. 136.

Notario scribenti sibi ipsi fuisse commissum examen à Iudice non creditur Alex. cons. 213. nu. 6. lib. 2. Dec. in cons. 559. n. 8. Menoch. cons. 100. nu. 48. Vrsil. ad Afflict. decis. 317. Fallit in Vrbe vbi sunt Notarii destinati à principio eorum officii acquisiti.

Notarius habens comissionem examinandi Testes super causa principali, non potest recipere testes ad repulsam sine comissione, Afflict. in constit. Regni rubrica 37. de animalibus in pascuis vers. animalia nu. 2. lib. 3.

Dies, & locus examinis non est necessarius Marsil. sing. 133. & Testis non potest in scriptis suum examen dare, quia non probaret l. testium fides 3. §. idem Diuus ff. de testibus.

Quot autem testes examinandi sint. tradit Statutum infra c. 73.

Et de iure communi nō debent testes in effrenato numero examinari, sed eorum multitudo est refrenanda per allegata in Glossa d. Statuti 73. & per c. cum causa vbi Hostiens. nu. 28. Io. Andr. nu. 1. & 10. Butr. nu. 6. Immo. in summa, & nu. 5. Ancbar. in summa, & nu. 51. Zabar. in princ. Anan. nu. 1. Abbas nu. 3. de testibus, & est text. in l. 1. §. fin. ff. de testibus vbi Glossa Odofr. col. 2. in fine Bart. nu. 1. Bald. num. 2. Alberic. num. 2. Salicet. in princ. Iacobin. nu. 7. Florian. num. 8. Speculat. de teste §. rest. nu. 52. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 249. nu. 1.

Effrenatus testium numerus est de iure canonico vltra quadragenarium d. c. cum causam, de testibus. De iure autem ciuili super vnoquoq; articulo possunt recipi tres testes, & non plures l. quoties C. de naufrag. lib. 10. & quando etiam decem, & non plures, demonstrat benè Menochius de arbitr. lib. 2. casu 240. nu. 4. & seq. & residet in arbitrio Iudicis plures admittere, Glossa in d. cap. cum causam, & ibi Innocen. nu. 5. Hostiens. nu. 28. Butrius nu. 24. Imola nu. 5. Abbas nu. 3. & est text. in l. 1. §. fin. ff. de testibus vbi Bart. num. 1. Odofred. nu. 2. Bald. nu. 2. Fulgos. nu. 3. Alberic. nu. 2. Florian. nu. 8. Oldradus cons. 145. Menochius casu 249. nu. 3. lib. 2. de arbitrar.

De copijs per Notarios dandis, & vt nihil pro portandis, ostendendisq; actis recipiant. Cap. XXVIII.

PEtitas copias Notarij ad primam dare teneātur, & si nimis magnæ fuerint, infra duos, aut tres dies, & non vltra; aliàs (si iusta causa, & à Iudice approbata, impediti non fuerint) à causa ipso iure remoti intelligantur, sub qua etiam pœna, diem datæ, vel oblatæ copiæ, in actis adnotare teneātur: Debeātq; quoties legitimè fuerint requisiti, Iudici & partibus acta ostendere, nulla recepta mercede; nihilq; omnino pro ostendendis actis, scripturis & iuribus productis, neq; pro portandis ipsis actis, iuribus, scripturis, vel extractu Iudici, à partibus etiam spontè dantibus, recipiant; sub pœna priuationis officij, ipso iure incurrenda, cum debeant sua mercede esse contenti.

De copijs per Notarios dandis &c. Cap. XXVIII. Gloss.

Etiam de iure communi copia productorum non potest denegari, et si denegetur productio nō tenet, Asinius in sua Praxi §. 22. c. 8. Fallit tamen conclusio ista in simplici productione facta ad informandum Iudicem, quia de ita productis non datur copia parti, Asinius d. c. 8. vers. præcedens conclusio. Secundo fallit si fiat productio; ne labatur terminus Statutarius, vt nota ibi Asin. vers. secundo limitatur: mercedem sibi debitam de copijs, antequam illas tradant, debent recipere; alias non tenentur illas dare l. argentarius in princ. & ibi Doctores ff. de edendo, Maranta part. 6. Actorum editio fieri solet nu. 59. fol. 440. & in princ. & per totum multa dicit de copijs tradēdis, & non tradēdis fol. 432.

De Notarijs remotis, & suspectis. Cap. XXIX.

QVicumq; Notarius vel à Iudice, vel ex præsentibus constitutionibus, ter fuerit remotus à causis, in quibus scribebat, ipso iure intelligatur esse priuatus officio Actuarij, nec ad illud aut aliud Capitolij Tribunal vlterius admitti possit: & si de facto admitteretur, aut se intruderet, pœna falsi puniri possit:

ctatur, si ea in Vrbe sit, more solito; sin autem citandus præsens non sit, vel non sit certus cõtradictor per edictum coram altero ex Collateralibus Curiæ Capitolij, & Correctoribus citari faciet, ibidemq; notula aut protocollo per eum ad quem pertinet exhibita, facta per testes idoneos recognitione manus & litteræ, aut subscriptionis eius, qui de tali instrumento rogatus dicetur; aut per comparationem litterarum, per præfatos Iudicem & Correctores transumptari mandetur, cui transumpto & Iudex, & Correctores eorum propria manu se subscribant, huicq; transumpto taliter transumptato, eadem fides adhibeatur, quæ originali scripturæ ritè & rectè recognitæ adhibetur. Et si in notula originali cassaturæ, cancellaturæ, aut interlineaturæ fuerint, ea omnia, prout iacent in originali, in ipso transumpro per Notariũ transumptantem notentur, facta de eis in sua subscriptione mẽtione speciali; actusq; recognitionis & transũptarionis per Notarium Correctorum in suo Manuali actorũ describãtur, & forma prædicta in transumptaione non seruara, ipsi transumpto nulla fides adhibeatur, sublatis quibuscumq; priuilegijs trãsumptandi & exemplandi hactenus quibusuis personis concessis. Merces aurem erit eadem quæ pro instrumentis Notarijs viuentibus & duplicantibus instrumenta deberur: quæ merces distribuetur, prout in supra proximo Capite est dispositum.

De exemplatione Instrumentorum Notariorum Defunctorum, vel Absentium. Cap. XXXVI. Gloss.

Per presẽs Statutũ datur forma transũptandi instrumẽta Notariorũ mortuorum, vel absentiũ, qua nõ seruata transumpto, tunc nõ creditur Gloss. in c. 1. in verbo, vocationem, & ibi Bald. de milite Vasal. Bald. in l. 2. col. fin. C. quom. & quan. Iudex Alex. cons. 42. nu. 26. lib. 1. nec de partis consensu potest omitti Alex. cons. 41. nu. 12. lib. 1. Felin. in cap. finali col. 1. de probation. etiam quod simus in fauorabilibus, Ias. consil. 191. col. 2. lib. 2. Et dum inter cætera exigit citationem partis, de cuius interesse agitur, se in hoc conformat dispositioni iuris communis, de qua in cap. fin. de fide instrumentorum, & per Caputaq. in decis. 321. par. 3. & per Puteũ in decis. 336. lib. 2. se conformat etiam in alijs, de quibus per Salicetum post alios in auth. si quis in aliquo C. de eden. & per Lanfre. in repet. c. quoniam contra vers. Instrumen. productiones de probat. Puteus decis. 159. lib. 1. Anchar. Modernus non nulla tradit in quæst. 17. per totam lib. 1. & exempla idẽ sunt, quod transumpta, de quibus cauetur in auth. si quis in aliquo, vbi scribentes, & maximè Iason nu. 2. vsque in finem C. de edendo, & per Abbat. in d. c. fin. de fide instrumen. Exemplans seu transumptans debet esse Notarius ad hoc, vt transumptum valeat, quod idem est de iure communi, vt notat Felin. in d. c. fin. nu. 12. de fide instrumen. Solemniter enim sumpta exempla probant, vt notat Abbas in d. c. fin. nu. 5. & scribentes in d. auth. si quis in aliquo, & maximè Ias. C. de eden. nu. 5.

Coram &c. Idem de iure communi, quod dictat hic Statutum seruatur coram Iudice, vt notat Abbas in d. c. fin. nu. 2. Felin. nu. 2. de fide instrument. & in Ecclesiasticis fiunt coram Iudice Ecclesiastico. In prophanis coram Iudice Laico Abbas vbi supra nu. 9. Felin. n. 13. Sed si fiant sine interuentu Iudicis probant semiplenè Geminia. in cons. 57. num. 3. quibus verbis se debeat transumptans subscribere, docuit vsus, & Statutum hoc monstrat, & notat Orianus in c. quoniam contra c. 9. de instrum. product. n. 15. de probationibus.

Citatio interesse habentiũ, de qua in hoc Statuto exigitur etiam de iure communi, Castrens. in cons. 202. nu. 2. lib. 1. Alex. in cons. 112. num. 1. lib. 4. Orianus vbi supra Abbas d. cap. fin. num. 8.

Transumptum potest fieri de omni publica scriptura Felin. in d. c. fin. nu. 1. Ias. in d. auth. si quis in aliquo n. 2. sed de transumpto, transumptus secus. Ias. vbi supra nu. 2. de hac re latè Didacus practic. qq. c. 11. nu. 3.

De Collegio Notariorum, eorundemq; officialium Creatione, & Auctoritate. Cap. XXXVII.

IN die celebrationis Festiuitatis Beati Lucæ Euangelistæ, conuocato Senatore, Conseruatoribus, Iudicibus Palatij Capitolij, Doctoribus Vrbis, omnibusq; Procuratoribus, & Notarijs Vrbis matriculatis, in loco Capituli, qui est in Claustro Monasterij Beatæ Mariæ de Aracæli, Missa ad laudem Omnipotentis Dei, & Beati Lucæ Euangelistæ celebretur; cum distributione cereorum singulis prædictis assistentibus, more solito, expensis Collegij & Vniuersitatis officij Tabellionatus; qua celebrata per Imbussulatores de quadriennio in

qua-

quadriennium creari solitos, Proconsules, Correctores,eorumq; Notarij,necnon & Syndici eligantur, qui Proconsules locum & Tribunal in Curia Capitolij habere possint, cum potestate mulctandi inobedientes vsq; ad ducatos auri vigintiquinq; possitq; etiam Collegium præfatum sua condere Statuta,post Cõseruatorum approbationem, & Senatoris confirmationem valitura.

De officio Proconsulum,& Correctorum. Cap. XXXVIII.

OMnis controuersia, quæ oriri contiget tã inter se ipsos Notarios, quàm cum alijs de rebus ad officiũ & exercitium Notarij pertinentibus,quæ per præsentia Statuta determinata non fuerint, terminentur per Proconsules & Correctores, cum Senatoris,aut alterius ex Collateralibus interuentu, à quibus,seu ab eo quod ab eorum maiori parte, seu etiam duobus eorum decisum fuerit, appellari nullatenus possit.

De officio Mandatariorum, eorumq; iuramento, & cautione. Cap. XXXIX.

MAndatarij antequam ad officij exercitium admittantur, animaduertatur,vt bene legere & scribere litera intelligibili sciãt, ac iurent in manibus Conseruatorum, se eorum officium exercituros benè legaliter,& bona fide, remotis odio, amore, prece, pretio, & timore. Quod iuramentum in libris Cameræ describatur; & nihilominus teneãtur fideiussoriam cautionem penes acta Senatoris præstare vsq; ad summã ducatorum auri centum, & aliter officium exercere non possint. Qui quidem Mandatarij datas sibi citationes, inrimationes & monitoria, celeriter, fideliter, & vna die pro alia per se ipsos, exequantur, faciendo dilucidam fidem, an personaliter,vel domi,dimissa copia citauerint: & quoties personam citandam non repererint,copiam in manibus domesticorum, & illis non repertis, vno saltem adhibito Teste, in ostio domus affixam relinquant; in qua explicitè & littera intelligibili ad minus contineatur, coram quo Iudice, in qua causa quis citetur, ad quem actum, pro qua die, & ad cuius instantiam; & de forma executionis per ipsum factæ, fidem explicitè faciat in subscriptione; nihilq; omnino à citato pro copia recipiant;teneãtur quoq; ad citati instantiam semper & quandocunq; is petierit, de citatione & forma illius fidem facere, oblarasq; sibi citationes cum mercede nullatenus recipere recusent. Qui in aliquo ex prædictis defecerit,pœnam aureorum quinque vice qualibet incurrat: sed si dolus interuenerit, pœna falsi puniri possit & debeat, & officio priuetur.

De officio Mandatariorum eorumq; iuramento, & cautione. Cap. XXXIX. Gloss.

Citatio,& monitorium differunt, Bursat.cõs. 225.nu.12.lib.2.citatio est fundamentum iudicij Io. Arnon.pract.Iud.c.11. & est introducta de iure diuino, & naturali, Maranta in 4.par. princ.distinct.1.nu.10.& 16. Cumia in ritibus magna Curia c.1.nu.4. Van. de nullitat. tit. an qualibet sententia nu.14. Plotus consil.70.num. 64. Mandatarij isti alias nuncupantur à iure Nuncij,alias Seruitores,alias Piazarij,& sunt persona viles, Maranta 6.part.princ.vers. de citatione nu.42.& 43.Tamen infames esse non possunt,Foller.in Constit.Regni de offic.Iustitia verbo, tractat.nu.2.3.& 4.Soccin.de citat.art. 10.nu.1.2.& istis creditur in ijs, qua concernũt citationem partis, & diei relationem, & assignationem per tex.in l.missi C.de exact.Tribut. lib.11.Felin.in cap.inquisitionis.nu.20.de accusat.Alciat.de prasumpt.3. regul. prasumpt. 15. Soccin.d.tract.art.12.nu.1.& 9.& 10. fit etiã citatio per praconem, per litteras, per campanam, per edictum, Soccin.vbi supra art.25. art. 13.art.9.& art.23.

De officio Executorum. Cap. XL.

EXecutores Capitolinæ Curiæ, caueant in inirio sui officij pro se,& eorum familia, Senatoris arbitrio (ita tamen vt per huiusmodi cautionem Senator à Syndicatu pro illis non eximatur) de officio suo fideliter exequendo. Ipsiq; executiones mandatorum eisdem per Senatorem,illiusq; Iudices Ciuiles & Maleficiorum iniunctorum & commissorum celeriter & diligenter exequantur, & impleãt infra triduum ciuilia mandata exequi negligentes, pœna aureorum decem mulctentur: nullamq; personam sine Iudicis mandato in scriptis & sigillato grauent, aut capiant, nisi in flagranti crimine repertum; taxam mercedum eorum obseruent,eadem pœna imminente. Itidem per Vrbem & extra, die, noctuq; discur-

discurrant, portantes arma diligenter perquirant, latrones, diffidatos, homicidas, & alias personas infames quærant, persequantur, & apprehendant; dumq; Ius in Curia Capitolij redditur, & Iudices pro Tribunali sedent, armati, vt decet, cum eorum familia assistant. Quoties verò in præmissis, seu eorum aliquo contrauenerint, pœnam aureorum decem incurrant: Peregrinis tamen, & præsertim Vltramõtanis, tempore Indulgentiarum & Quadragesimæ, arma non auferant. Si secus fecerint, suprascriptam pœnam incurrant. & nihilominùs Syndicatui stare teneantur.

De officio Executorum. Cap. XL. Gloss.

De istis loquitur textus in l. executorem, vbi Glossa, Salicetus, & Paulus de Castro in princ. C. de execut. rei iudic. de quibus etiam mentionem facit Papien. in forma libelli ad reddendam rationem tutelæ, verbo, ac executores sub num. 2. fol. 301. ibiq. dicit quotupliciter sumantur.

De foro competenti. Cap. XLI.

Romani Ciues vel Incolæ laici, non alibi quàm in Curia Capitolij conueniri possint: etsi alibi conueniantur, & eorum declinatoria non admittatur, possint causam in vim præsentium Statutorum coram Senatore, vel aliquo ex Collateralibus reassumi facere, & inhibitionem etiam sub pœna obtinere: Nisi coram aliquo Iudice conuenti, in Iudicem consenserint, aut litem contestati fuerint; vel alium actum fecerint, qui pro litis contestatione habetur: quibus casibus pœnitere non possit; sed is cognoscat, in quem est consensum, vel lis contestata, aut pro contestata (vt dictũ est) habetur: Exceptis Campsoribus, necnon quibuscunq; Mercatoribus & Officialibus Romanam Curiã sequentibus: Oratoribus quoq; Principum, & quarumuis Communitatum, eorumq; familiaribus: Præterea Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Illustrissimorum ac Reuerendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum familiaribus, continuis commensalibus, atq; alijs Curialibus Romanam Curiam sequentibus, & eorum similiter familiaribus: Exceptis quoq; causis Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum Piorum locorũ, & vbi de rebus eorum agitur: Necnon causis quæ summam decem ducatorum auri non excedunt: Item Ciuilibus Fiscalibus seu Cameralibus, vel quæ in Camera tractari debent, aut solent, & Ripalibus: necnon causis obligationum in forma Cameræ, & aliarum obligationum executiuarum, in quibus inter Auditorem Cameræ, & Curiam Capitolinam, inter Ciues & Incolas, iuxta formã Motus proprij fe. re. Pij Papæ Quarti, præuentioni ab Actore faciendæ locus sit: Causis quoq; mercedum exceptis, in quibus inter omnia Vrbis Tribunalia præuentioni locus existat. In his omnibus vtiq; casibus & personis exceptis, reassumptiones & inhibitiones fieri non possint: & factæ nullius sint roboris, vel momenti. Ipsi quoq; Romani Ciues vel Incolæ, si aliquem alium Ciuem vel Incolam (causis tamẽ & personis supradictis exceptis) alibi quàm in Curia Capitolina, conuenire ausi fuerint, pœnam Aureorum quinquaginta irremissibiliter exigendam, incurrant; & acta, quo ad eorum fauorem attinet, nullam fidem faciant: sed irrita sint & nulla. Insuper præter causas & personas supra exceptas, Conuentus ratione rei Romæ existentis, aut Contractus Romæ initi, aut delicti inibi perpetrati, forum declinare non possit: quauis alia exemptione vel Priuilegio non obstante.

De foro competenti. Cap. XLI. Gloss.

De hac materia fori competentis adest rubr. extra de foro competen. & ff. de iurisdict. omn. Iud.

Ciuilitas & Incolatus pluribus modis acquiritur, & quindecim sparsos modos recenset Soccinus post alios in cap. licet ratione in 4. princ. quæst. de foro competenti, ad quem ideò recurrendum esse dixit Felin. ibi n. 24. vers. & scias. hoc idem ostendunt latè congesta per Cepb. in cons. 246. & in cons. 451. & per Menochium præsumpt. 30. n. 12. & seq. & præsumpt. 42. per totam lib. 6. de præsumpt. & de arbitr. casu 86. Roland. cons. 79. nu. 3. & seq. lib. 3. Rota diuers. decis. 105. nu. 2. par. 2. & decis. 150. nu. 7. par. 2.

Ciues vel Incolæ Laici. Alterum sufficit propter alternatiuam, vel quæ ponitur inter diuersa Card. in Clement. 2. quæst. 2. de ætate, & qualit. & in Clement. 1. de iudic. l. si hæredi plures ff. de condit. instrum. §. si plures instit. Roma. in cons. 273. in princ. cum allegatis per Mandos. super regulis, regula 27. quæst. 22. nu. 3. & à decreto competentiæ, vel incompetentiæ datur appellatio, Roland. in cons. 33. per tot. lib. 4.

De seruandis Statutis, & illis deficientibus, Iure communi. Cap. XLII.

INter Ciues, Incolas, & districtuales vbiq; seruentur Vrbis Statuta; nisi in loco Districtus, in casu contingenti, aliter per particularia Statuta fuerit prouisum; & vbi Statuta non disponunt, seruetur ius Ciuile; (nec immerito, quando in hac Vrbe Roma Iura ciuilia orta, auctaq; sunt, & ad alios Populos defluxerunt, & adhuc suscepta benignè seruantur) & vbi deficit Ius Ciuile, tunc ad Sacros Canones recurratur.

De causis Capitolinis Iudicibus commissis. Cap. XLII.

SI quando Senatori, Collateralibus, Capitaneo Appellationum, & alijs Capitolinis Iudicibus, per specialia rescripta Apostolica aliquæ causæ committantur, quæ aliàs ad forum Capitolinum spectarent, si in illis certa & specialis forma procedendi non detur: Statuimus, quòd tam in procedendo, quàm in terminando, Statuta, & stylus fori, & consuetudo seruetur, & intra instantiam statutariam decidi & terminari debeant: qua elapsa, deserta remaneat, & ad Capitaneum vel à Capitaneo ad Senatorem, prout Statuta præcipiũt, appelletur. & si contingat Senatorem, cui cõmittitur, Iurisperitum non esse, Locumtenens ipsius, qui primus Collateralis est, de ea cognoscat; nec possit alium Senatorem deputare, nisi is Locumtenens suspectus, iuxta formam supra traditã, allegetur: quo casu seruetur quod ibi statutum est.

De causis Capitolinis Iudicibus commissis. Cap. XLIII. Gloss.

Rescripta Principum regulariter vtilia sunt, & sunt seruanda §. sed & quod Instit. de iur. natur. vbi gloss. & Aret. in princ. & Misinger. in litera D. l. 1. in princ. ff. eod. vbi gloss. & Bar. littera D. concordat l. 2. C. de legibus, vbi glo. in verbo negotijs, & in verbo rescripto. Bart. nu. 2. & Bald. in princ. & l. sacrilegij 5. C. de diuersis rescript. quæ est propria sedes huius materiæ, vbi gloss. magna Bald. & Salic. Nouela c. 113. §. si qua enim ad nos, Auth. in medio litis non fieri. sacr. form. & l. 2. C. de crim. sacrilegij, vbi gloss. Bald. & Salicet. distinct. 19. in princ. cum capitulis sequentibus, vsque ad c. secundum, ist distinct. 20. in princ. & c. si decreta.

Prima eius exceptio est. Nisi seruus rescriptum impetrauit aliá de causa, quam pro uindicanda nece Domini l. 1. C. de precibus Imperat. offer. ubi glos. Bart. Bald. & Salicetus mutatur ius per l. uniuersis. 6. C. eod.

Replicatio prima est. Nisi Princeps sciuerit illum esse seruum, & nihilominus rescripsit, d. l. uniuersis. ubi glos. in uerbo, uel seruo, Bart. n. 3. & Bald. in princ. C. de precibus Imper. offer.

Replicatio secunda est: Nisi seruus pro alio impetrauit d. l. uniuersis. ubi glos. in uerbo; uel seruo, & Bart. d. num. 3. uer. sed si impetrat pro alio. & Bald. in princ. quia à quocumq; pro alio potest impetrari.

Duplicatio eius est. Nisi impetrans fuerit excommunicatus, dicta l. uniuersis. & addit. ad glo. ubi Bart. num. 1. & c. 1. de rescriptis in 6.

Secunda exceptio est. Nisi lite pendente rescriptum sit impetratum. Nouell. c. 113. §. in medio litis non fieri sacras formas. & §. si uero dum lis agitur, alias Auth. in medio litis, & Nouell. c. 82. §. omnis deniq; alias, Auth. de iudicibus, & ut nullatenus, & l. ex illo, 13. ubi glo. Bart. Bald. & Salicet. C. de appellat. accedit Gabriell. lib. 2. de iudicijs. conclus. 4. in princ. Guido Papæ in tract. de rescriptis. num. 47.

Replicatio eius est. Nisi rescripto non præscribatur forma iudicandi; sed diligentia; uel quid simile præcipiatur. Nouell. d. c. 113. §. atqui iussionem; quæ iudicanti quidem, Auth. in medio litis non fieri sacr. form. concordat. l. 2. C. ut lite pendent. ibi nisi actorum. uel pronunciationis æditio denegetur. ubi glo. in uerbo pronunciationis. Bart. num. 1. uer. & tunc licèt supplicare de quatuor. Bald. & Salicet.

Replicatio secunda est; Nisi de lite in rescripto mentio fiat; Innoc. in c. fin. ut lite penden. nihil noui fiat: sequitur Guid. Papæ in tract. de rescriptis. num. 47. & infra exceptione 4. replic. 1. & sequentibus.

Tertia exceptio est. Nisi post rem iudicatam rescriptum sit impetratum. l. sententijs. 3. in princ. C. de errore Aduocat. ubi glos. in uerbo oportet, Bart. & Bald. concordat. l. 2. §. qui autem. C. ut lite pendent. ubi glo. in uerbo quæstionem. Bartol. num. 2. uers.

aut

aut non erat. Bald. num. 4. vers. ex hoc collige. & Salicet. in princ. & l. qui illicitam. 3. C. eod. vbi Bart. Paulus de Castr. in princ. & l. vlt. C. quomod. & quan. Iud. vbi glo. & Bartol. ibi. & in l. ab eo. 3. in princ. eod. & Salicetus d. l. vlt. & l. impetrata. 3. C. de senten. rescin. vbi gloss. Bartol. Bald. Paulus de Castro, & Salicetus. Rota in nouissimis. parte 3. lib. 3. decis. 1379. & parte 1. decis. 644. num. 1.

Replicatio prima est. Nisi à Præfecto Prætorio sententia sit lata; à qua prouocare non licet, & inde res iudicata sit orta. l. vnica in princ. C. de senten. præf. Prætor. vbi gloss. Baldus, & Salicet. quia deficiente remedio ordinario; de extraordinario est prouidendum, quod secundum Baldus ibi, intra tempora remedij ordinarij est proponendum.

Replicatio secunda est. Nisi à non competente Iudice sit Iudicatum. l. vltima. C. si à non competen. Iudic. & l. extra. 20. ff. de iurisdict. & l. ex consensu. §. 1. ff. de appellat. concordat. l. 1. C. de pedan. Iudic. & l. 2. C. si à non competen. Iudi. & l. nulli. 10. C. de senten. & interlocut. & l. sicut proponis. 6. C. de except. rei iudicata.

Duplicatio prima est. Nisi Iudex; qui Reo competens est, Actori non est; actorem in aliquo condemnauit; hoc enim casu valet sententia. l. cum papinianus. 14. C. de senten. & interloquut. & l. qui non cogitur. 22. ff. de Iudicijs. Nouell. c. 96. §. sancimus, vt si quis obnoxium. Auth. de executoribus; & de ijs, qui conueniuntur, & reconuen. vbi gloss. in verbo mox.

Triplicatio eius prima est. Nisi Reus; qui reconuentionem propositurus est Iudicem apud quem conuenitur recuset; quæ certo modo approbatur. d. §. sancimus ibi quod si forte Iudex, &c.

Triplicatio secunda est. Nisi actio pœnalis contra reconuentionem fuerit proposita. l. 2. §. sed si agant. ff. de iudicijs.

Duplicatio secunda proposita secundæ replicationis est. Nisi publicè ab omnibus Iudex competens fuerit existimatus. l. 2. C. de sentent. & interloquut. concordat. l. barbarius. 3. ff. de off. Prætor.

Duplicatio tertia est. Nisi duo ex tribus Iudicibus vno absente iudicauerint, vel pronunciauerint l. duo ex tribus. 39. ff. de re iudic. concordat. l. sic & tribus. 18. ff. de recept. arbitris. & l. cum magistratus. C. quand. prouo. non est necess. & l. 2. ff. de Decretis ab ordin. facien.

Triplicatio eius est. Nisi omnes præsentes fuerint; Tunc enim quamuis non omnes consentiant, nihilominus maioris partis consensus valet. d. l. duo ex tribus. ibi sed etsi adsit. concordat. l. pomponius. 36. cum l. sequente. ff. de re iudic.

Duplicatio quarta est. Nisi Assessores absente Iudice statuerint; uel pronunciauerint. Nouell. c. 60. §. illud cum sequentibus. Auth. ut defuncti, seu funera cap. 11. ubi gloss. in uerbo consiliarios, & Bart. in princ.

Duplicatio quinta est. Nisi contra Fiscum sit iudicatum. l. unica. C. de sentent. contra Fiscum. lib. 10.

Duplicatio sexta est. Nisi contra rempub. indefensam sit Iudicatum; hoc enim casu, etsi appellatum non sit, per rescriptum ei subuenitur. l. 1. C. de off. eius qui uicem alicuius. & l. 1. C. de iure reipub.

Duplicatio septima est: Nisi contra minorem sit iudicatum l. acta 45. §. fin. ff. de re iudic. & l. 1. C. qui legit. person. stan. in iudicio, &c. concordat. l. si præses. 6. C. quomodo & quan. Iudex.

Triplicatio eius est. Nisi Tutore, uel Curatore authore minor egerit, uel conuentus fuerit. l. 2. C. eod.

Quadruplicatio eius est. Nisi per in integrum restitutionem fuerit talis sententia postea rescissa. l. non solum. 6. ff. de in integr. restit.

Duplicatio octaua est. Nisi contra furiosum sententia dicta sit. l. furioso. 9. ff. de re iudic.

Duplicatio nona est. Nisi contra defunctum sententia dicta sit. l. 2. ff. quæ senten. sine appell. rescin. concordat. l. in sententijs. 59. §. fin. ff. de re Iudic.

Duplicatio decima est. Nisi contra absentem sententia sit dicta. l. de uno quoq; 47. ff. de re iudic. concordat. l. ea quæ. 7. C. quomod. & quan. Iudex, & l. si fiscus. 7. ff. de iure fisci, & l. non intelligitur. 3. §. D. Adrian. ff. eod.

Triplicatio eius prima est: Nisi absens uocatus uenire noluit. l. consentaneam. 8. C. quomod. & quan. Iudex senten. prof. debeat. concordat. l. de uno quoq; 47. §. quo apud. ff. de re iudic. & l. si prolusorio. 14. §. fin. ibi, nisi aduersus eum. ff. de appellat.

Quadruplicatio eius prima est . Nisi Aduersarius præsens per dolum sciens falsò aliquid allegauerit . l. si Pretor . 75 . ff. de Iudicijs .

Quadruplicatio secunda est . Nisi absens vocatus adesse non potuit dicta l . 25 . in fine , concordat l . cum non voluntatis . 56. C . quomod. & quan. Iudex & l. quæsitum . 60. ff. de re iudic.

Quadruplicatio tertia est . Nisi edictum peremptorium non fuerit propositum ; nec in notitiam absentis peruenerit . l . 1 . §. item cùm ex edicto . ff. quæ sententiæ sine appell. rescind.

Quincuplicatio est . Nisi alio modo admonitus venire noluit. l.2.C.quomod. & quan. Iudex .

Quadruplicatio quarta est . Nisi feriatis diebus absens vocatus sit l. si vt.4. C.quomod. & quan. Iudex concordat.l.1.§.1.ff. de ferijs, & dilationibus .

Triplicatio secunda propositæ decimæ duplicationis est . Nisi is absens contrà quem pronunciatum est, præsens litem cæperit . l. vltima . C. quomod. & quan . Iudex .

Triplicatio tertia est . Nisi absens contra quem Iudicatum est ratum habuit ; vel non statim re comperta , eo nomine querelam detulit. l. ab eo. 3. C. eod.

Triplicatio quarta est . Nisi alius nomine absentis condemnati præsens fuit . l. si pro lusorio. 14. §. fin. ibi. nec quoquam nomine eius respondente. ff. de appellat.

Quadruplicatio eius est . Nisi præsenti mandatum non sit ; vel inutiliter sit mandatum . exemplo . l. quia absente. 4. C.de procuratoribus .

Triplicatio quinta est . Nisi pro libertate sententia dicta sit . l. si dolo . 24. ff. de dolo malo .

Triplicatio sexta est . Quoad cæteris , qui fuerunt præsentes duplicatio . 10 . proposita non admittitur l. de vno quoque.47. in princ. ff. de re iudic.

Duplicatio vndecima proposita secundæ replicationis est ; Nisi de alia re ; quam de qua Iudex fuit datus ; iudicatum sit . l. 1. C. si à non competen. Iudic. concordat l. si de proprietate. 3. C. eod.

Triplicatio eius est . Nisi ad condemnandum datus Iudex absoluerit. l. qui damnare . 3. ff. de re Iudic. hic enim de alia re. non dicitur iudicare licèt absoluat, concordat . l. nemo. 37 . ff. de reg. iur. & l. cum fideicommissum . 7. ff. de confess.

Duplicatio duodecima est . Nisi de alia re ; quam de petita sententia sit lata . l. cum quidam . 17. C. de fideicom. liber. concordare videtur . l. de qua re. 74. in princ. ff. de iudicijs .

Triplicatio eius est . Nisi in causa appellationis ; in qua Iudex appellatus , id quod sententia à qua appellatum est , deest , potest etiam contra appellantem supplere l. ampliorem. 37. in princ. C. de appellat. concordat . l. vlt. C. quan. prouo. non est necess.

Duplicatio decimatertia est . Nisi de eo sententia lata sit ; quod post rem in iudicium deductam accidit ; hoc enim casu sententia non valet per ea , quæ dicta sunt supra, duplic. 12. & per l. non potest. 23. & l. tum quemadmodum. 35. ff. de iudicijs .

Triplicatio eius prima est. Nisi id quod postea accidit accessorium sit eius ; quod in iudicium est deductum glos. in d.l.non potest,& arg. l. ædiles . 15. §. item sciendum . ver. cæterum post iudicium . ff. de ædilit. edicto . l. si tertius . 6. §. officium autem. ff. de aqua pluuia arcenda .

Triplicatio secunda est . Nisi id quod postea accidit, pars sit eius ; quod in iudicium est deductum exemplo . l. si hereditatem. 4. ff. de pet. hered. Hæres enim petendo hæreditatem totum ius suum in iudicium deducit ; licet possessor vnam tantum rem hereditariam possideat . l. 1. §. 1. ff. si pars hered. petat. & l. licèt. 10. ff. de petit. hered. Ideoq; si post litem contestatam aliam quoque rem possidere cœperit , ea quoque in condemnationem venire poterit d. l. 4. accedit . l. item videndum . 18. §. si quis cum. ; & l. si quo tempore. 41. in princ. ff. eod. aliud exemplum habetur in l. quæsitum. 31. in princ. & ibi glos. ff. de peculio. & glos. in d. l. non potest .

Triplicatio tertia est . In dolo post litem contestatam circa rem in iudicium deductam commisso; nam et hic in condemnationem venire potest . l. 1. §. non tantum præteritus cum sequentibus . ff. depositi .

Triplicatio quarta est . Nisi id quod post litem contestatam accidit suppleat causam ex qua agitur exemplo . l. si rem alienam . 9. §. fin. ff. de pignor. actio.

Duplicatio decimaquarta est . Nisi de viuentis hæreditate sit iudicatum , l. nec nos. 4. C. de postliminio .

Dupli-

Duplicatio decimaquinta est. Nisi terminos ac fines suæ iurisdictionis Iudex inferenda sententia excesserit. l. extra territorium. 20. ff. de iurisdict. concordat l. certa. 5. C. quando prouo. non est necesse.

Triplicatio eius est. Nisi ab initio minor quantitas visa est; & in ferendo demum sententia maior appareat. l. ampliorem. 37. §. sed enim. C. de appellat. ibi lege nostra. scilicet. l. in offerendis. 35. C. eod.

Duplicatio decimasexta est. Nisi incerta sit sententia; & summa non sit expressa. §. curare inst. de actionibus l. hac sententia 3. C. de senten. quæ sine certa quan.

Triplicatio eius est. Nisi summa non expressa in sententia aliunde constet. dicta l. 3. ibi: apud Iudices C. eodem, & l. 2. eod. concordat l. in sententijs. 59. in princ. ff. de re iudic. & l. ait prætor. 5. §. fin. eod.

Duplicatio decimaseptima est. Nisi sententia neque condemnationem; neque absolutionem contineat. l. præses. 3. C. de senten. & interloc. & l. ex stipulatione. 7. eod.

Triplicatio eius est. Nisi per æquipollentia verba sententia sit lata. d. l. in sententijs. 59. in princ. ff. de re iudic.

Duplicatio decimaoctaua est. Nisi non Procurator, sed Dominus litis sit condemnatus l. 1. C. de senten. & interlo.

Duplicatio decimanona est. Nisi quid impossibile sententia contineat l. paulus. 3. ff. quæ senten. sine appellat.

Duplicatio vigesima est. Nisi contra leges, vel constitutiones sit pronunciatum. l. si expressim. 19. ff. de appellat. concordat l. 1. §. item contra. ff. quæ senten. sine appell. & l. 2. C. quan. prouo. non est necess. & l. certa ratione. 5. C. eod.

Triplicatio eius prima est. Nisi consuetudo extet in contrarium l. de quibus. 32. §. inueterata ff. de legibus. & l. sed & ea. 35. cum sequent. ff. eod. & l. 1. C. quæ sit long. consuetud. & l. leges. eod. & vide supr. de legib. conclus. 13. except. 12.

Triplicatio secunda est. Nisi Iudex leges, ac constitutiones propositas existimat ad causam propositam non pertinere, sed eam esse exceptam. l. cum prolatis. 32. ff. de re iudic. & l. præses. 27. ff. eod.

Duplicatio vigesimaprima est. Nisi sententia nullo iure nitatur. exemplo l. ex stipulatione. 7. C. de senten. & interloc.

Duplicatio vigesimasecunda est. Nisi Iudex vsuras solui iusserit; donec iudicatum solueretur l. 1. §. nec tamen. ff. de vsuris. concordat l. 1. C. de senten. quæ sine certa quant. & l. in bonæ fidei. 13. in fine. C. de vsuris.

Duplicatio vigesimatertia est. Nisi Iudex iusiurandum præstari iussit, non adiecto in quem finem sit præstandum. l. cum Iudex. 11. C. de senten. & interloc.

Duplicatio vigesimaquarta est. Nisi sub conditione sententia sit lata l. 1. §. biduum. ibi. sanè quidem. ff. quan. appell.

Duplicatio vigesimaquinta est. Nisi aduersarius non etiam in sumptus litis sit condemnatus. Hoc enim casu, & sine appellatione introducta consultatione sententia potest retractari. l. omnem honorem. 10. in fine. C. quan. prouo. non est necesse.

Duplicatio vigesimasexta est. Nisi factum non sit, quod factum esse iudicatum est; & contrarium possit probari, sed reprobatur. l. post rem. 56. ff. de re iudic. concordat l. 2. in fine. C. quan. prouoc. non est necesse, & l. ingenuum. 25. ff. de statu homin. & l. res iudicata. 207. ff. de reg. iur. & l. si patronus. 12. §. si quis cum. ff. de bon. libert. & l. 1. in princ. ff. quæ senten. sine appellat.

Duplicatio vigesimaseptima est. Nisi antea diuersum fuerit pronunciatum. l. 1. C. quand. prouo. non est necess. maximè si Imperator suo rescripto, vel sententia controuersiam finierit; Nam contra talem sententiam Imperatoris non valet sententia Iudicis, Nouell. c. 113. §. si qua enim ad nos controuersia. Auth. in medio litis non fieri sacras formas. vbi Angel.

Triplicatio eius est. Nisi lite apud Iudicem pendente Imperator in causa rescripsit. d. c. 113. §. 1. vbi Ang. Auth. in medio litis. & sup. except. 2.

Duplicatio vigesimaoctaua est. Nisi falsus Procurator interuenerit. l. 1. C. quibus res iudic. non nocet. l. licet. 24. C. de procuratoribus.

Duplicatio vigesimanona est. Nisi Procurator fines mandati excesserit l. si procurator. 10. in princ. C. de procuratorib.

Duplicatio 30. est. Nisi Procurator pecunia accepta se condemnari passus est l. si procurator. 9. ff. de dol. mal. & met. except.

Duplicatio 31. est. Nisi Aduocatus causæ præuaricatus fuerit. l. 1. C. de aduoc. diuer. iudic. & d. l. 9.

Duplicatio 32. est. Nisi error Notarij, vel Aduocati interuenerit l. 2. C. de errore aduocatorum.

Triplicatio eius est. Nisi Dominus litis præsens fuerit, nec contradixerit l. sententijs. 3. C. de errore aduoc. & l. 1. eod.

Duplicatio 33. est. Nisi calculi error interuenerit in sententia l. 1. §. 1. ff. quæ senten. sine appellat. ibi calculi error in sententia.

Duplicatio 34. est. Nisi probatio non fuerit sufficiens. l. exemplo. 7. C. de probat. concordat l. vlt. C. de conuen. fisci debit. & l. verbas 6. C. de testam. & l. rationes. 6. & l. instrumenta. C. de probat.

Duplicatio trigesimaquinta est. Nisi ex falsis instrumentis iudicatum sit. l. 2. C. si ex fals. instru. iudic. sit concordat l. 1. & vlt. eod. & l. qui agnitis. 11. ff. de except. contradicit l. vlt. §. fin. C. de fid. instrum. ad quam contradictionem euitandam distinguendum esse puto, inter manifestam falsi probationem; & non manifestam, quæ colligitur ex verbis d. l. vlt. C. si ex fals. instru. ibi manifestis probationibus.

Duplicatio 36. est. Nisi ex falso testimonio sit iudicatum. l. diuus. 33. ff. de re iudic.

Triplicatio eius est. Nisi non probetur Iudicem secutum falsi testimonij, vel instrumenti fidem pronunciasse l. falsam. 3. C. si ex fals. instrumen.

Duplicatio 37. est. Nisi Iudex secundum rescriptum lite pendente impetratum pronunciauerit. Nouell. c. 113. §. atq; hæc dicemus. Auth. in medio litis non fieri sacras form. &c. 2. except.

Duplicatio 38. est. Nisi Iudex pecunia corruptus sententiam dixit l. venales 7. C. quand. prouo. non est necesse.

Duplicatio 39. est. Nisi nullo actu ex lege habito, vel contra solitum Iudiciorum ordinem sit pronunciatum; exemplo l. si constat. 12. ff. de appellat. concordat l. prolatam 4. C. de sentent. & interloqu. & l. ex stipulatione 7. C. eod. & l. 1. C. cõminationes epistolas, & l. interlocutio 4. C. eod. & l. programma 6. C. eod. & l. 2. & vlt. C. eod. & l. 2. C. de iure Fisci.

Triplicatio eius prima est. Nisi extraordinaria causa, atque cognitio sit l. 1. in princ. ff. de extraord. cognit.

Triplicatio secunda est. Nisi crimen sit notorium l. ea quidem 7. C. de accusationibus.

Duplicatio quadragesima est. Nisi non publicæ; sed in secreto loco, officio non præsente sententia sit lata l. cum sententijs 6. C. de sentent. & interloc.

Duplicatio quadragesimaprima est. Nisi alibi; quam vbi se cogniturum dixit Iudex pronunciauit l. si vt proponis C. quomod. & quando Iudex.

Duplicatio quadragesimasecunda est. Nisi non pro Tribunali, sed & de plano sententia sit dicta.

Triplicatio eius est. Nisi custodia sit dãnanda l. vnius facinoris 18. §. fin. ff. de quæstionib.

Triplicatio secunda est. Nisi leuia sint crimina, vel causæ, de quibus statuitur l. leuia 6. ff. de accusat.

Duplicatio quadragesimatertia est. Nisi diebus feriatis sit lata sententia l. quid si 6. ff. de ferijs concordat. l. 1. §. 1. ff. eod.

Duplicatio quadragesima quarta est: Nisi cum Iudex datus ad tempus; vel certo tempore litem dirimere iussus; non intra illud tempus pronunciauerit. l. cum non ex eo. 6. C. quando prouoc. non est necesse.

Triplicatio eius est: Nisi consensu partium tempus sit prorogatum l. 2. §. si & Iudex. ff. de Iudicijs.

Duplicatio quadragesimaquinta est. Nisi post sententiam latam; aliquid statuitur; hoc enim vim rei iudicatæ non habet l. post sententiam. 9. C. de senten. & interloc.

Duplicatio quadragesimasexta est: Nisi post appellationem interpositam sit pronunciatum. l. vnica. ff. nihil inuou. appell. interpo. concordat Nouell. c. 134. §. ad hæc iubemus: Auth. vt nulli iudicum liceat & l. si vt proponis. 3. C. quand. prouo. non est necess.

Triplicatio eius prima est: Nisi appellatio non sit recepta; sed reprobatur. d. l. vnica concordat. l. sciendum 6. in princ. ff. de appellat. & l. appellatione. 3. C. eod.

Triplicatio secunda est. Nisi ex pluribus facinoribus condemnatus propter quædam appellauit; propter quædam non; hoc enim casu eorum propter quæ appellatum non est executio fieri potest. l. vnica. §. fin. ff. nihil innou. appell. interpos.

Triplicatio tertia est. Nisi in causa criminali condemnatus non satisdet; hoc enim casu incu-

custodia est retinendus. l. minime. 12. C. de appel.

Triplicatio quarta est. Nisi ab exequutione fuerit appellatum: & res litigiosa mobilis sit; hoc enim casu res apud sequestrum deponitur. l. ab exequutione. 5. C. quorũ appellat. nõ recipi.

Triplicatio quinta est: Nisi appellans depopuletur agros litigiosos; hoc enim casu fructus sunt sequestrandi. l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de appellat.

Triplicatio sexta est. Nisi Iudex alicui detulerit iusiurandum ex officio; hoc enim præstari potest; ac debet appellatione non obstante. l. generaliter. 12. in princ. C. de iureiur.

Duplicatio quadragesimaseptima est: Nisi à sententia sit appellatum; & ab appellationis Iudice rescissa, vel rescindi speretur: per ea quæ dicta sunt supra in triplic. ad 46. duplic.

Triplicatio eius prima est. Nisi non competens Iudex appellatus sit. l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appellationibus.

Quadruplicatio eius est: Nisi maiorem Iudicem per errorem prouocauerit. d. §. si quis ibi. si vero maiorem. concordat l. si cuius. 5. §. planè. ff. de appellationibus.

Triplicatio secunda est: Nisi non iusto tempore sit appellatum. l. 2. in princ. C. de his qui propter metum Iudicis.

Quadruplicatio eius prima est: Nisi sententia ipso iure non valeat, exemplo l. si expressim. 19. ff. de appellat.

Quadruplicatio secunda est. Nisi ad honores, vel munus vocatus appellauerit; hoc enim casu quamuis post statutum tempus appellauerit, intra duos tamen menses eius appellatio recipitur. l. 1. C. de tempor. & repar. appellat.

Quadruplicatio tertia est: Nisi appellans absens fuit; & nesciuit contra se pronunciatum; hoc enim casu à tempore scientiæ tempus appellationis est computandum d. l. 1. §. fin.

Quincuplicatio eius est; Nisi Procurator absentis præsens fuerit. d. §. fin.

Quadruplicatio quarta est; Nisi Iudicis copia fuerit appellanti. l. 1. §. dies autem. ff. quand. appell.

Quadruplicatio quinta est; Nisi ob vim sibi factam non appellauit. l. 2. §. qui vero. C. de his qui propter metum Iudicis.

Triplicatio tertia duplic. 47. est; Nisi alius appellauit; non ipse qui iudicati actione conuenitur. l. si qui separatim 10. in princ. ff. de appell.

Quadruplicatio eius est: Nisi causa non appellantis cum eo qui appellauit communis sit. l. 2. C. si vnus ex pluribus appell. concordat l. 1. C. eod. & d. l. 10. §. sed cum aduersus ff. de appell.

Quincuplicatio est; Nisi diuersæ fuerint causæ defensionis. dicta l. 2. ibi quod si ætatis, & d. l. 10. §. quod est rescriptum.

Triplicatio quarta propositæ 47. Duplic. est. Nisi appellationem interpositam intra legitimum tempus non inchoauerit appellans; aut appellationem non exercuerit, vel deseruerit. l. cũ anterioribus. 5. §. illud etiam. C. de tempor. & repar. appell. concordat l. si contra. 8. C. de appellat. l. quoniam. 18. eod. & l. 2. §. fin. C. de tempor. & repar. appell. & l. 2. §. fin. C. quand. prouoc. non est necesse. Tempus autem inchoandæ; seu introducendæ causæ appellationis definitur l. 2. C. de tempor. & repar. appell. & l. cum anterioribus. 5. eod. & l. in offerendis 35. §. his videlicet C. de appellat. Nouell. cap. 82. §. cæterum appellationes à Pedaneis Auth. de Iudicibus, & nullatenus &c.

Quadruplicatio eius prima est. Nisi ex iusta, & ineuitabili causa ad finem perduci non potuit d. l. 5. §. illud etiam Nouell. c. 50. in princ.

Quincuplicatio eius prima est. Nisi biennium sit elapsum d. §. illud etiam ibi. nisi ipse appellator.

Sextuplicatio eius prima est. Nouell. 119. §. quin. & hoc. & d. §. illud etiam.

Sextuplicatio secunda est. Nisi in consistorium Principis sit appellatio introducta.

Sextuplicatio tertia est. Nisi id petierit ille, contra quem appellatum est. d. Nouell. 50. in princ. vsq; ad §. porro, & illud.

Quadruplicatio secunda propositæ. 4. Triplic. est. Nisi reparatio, seu in integrum restitutio à Principe fuerit petita l. 2. §. quod si ita C. de tempor. & repar. appellat.

Quincuplicatio eius prima est. Nisi intra tres menses, post elapsos fatales dies; reparatio fuerit petita d. l. 2. §. quod si ita.

Quincuplicatio secunda est. Nisi ab Arbitro appellatio sit facta; non à Iudice ordinario; tunc enim reparatio frustra petitur d. l. 2. §. quod si ab arbitro ibi nulla reparatione, sed videtur reprobari l. nemo arbitretur. 3. C. eod. Nouell. 82. §. cæterum. ver. nullam. Auth. de Iudicibus.

Quadruplicatio tertia est. Nisi vnus ex litigatoribus pendente appellatione fuerit defunctus; Tunc enim hæredi eius præter statutum tempus quatuor quoque menses adduntur l. si vnus 6. C. si penden. appell. mors interuen.

Quadruplicatio quarta est. Nisi in Consistorium Principis appellatio sit introducta; Tunc

tempus

tempus fiendæ appellationis non obseruatur. l. cũ anterioribus. 5. §. si tamen. C. de tempor. & reper. appell. concordat Nouell. cap. 23. §. ad hac sancimus.

Quadruplicatio quinta est. Nisi pendente appellatione in arbitros sit compromissum. Nouell. c. 93. §. subditorum nostrorum interpellationes. Auth. de appellatio.

Quadruplicatio sexta est. Nisi inter partes conuentum fuerit, ne tempora appellationis obseruentur. d. l. 5. §. fin.

Quadruplicatio septima est. Nisi non in ipso temporis decursu confirmetur sententia, à qua est appellatum, sed Iudex de actis iudicabit; & sententiam confirmabit, vel infirmabit Nouell. c. 126. §. in omnibus appellationibus, quæ deest in corpore, Nouell. 50. in princ. vsq; ad §. porro.

Quadruplicatio octaua est. Nisi per Iudicẽ appellatum steterit quominus appellatio intra legitimum tempus fuerit inchoata, vel finita. Nouell. c. 119. §. hoc quoque. Auth. vt sponsi. largitas.

Quinquplicatio eius est; Nisi intra biennium causa finiatur. l. cum anterioribus. 5. §. illud etiam C. de tempor. & repar. appell. quod videtur corrigi, Nouell. 119. §. hoc quoq; Auth. vt spons. largitas.

Quadruplicatio nona est; Nisi alius nomine appellatoris causam appellationis exequatur. l. 1. ff. an per alium causæ appel. rec. poss. nisi causa sit capitalis. d. l. 1. concordat. l. lucius. 18. ff. de appellat. & l. 2. C. de procur. & l. nulli. 3. in fine C. quorum appell. non recip. & l. si actor. 10. C. de appellat.

Quincuplicatio eius est. Nisi causa principaliter per eum agi non possit; Tunc enim nec eius appellatio per alium potest exerceri d. l. 1. §. generaliter. ff. an per alium causæ appell.

Quadruplicatio 10. est; Nisi cum Procurator Tutor; vel Curator appellasset; postea dominus litis ipse causam appellationis exequatur. l. vlt. §. substituti. ff. de appellat. concordat l. negociorum. 24. §. curator. ff. eod. & dicitur l. si actor 10. C. eod. & l. Dominus eod. & l. 2. ff. an per alium causæ appellat.

Quadruplicatio 11. est. Nisi exclusis ferijs tempus nondum sit finitum l. 1. C. de ferijs; sed reprobatur. l. 2. §. pen. C. de tempor. & reperat.

Triplicatio quinta propositæ. 47. duplicationis est; Nisi appellans sine herede decesserit l. vnica in princ. ff. si pendent. appellat.

Triplicatio sexta est; Nisi sententia Præfecti Prætorio per appellationem sit suspensa. Nouell. c. 119. §. aliud ad hoc. Auth. vt sponsalitia largitas.

Duplicatio quadragesimaoctaua propositæ. 3. Repli. 3. except. supradictæ conclus. quæ habet quod rescripta Principum regulariter vtilia sunt; & sunt seruanda. Nisi is contra quem Iudicatum est; ob vim sibi factam; vel metum appellare non potuit. l. 2. in fine C. de his qui propter metum Iudic. non appell.

Duplicatio quadragesimanona est; Nisi Tutore Papilli nomine condemnato, Pupillus postea sese ab hereditate abstinuerit; adoleuerit; vel mortuus fuerit l. vlt. ff. si quis caut. in iud. sist. caus. fac. Sed in duobus casibus in 50. dupli. infra positis non datur duplicatio ista. l. 2. in princ. ff. de administr. tutorum concordat l. tutori. 7. ff. quan. ex facto tutoris, & l. 1. C. eod.

Duplicatio quinquagesima est; Nisi post sententiam latam noua instrumenta inuenta sint; sed reprobatur cum sit graue exemplo res Iudicatas sub hac specie restaurari l. sub specie. 4. C. de re Iudic. concordat l. cum de hoc 27. §. fin. ff. de except. rei Iudic. admittitur quidem in quibusdam casibus.

Primus est; si ex iureiurando à Iudice delato causa sit decisa l. admonendi. 31. ff. de iureiurando alter casus est, si causa publica sit; pro qua causa cognita negocium restituitur l. Imperatores. 35. ff. de re iudic.

Duplicatio quinquagesima prima est; Nisi postea pronunciatum sit; Iudicatum non esse l. 1. in princ. ff. quæ sententiæ sine appell. rescin.

Duplicatio quinquagesimasecunda est. Nisi condemnatus aliquo modo sit liberatus; l. si se. 4. §. soluisse. ff. de re Iudic. nam pariso iudicato rescripta postea impetrata sunt vtilia; & seruanda.

Duplicatio quinquagesimatertia est; Nisi condemnatus satisfacere sit paratus ei cui est condemnatus d. l. 4. §. ait Prætor; & hoc ex magna causa ibi; ex magna tamen causa.

Duplicatio quinquagesimaquarta est; Nisi nouatio facta sit; & ei, cui quis est condemnatus, sit cautum d. l. 4. §. si ex conuentione, modo nouandi causa sit factum concordat. l. 2. C. de exeq. rei Iudic. Nec per stipulationem Iudicatum solui nouatur iudicati actio. l. si stichum. 8. §. idem Celsus. ff. de nouation.

Duplicatio quinquagesimaquinta est; Nisi Actor rem, ad quam restituendam habet reum condemnatum receperit. l. 1. C. de re Iudic.

Duplicatio 56. est; Nisi condemnatus aduer-

sus

sus eum; cui condemnatus est actionem habeat propositam l. 1. §. fin. ff. quæ senten. sine appellat.

Duplicatio quinquagesimaseptima est; Nisi pluris condemnatus tantum afferat; quantum re vera debetur l. fideiussor. 15. ff. de doli mali except. ibi fideiussor euictionis, &c. concordat. l. si fundum. 16. ff. de pignor. & hypotech.

Replicatio tertia est; Nisi rei Iudicatæ mẽtio facta sit in rescripto. Rota in nouissimis parte 3. lib. 3. decis. 379. quia potest tolli à principe d. lib. 3. decis. 1639. nu. 3. & par. 1. decis. 644. n. 5. et constet de expressa mente rescribentis contra rem iudicatam. Decius in l. res iudicata. de reg. Iur. n. 3. & Cagno nu. 6. Vrsillus ad Afflictum decis. 39. n. 5. Ias. in l. iustitia. ff. de iust. & iure, vel nisi sententia ex qua est orta res iudicata sit lata in causa matrimoniali, quia tunc in impetratione rescripti non oportet de sententia; & re iudicata facere mentionem. Felyn. in c. super literis de rescriptis nu. 16. post Lapum alleg. 89. col. 2. Barbat. in cons. 46. col. 2. nu. 5. lib. 2.

Quarta propositæ conclusionis exceptio est; Nisi preces veritate nitantur l. si quis 29. in fine; & in princ. ff. ad l. Corneliam. de falsis. vbi glos. 1. & in verbo subscriptione, & Doctores. Felynus in c. nonnulli. §. 1. nu. 6. ver. posset etiam responderi. de rescriptis concordat, l. 2. C. si contra ius, & vtilit. publ. vbi gloss. Bart. Bald. & Salicet. 25. §. 2. c. dicendum. in princ. & §. rescripta. ver. mendax enim. & §. præscriptione. c. ex parte. 2. de rescriptis. c. quo super 8. de fide instrument. vel quædam non dissimulanda in precibus fuerint omissa iuribus allegatis; exemplum dissimulationis habetur c. ex parte. 12. vers. in quibus nulla. c. constitutus. 19. c. dilectus 26. c. postulasti. 27. de rescriptis. c. cum olim. 12. de senten. & re iudic. c. oblatæ. 57. de appellat. c. bonæ memoriæ. 3. de confirmat. vtili. c. super eo. 5. de cohab. cleric. exemplum expressæ falsitatis habetur in c. ex insinuatione. 37. de rescriptis. Accedit Vill. l. 133. Caputaquen. decis. 49. par. 2.

Replicatio eius prima est; Nisi cognitio tantum Iudici sit per rescriptum delegata; l. 1. si contra ius, & vtil. vbi glos. 1. & Bald. c. vlt. de exceptionibus; maximè eidem coram quo causa pendebat; quo casu non est necesse ita exactè de statu causæ facere mentionem. Rota in antiquioribus coram Bisignett. de rescriptis. decis. 4. nu. 2. & in nouis eod. decis. 20. alias 254.

Replicatio secunda est; Nisi id quod in iure non in facto consistit in precibus sit omissum exemplo c. oblatæ. 57. §. licet igitur ver. si vero non sit de appellationibus. Rota coram Fastolo causa. 355. dubi. 64. nu. 3. & in antiquis de rescriptis decis. 75. alias 609. de qua infra. 31. exceptione. & 32.

Replicatio secunda est; Nisi id fuerit omissum; quod intentioni supplicantis iure non potuit esse impedimento exemplo: c. vlt. de exceptio. c. super literis. 20. §. inter alios. de rescriptis. Caputaq. decis. 46. parte 2. vel quod notoriè omnibus patet: Rota in nouis de rescriptis. decis. 32. alias. 468. n. 4.

Duplicatio eius est; Nisi quis dolo malo falsum expresserit; vel verum omiserit d. c. super literis. §. nos igitur, & c. dicenti. §. etsi legibus. de rescriptis. l. 5. C. si contra ius, vbi gloss. Bald. & Salic.

Replicatio tertia est; Nisi non dolo malo; sed per simplicitatem, vel ignorantiam falsum expresserit; aut verum omiserit approbatur, & distinguitur d. c. super literis. 20. de rescriptis, & potest emendari, etiam lite pendente, Caputaqu. decis. 57. n. 3. parte 2.

Duplicatio eius est; Nisi id in precibus expressum, vel omissum sit; quod si in veritate rescribens sciuisset; non rescripsisset; d. c. super literis. ver. si vero per huiusmodi &c. Accedit Turz. reg. 46. & faciunt ea quæ proponuntur supra, repli. 2. Rota in nouis de rescriptis. decis. 33. alias 449. vers. plus enim. & decis. 25. alias. 310. n. 2. & decis. 32. aliàs 448. n. 1.

Replicatio quarta est; Nisi rescriptum contineat clausulam Motuproprio approbatur simul & distinguitur diffusè apud Gabriell. lib. 6. de clausulis. conclus. 2. in princ. & per totam conclusionem; maximè in terminis. decis. 37. aliàs 202. in antiquis de rescriptis; & infra 21. except. repli. 5. dupli. 5.

Duplicatio eius est; Nisi rescriptum continens clausulam Motuproprio tollat ius tertij; præsentium ampliet; dispensationem irregularitatis; illegitimatis; aut alterius defectus; vel retentionem plurium beneficiorum incompatibilium inducat; Rota in antiquis. de rescriptis. decis. 71. alias 445. Caputa. decis. 37. n. 2. par. 2. Guido Papæ in tract. de rescriptis n. 44.

Replicatio quinta est; Nisi excipiens de subreptione non appellauerit. Vill. F. 19. & R. 35. quia rescriptum subreptitium non redditur nullum ipso iure; sed ope exceptionis. Rota in antiquioribus coram Bisignetto decis. 2. n. 53. de rebus eccles. non alien. & in antiquis de rescri-

ptis

ptis decis. 48. aliàs 387. maximè ad lites, Viuius opin. 1688. Incipien. rescriptum secundum nu. 3. rescripta vero gratiæ ipso iure irritantur: Soceinus cons. 13. col. 3. & cons. 169. in princ. vol. 1. & Socc. Iun. cons. 77. nu. 83. & 84. vol. 1. Paris. cons. 31. n. 22. Crauet. cons. 68. num. 2. Caputaq. decis. 49. par. 2.

Quinta exceptio est; Nisi conditio hæc; Si preces veritate nitantur; in rescripto non sit apposita; l. vlt. in princ. C. de diuersis rescriptis; vbi glos. & Bald. c. dicenti. §. rescripta; & §. vniuersa; de rescriptis.

Sexta exceptio est; Nisi rescriptum non sit manu Principis subscriptum. l. sacri affatus. 6. C. de diuersis rescriptis. vbi gloss. Bald. & Salicet. & l. sancimus. 3. C. eod. c. dicenti. §. sancimus. vers. nostra etiam manu subscripta. 25. quæst. 2.

Septima exceptio est; Nisi dies aut Consul rescripto non sit adiectus. l. si qua. 4. C. de diuers. rescriptis. vbi gloss. Bald. & Salicet. c. dicenti. §. si qua beneficia: de rescriptis: quia tempus datæ; maximè in beneficialibus est attendendus, Rota in antiquis decis. 28. aliàs 122. Caputaq. decis. 40. n. 3. decis. 52. n. 2. & decis. 58. n. 4. parte 2. quia quoad valorē rescripti; & mentim concedentis tempus datæ videtur considerandum, Io. de Grassis de rescriptis. in princ. n. 16. & infra. 21. except. repli. 3. & à tempore datæ quæritur ius in beneficio, idem Grass. num. 9. post principium, vers. adeo quod & 94.

Octaua exceptio est; Nisi quæstor rescriptum non subscripserit; nec denotauerit inter quos; ad quem Iudicem; & per quam personam directum sit. Nouell. c. 114. Auth. vt diuinæ iussiones subscriptionem habeant, &c. vbi Angel.

Nona exceptio est; Nisi exemplum rescripti; non ipsum rescriptum authenticum fuerit insinuatum. l. sancimus. 3. vbi gloss. Bald. & Salic. C. de diuer. rescript. & c. dicenti §. sancimus. de rescriptis.

Decima exceptio est; Nisi siue scripto mandatum Principis adferatur. l. vnica. C. de mand. Principum, vbi gloss. Bald. & Salicetus. c. cum in iure. 31. de off. delegati in gratiosis contradicit Rota in antiquis de rescriptis decis. 87. aliàs 882. n. 3. quia scriptura non est de substantia gratiæ; sed fit; vt facilior sit probatio gratiæ.

Replicatio eius est; Nisi rescripto non forma iudicandi præscribatur; sed diligentia; vel quid simile præcipiatur; Tunc enim etiam sine scriptura valet mandatum. Nouell. 113. §. atqui iussionem; Auth. in medio litis non fieri sacr. for. vel nisi Princeps sit præsens in eadem ciuitate, Gabriell. lib. 1. de probationibus conclus. 3. n. 21. & 22. vel nisi per testes probetur certa scientia Principis, Rota in nouis, de rescriptis decis. 27. aliàs 332. in princ. vel gratiæ qualitas, Caputaq. decis. 51. n. 2. par. 2.

Vndecima exceptio est; Nisi negocium in consistorio prius non sit solemniter tractatum. l. humanum. 8. C. de legib.

Replicatio eius est; Nisi in causis non vniuersitatum; sed priuatorum rescribatur. l. vniuersa. 7. §. fin. C. de diuers. rescript.

Duodecima exceptio est; Nisi rescriptum contra ius sit; vel vtilitatem publicam. l. vlt. C. si contra ius: vbi glos. Bald. & Salicet. concordat. l. vnica. C. de senatus cons. & l. nec damnosa. 3. C. de precib. Imper. offer. & Nouell. c. 82. §. omnis autem. Auth. de iudicibus, & vt nullatenus. q. 3. c. iubemus. §. rescripta. item 25. q. 1. c. vlt. §. illud vero. §. item constitutio. & 25. q. 12. c. rescripta. c. nec damnosa. c. dicenti. in princ. & §. omnes. item c. pastoralis. 8. de fide instrument.

Replicatio eius est, Nisi rescriptum contra ius nemini obsit; & prosit petenti. l. rescripta. 7. C. de precib. Imp. offeren. vbi glo. in verbo non lædat. Bald. & Salicet. 25. q. 1. c. vlt. §. illud vero. c. cum teneamur. 6. de prebendis. vers. nisi forte in literis; & c. in nostra 32. de rescriptis, vel sciente Principe fuerit factum. Rota in nouis. de rescriptis. decis. 32. n. 2. & seq.

Decimatertia exceptio est, Nisi rescriptum fisco sit damnosum. l. 3. C. de precib. Imper. offeren.

Replicatio eius est, Nisi rescriptum fisco damnosum geminatum sit à Principe. Auth. nulli Iudicum. §. & hoc uero iubemus secundum. Bald. in d. l. 3. & est communis. ut dixit Viuius opin. 689. incipien. rescrip. Princ.

Decimaquarta exceptio est; Nisi exceptio; uel præscriptio alicui detur, uel denegetur rescripto: nisi dilatoria; non peremptoria alicui detur, uel denegetur. l. 2. C. de precib. Imp. offeren. ubi gloss. Bald. & Salicet. sed is qui dilationem impetrat debet idoneæ cauere de debito soluendo. l. uniuersa. 4. ubi glo. Bald. & Salicet. C. eod.

Decimaquinta exceptio est; Nisi dilationē ad soluendum per rescriptum impetrata debitor de soluendo idoneæ non caueat. d. l. uniuersa. 4. C. eod.

Deci-

Decimasexta exceptio est; Nisi quid praedecessorum decretis contrarium decretum sit, Distinct. 19. c. ita Dominus. §. fin. cum tribus cc. sequent. 25. q. 1. c. Iustitiae c. satagendū. 25. q. 2. c. si ea. c. institutionis. c. quod vero. c. decessorum. c. posteaquam.

Replicatio eius prima est: Nisi ex causa contra decreta Praedecessorum Papa dispensauerit; vel Priuilegium alicui concesserit. c. 1. §. fin. cum c. sequen. distinct. 14. & per ea quae proponuntur per legibus. conclus. 13. excep. 18.

Replicatio secūda est: Nisi alius Decretali epistola non laedatur praeallegata cōclus. 13. de legibus exceptione 18. replic. 4. & excep. 21. replicatione 1.

Decimaseptima exceptio est; Nisi à non informato Pontifice quid sit decretum, vel scriptum exemplo. distinc. 19. c. finalis.

Decimaoctaua exceptio est; Nisi excommunicatus rescriptum impetrauerit. c. 1. de rescriptis in 6. Caputaquens. decis. 72. parte. 3. n. 1.

Replicatio eius prima est: Nisi de causa excommunicationis rescriptum impetrauerit. d. c. 1. ver. super alio quam excommunicationis articulo de rescriptis, & coram eodem Iudice. Caputaquen. praecitata decis.

Replicatio secunda est: Nisi de appellatione persequenda rescriptum impetrauerit. d. c. 1. ver. appellationis. de rescriptis. & c. fin. de exceptionibus.

Replicatio tertia est: Nisi per Procuratorem excommunicatum fuerit impetratum rescriptum. Rot. in antiq. de rescript. decis. 9. nu. 4. coram Bisignetto.

Decimanona exceptio est: Nisi ius alterius per rescriptum sine causa laedatur. exemplo c. si propter. de rescript. in 6. Vill. P. 18. Turz. reg. 47. Guido Papa in tract. de rescriptis. nu. 44.

Replicatio eius prima est: Nisi exceptiones alicuius non admittendas esse Papa rescripserit c. ex parte. 13. ver. nisi exprimatur. de off. deleg. contradicit l. 2. C. de precib. Imp. offer.

Replicatio secunda est: Nisi rescriptum habeat clausulam derogatoriam. Non obstante &c. *Vill. C. 66. tangit Rot. in antiq. de rescript. decis. 18. alias 633. nu. 1. 2. & 3. & in nouissimis. par. 3. lib. 3. decis. 639. nu. 4. etiam quod generalis sit, quae tantumdem operatur, etiam respectu singulorum, ac si nominatim de ipsis fuisset facta expressio mētio. Guid, Pap. in tract. de rescript. nu. 22. & seq.*

Vigesima exceptio est: Nisi idem diuersa rescripta eadem de re impetrauerit exemplo. c. ex tenore. 16. & c. in nostro. 32. de rescrip.

Vigesimaprima exceptio est: Nisi aliud rescriptum contrarium ab Aduersario sit impetratum; hoc enim casu posterius derogat priori. c. bonae memoriae. 3. de confirm. vtil. vel inut. c. ceterū. 3. ver. si verò in secundis. & c. cum contingat. 23. §. sed si postea. de rescriptis. c. pastoralis. 28. §. praeterea. de offic. delegat.

Replicatio eius prima est: Nisi in rescripto posteriore non fiat mentio prioris. d. c. bonae memoriae. ver. dummodo nihil diceretur. c. ex parte. 2. §. fin. ver. & in literis. c. ceterū. 3. c. cum dilecta. 22. c. cum contingat. 24. §. si vero ex literarum. & c. capitulum 130. de rescriptis. item c. ex parte 12. c. ex literis 29. de off. deleg. c. ex literis. 2. de dolo. & contum. c. oblatae. 57. §. & aliae pars. & §. fin. de appellat. c. cum olim. 12. de senten. & re iudic. Vill. T. 2. Rota in nouis. de rescriptis. decis. 6. nu. 2. & in antiquis decis. 80. Accedit Viuius opin. 688. incipien. rescriptum secundum: n. 1. etiam si prima gratia esset conditionalis; Caputaq. decis. 219. parte 2. vel limitata idem decis. 218. & decis. 55.

Duplicatio eius prima est; Nisi Prior impetrans dolo; vel negligentia suo rescripto intra annum non sit vsus: c. si autem. 9. c. ex parte. 12. & c. plerunq; 23. de rescriptis. Turz. reg. 43. Guid. Pap. in tract. de rescriptis. nu. 33.

Triplicatio eius est; Nisi non ad agendum; sed ad excipiendum; vel aliquid aliud faciendum sit impetratum, Guid. Pap. ibi. n. 33. vers. sed vbi impetratur.

Triplicatio secunda est; Nisi impetrans copiam Iudicis delegati haberi potuit; vt partem citari facere potuit. idem Guid. ibi ver. sed à quo tempore.

Duplicatio secunda est. Nisi prius rescriptum tacita veritate, vel expressa falsitate sit impetratum d. c. ex parte 121. ver. in quibus nulla mentio, & c. caeterum. 3. §. fin. de rescriptis. Rota in antiquis coram Bisignetto de rescriptis decis. 11. n. 1. & in nouis eod. decis. 32. aliàs. 468. n. 1. distinguitur: vsq; ad n. 3. & firmatur ex capite falsitatis expressae. n. 5. maximè in rescriptis gratiosis, Rota in antiquis. de rescriptis: decis. 4. alias 582. num. 1.

Triplicatio eius est. Nisi gratia demonstrationis sit in aliquo falsitas expressa, & nihilominus constat de corpore rei demonstratae, Decis.

prae-

prædicta.n.6. & sequentib. & decis. 54. aliàs 839. de rescriptis.in antiquis.

Duplicatio tertia est; Nisi prius rescriptum sit generale; posterius speciale; Tunc enim posterius in specie expressa derogat generali; quãuis eius mentio facta non sit. c.1.& c. pastoralis.14.§.quoniam autem.de rescriptis.

Duplicatio quarta est; Nisi prius rescriptum falsum; vel vitiosum dicatur; vt meritò de vi; vel fide eius dubitari possit, tunc enim consulendus est Papa; qui rescripsit suspensa iurisdictione delegati. c. sanè 2. de offic. deleg. vel per Arbitros lis dirimenda d. c. pastoralis. 14. de rescriptis.in princ. Io.de Grassis in tract. de rescriptis. in princ. n. 18.& infra. repl. 2.

Duplicatio quinta est: Nisi hac replicatione opposita Iudex eam præterierit; nec à læso fuerit appellatum. Vill. E. 119. & R. 35.

Duplicatio sexta est; Nisi posterius rescriptum habeat clausulam. Motuproprio controuertitur apud Gabriell. lib. 6. de Clausulis conclus. 2. n.27.& 28. decidit Rota in nouis. de rescriptis.decis.37.aliàs 332.n.4.ver.item alia ratio.& distinguit in antiquis eod. decis.71. de qua supra exceptione 4. repli.4.dupl.1.

Duplicatio septima est; Nisi prius rescriptum sit nullum; vel possit per exceptionem elidi; tunc enim valet secundum non facta mentione de primo: Viuius opin. 688. incipien. rescriptum secundum. n. 2. Caputaq. decis. 217. n.2.par.2.Item mentio in gratia non debet fieri de alia gratia si neutri.ibi. n.1.

Replicatio secunda est; Nisi posterius rescriptum falsum; vel vitiosum dicatur; vt meritò de vi, vel fide eius dubitari possit: Tunc enim cognitio vtriusq; suspenditur d.c.pastoralis.14. in princ.& suprà duplic.4.

Replicatio tertia est; Nisi prius rescriptum Iudici nondum fuerit præsentatum, Turz.reg. 43. quia quoad effectum iurisdictionis; & exequutionis consideratur tempus præsentata, Ioan. de Grassis in tract. de rescr. in princ. n. 16. & supra 7. except.

Replicatio quarta est; Nisi exceptio posterioris rescripti non fuerit opposita, Vill. R. 33.

Replicatio quinta est; Nisi prioris rescripti exequutio sit facta.

Duplicatio eius est; Nisi posterius rescriptum habeat clausulam Motuproprio controuertitur; & distinguitur apud Gabriell.lib.6.de clausulis.conclus.2.n.23. & 78.cum seq.& Io. Grassis de rescrip. post principium.n.68.& supra 4.excep.repli.4.

Vigesimasecunda exceptio est; Nisi cum aduersus Cistercienses ordinem rescriptum esset impetratum, in eo non fiat ordinis mentio. c. cum ordinem 6. de rescriptis.

Vigesimatertia exceptio est; Nisi rescripto alicui potestas sit data Iudicis in causis suis eligẽdi quem velit c. ad hæc.10.de rescript.

Vigesimaquarta exceptio est; Nisi rescriptum malè fuerit conceptum; vel non cõgruum latinæ linguæ c. ad audientiam. 11. de rescript.

Vigesimaquinta exceptio est; Nisi alterius nomine sine speciali mandato; vel reuocato mandato rescriptum sit impetratum approbatur, & distinguitur c. nonnulli. 28. §. non valent. & c. ex parte 33. de rescriptis.

Replicatio eius est; Nisi beneficium alteri sine mandato impetrauerit. Vill. R. 32. Rota in nouis.de appellationibus decis. 61.n.2. quod infertur etiam per interpositionem appellationis.

Vigesimasexta exceptio est; Nisi erratum sit in rescripto exemplo.c.significante. 34. de rescriptis. Rota in nouis.de rescriptis.decis. 16. aliàs 133. distinguit.

Vigesimaseptima exceptio est; Nisi impetrans fraudolenter rescripto abutatur exemplis c. fin. de rescriptis.

Vigesimaoctaua exceptio est; Nisi falsum sit rescriptum c. super eo.2.de crimine falsi.

Vigesima exceptio est; Nisi ad diuersos delegatos aduersus eumdem quamuis ex diuersis causis rescriptum quis impetrauerit. c. dispendia. 3. de rescriptis in 6. & c. vltimo eod. sit, Hoc tamen casu non punitur; si rescripto non sit vsus: Vill. R. 37.

Vigesimaprima exceptio est; Nisi rescripto de re ab alio possessa impetrato; alienæ possessionis in precibus non sit facta mentio approbatur, & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de acquirend. poss. conclu. 3. Rota in nouis. de rescriptis decis.6. aliàs 67. n. 2. & in antiquis decis. 80. quia impetrans de qualitatibus inhærentibus de facto tenetur facere mentionem Rot. in antiq. eod. decis. 75. alias 609. de qua supra 4. except. replic. 2.

Trigesimasecunda exceptio est: Nisi rescripto de re à se possessa impetrato, istius suæ possessionis in precibus non fecerit mentionem Gabriell. d. lib. 5. de acquir. poss. concl. 4. & decisionibus prçallegatis.

Trigesimatertia exceptio est: Nisi rescripto contra priuilegiatum impetrato, vt communi iure vtatur, priuilegij in rescripto non fiat mẽtio, reprobatur à Vill. R. 34. contradicit. Rota in

ta in

ta in antiq. de rescript. decis. 80. aliàs 314.& in nou. decis. 6. nu.2.

Trigesimaquarta exceptio est: Nisi alicui exceptio rescripto detur, vel derogetur l.2. C.de precib. Imper. offer. accedit Soarez. ff. 64.

Trigesimaquinta exceptio est: Nisi rescriptum nouas, & insolitas clausulas contineat, ex hoc enim præsumitur falsum. Villalobus R.36. Mascard. de probation. concl. 1269. incipiente, pro rescripto. nu.3.4.5.6.7.8.& 9. & Io. de Grassis in tract. de rescriptis. nu.8. ver. quare. & nu.9. & 10. & post princ. nu. 16. vers. & tunc puto.

Trigesimasexta exceptio est; Nisi Princeps concessa in rescripto reuocauerit.

Replicatio eius est; Nisi pretio accepto; & in vim pacti Princeps aliquid concesserit; vel alio modo sit obligatus. Bald. in l. qui se patris. col. 7. C. vnde liber. Roman. cons. 252. n. 3. Anchar. in c.1.n.8. de constitut. in 6. Abbas in c. nouit. n. 25. ibi. quia illud transiuit in quasi contractum; quo etiam Princeps obligatur de iure. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. n. 51. de constit. Decius cons. 288. n. 6. cons. 292. nu. 7. & cons. 689. n. 5. & sequen. Curtius Iunior. cons. 174. n. 24. & 33. vbi dicit esse communem, & Paris. quoq; cons. 82. n. 48. & sequ. & n. 52. vol. 1. quia Princeps in contractibus videtur vti iure priuati, vt per Castrens. in l. digna vox. C. de legib. Rom. cons. 436. n. 17. & sequen. Ias. post alios in l. traditionibus. C. de pactis.

Trigesimaseptima exceptio est; Nisi is pro quo rescriptum est; ei renunciauerit; eoq; vti noluerit. Gabriel. de clausulis lib. 6. conclus. 3. n. 21. in princ. & n. 26.

Trigesimaoctaua exceptio est; & loco ipsius non ineptè opponitur omnis exceptio quæ opponitur aduersus leges.

Replicatio supra enumeratarum exceptionum, & si quæ similes sunt prima generalis est. Nisi rescriptum contineat clausulam derogatoriam. Non obstante &c. *Vill. C. 66. & Guid. Papa in tracta. de rescriptis. num. 22. & seq. multos cumula. & supra 19. excep. Repl. 2. Ioan. de Grass. in suo tract. de rescriptis. post princ. n. 59. & seq. distinguit.*

Rescriptum in communi causa impetratum ab vno alteri quoq; socio, & collitiganti prodest. l. 1. C. de diuer. rescriptis.

Rescripto impetrato, & supplicatione pro eo impetrando oblata, lis habetur pro contestata. l. fin. C. quan. libell. Princ. datus.

Prima exceptio est; Nisi alia quam Pratoria annalis sit actio, tunc enim lis non habetur pro contestata; nec perpetuatur actio per rescriptum. l. fin. C. quand. libell. Principi.

De Sportulis. Cap. XLIV.

Sportulæ per Iudices ordinarios nullatenus recipiantur, etiam in causis, in quibus per Apostolica rescripta eorum iurisdictio excitaretur, etiam si in illis summarius processus daretur, vel quoquo modo iurisdictio augeretur, vel minueretur; exceptis causis ab initio merè commissarijs, inter personas, quæ, seu earum aliqua Capitolino foro subiectæ non essent: & tunc moderatè, vt in sequenti capite dicitur, ac palam ab vtraq; parte, vel saltem parte altera citata, & recusante, de illis in iudicio, & penes acta Notarij depositum fiat. quidquid etiam modicum vltra inferius præfinitum modum datum, promissum vel receptum fuerit, in corruptelam seu Barattariam imputetur, & in quadruplum in syndicatu Iudex puniatur; & interim possit ab officio arbitrio Conseruatorum remoueri, & si fuerit Senator, facto verbo cum Sanctissimo, & nihilominus sententia sit ipso iure nulla, respectu dantis, vel promittentis tantum, tanquam per corruptelam data; & plus dantes sint infames.

De Sportulis. Cap. XLIV. Gloss.

Sportula apud Romanos erat, quod in dies Clientibus suis sub limine portæ exhibebant ad vitæ vsum, cuius loco quandocunque pecunia dabatur. Hinc cum contestanda lis esset, Actor, & Reus pecuniam contribuebant, deponebantq;. Is autem qui in causa succubuisset omnia pendebat, atque ea pecunia sportula dicebatur à sporta, seu sportella receptaculo maioris summæ pecuniarum, Alciat. dispunct.

Sportulas appellarunt Romani, tam stipes illas, quæ salutatoribus, qui prima luce in atriũ conuenire salutandi gratia solebant, dabantur; quàm cœnas, & conuiuia, quæ eius officij nomine præstabantur: Erogationes quoq; illæ, quæ in ordine decurionum fiebant sportulæ appellabantur l.5.S.vlt. ff. de donat. inter virum & vxorem l.6.S.1. ff. de decurion.

Sed & pecunia illæ, quæ Iudicibus, & executoribus litium, & negotiorum pro salario dabãtur sportulæ sunt appellatæ l.1. & toto titulo C. de sport. & sumpt. &c. l.31.S. executoribus ff. de Episc. & Cleric. S. tripl. instit. de act. l.4. C. de Ca-

strensia lib. 12. l. 12. C. de proxim. sacr. scr. l. vlt. C. de praepos. agen. l. vlt. §. vt autem C. de re milit. & istæ sportulæ iudiciales appellantur, de quibus, ac illorum prohibitione, & moderatione loquuntur hæc Statuta. Nam Statutum sub cap. 44. illas Iudicibus ordinarijs dare prohibet; & ideo illas nullatenus recipere possunt, etsi eorum iurisdictio sit per rescripta Apostolica excitata; quod idem facit ius Canonicum c. cum ab omni, de vita, & honest. Cleric. l. Cleric. & l. omnes de Episc. & Cler. & ius ciuile; secus autem Iudicibus delegatis, Bart. in auth. offeratur C. de litis contest. col. 2. §. neque autem, Auth. de Iudic. Statutum sub cap. 45. illas modificat, atque ad honestum modum reducit, qui nullo modo debet transcēdi §. nullo quoque auth. de Iudicibus, & vt nullatenus l. in sacris. §. modum C. de proxim. Sacro. scrin. l. 1. §. sportulas C. de off. præfect. prætor. & modus hic datus cōuenit, cū illo de iure ciuili introducto, qui duos aureos pro parte transcendere non potest. §. ne autem circa hoc. Auth. de Iudic. & vt nullatenus &c. & in cap. 45. excipiuntur à præstatione sportularum causæ mercedum, & miserabilium personarum. ibi. in §. excipimus tamen, quod & etiam seruatur de iure communi, Bald. in auth. generaliter. col. 1. vers. adde quod in summarijs C. de episc. & cleric. de iure communi pro causis à centum ducatis infra non præstantur sportulæ d. §. ne autem, & quicquid vltra modum præfinitum, datum promissum, vel receptum fuerit in corruptelam, seu barattariam imputetur, & in quadruplum recipiens puniatur et de Barattaria, & quomodo puniatur de iure communi tradit Castrens. in cōs. 150. lib. 1. Doct. in l. Iudices, C. de dignitat. lib. 12. §. si quis autem, vbi Ang. Auth. vt Iudic. sine quoq; suffr. Bald. cons. 20. lib. 5. Amod. de syndic. nu. 161. & sequen. Odofre. in l. fin. C. de pœna Iudic. l. 1. & ibi Gloss. in verb. acceperit ff. ad l. Iul. repet. & probatur sicut dolus, idest ex indicijs & coniecturis l. dolum. C. de dol. c. 2. de renun. in 6. Boer. decis. 101. Plot. in l. si quando C. vnde vi. nu. 76. Aimon. cons. 8. & cons. 319. vide infra cap. 96. sed pro sportulis metiendis attenditur petitio non autē condemnatio l. cum quadam puella. vbi Doct. ff. de iurisd. omn. iud. & ita dictat Statutum ibi c. 45 in causis à viginti &c. & in c. 46. ibi in causa &c. Alias tenebitur de corruptela, & Barattaria.

Corruptela quæ nam sit latè tradit Menoc. de arbitr. cas. 442. 443. & 444. Barattaria intelligitur quādo Iudex corrumpitur pecunia, vel aliter, vt sententiam ferat iniustam. Bald. in cons. 21. nu. 6. lib. 5. Soccin. reg. 55. Cott. in verb. Iudicibus. Boss. de officiali corrupto nu. 1. & 2. & latè Bonacoss. q. crimin. in verbo, Barattaria. Menoch. 342. nu. 20. & seq. Nam Iudex corruptus pecunia magis delinquit. Capicc. in decis. 155. nu. 13. Qualiter autem Barattaria probetur notat Boss. vbi supra nu. 14. & quam fidem faciant illi, quorum opera exercetur, tradit idem Boss. vbi supra nu. 15. Concussio fit quando minatur, vt aliquid faciat, vel non faciat. Guid. Pap. sing. 372. Barattaria non potest committi sine dolo, Boss. de rapina nu. 46. & iuratur in litem contra barattariam committentem. Boss. vbi supra nu. 45. & 46. & in Barattaria non est locus pœnitentiæ, etiā re integra. Marsil. sing. 321. nu. 2. & 3. & potest syndicator facere retinere officiales tempore syndicatus ad Barattarias inueniendas, Boss. de offic. corrupt. nu. 20. & condemnatus de Barattaria in vno loco, non potest in alio exercere, Paris de Put. de syndicatu. cas. 20. vers. Assessor. sententiam autem vendens licet teneatur de Barattaria, tamen non dicitur simoniacus, licet peccet, Imol. in c. cum non ab omni. in fin. de vit. & honest. cleric. Foller. verò dicit, quod committit simoniam in Constit. Regni. de offic. Iust. nu. 4. Quod autem non sit Barattaria si quis debitor existens in libro Communitatis deleat, vt non sit amplius debitor, notant addentes ad Ias. in §. quadrupli nu. 82. Instit. de action.

De moderatione Sportularum. *Cap. XLV.*

IN causis à vigintiquinque ducatis de carlenis infra, carleni quinque pro parte qualibet; à ducatis vigintiquinque vsque ad quinquaginta inclusiuè, carleni septem; à quinquaginta vsq; in centum, carleni quatuordecim; à centum vsq; ad quācunq; summā, non excedantur ducati duo auri qualibet parte: in decretis & viaticis seruetur taxa infra tradenda.

De Sportulis Capitanei & Iudicis Appellationum. *Cap. XLVI.*

ET quia Capitanei & Iudicis Appellationum salarium est tenue, statuimus quod vltra salarium à Camera recipere consuetum, pro qualibet sententia diffinitiua habeat in causa, à decem ducatis infra, carlenos duos à qua-

qualibet parte; à decem ducatis vsq; ad vigintiquinque, carlenos quatuor; à vigintiquinque vsq; in quinquaginta, carlenos quinque; à quinquaginta vsq; in centum, habeat ducatū vnum de carlenis; à centum vsq; ad quadringentos, iulios decem; à quadringentis vsq; in infinitum, ducatos duos auri à qualibet parte: & hoc siue causa sit ordinaria, siue commissaria. Quòd si maiores sportulas receperit, facto vel promissione, incidat in pœnam vigintiquinque ducatorum, & in delictum corruptelæ seu Barattariæ imputetur, & de eo in syndicatu puniatur; possitq; interim ab officio (arbitrio Cōseruatorum) remoueri: & nihilominus sentētia sit ipso iure nulla, vt supra dictum est, tanquam per corruptelam lata; & dantes plus, sint infames, quibuscunq; in contrarium faciētibus non obstantibus. Excipimus tamen à solutione sportularum, causas mercedum, & miserabilium personarum, in quibus nihil exigi volumus sub pœnis prædictis, præterquam ad nullitatem sententiæ. In causis autem, in quibus de voto Consultoris Capitaneus pronūciabit, tantundem pro Consultore, & nō vltra, deponi possit quantum Capitaneo debetur; aliàs sit locus pœnis supradictis.

Qui pro Maioribus habeantur. *Cap. XLVII.*

Maiores viginti annis in quolibet cōtractu, actu, & negotio, & tam iudiciali, quàm extraiudiciali in omnibus & per omnia pro maioribus habeantur, omnesq; dispositiones & iura de maioribus annorum vigintiquinque loquentia, in eis seruentur, & sibi locum vindicent.

De Tutoribus & Curatoribus, minoribus dandis. *Cap. XLVIII.*

Qvilibet Capitolinus Iudex teneatur omnibus Tutores & Curatores dare, iuris forma seruata. Possit tamen Iudex, si super hoc aditus fuerit, aliquem Notarium ad personas infirmas & absentes ab Vrbe, vel in aliquo alio necessitatis casu, & maximè ad Viduas volentes tutelam, seu curam filiorum vel nepotū ex filio, seu filia suscipere, aut actorem ad lites deputare, destinare, & delegare: cuius delegati decreto & auctoritate prædicta fieri possint; & facta, prætextu defectus iurisdictionis, impugnari non possint. De qua infirmitate, vel absentia, seu alia necessaria causa sufficiat fieri fidem Iudici per sacramentum prædicta petentis: de petitione autem, delegatione, & iuramento prædictis, rogetur alius Notarius insolidum cum Notario delegando. Possit etiam Iudex siue propter difficultatem inueniendi Tutorem seu Curatorem, qui onus acceptet, vel quando Minor seu Pupillus pauper esset, vel in paruis causis, illi prouidere de persona Procuratoris specialiter ad causam, cum quo Iuditium agitetur & valeat.

De Tutoribus & Curatoribus minoribus dandis. Cap. XLVIII. Gloss.

Quæ dicuntur hic de minoribus, & pupillis procedunt etiam in furiosis & prodigis; quia iura loquentia de minoribus extēduntur etiam ad furiosos, & prodigos. l. orationis 2. vbi glos. & doct. C. de Cur. fur. dan.

Et quem esse furiosum, vel prodigum inter cætera probat nominatio Patris facta in testamento quando filijs nominatiū furiosis, seu prodigis in eodem testamento prouidet de curatore l. si furiosus. vbi glos. Din. Alber. & alij ff. de Curat. fur. dand. l. cum furiosus. §. & si quidem parens. C. eodem. Alciat. reg. 1. præsumpt. 15. de præsumpt. Boerius decis. 23. n. 80. Surdus cons. 89. n. 18. lib. 1. & ideo in hoc casu Iudex sequendo patris testimonium debet eundem curatorem filijs vti furiosis, seu prodigis datum à patre confirmare, aliàs præsumeretur eodem vitio prodigalitatis corruptus dicta l. si furiosus, vbi glossa in verbo omnimodo, & in verbo vitium, & intelligitur non solum quoad bona relicta à Patre, sed & etiam quoad omnia alia bona vndecumq; quæsita; & ideò distinctio quam facit Melch. Palaez. de primog. illat. 6. quam est amplexa, Rota de hoc præsenti anno 1607. coram R. P. D. Iusto in Romana administrationis, quod dispositio l. si furiosus procedit solùm quoad bona relicta à Patre, non est bona, & facit Ermafroditum; nempè prodigum, quoad bona relicta à Patre, & sapientem, quoad alia bona aliundè quæsita, quod non est dicendum. Si enim ex nominatione patris facta in testamento filius probatur prodigus, & mente captus sequitur, quod ei est dandus curator omnium suorum bonorum, ita indistinctè dicit tex. in l. 1. ibi interdicitur suorum bonorum administratio. ff. de Curat. fur. dan. & toto titulo; ff. & C. eodem, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. &

de pretio. ff. de publicana.l.1.& l.generaliter. ff. de legat. præstan. Ias. in l. non dubium. nu. 38. C. de legibus.

Immò cum pater possit furiosis, & prodigis substituere exemplariter.l.cum furiosus. §. sin autem. ubi gloss. & Doct. & possit ipsis filijs prodigis ab eo exhæredatis dare Curatorem in suo testamento.d.l.cum furiosus.§.& si quidem pareus.ibi.institutis,vel exhæredatis.C. eodem tit. sequitur ne exemplaris substitutio, & datio Curatoris inseruiant de vento, quod illa censeatur facta etiam, quoad bona propria ipsius filij prodigi, vel furiosi, & quod Curator datus exhæredatis administret vtiq; propria bona ipsius filij furiosi, vel prodigi, vt exindè constet distinctionem illam nullius esse momenti, & si in Rota fuerit amplexa, quia lex non distinguit, immò expressè dicit, quod Curator vt supra datus à Patre filio ab eo nominato dissipatore debeat omnia bona talis filij administrare vndecunq; quæsita, quia non potest esse prodigus respectu bonorum paternorũ; & respectu aliorũ bonorũ compos mẽtis; & sanus.

De Tutore seu Curatore ad lites Minoribus & Infantibus conueniendis deputando.
Cap. XLIX.

MInores vtriusq; sexus puberes in iudicio conueniendi, si Curatorem non habeant, ter citentur ad legitimè comparendum in illa causa, quam Actor contra eos mouere intendit, illisq; contumacibus existentibus, Iudex Curatorem præsentem, siue etiam absentem, ad illam tantum litem eisdem etiam non petentibus absentibus & inuitis (vt præmittitur) deputet: qui caueat & impleat quæ de iure implere tenetur. Vel si Actor malit, illis ter citatis ad comparendum legitimè vt supra, aliàs videndum contra eos decerni grauamen; & legitimè comparere cessantibus, Iudex contra eos grauamen decernat: & exinde ad pignorum capturam, eorumq; subhastationẽ & deliberationem procedat; & eo vsq; grauamẽ prosequatur & alteret, donec tædio affecti legitimè comparuerint; & per electionem vnius viæ alteri nõ præiudicetur. Si verò conueniendi sint Impuberes aut Infantes, & Tutorẽ aut Curatorem ad lites, aut etiam Actorem legitimè deputata tum non habeant, Iudex per duos aut tres Testes, qui eos, & eorum patrẽ nouerint, summariè & extraiudicialiter examinandos de Cognatis, Affinibus, Vicinis, aut alijs, qui credantur defensionem Pupilli non omissuros, se diligenter informet: & citatis duobus ex nominatis per Testes libero Iudicis arbitrio (etiam si de inde compertum fuerit electos per Iudicem illis Pupillis aut Infantibus, non fuisse Proximiores, aut magis ad defendendum aptos) necnon & illo in cuius domo Infans, aut Pupillus educatur; ad suscipiẽdum Pupilli siue Infantis defensionem, aliàs videndum dictis Infantibus & Pupillis de Tutore aut Curatore ad eam litem prouideri. Et ijs omnibus contumacibus existentibus, aut curam non suscipientibus; Iudex vnum quem elegerit, etiam ex non citatis, Tutorem vel Curatorem, etiam absentem, ad illam tantum litem, qui solemnia implere, & satisdare teneatur, illis deputet: vel si ille ex legitima causa, infra triduum probanda, se excusauerit, alium deputet vt supra. Si verò legitimam excusationem, arbitrio Iudicis, non habuerit, captis pignoribus, Tutelam siue Curam suscipere, & solemnia, vt præfertur, implere cogatur, omni & quacumq; appellatione & recursu remotis. Vel si Actor magis elegerit ad decretum & relaxationem grauaminis, pignorum subhastationem & deliberationem, contra illos duos citatos, & vt præmittitur per Iudicem electos, vt supra de Adultis dictum est, procedat & deueniat: nec per electionem vnius viæ alteri præiudicetur vt supra. Si verò aliquis ex supradictis citatis, vel quiuis alius pro Pupillis & infantibus prędictis comparuerit, & aliquos ipsorum Proximiores Agnatos nominauerit, teneatur Iudex illos sic nominatos (si legitimam excusationem, vt præmittitur, non habuerint) ad curam & defensionem ipsorum Pupillorum, in illa causa suscipiendam, etiam capitis, distractisq; pignoribus cogere: qui similiter solemnia vt supra implere teneatur. Et processus cum Tutoribus seu Curatoribus, sic vt dictum est, deputatis, factus & agitatus valeat & teneat, nec etiam à Minoribus & Infantibus ipsis in posterum defectu legitimitatis personæ quoquo modo impugnari possit: Et Iudex qui in præmissis negligens fuerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat. In citationibus autem contra præfatos Minores eorumq; Tutores & Curatores in prosecutionibus causarum exequendis, illa seruentur, quæ infra de citationibus Maiorum tradita sunt: dummodò persona Tutoris & Curatoris numquam omittatur. Possit etiam Iudex in paruis causis, secundum qualitatem personarum, vel quando Minor siue Pupillus

pauper

pauper esset, illi prouidere de persona Procuratoris specialiter ad illam causam, cum quo iudicium agitetur & valeat.

De Tutore, seù Curatore ad lites Minoribus & Infantibus conueniendis deputando. Cap. XLIX. Gloss.

De hoc curatore ad litem est text. in l. 1. C. de in litem dando Tutor, & licet detur inuito, tamen non datur sine causa, Aret. in cons. 129. n. 4. Neuiza. cons. 17. nu. 77. & vt dicatur idoneus, quæ requirantur tradit Menoch. de arbitr. casu. 150. n. 21. & sequen. lib. 2. an teneantur tales curatores fideiubere & facere inuentarium, vt alij, & dic quod sic. l. de creationibus. C. de episc. audien. Bart. in l. 1. n. 3. & ibi gloss. C. ff. de curat. bonis dando. Neuiza. d. cons. 16. n. 64. Menoch. d. casu 150. n. 23. intellige, & declara, vt per Neuizan. d. cons. 17. n. 64. Rota Perus. in decis. 48. & bona istius Curatoris sunt tacitè hypothecata pupillo, & minori pro administratis. Ias. in l. properandum. §. fin. n. 5. C. de iudicijs, & potest Curator ad litem reuocari sicut simplex Procurator. Bart. in l. si quis eum. §. ait. nu. 2. ff. de procurat. Guido Pap. sing. 421. & datur etiam habenti Tutorem si litigat cum eo, vt notatur in l. an tibi. C. de in litem dando. Soccin. iunior. cons. 46. n. 4. & 5. lib. 1. & si pupillus, vel minor fuit læsus in processu cum isto curatore restituitur ex clausula generali, Neuizan. in cons. 17. numer. 22. Curator iste datur etiam bonis absentis. Castren. in l. ignorare nu. 3. C. de restit. milit. Fulgos. in cons. 113. n. 1. & cons. 114. Decius in cons. 575. n. 1. n. 11. Quibus solemnitatibus dandus sit, tradit Menoch. & à quo Iudice d. casu 150. n. 16. de Arbitr. & notat Alex. in cons. 221. n. 5. & 8. lib. 6. Decius d. cons. 575. eius officium quod. Neuiza. & Menoch. vbi supra.

De Causis restitutionis in integrum, etiam Maiorum, & quo modo in illis procedatur. Cap. L.

SI in integrum restitutio (à quacumq; persona, etiam priuilegiata) principaliter in iudicio petatur, procedatur prout in ordinarijs procedi debere mandauimus; & si in vim illius aduersus duas conformes executione iam cœpta, seu etiam petita, inhiberi petatur, si executio irretractabilis non sit, sine præiudicio duarum conformium & rei iudicatæ inhibeatur, & inhibitum esse censeatur. Si verò incidenter petatur, (quo casu summariè procedi volumus) tunc is qui petit, suam intentionem iustificare teneatur intra dies vtiles decem, & interim in executione, seu processu ex aduerso supersedeatur: quibus decem diebus elapsis, Iudex ad instantiam eius, contra quem restitutio petita est, si nihil probatum, aut non releuanter probatum viderit, ad vlteriora procedat: sed si sibi supersedendum videbitur, possit ad alios dies quinque vtiles, & non vltra, ne quid noui fiat, inhibere; quibus elapsis, & nihil releuanter probato, omninò ad vlteriora in negotio principali procedatur, perinde ac si talis in integrum restitutio petita non fuisset.

De causis restitutionis In integrum, etiam Maiorum, & quo modo in illis procedatur. Cap. 50. Gloss.

Fuit dubitatum an restitutio in integrum peti possit per procuratorem? & quidem principaliter posse per habentem mandatum speciale, quod si petatur incidenter non requiri, firmat ex communi, Roland. in cons. 26. n. 1. & sequen. lib. 2. An autem posset peti incidenter etiam de iure commmuni? & dic quod sic, vt notant omnes, in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iur. Nam nemo dubitat; quod per viam exceptionis vel replicationis peti possit, vt est tex. in d. §. si minor, sed non potest per viam exceptionis peti nisi incidenter, Rota decis. 3. de restit. in integ. Angus. in cons. 3. n. 20. lib. 4. & ideo non potest per hanc viam peti principaliter, vt animaduertit Bald. in l. 2. n. 2. C. quan. non obijc. long. temp. Alber. in d. §. si minor. nu. 13. Bald. in cons. 180. lib. 4. & ita debet intelligi glossa in l. necnon §. exemplo. ff. ex quibus caus. maior. dum simpliciter dixit non dari per viam exceptionis, vel replicationis, & Bart. ibi col. 1. & glossa in d. l. nam & postea d. §. si minor. ff. de iureiuran. & ibi Bart. & Paulus in fine. Dyn. in §. rursus instit. de action. n. 20. Alberic. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. n. 23. ff. ex quibus caus. maior. & ita etiam debet intelligi. Baldus in l. si apud. ff. de minoribus dum simpliciter tenet contrarium, & Iason in d. §. si minor. n. 12. Siguor. n. 21. Bertran. in cons. 213. n. 1. lib. 1. & in cons. 191. lib. 5. Puteus inter consilia vltimarum voluntatū. cons. 121. nu. 100. Alciat. cons. 4. n. 9. & cons.

369.nu.5. Syluan. in conf.69.nu.21.lib.2. Ista itaq; distinctione, quod per viam exceptionis peti possit incidenter; non autem principaliter saluantur omnes tenentes simpliciter affirmatiuam, & negatiuam, affirmatiuam tamen velim limites, vt non possit opponi per viam compensationis, quia non compensatur, quod speratur ex capite restitutionis in integrum deberi l. fin. §. fin. ff. de condict. indeb. vbi Bald. ita singulariter limitat affirmatiuam, quod restitutio in integrum incidenter peti possit, vt aduertit Ias. ibi. Secundo limita nisi sit elapsum quadriennium: nam etsi annalia ad agendum sint; perpetua sunt ad excipiendum l. licet C. de except. Tamen transacto quadriennio nõ potest peti restitutio in integrum, per viam exceptionis, vel replicationis, ita Dyn. in d. §. rursus. Paul. de Castr. in d. §. si minor. nu. 1. Ias. nu. 3. & 6. Alex. nu. 4. Soccin. nu. 3. Tertio limita, vt nõ procedat, quando petitur restitutio contra contractum, tunc enim non nisi principaliter petitur, secundum Signor. de Homo, in d. l. nam & postea §. si minor. nu. 23. ff. de iureiuran. Contrarium tamen voluit Cyn. in l. fin. C. vbi, & apud quem, sequitur Anchar. in c. penult. & in fin. de restit. in integr. Puteus inter conf. vlt. volu. conf. 121. nu. 95. & 96.

Sed pluribus modis petitur restitutio in integrum incidenter primo quoties per viam exceptionis, vel replicationis petitur, vt per Angusto. in d. conf. 3. nu. 20. lib. 4. secundo quoties petitur ante executionem, & sic post sententiam Ant. de Butr. in c. suscitata nu. 7. de restit. in integr. & ibi Card. in 6. oppos. tertio quoties petitur aduersus aliquod omissum, vel male actitatum in iudicio, si verò petatur post rem iudicatam aduersus ipsammet sententiam, tunc dicitur principaliter peti. Ruin. in conf. 120. nu. 16. lib. 5. & si res iudicata ab interlocutoria proueniat, Ferret. in conf. 43. nu. 3. & 4. Caru. in conf. 353. nu. 7. lib. 3.

Et in ea, quæ principaliter petitur, proceditur prout in ordinarijs, vt dictat Statutum in princ. & not. Bart. in l. papinianus §. 1. ff. de minor. Bald. in l. in causæ. §. fin. ff. eod. & in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter. nu. 4. ff. ex quibus caus. maior. & est tex. in l. necnon. §. si cui in prouincia ff. ex quib. caus. maior. & in c. fin. de offic. Iudic. In ea verò quæ incidẽter proceditur prout in summarijs, vt dicit statutum §. si verò &c. vt not. Bart. in d. l. papinianus. §. 1. ff. de minor. Bald. in d. l. in causæ. §. causa cognita ff. eod. & sicut in principaliter petita requiritur ordinaria causæ cognitio, Clement. sæpè de verb. sign. vbi Gloss. Card. & alij Specul. §. fin. de offic. iud. Marant. de off. iud. distinct. 9. per totam, & est text. vbi Gloss. & Doct. in. l. 3. ff. de restit. in integr. & in d. l. in causæ §. causa cognita ff. de minor. in l. verum §. sciendum ff. eod. Guid. Pap. in conf. 40. nu. 6. Syluan. in conf. 17. nu. 18. lib. 1. ita in petita incidenter sufficit summaria. Bart. in l. minor 37. nu. 3. ff. de minor. Innoc. in c. suscitata. & in c. ex literis. eod. de rest. in integr. & in c. 2. de off. ord. Rot. in antiq. decis. 1. 2. & 3. de restit. in integr.

Sed an sit cognoscenda ex eisdem restitutio incidenter petita, vel potius ex eisdem probatis, vel etiam ex alijs de nouo faciendis probationibus, & vsus dixit ex eisdem. Sed cum hoc non possit ex hoc statuto dici definitum, ita credo definiendum. Aut restitutio incidit circa aliquem actum iudicij, vt puta propter omissam dilationem, vel non productum instrumentum ad tempus, vel propter conclusionem in causa nimis festinanter factam, vel propter quid simile, quod non perimit, neq; elidit negocium principale, & tunc est videnda, & iudicanda ex eisdem summariè. Bart. in d. l. minor. ff. de minor. & alij supra allegati. Aut incidit peremptoriè ad totum negotium principale, & distingue, aut loquimur quo ad citationem, libelli oblationem, litis contestationem &c. & dic, vt supra dictum est. Aut loquimur quo ad probationem totius negotij principalis ad quod peremptoriè incidit, vt puta, læsionis, minoris ætatis, vel alterius impedimenti, & tunc erit non minus plenè quo ad hoc cognoscẽdum, quam si principaliter petita fuisset, Bart. in extrauagant. ad reprimendum. in verb. summariè. Et ita benè intuentibus dicit tex. in d. l. 3. ff. de restit. in integr. & in d. l. 1. §. causa cognita ff. de minor. cum simil. & quando fuit principaliter petita, probationes de nouo admittuntur, vt in ordinarijs, ergo &c.

De Citationibus, & quomodo qui Romæ habitant, in ius vocentur. Cap. LI.

Citationes, quæ in quibuscumq; causis tã ciuilibus, quàm criminalibus & mixtis in curia Capitolij quomodocunq; vertentibus fieri debent, per Mandatarios Curiæ factæ sufficiant, exceptis causis ab initio per rescripta Apostolica commissis, quæ per Cursores suæ Beatitudinis fieri debent. Quilibet autem ciuis

uis Romanus,vel quiuis alius Romę habitans, cum sua familia citetur personaliter, vel ad domum suæ solitæ habitationis; & si ad domum citatio fiat, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, siue mixtis, talis citatio non afficiat citatos, personaliter non inuentos,nisi dimissa saltem breui schedula in manibus cohabitantium; vel si nemo inuentus sit, qui illam recipiat, in ostio affixa, vno saltem Teste præsente; vt supra dictum est, per quam declaretur quis citetur, coram quo Iudice, ad quem actum,pro qua die, & ad cuius instantiam; & citationes prædictæ vna die pro alia fieri debeant,& aliàs non valeant, nisi aliàs in specie per præsentia Statuta mandetur, vel mora sit damnum irreparabile allatura, de quo stetur arbitrio Iudicis. Præcepta etiam, siue monitoria quæcumq; quæ in causis ciuilibus fient, domi copia dimissa fecisse sufficiat. Præsentes verò in iudicio,si vna die pro alia per Iudicem moniti sint, pro citatis solemniter habeātur: sic & citatio per Iudicem in sequentem diem iuridicam diffundi possit.

De Citationibus, & quomodo qui Romæ habitant in ius vocentur. Cap. 51.

Gloss.

Supra c.39. nonnulla de citationibus dicta fuerunt, sed quia earum materiarum sedes hic ponitur ideo de eis est dicendum, & vltra ibi deducta, est etiam sciendum quod citatio debet continere intentionem,& causam propter quam quis citatur. Alex.in l. filiusfamilias. §. Diui. n.3.ff.de legat. 1. Bertachin. in repertorio in vers. citatio seu causa.Boer.in decis.235. n.3. Soccinus de citat.artic. 20.n.9. Foller. in praxi crimin.1.part.2. part. n.2. Vantius de nullitate ex defectu citationis.n. 50.& 56. & vbi non sit certa causa; contumax non potest in expensis condemnari. Marsil. de Bannitis. in verbo contumacia. n. 148. Tamen in ea libellus non est inserendus. Soccin. vbi supra dicto art. 20. n.24.Rebuffus de citat.art.3. Glossa 1. Vantius d. loco nu. 51. & de iure communi citatio debet esse certa de nomine Iudicis coram quo quis citatur, & eius ad cuius instantiam fit citatio. Soccin. d. art.20. n.14. Vantius de nullit. defect. citationis.n.47.& 48. Iason in l. hac consultissima.n.12. qui testam. fac. poss. Afflictus. in cons.Regni.rubr.27. n.42.lib.2. Soccin. vbi supra art.6.Bossius de citatione. nu.6. Vantius vbi supra.n.44. citatio simplex licèt de iure communi præsumatur facta ad instantiam partis citantis. Cotta in verbo peremptorij ad finem. Vantius vbi supra n.45.Ruynus cons.66. libro 5. & nomine illius qui cum citato habet litem,Menochius in cons.145.n.43.lib.2. Tamen stantibus verbis huius statuti, si non exprimatur, citatio corruit. Orianus in c. quoniam contra.c. 1. de citat. n.5.& 6.& ibi addentes. Quod autem sit citatio transmissa ad instantiam partis, probatur ex actis, & per testes. Soccin.d.tract.artic.30. n.1.

Requiritur etiam ex iuris communis dispositione expressio nominis citandi,Bald.in l.nam ita.n.12.ff. de adopt. Vantius vbi supra. n.49. & 58. Hinc infertur per Bart. in l. in testament.n.2.ff. de condit. & demon. quod citatus nomine Petri, Martini, cum nominaretur Petrus Ioannis; si ille citatus non comparet, non per hoc dicitur contumax; vt declarat idem Bart.in l.demonstratio.n. 13. ff. eodem. Nellus de Bannitis.3.par.1.tempo.q.12.n.12. Felyn.in c.auditis.n.27.de præscript.Soccin.d.tract. artic.20.q.9.n.15.Bossius de nullit.bann.n.8. Follerius in praxi.1.par. 2.partis. nu. 38. sufficit autem quod semel facta sit expressio. Soccin. art.5. nu. 66. & vbi non est facta à principio potest fieri, ex post; vbi ius aduersarij non sit factum deterius. Soccin.ibi n. 67.si tamen ignoratur persona certa, vt puta hæredis; valet citatio ad domum sub nomine appellatiuo hæredis, vel eius; qui velit esse hæres.Bald.in cons. 128. lib.4.Ang.in cons. 289. n.2. Alex. in cons. 5. n.2.lib. 2. Vniuersitas si citetur non sufficit citare syndicum; sed debent citari,qui præsunt vniuersitati.Bart.in l.fin. ff. quod cuiusq; vniuers. nomi. & in extrauag. ad reprimen. ver. citatum, &c. & in l. non potest. vbi addentes in verbo qui vniuersitatis. ff. de regulis iuris. Afflict. de constit. regni.rubr. 101. de contum. n.3.& sequen. lib. 1. Soccin. d. tract. art. 20. q.20.n.52.Tamen sufficit quod fiat maiori parti eorum; qui præsunt. Rom. in sing.763.& ibi addentes.

Pro qua die; & de iure communi debet dies apponi glossa. in §.si qua in verbo,authore, Auth. vt præponatur nomen Imperat. Bart. in 1. constit. ff. de veteris nu. 3. & 4. Bursat. cons. 74. nu. 71. lib. 1. & stante hoc statuto debet exprimi præcisè. Lamberteng. de contract. glos.11. num.64. potest tamen exequi omnibus diebus etiam feriatis pro die vtili; Vantius de quibus modis. senten. nulla. repar. poss.n.119. Post Federicum de Senis in cons.420.n.1.& ita seruat

369.nu.5. Syluan. in conſ.69.nu.21.lib.2. Iſta itaq; diſtinctione, quod per viam exceptionis peti poſſit incidenter; non autem principaliter ſaluantur omnes tenentes ſimpliciter affirmatiuam, & negatiuam, affirmatiuam tamen velim limites, vt non poſſit opponi per viam compenſationis, quia non compenſatur, quod ſperatur ex capite reſtitutionis in integrum deberi l. fin. §. fin. ff. de condict. indeb. vbi Bald. ita ſingulariter limitat affirmatiuam, quod reſtitutio in integrum incidenter peti poſſit, vt aduertit Iaſ. ibi. Secundo limita niſi ſit elapſum quadriennium: nam etſi annalia ad agendum ſint; perpetua ſunt ad excipiendum l. licet C. de except. Tamen tranſacto quadriennio nō poteſt peti reſtitutio in integrum, per viam exceptionis, vel replicationis, ita Dyn. in d. §. rurſus. Paul. de Caſtr. in d. §. ſi minor. nu. 1. Iaſ. nu. 3. & 6. Alex. nu. 4. Soccin. nu. 3. Tertio limita, vt nō procedat, quando petitur reſtitutio contra contractum, tunc enim non niſi principaliter petitur, ſecundum Signor. de Homo, in d. l. nam & poſtea §. ſi minor. nu. 23. ff. de iureiuran. Contrarium tamen voluit Cyn. in l. fin. C. vbi, & apud quem, ſequitur Anchar. in c. penult. & in fin. de reſtit. in integr. Puteus inter conſ. vlt. volu. conſ. 121. nu. 95. & 96.

Sed pluribus modis petitur reſtitutio in integrum incidenter primo quoties per viam exceptionis, vel replicationis petitur, vt per Anguſco. in d. conſ. 3. nu. 20. lib. 4. ſecundo quoties petitur ante executionem, & ſic poſt ſententiam Ant. de Butr. in c. ſuſcitata nu. 7. de reſtit. in integr. & ibi Card. in 6. oppoſ. tertio quoties petitur aduerſus aliquod omiſſum, vel male actitatum in iudicio, ſi verò petatur poſt rem iudicatam aduerſus ipſammet ſententiam, tunc dicitur principaliter peti. Ruin. in conſ. 120 nu. 16. lib. 5. & ſi rès iudicata ab interlocutoria proueniat, Ferret. in conſ. 43. nu. 3. & 4. Corn. in conſ. 313. nu. 7. lib. 3.

Et in ea, quæ principaliter petitur, proceditur prout in ordinarijs, vt dictat Statutum in princ. & not. Bart. in l. papinianus §. 1. ff. de minor. Bald. in l. in cauſæ. §. fin. ff. eod. & in l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter. nu. 4. ff. ex quibus cauſ. maior. & eſt tex. in l. necnon. §. ſicui in prouincia ff. ex quib. cauſ. maior. & in c. fin. de offic. Iudic. In ea verò quæ incidenter proceditur prout in ſummarijs, vt dicit ſtatutum §. ſi verò &c. vt not. Bart. in d. l. papinianus. §. 1. ff. de minor. Bald. in d. l. in cauſæ. §. cauſa cognita ff. eod. & ſicut in principaliter petita requiritur ordinaria cauſæ cognitio, Clement. ſæpè de verb. ſign. vbi Gloſſ. Card. & alij Specul. §. fin. de offic. iud. Marant. de off. iud. diſtinct. 9. per totam, & eſt text. vbi Gloſſ. & Doct. in l. 3. ff. de reſtit. in integr. & in d. l. in cauſę §. cauſa cognita ff. de minor. in l. verum §. ſciendum ff. eod. Guid. Pap. in conſ. 40. nu. 6. Syluan. in conſ. 17. nu. 18. lib. 1. ita in petita incidenter ſufficit ſummaria. Bart. in l. minor 37. nu. 3. ff. de minor. Innoc. in c. ſuſcitata. & in c. ex literis. eod. de reſt. in integr. & in c. 2. de off. ord. Rot. in antiq. deciſ. 1. 2. & 3. de reſtit. in integr.

Sed an ſit cognoſcenda ex eiſdem reſtitutio incidenter petita, vel potius ex eiſdem probatis, vel etiam ex alijs de nouo faciendis probationibus, & vſus dixit ex eiſdem. Sed cum hoc non poſſit ex hoc ſtatuto dici definitum, ita credo definiendum. Aut reſtitutio incidit circa aliquem actum iudicij, vt puta propter omiſſam dilationem, vel non productum inſtrumentum ad tempus, vel propter concluſionem in cauſa nimis feſtinanter factam, vel propter quid ſimile, quod non perimit, neq; elidit negocium principale; & tunc eſt videnda, & iudicanda ex eiſdem ſummariè. Bart. in d. l. minor. ff. de minor. & alij ſupra allegati. Aut incidit peremptoriè ad totum negotium principale, & diſtingue, aut loquimur quo ad citationem, libelli oblationem, litis conteſtationem &c. & dic, vt ſupra dictum eſt. Aut loquimur quo ad probationem totius negotij principalis ad quod peremptoriè incidit, vt puta, læſionis, minoris ætatis, vel alterius impedimenti, & tunc erit non minus plenè quo ad hoc cognoſcēdum, quàm ſi principaliter petita fuiſſet, Bart. in extrauagant. ad reprimendum. in verb. ſummariè. Et ita benè intuentibus dicit tex. in d. l. 3. ff. de reſtit. in integr. & in d. l. 1. §. cauſa cognita ff. de minor. cum ſimil. & quando fuit principaliter petita, probationes de nouo admittuntur, vt in ordinarijs, ergo &c.

De Citationibus, & quomodo qui Romæ habitant, in ius vocentur. Cap. LI.

Citationes, quæ in quibuſcumq; cauſis tā ciuilibus, quàm criminalibus & mixtis in curia Capitolij quomodocumq; vertentibus fieri debent, per Mandatarios Curiæ factæ ſufficiant, exceptis cauſis ab initio per reſcripta Apoſtolica commiſſis, quæ per Curſores ſuæ Beatitudinis fieri debent. Quilibet autem ciuis

uis Romanus, vel quiuis alius Romę habitans, cum sua familia citetur personaliter, vel ad domum suæ solitæ habitationis; & si ad domum citatio fiat, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, siue mixtis, talis citatio non afficiat citatos, personaliter non inuentos, nisi dimissa saltem breui schedula in manibus cohabitantium; vel si nemo inuentus sit, qui illam recipiat, in ostio affixa, vno saltem Teste præsente, vt supra dictum est, per quam declaretur quis citetur, coram quo Iudice, ad quem actum, pro qua die, & ad cuius instantiam; & citationes prædictæ vna die pro alia fieri debeant, & aliàs non valeant, nisi aliàs in specie per præsentia Statuta mandetur, vel mora sit damnum irreparabile allatura, de quo stetur arbitrio Iudicis. Præcepta etiam, siue monitoria quæcumq; quæ in causis ciuilibus fient, domi copia dimissa fecisse sufficiat. Præsentes verò in iudicio, si vna die pro alia per Iudicem moniti sint, pro citatis solemniter habeātur: sic & citatio per Iudicem in sequentem diem iuridicam diffundi possit.

De Citationibus, & quomodo qui Romæ habitant in ius vocentur. Cap. 51.

Gloss.

Supra c.39. nonnulla de citationibus dicta fuerunt, sed quia earum materiarum sedes hic ponitur ideo de eis est dicendum, & vltra ibi deducta, est etiam sciendum quod citatio debet continere intentionem, & causam propter quam quis citatur. Alex. in l. filiusfamilias. §. Diui. n.3. ff. de legat. 1. Bertachin. in repertorio in vers. citatio seu causa. Bocr. in decis. 235. n.3. Soccinus de citat. artic. 20. n.9. Foller. in praxi crimin. 1. part. 2. part. n.2. Vantius de nullitate ex defectu citationis n. 50. & 56. & vbi non sit certa causa; contumax non potest in expensis condemnari. Marsil. de Bannitis. in verbo contumacia. n. 148. Tamen in ea libellus non est inserendus. Soccin. vbi supra dicto art. 20. n.24. Rebuffus de citat. art.3. Glossa 1. Vantius d. loco nu. 51. & de iure communi citatio debet esse certa de nomine Iudicis coram quo quis citatur, & eius ad cuius instantiam fit citatio. Soccin. d. art. 20. n. 14. Vantius de nullit. defect. citationis n.47. & 48. Iason in l. hac consultissima n. 12. qui testam. fac. poss. Afflictus in const. Regni rubr. 27. n. 42. lib. 2. Soccin. vbi supra art. 6. Bossius de citatione. nu. 6. Vantius vbi supra n. 44. citatio simplex licèt de iure communi præsumatur facta ad instantiam partis citantis. Cotta in verbo peremptorij ad finem. Vantius vbi supra n. 45. Ruynus cons. 66. libro 5. & nomine illius qui cum citato habet litem, Menochius in cons. 145. n. 43. lib. 2. Tamen stantibus verbis huius statuti, si non exprimatur, citatio corruit. Orianus in c. quoniam contra. c. 1. de citat. n.5. & 6. & ibi addentes. Quod autem sit citatio transmissa ad instantiam partis, probatur ex actis, & per testes. Soccin. d. tract. artic. 30. n. 1.

Requiritur etiam ex iuris communis dispositione expressio nominis citandi, Bald. in l. nam ita. n. 12. ff. de adopt. Vantius vbi supra. n. 49. & 58. Hinc infertur per Bart. in l. in testament. n. 2. ff. de condit. & demon. quod citatus nomine Petri, Martini, cum nominaretur Petrus Ioannis; si ille citatus non comparet, non per hoc dicitur contumax; vt declarat idem Bart. in l. demonstratio. n. 13. ff. eodem. Nellus de Bannitis. 3. par. 1. tempo. q. 12. n. 12. Felyn. in c. auditis. n. 27. de præscript. Soccin. d. tract. artic. 20. q. 9. n. 15. Bossius de nullit. bann. n. 8. Follerius in praxi. 1. par. 2. partis. nu. 38. sufficit autem quod semel facta sit expressio. Soccin. art. 5. nu. 66. & vbi non est facta à principio potest fieri, ex post; vbi ius aduersarij non sit factum deterius. Soccin. ibi n. 67. si tamen ignoratur persona certa, vt puta hæredis; valet citatio ad domum sub nomine appellatiuo hæredis, vel eius; qui velit esse hæres. Bald. in cons. 128. lib. 4. Ang. in cons. 289. n. 2. Alex. in cons. 5. n. 2. lib. 2. Vniuersitas si citetur non sufficit citare syndicum; sed debent citari, qui præsunt vniuersitati. Bart. in l. fin. ff. quod cuiusq; vniuers. nomi. & in extrauag. ad reprimen. ver. citatum, &c. & in l. non potest. vbi addentes in verbo qui vniuersitatis. ff. de regulis iuris. Afflict. de constit. regni. rubr. 101. de contum. n. 3. & sequen. lib. 1. Soccin. d. tract. art. 20. q. 20. n. 52. Tamen sufficit quod fiat maiori parti eorum; qui præsunt. Rom. in sing. 763. & ibi addentes.

Pro qua die; & de iure communi debet dies apponi glossa. in §. si qua in verbo, authore, Auth. vt præponatur nomen Imperat. Bart. in 1. constit. ff. de veteris nu. 3. & 4. Bursat. cons. 74. nu. 71. lib. 1. & stante hoc statuto debet exprimi præcisè. Lamberteng. de contract. glos. 11. num. 64. potest tamen exequi omnibus diebus etiam feriatis pro die vtili; Vantius quibus modis senten. nulla. repar. poss. n. 119. Post Federicum de Senis in cons. 420. n. 1. & ita

seruat vsus Romanæ Curiæ, vt testatur Vantius. ibi, contrarium de iure dicit Mathes. sing. 16. n. 25. Soccin. artic. 19. n. 1. de citat. Castren. cons. 270. n. 3. lib. 1. controuertitur apud Tiraquel. de retract. lignag. ad finem tituli. nu. 79. 80. & 81. vide infra de ferijs in fine.

Personaliter vel ad domum; ex quo loquitur alternatiuè; videtur quod alterum de duobus sufficiat. Bart. in l. 4. §. Prætor ait nu. 15. ff. de damno infec. Abbas in c. causa. n. 5. de dolo, & contumac. Tiraq. de retract. lignag. §. 7. glos. 2. n. 56. Contrarium quod prius sit perquirenda persona, & vbi non inueniatur; quod tunc admittatur citatio ad domum, & ita debere interpretari statutum tenet Matthes. sing. 84. & ibi addentes, & Tiraquel. vbi supra. §. 9. glossa. 2. n. 50. indecisum relinquit; sed hoc non seruatur; quia Mandatarij de directo accedunt ad domum, & ibi citando non inuento dimittunt citationis copiam domi, Guido Pap. in cons. 121. Soccin. de citat. artic. 17. n. 32. post Bald. in l. consentaneum, n. 44. C. quomodo & quan. Iudic. sequitur Maranta in 6. part. de citat. n. 124. & 126. Asin. in praxi. §. 6. c. 7. & 2. & in c. 3. in terminis, & ante eum Papien. in forma libelli respon. rei. in action. reali. vers. in termino. n. 12. Clarus §. fin. quæst. 31. vers. sed quidquid, Bursatt. in cons. 225. n. 17. lib. 2.

Habitatio quotuplex sit tradit Bald. in cons. 234. nu. 1. lib. 1. habitare quomodo, & quando quis dicatur. notat Cassan. in coment. suis Rub. 13. §. 5. ibi habitans. Dicitur autem habitare in loco in quo quis moratur, comedit, & bibit. Decius in cons. 37. n. 9. Grammat. decis. 87. etsi domus sit conducta. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glossa 2. n. 23.

Quando, & quibus casibus Procuratorem legitimum citasse sufficiat. Cap. LII.

IN causa ciuili, in qua Procurator habens legitimum mandatum semel comparuerit, non sit vlterius necesse dominum citare: sed ipsum procuratorem in singulis iudiciorũ actibus citasse sufficiat, nisi in casibus in infrascripto capite expressis: non tamen processus vitietur, si dominus ipse etiam solus, super intermedijs citetur; & si principalis, siue actor, siue reus extra districtum domicilium habeat, neq; illud in Vrbe habeat, neq; etiam irrequisitus elegerit, citatio contra procuratorem tantum, etiam ad sententiam audiendam, executa sufficiat. imputet enim sibi, qui in Vrbe litigat, & domicilium non eligit, & extra Vrbis iurisdictionem degit.

Quibus casibus Procurator, & Dominus citari debeant. Cap. LIII.

IN omnibus causis ordinarijs & possessorijs recuperandæ, adipiscendæ & retinendæ possessionis, ad sententiam audiendam, & in causis executiuis ad videndum pronunciari instrumentum, apocham, sententiam, seu testamentum fore exequendum: nec non ad videndum pronunciari articulos haberi pro confessatis in omnibus causis prædictis; citatio contra principalem, & procuratorem fieri debeat. In reliquis autem causis, & casibus, sufficiat procuratorem, vel dominum citasse. Sed & si plures procuratores in causa comparuerint, aut fuerint constituti, vnum citasse sufficiat, dummodo is onus acceptauerit, vltimo loco comparuerit, & penes acta reuocatus non fuerit: Et si Dominus lite pendente cum sua familia ab Vrbe abesse cœperit, sufficiat citationis contra Dominum exequendæ, copiam dimisisse affixam in ostio domus solitæ habitationis, vno saltem Teste præsente vt supra: & sufficiat relatio nuntij asserentis cum iuramẽto audiuisse à vicinis illum ab Vrbe recessisse.

In quibus Causis, & Casibus relationes Mandatariorum in scriptis fieri debeant. Cap. LIIII.

IN omnibus causis, & iudiciorũ actibus sufficiat verbalis Mandatarij relatio in actis facta, exceptis infrascriptis, in quibus relatio debeat fieri in scriptis, videlicet, in productione petitionis, seu libelli, in causis ordinarijs, ad videndum pronunciari quem pro confesso in omnibus causis, & ad sententiam audiendam in ordinarijs; ad videndum pronunciari instrumenta etiam dotalia, apochas, sententias, seu testamenta fore exequenda; & in causis interdictorum retinendæ, adipiscendæ & recuperandæ; pariter in actu ad sententiam: in alijs verò causis & actibus relatio in scriptis, necessaria non sit, dummodò seruetur forma supra tradita in Capitibus de citationibus.

De personaliter Romæ apprehenso, qui in ea domicilium non habet. Cap. LV.

SI quis aliquem aduenam, aut in districtu habitantem, Romæ domicilium non habentem,

bentem; qui in ea tamen forum aliquo modo de iure aut ex forma Statutorum sortiatur, ad certam causam coram certo Iudice, & ad procuratorem reperibilem & acceptantem constituendum, & domicilium vbi citari velit eligendum, aliàs videndum decerni processum per affixionem ad valuas Curiæ, etiam vsq; ad sententiam inclusiuè, personaliter citari fecerit: si is contumax fuerit, sufficiat reliquum processum, siue ordinaria sit causa, siue summaria, siue executiua, etiam vsq; ad sententiam inclusiuè per affixionem ad valuas Curiæ impleuisse; & talis processus defectu citationis impugnari non possit; &, si procuratorem constituerit, aut domicilium elegerit, nisi vtrumq; fecerit, adhuc in casibus, in quibus principalem & procuratorem citari debere supra statuimus, procurator ipse, principalis autem per affixionem cedulæ, citari debeat: in reliquis verò actibus iudiciarijs contra procuratorem citatio fiat.

De personaliter Romæ apprehenso, qui in ea domicilium non habet. Cap. 55.

Gloss.

Et de iure communi apprehensus in loco vbi aliqua ratione citari potest, solet citari ad ibi constituendum procuratorem, reperibilem, & acceptantem, & eligendum domicilium vbi citari velit, vt notat Ias. post alios in l. ante Chalendas. nu. 10. ff. de verb. oblig. Alex. in cõs. 96. nu. 1. lib. 4. Ias. in l. vnica. C. de precibus imper. offeren. Domicilium debet eligi in loco honesto, & non prohibito ingredi, Rebuff. de domicilij elect. artic. vnico. Gloss. 1. nu. 34. & 35. domicilia duo, vel plura quis non potest eligere, & vno electo non licet variare nisi ex causa, & electum in causa principali, censetur electum in causa appellationis, in executione sententiæ, & in taxatione expensarum. Rebuff. vbi supra nu. 50. 51. nu. 19. & 25. & nu. 32. vbi limitat tribus modis.

Vt quis incidat in pœnam huius statuti, est illius forma seruanda, alias non incidet l. menius. & l. qui heredi. ff. de condit. & demonstr. Fulgos. cons. 141. Alex. in cons. 137. nu. 15. lib. 2. Dec. cons. 11. nu. 8. cons. 262. nu. 2. cons. 429. nu. 5. Roland. cons. 72. nu. 54. & 69. lib. 2. Cravett. cons. 4. nu. 22.

De absentium edicto Senatus citandis. Cap. LVI.

CIues, qui extra Vrbem, & in districtu cum sua familia habitant, ac illi qui de districtu, vt præmittitur sunt Romæ conueniendi, citentur edicto Senatus, iuxta formam consuetam, cum expressione causæ ad quam citantur, siue ea sit ordinaria, siue summaria, siue executiua; & cum comminatione, quòd in eorum cõtumaciam procedetur contra eos per affixionem citationis ad valuas Curiæ; & in causa vlterius non citabuntur, præterquam ad sententiam audiẽdam, in ordinarijs, & executiuis; & interdictorum. Quam citationem Nuntius Capitolinæ Curiæ siue Notarius aliquis, siue Cursor personaliter, si reum personaliter apprehendere poterit, exequatur: sin autem, Citationem alta & intelligibili voce legat, & illius copiam in manibus domesticorum, vel in ostio domus solitę habitationis saltem vno Teste præsente vt supra affixam; & quatenus domum habitationis non reperiat, in manibus inibi iustitiam ministrantiũ relinquat, & Nuntij seu Notarij seu Cursoris relationi in præmissis credatur. In intermedijs autem in vno quoq; actu, si citati contumaces fuerint, per affixionem cedulæ ad valuas Curiæ citari debeant; & talis processus valeat, & teneat. Ad sententiam autem audiendam in ordinarijs & tribus interdicti adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ, & in executiuis ad videndum pronunciari instrumenta, apochas, sententias, arbitria, lauda & testamenta fore exequenda, iterum modo & forma præmissis citentur. In reliquis verò iudiciorum actibus, alijsq; casibus, citationes etiam ad definitiuã, seu vim definitiuæ habentem, ad valuas Curiæ affixæ sufficiant, dummodò hoc in primo edicto illis fuerit comminatum.

De absentibus edicto Senatus citandis. Cap. 56. Gloss.

De hoc citandi modo tradit Angel. in cons. 289. n. 2. Alex. in cons. 3. n. 2. lib. 2. Soccinus de citation. artic. 23. Qui autem sunt præsentes, & cert. non possunt per edictum citari. Rebuffus in concord. rubr. de constit. in verbo Gallicosq; &c.

Ciues; intelligitur de ciue propriè; non ex priuilegio. Bart. in simili in l. 1. quæst. 8. n. 17. ff. ad municipal. Aretin. cons. 77. n. 1. & 2. Bru-

nus

nus inter feudalia. conf. 20. vbi dicunt quod in ſtatutis appellatione ciuis venit tantum originarius.

Diſtrictus quid ſit tradit Aſin. in praxi. §. 7. c. 10. Aret. conſ. 72. n. 2.

Familiæ appellatione qui veniant tradit tex. in l. pronunciatio. ff. de verbor. ſignif. vbi Alciat. & Rebuff. & Iaſ. in l. fin. C. de verbor. ſignif.

Iuxta formam; de hac forma ſupra cap. 51.

Eodem modo poſſunt citari abſentes, qui ratione contractus ſe ſuppoſuerunt foro Capitolino, Cremen. ſing. 77. in diſtrictu tamen commorantes; ſed controuertitur, vt per Socc. reg. 23. Rauenna ſing. 539. Didac. practic. qq. c. 5. n. 3. Oſaſ. deciſ. 78.

Qua hora ius reddi debeat. Cap. LVII.

SIngulis non feriatis diebus de mane in foro Capitolij Ius reddatur, circiter tertiam diei horam, & alias ſecundum temporum mutationem, Conſeruatorum arbitrio; & ſimul Campana audientiæ conſueta pulſari incipiat. Et ne quis ignorantiam prætendere poſſit, per quartam partem vnius horæ pulſetur. Sedere autem debeant Iudices per horas duas continuas, computato tempore, quo ſedet Locũtenens ad Tribunal Senatoris. Reliquis autem diei horis, partibus & Notarijs informare volentibus, benignas aures præbeant; & die quæ Aſſettamentum præcedit, nullatenus à Curia Capitolij recedant: alioqui, ſi iuſtam excuſationem non habuerint, pœnam aureorũ decem vice qualibet incurrant.

Qua hora ius reddi debeat. Cap. 57.

Gloſſ.

Et de iure communi matutino tempore ius reddi debet §. ſedebunt autem. Auth. de Iudicibus, & ſic de neceſſitate habent iudicare de die ex diſpoſitione ſtatuti huius, ergo non poterunt de nocte; & an idem ſit de iure communi tradit gloſſ. in d. §. ſedebunt autem; in verbo Matutino. Latiſſimè Polydorus Ripa de nocturno tempore cap. 134. per totum.

Sedere debent per duas horas, &c. & de iure communi id vtiq; ſtatutum eſt l. ſi locus. 59. ff. de Iudicijs, & d. §. ſedebunt, vbi à mane vſque ad veſperas ſedere diſponitur; & mox aliquod momentum temporis quieſcere l. continuus in princ. ff. de verb. obligat. gloſſ. in d. §. ſedebunt. in verbo, mox.

Reliquis autem diei horis, &c. debent audire partes, informare volentes, quod & de iure communi ſancitum eſt, in d. §. ſedebunt. ibi, & meridie, & veſpere &c. quid autem in exercendo officio Iudices debeant obſeruare docuit Calliſtratus in l. obſeruandum. 19. vbi gloſ. & Doctores. ff. de offic. Præſidis.

Et die, quæ aſſettamentum, &c. nota neceſſitatem Iudicibus impoſitam per ſtatuentes non recedendi à curia, ſed in ea ſedendi, prout fit etiam in d. §. ſedebunt. Ex quo ita notat Polidorus Ripa de nocturno tempore d. c. 134. n. 13. & 14. immo nec ab ea pernoctare poſſunt niſi gratia ſoluendi votum l. illud. ff. de offic. Præſidis. Rebuffus in l. Vrbano. 166. §. pernoctare in princ. ff. de verb. ſignificationibus.

Iudices enim in audientia præſtanda faciles ſe debent præbere; non tamen contemni patiantur l. obſeruandum. ff. de offic. Præſidis.

De Ferijs. Cap. LVIII.

DIebus in honorem omnipotentis Dei & Sanctorum eius dicatis, nullatenus in Curia Capitol. Ius redditur. ſunt autem qui ſequuntur. Dies omnes Dominici.

DE MENSE IANVARII.

A Circuncisione Domini vſq; ad Epiphaniam incluſiuè.
S. Antonij Abbatis.
Cathedræ Romanæ S. Petri Apoſtoli.
SS. Fabiani & Sebaſtiani.
S. Agnetis Virginis & Martyris.
Conuerſio S. Pauli Apoſtoli.
Indulgentiæ ad Aquam Saluiam.

DE MENSE FEBRVARII.

Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
S. Blaſij Epiſcopi & Martyris.
S. Agathæ Virginis & Martyris.
Cathedræ Antiochenæ S. Petri Apoſtoli.
S. Matthiæ Apoſtoli.

DE MENSE MARTII.

S. Thomæ de Aquino Confeſſoris.
S. Franciſcæ Romanæ.
S. Gregorij Papæ.
S. Ioſeph ſponſi Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ.
Dedicationis Capellæ S. Crucis in Hieruſalẽ.
Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis.

Omnes

Omnes feriæ sextæ, seu dies Veneris huius mensis.

DE MENSE APRILIS.

S. Georgij Martyris.
S. Marci Euangelistæ.

DE MENSE MAII.

SS. Philippi & Iacobi Apostolorum.
Inuentionis Sanctæ Crucis.
S. Ioannis Apostoli ante Portam Latinam.
Apparitionis S. Michaelis Archangeli.
S. Bernardini Confessoris.

DE MENSE IVNII.

S. Barnabæ Apostoli.
S. Antonij de Padua.
Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ.
SS. Petri & Pauli Apostolorum.
Commemorationis S. Pauli Apostoli.

DE MENSE IVLII.

Visitationis Beatæ Mariæ Virginis.
S. Alexij Confessoris.
S. Mariæ Magdalenæ.
S. Iacobi Apostoli.
S. Annæ Matris S. Mariæ Virginis.

DE MENSE AVGVSTI.

S. Petri ad Vincula.
S. Dominici Confessoris.
Dedicationis Beatæ Mariæ ad Niues.
S. Laurentij Martyris.
A Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis vsq; & per totam octauam inclusiuè.
S. Bartholomæi Apostoli.
S. Augustini Episcopi.
Decollationis S. Ioannis Baptistæ.

DE MENSE SEPTEMBRIS.

S. Egidij Abbatis.
Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.
Exaltationis Sanctæ Crucis.
S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ.
SS. Cosmæ & Damiani Martyrum.
Dedicationis S. Michaelis Archangeli.
S. Hieronymi Presbyteri & Confessoris.

DE MENSE OCTOBRIS.

S. Francisci Confessoris.
S. Lucæ Euangelistæ.
SS. Simonis & Iudæ Apostolorum.

DE MENSE NOVEMBRIS.

Omnium Sanctorum.
Commemorationis defunctorum.
S. Leonardi Confessoris.
Dedicationis Basilicæ Saluatoris.
S. Martini Episcopi, & Confessoris.
Dedicationis Basilicarum SS. Petri & Pauli Apostolorum.
Præsentationis Beatæ Mariæ semper Virginis.
S. Ceciliæ Virginis & Martyris.
S. Clementis Papæ & Martyris.
S. Chrysogoni Martyris.
S. Catharinæ Virginis & Martyris.
S. Andreæ Apostoli.

DE MENSE DECEMBRIS.

S. Nicolai Episcopi, & Confessoris.
S. Ambrosij Episcopi & Confessoris.
Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.
S. Luciæ Virginis & Martyris.
S. Thomæ Apostoli.
A Vigilia Natiuitatis Domini vsq; ad Epiphaniam inclusiuè.
Dies Cinerum.
Dies Stationis ad S. Marcum.
Septem dies præcedentes diem Dominicum Resurrectionis Domini, & nouē sequētes.
Duo dies post Pentecostem.
Dies Ascensionis Domini cum tribus diebus præcedentibus, quibus Rogationes fiūt.
Dies Festiuitatis Sacratissimi Corporis Domini Nostri Iesu Christi.
Dies Processionis eiusdem in Ecclesia Beatæ Mariæ supra Mineruam.
Dies octaua eiusdem, quo die S. me. Paulus Secundus instituit singulis Annis per Cameram Vrbis dari vnum Calicem & torclas duas Ecclesiæ Sancti Marci, & Candelas Magistratui & officialibus Ro. Po. associantibus ob reuerentiam illius diei, & Indulgentias concessit.

Propter hominum quoq; tum publicam cum priuatam vtilitatem & letitiam, sequentes etiam dies feriati sunt, videlicet.

Dies decem, diem Cinerum præcedentes.
Dies Anniuersarius Creationis Pontificis viuentis.
Dies Anniuersarius Coronationis eiusdem.
Dies in quo Officiales Ro. Po. Magistratum ineunt, & in quo Consilium publicū fit.
Dies ingressus Senatoris cum duobus sequentibus.
Dies Natalitius Vrbis, qui est vigesimus primus

mus Mensis Aprilis: in his autem, exceptis caussis criminalibus, Ius non redditur.

Post octauam quoq; diem Mensis Iulij vsq; ad Vigiliam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis propter messes & æstiuos calores feriæ inductæ sunt & Vindemiarum tempore, si alter ex litigatoribus, se vel procuratorem suum in Vindemijs impeditum iureiurando asserat, induciæ Iudicis arbitrio moderandæ, personarum qualitate pensata tribuendæ sunt. Ab his tamen Messiũ & Vindemiarum ferijs excipiuntur caussæ tam summariæ, quàm executiuæ cuiuscunq; generis; & caussæ omnes appellationum, & nullitatum, & restitutionis in integrũ: necnon caussæ criminales & aliæ à præsentibus Statutis exceptæ; in quibus, non obstantibus ferijs prædictis Messium & Vindemiarum, Ius petentibus redditur.

De Ferijs. Cap. 58. Gloss.

Et vetustas illa veneranda docuit ferias seruari; nam lege duodecim Tabularum ita de ferijs sancitum esse dignoscimus. Ferijs iurgia amouento, easq; in famulis operibus patratis habento. Itaq; vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum est. Certasq; fruges, certasq; baccas, sacerdotes publicè libuuto. Hoc certis sacrificijs ac diebus, itemq; alios addes. Vbertatẽ lactis saturæq; seruanto. Idq; ne committi possit ad eam rem, & rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. Et de iure communi dies Festos Maiestati Altissimæ dedicatos, vt inquit Imper. in l. dies 10. C. de ferijs: nullis volumus voluptatibus occupari; nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaq; diem semper honorabilem decernimus venerandum; vt à cunctis executionibus excusetur, nulla quemquam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconum horrida vox silescat, respirent à controuersijs litigantes, habeant fœderis interuallum ad se veniant aduersarij non timentes, subeat animos Vicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur. Nec huius tamen religiosi diei ocia relaxantes, obscœnis quibuslibet patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicent scæna Theathralis, aut Circense certamen, aut ferarum lacbrimosa spectacula, etiamsi in nostro ortu; aut natali celebranda solemnitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemq; patrimonij sustinebit, si quis vnquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiuscumq; Iudicis apparitor prætextu negocij publici, seu priuati, hæc quæ lege hac statuta sunt crediderit temeranda. Hos etiam dies solis nuncupantur, quos ritè maiores nostri dominicos dixere l. omnes dies. 7. §. & dies solis, & l. omnes Iudices. 3. C. de feriis. Ruri tamen positi agrorum culturæ liberè scienterq; inseruiant: quoniam frequenter euenit, vt non alio die aptius frumenta sulcis, & vineæ scorbibus commendentur, & ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa. d. l. omnes. 3. §. ruri. C. de ferijs. c. 1. de ferijs. & c. licèt. 3. eodem. Quibus enim diebus vltra Dominicum sit de iure communi feriandum sancitum est, d. l. omnes. 7. C. de ferijs. & in l. 2. C. eodem, vbi habetur similis enumeratio dierum feriandarum, & de iure Canonico in c. conquestus. 5. de ferijs vtiq; fit dierum feriandarum, quam non immeritò sunt imitati statuentes in hoc nostro statuto de ferijs.

Regulariter enim omnes dies sunt iuridici, nisi feriati sint constituti. l. omnes. 7. C. de ferijs, etsi feriati dies constituti; non sint ab hominibus obseruati; vltra pœnam nullitatis gestorum de qua in l. 2. in fine. C. eodem. & toto tit. extra eodem statuitur, & alia pœna in l. dies festos 10. §. omissionem. C. de ferijs. Limita primo nisi non Papa, non Imperator, non Princeps, sed Iudex ferias condiderit; nam ipse dilationes dare, non autem ferias condere potest, l. 1. & toto tit. C. de dilation. l. à nullo. 4. C. de ferijs. c. 1. & toto tit. extra de dilationibus. Glossa in continuatione Rubrica de ferijs in vtroq; iure. Limita 2. nisi res tempore sit peritura. l. omnes Iudices. 3. §. ruri. C. de feriis. c. licèt. 3. extra eodem, l. 1. in princ. & §. sed excipiuntur. ff. eodem. Limita 3. nisi diebus feriatis rei rusticæ operam dederit. d. l. 3. §. ruri. l. 1. in princ. ff. eodem. l. quid si 6. l. Præsides. 4. ff. eodem. Limita 4. nisi diebus feriatis quis filios emancipauerit, vel seruos manumiserit, aliosq; legitimos actus liberales fecerit. l. 2. C. de feriis. l. actus. 8. C. eodem. Limita 5. nisi in diebus feriatis pacta, vel transactiones fiant. l. dies festos. 10. §. pacta. C. eodem. Limita 6. nisi feriatis diebus non obstantibus partes de eorum caussis cognosci consentiant d. l. quid si 6. ff. de feriis. l. 1. ff. eodem c. conquestus in fine extra eodem. Intellige de feriis introductis in fauorem hominum; non autem in honorem Dei; quia istis non possunt

sunt

sunt homines renunciare nisi ob necessitatem, vel pietatem, d. c. conquestus.de feriis. Limita 7. Nisi morte rei conuenti actio sit peritura. l. solet. 3. ff. eodem. l. 1. §. fin. ff. eodem. Limita 8. ex causis; quae dinumerantur in l.2.ff. de feriis. Limita. 9. Nisi causa liberalis sit dicta. l. solet. §. penult. ff. de feriis. Limita 10. nisi quis nundinarum nomine aduersus communem vtilitatem quid accepisse dicatur. d.l.3.§. fin. Limita 11. nisi causa ad militarem disciplinam pertineat. l. penult. ff. de feriis. Limita 12. nisi custodia sit audienda, & de latronibus quaestio habenda l. prouinciarum. 9.C. de feriis. l. penult. ff. eodem. l. custodias. 12. ff. de publ. Iudic. Limita 13. nisi publica causa sit; ac fiscalis, vel pistoria. l. publicas. 5.C. de feriis, declara nisi in quindecim diebus Paschalibus; in iis enim publicae & fiscales causae sunt inhibendae l. omnes dies. 7. §. fin. C. de feriis.

Die feriata potest exequi citatio pro die vtili. Federic. de Senis in cons. 420. n. 1. Tiraquel. de retract. lignag. ad finem tituli. nu. 28. & Bart. in l.2. §. item si. nu. 6. ff. si quis in ius vocatus non iuerit. Castren. in cons. 270. n. 3. lib. 1. Soccin. Regul. 125. addentes ad Matthes. sing. 19. nu. 25. Mantua sing. 46.

De Libelli, siue Petitionis oblatione, Litis contestatione, & Dilationibus praefigendis in causis ordinarijs. Cap. LIX.

IN causis, in quibus de maiori summa vigintiquinque ducatorum auri, vel re valorem praedictum excedente, tractatur (si causae à iure communi, vel ex forma praesentium Statutorum priuilegiatae non sint); forma infra tradita procedatur. In primis actor citare faciat reum, iuxta formam supra traditam, ad videndum productionem petitionis, & respondendum illi, quam actor facto teneatur exhibere in scriptis, & altera die vel aliàs ad libitum actoris, ante tamen productionem articulorum, & testium examen, reo citato ad contestandum litem; aliàs videndum pronunciari litem haberi pro contestata, & ad praestandum praestariq; videndum iuramentum calumniae; eo non comparente vel comparente, & litem huiusmodi non contestante, in eius contumaciam lis habeatur pro contestata, & actor iuramentum calumniae, vt infra dicetur, praestet. Quibus peractis, producantur positiones vel articuli, inducantur testes, aliaq; fiant hinc inde in causa, quae pro verificatione, seu impugnatione dictae petitionis respectiuè necessaria fuerint, aut opportuna. Teneatur tamen Iudex, si altera pars petierit, dare in causis praedictis tres dilationes partibus ad probandum de eorum iure competentes, iuxta causarum importantiam, & difficultatem illarum, videlicet, duas ad probandum, & tertiam ad probatum habendum, per omne genus probationis & perfecti examinis. Quibus dilationibus lapsis, Iudex causam expediat; nec requiratur alia tela, seu ordo iudiciarius: & aliàs praedictis non seruatis, sententia ferenda sit ipso iure nulla. Non possit tamen actor aliquid addere vel detrahere dictae petitioni, post huiusmodi litis contestationem, seu habitam pro contestata, absq; refectione expensarum; & Iudex teneatur totam causam petitionis expedire, absoluendo vel condemnando, prout iustũ fuerit: alioqui poenam vigintiquinque ducatorum auri incurrat.

De libelli siue petitionis oblatione; litis contestatione, & dilationibus praefigendis in causis ordinarijs. Cap. 59. Gloss.

Libellus in iure multis modis sumitur. Primo modo pro pane albo. l. Iudices. C. de episc. audien. Secundo modo dicitur petitio, & assertio actorum facta in iudicio solemnitate iuris: de quo in Auth: offeratur. C. de litis contest. & in c. 1. & 2. de libel. oblat. & isto modo sumitur in hoc statuto. Tertio modo dicitur libellus; qui datur à Iudice parti appellanti à sententia. l. 1. ff. de libe. dimis. de quo infra. c. 167. & 168. Quarto modo dicitur libellus scriptura priuata facta ad alicuius infamationem. l. 1. C. de famos. libell. Quinto modo dicitur delegatio causae. l. nec quicquam. §. vbi. ff. de offic. procons. & legat. Sexto modo dicitur libellus paruus liber ad differentiam libri magni. Et libellus, de quo loquitur statutum est breuis; & ordinata scriptura claram continens, Iudici ac parti demonstrans intentionem agentis, & accusantis; quae colligitur ex d. auth. offeratur. & ex l. edita actio. C. de edendo, hanc definitionem approbat Cyn. in d. auth. offeratur.

Litis Contestatione; Est enim in omni actione seu controuersia vnum aliquod praecipuum; quod litem facit; quo sublato, vel deciso, lis esse definit; Hoc enim statum causae Rhetores vocant; quod ibi sit primus causae congressus, vel quod in hoc causa consistat, & de eo sit ferenda sententia. Alij constitutionem. Iuris Con-

fulti veteres litem contestatam nominarunt, Nam cum omissis exceptionibus dilatorijs, ipsa causa Iudici ab vtraq; parte exponitur; euenit vt in aliquo partes confligant; ex qua conflictione quæstio vel facti, vel iuris, resultat. Quo facto apud Veteres alterutra pars contestabatur, seu testes aduocabat illud esse in quo lis consisteret; quod si probasset, vel aduersarius probare non posset, penes se victoriam causæ futuram. Vnde litis contestationem appellatam esse credibile est; ex qua quid litem faciat, & quis causæ status sit Iudici, appareat. Hac res si in iudicia reuocaretur, plura iudiciorum vitia euanescerent. At nunc, cum Iudex litis contestationis, adeoq; iudicandi rationis sit ignarus, sedet inter Aduocatos, & Procuratores, tanquam Asinus inter Simias; & nescit quando disputationes in causa permittendæ sint; quando inhibendæ; Hinc ne necessarias inhibeat, non necessarias permittit, & Aduocatis in infinitum disputandi licentiam concedit: non semel, sed sæpius dilationes easdem; & ex leuissima causa dat. Vt præcipua litium diuturnitatis causa in Iudice sita sit. Quod Imperatorem quoque Iustinianum non latuit qui in l. properandum. 11. §. 1. C. de iudicijs inquit, si Iudices voluerint; nullus tam audax inuenitur; qui possit inuito Iudice litem protelare. Omnes ergo iudiciorum reformationes inutiles erunt ad litium diuturnitatem tollendam; nisi prius reformabitur Iudex. Nam languente capite, cætera membra suo officio rectè fungi non possunt; totum corpus languere necesse est; Quomodo enim id fieri possit colligitur ex allegatis supra. c. 3. & c. 4. & vt ad inferiora descendam, cum litis contestatio sit de substantialibus Iudicij. l. prolatam. C. de senten. & interl. om. Iudic. debet esse nota Iudici, nec de ea debet dubius esse, alias sententia redderetur nulla, secũdum Bart. in l. 2. ff. de iudic. quomodo lis contestetur; tradit Papien. in forma respo. rei. glo. non tamen animo &c. fol. 97. & ibi addentes.

Dilationibus. *post datum libellum, & litem contestatam datur terminus ad probandum; ideo rubrica ipsa subiungit post litis contestationem de dilationibus; quæ ex hoc statuto debent esse tres, cum de iure communi vna tantum peremptoria detur dilatio. Alex. per illum tex. in l. fin. in 1. not. ff. de ferijs. Bart. in l. mancipiorum. ff. de opt. legata, & in l. cessante. C. quomod. & quan. Iud. de hac re latè Specul. in tit. de dilat. Papien. in forma oppo. contra testes §. suntq;. nu. 14. fol. 158. & Marant. in 6. par. de dilation. Tertius actus. f. 385.*

In causis. *Exequutiuæ, & summariæ causæ ab hac procedendi forma sunt exceptæ, quod etiam euenit de iure communi, Asin. in praxi §. 2. c. 3. nu. 36. & 37. Menoch. de arbit. quæst. 22. nu. 3. Bart. & Doct. in d. auth. offeratur. Soccin. regul. 289. Cott. in verbo, libellus, Menoch. quæst. 18. vbi supra. & de recuper. remed. 15. nu. 240. An huic formæ partes possint renunciare, distinguit Asinius. §. 5. c. 6. Papien. in forma libelli in actione reali, vers. ad euidentiam, nu. 13.*

Petitio, & libellus hic pro eodem ponitur. licet differant in tribus de iure communi, vt per Ias. in §. triplici. nu. 33. Instit. de act. Orian. in c. quoniam contra. c. 12. nu. 28. Asin. in prax. §. 5. c. 3. in princ. & §. 4. c. 1. nu. 2. & in tractatu meo de differentijs. verbo, libellus.

Respondendum illi, *& de iure communi sit ista citatio. Papien. in forma libelli, in actione reali. vers. ad euidentiam. nu. 16.*

Exhibere, & producere idem important. Rebuff. in l. plus est. vers. 12. ff. de verb. signif. Asin. in prax. §. 4. c. 5. nu. 2.

Non possit tamen &c. Contra est tex. in l. edita. vbi Gloss. & Doctores C. de edẽdo, vbi latissimè limitatur, ampliatur, & declaratur, Papien. in forma libelli actionis realis. vers. saluo iure addendi &c. per totum fol. 64. Rota diuers. in decis. 256. nu. 8. par. 1.

Si copia petitionis iurium vel articulorum petatur, quando recipienda sit. Cap. LX.

Copiam petitionis articulorum iurium, aut aliam quamvis petens, ab hac lege monitus censeatur ad illam recipiendam ad eam diem, quam Notario ad eam sibi tradendam supra statuimus: & si non receperit, sibi imputetur, & pro contumace habeatur, & contra illum tamquam contra contumacem in eo actu procedatur; nec sit opus aliqua alia citatione ad illam recipiendam, nisi per eum non steterit, & de hoc protestatus fuerit. Tempora autem dandarum & recipiendarum copiarum in dilationibus pendentibus nõ computentur.

Si copia petitionis iurium vel articulorum petatur, quando recipienda sit. Cap. 60.

Gloss.

Supra c. 28. coguntur Notarij ad primam peti-

petitas copias dare, sed quia sæpè petens non curat illas recipere ideo statuentes; si petens illas non receperit illa die qua Notarij tenentur dare, ei vult esse imputandum, & quod habeatur pro contumace, & contra illum tanquam contra cõtumacem in eo actu procedatur absq; aliqua citatione ad copias petitas recipiendũ.

In eo actu; Contumax in vno actu sibi non præiudicat in sequentibus. c. 2. de dol. & cõtum. Federic. de Sen. in cons. 142. nu. 2. Rot. diuers. decis. 663. nu. 3. par. 1.

Pro contumace habeatur; Ergo non erit verus contumax, & poterit appellare argumento à contrario. l. 1. C. quor. appell. non recip. Ias. in l. vnica. §. procurator. nu. 12. & seq. ff. si quis ius dicenti. Roland. cons. 38. nu. 15. lib. 2. Papien. in forma appellat. à definitiua verbo, coram vobis, nu. 9. & ibi addentes. Immo erit verus contumax, quia citatus à lege pro certa die ad recipiendum copias non comparuit, Bursatt. in cons. 225. nu. 37. lib. 2. Lancell. de attentat. 2. part. c. 12. de attentat. app. pendente limit. 50. nu. 155. & 156. & non poterit appellare. d. l. 1. cum alijs ibi allegatis, Papien. vbi supra. Verus contumax quis dicatur, tradunt Gemin. cons. 2. Rot. in nou. decis. 2. de dol. & cõtum. Rauen. sing. 12. Socc. reg. 104. & reg. 105. Marant. 6. par. princ. vltima parte iudicij. 2. actu. nu. 274. Grat. cons. 100. nu. 9. lib. 1. Menoch. cons. 100. nu. 13. Vrsil. ad Afflict. decis. 133. nu. 5. Lancell. vbi sup. 3. par. c. 8. de senten. in caus. attent. nu. 51. Fictus contumax quis dicatur tradunt supra citati Doctores, & Soccin. reg. 105. contumax fictus &c. Marant. d. 2. actu. nu. 279.

De exceptione declinationis fori. Cap. LXI.

PRiuilegiati, & qui ius habent declinandi forum, de quorum exemptione notoriè non constaret, si citati non comparuerint, & contumaces fuerint, non remittantur nisi refectis expensis contumaciæ; & si consenserint in iurisdictionem, & iurisdictio sit prorogabilis, non possint se in eadem causa postmodum à Iudice in quem consenserunt, eximere, vsq; ad determinationem, effectualemq; executionem: & semper in omnibus causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus ab eo, qui prius cognoscere cœperit, & iurisdictionem legitimè præoccupauerit, prosecutio fiat; & intimatione legitimè & authẽticè facta, ab altero desistatur: & si quid attentetur, irritum & nullum existat.

De exceptione declinationis fori. Cap. 61. Gloss.

Exceptio declinatoria fori, seu incompetentiæ Iudicis, debet opponi ante omnes alias exceptiones dilatorias: nam si aliæ opponantur ante, per illarum oppositionem inducitur consensus in iurisdictione, & non potest postea opponi l. sed si susceperit ff. de iudic. l. fin. C. de except. Abb. & Doct. in c. monasterium. de re iud. quod limita & declara, vt per Doct. vbi supra, & per Mising. cẽtur. 4. obseruat. 27. Guid. Pap. decis. 275. nu. 3. Lanfran. concl. 67. Papien. in forma declinat. iurisdict. verbo, coram vobis, & ibi addentes, & in verbo, nec fuisse Iudicem &c. & in princ. & per totum, vbi etiam addentes latissimè Marant. in 4. part. 12. princip. distinc. nu. 12. & seq. fol. 210. & infra c. 184. Nam idem extat dispositum de exceptione suspicionis Iudicis, tam de iure communi per supra allegatos; quam ex dispositione Statuti d. c. 184. & est tex. in l. apertissimi C. de iudic. & in c. suspitionis. de offic. deleg. Papien. vbi supra. verbo, Iudicem suspectum. nu. 7. fol. 79. Asin. in prax. §. 13. c. 8. Didac. pract. qq. c. 26. nu. 2.

De exceptionibus litis ingressum impedientibus. Cap. LXII.

SI ante litis contestationẽ opponatur à reo exceptio Iudicis incompetentis, litis alibi pendentis, Rei iudicatæ, Iuramenti litis decisiui deferendi, Transactionis, Litis finitæ, Petiti compromissi, Præposterati ordinis substantialis, Causæ præiudicialis, Pendentis termini ad perficiendum inuentarium, secundum l. fi. C. de iure deliberandi. Pacti de non petendo, Excommunicationis maioris, inhabilitatis vel etiam illegitimitatis personę, aut alia per quam per pręsentia Statuta audientia prohibeatur, vel actio agenti denegetur, super illis discutiatur, & parti opponenti Iudex quinque dierum vtilium terminum pręfigat, infra quem, si exceptionem non probauerit, per Iudicem ad vlteriora in causa procedatur: & exceptiones quę merita concernere possunt, censeantur ad merita reseruatę.

De exceptionibus litis ingressum impedientibus. Cap. 62. Gloss.

Exceptiones litis ingressum impedientes dinumerantur in hoc statuto, adsunt & aliæ multæ, de quibus per Doct. in c.1. & toto tit. de ordin. cognit. & l. 1. & toto tit. C. de ordin. Iudic. quas meminit Papien. in forma respõs. rei. vers. quoad impediendum processum. nu. 6. Marant. in 4. part. 20. dist. per totam. fol. 238.

Exceptionum autem quot sint species, tradit Papien. in forma respons. rei. verbo, saluis alijs except. fol. 114. & ab effectu aliæ appellantur perpetuæ, & peremptoriæ, aliæ temporales, & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt. Temporales atq; dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt §. appellantur. Instit. de except. & §. penult. instit. eod. l. 2. §. fin. ff. de except. & l. exceptiones. 3. ff. eodem, & earum finis est excludere actionem d. l. 2. in princ. §. illud. & ideo exceptio dicta est quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemq; deductum est. d. l. 2. & l. exceptio. 22. ff. de except. Sed etsi in exceptione probanda reus actoris partes substineat, tamen actionis verbo non continetur exceptio l. verbum. 8. ff. de verb. signif. l. in exceptionibus. in princ. ff. de probat. l. 1. ff. de excep. l. generaliter. 12. eodem. Replicatio est contraria exceptio, & quasi exceptionis exceptio. l. exceptio. 22. in fin. ff. eodem. l. 2. §. replicationes eod. §. 1. instit. de replic. l. non exceptionibus. 10. C. de except. Duplicatio est contraria replicationi, & ideo de duplicationibus, triplicationibus, quadruplicationibus &c. tradit d. l. 2. §. illud. ff. de except. & §. interdum. Instit. de replicat. Causæ autem exceptionum tres proponuntur in l. exceptiones. 20. ff. de except. & cui competit actio, eidem quoq; exceptio est danda l. inuitus. 198. §. 1. ff. de reg. iuris. & datur heredibus & successoribus d. l. inuitus. §. cum quis l. inde etiam. 3. §. si quis. ff. de itine. actuq; priuat. l. in hoc iudicium. 14. §. sed is qui. ff. comm. diuid. l. emptori. 28. C. de euict. & quæ competunt principali plerumq; solent accommodari fideiussoribus. §. exceptionis. instit. de replic. l. defensiones. 11. C. de except. l. exceptiones. 7. ff. eodem. quod limita, vt in d. l. exceptiones. in princ. & in §. veluti, & vt in §. fin. instit. de replic. & competit aduersus principalem actorem, & eius heredes & successores; exceptio enim quæ obstat auctori, & defuncto obstat heredi, & successori. l. quod ipsis. 185. ff. de reg. iuris. l. creditor. 12. ff. de diuers. temp. præscript. Nisi ex dolo, vel delicto aucthoris exceptio obijciatur, hæc successori non obstabit probatur, & distinguitur in l. apud Celsum. §. de auctoris. ff. de doli mali except. Et dilatoria exceptio non nisi ante litem contestatam est obijcienda. l. si quis. 12. C. de except. cum alijs allegatis supra in princip. Rota diuers. decis. 444. n. 4. par. 1. peremptoria vero post litem contestatam ante sententiam quandocunq; l. præscriptionem. 8. C. de except. l. cum nondum. 4. C. eodem. l. 2. C. senten. rescin. non posse. Et omnis exceptio est perpetua. l. pure. 5. §. fin. ff. de doli mali except. nisi nõ reus exceptionem, sed actor replicationem obiiciat. Nam replicatio est temporaria sicut actio. d. l. pure. & l. quæsitum. §. fin. de pecul. sed non numeratæ pecuniæ exceptio biennalis est. l. in contractibus. C. de non numer. pecun. Limita vt in §. in omni tempore. Naufragii annalis. l. 2. C. naufrag. & pluribus exceptionibus; quis vti potest. l. nemo. 8. ff. de except. l. is qui. ff. eodem. l. nemo 43. ff. de reg. iuris; & actio illa quæ per exceptionem remouetur est nulla. l. eleganter. §. seruus. ff. de dolo malo. l. non videtur. 13. ff. de reg. iuris. l. Marcellus 66. ff. eodem. l. nihil interest. 152. & l. si quis. 155. ff. de reg. iuris. Et qui exceptione vtitur, non vtiq; existimatur fateri intentionem actoris. l. non vtiq; 9. ff. de except.

De excommunicationis, aut diffidationis exceptione. Cap. LXIII.

EXcommunicati excommunicatione maiori, vel ciuiliter diffidati, cum constiterit, non audiantur agendo, nisi satisfecerint: vel legitimè absoluti, vel reaffidati demonstrentur.

De excommunicationis, aut diffidationis exceptione. Cap. 63. Gloss.

De ista excommunicationis exceptione est tex. in c. pia. de except. in 6. vbi opposita; est infra octo dies probanda, per statutum sequens infra quinque; & post facto deposito infra tres dies vtiles; impedit enim processum d. c. pia, & est anomala, & potest opponi in quacunq; parte iudicii c. 1. de excep. in 6. Spec.

de

de except. §. 1. vers. anomale, & de materia vide plenè Felyn. in c. except. col. 5. & sequ. de except. Papiens. in forma respons. rei verbo, excommunicationis. fol. 100. Maranta 4. part. vigesima & vlt. dist. num. 14. fol. 240. & par. 6. nonum membr. 1. partis. n. 5. fol. 356. & non probata post primam dilationem, si facto deposito non probabitur infra tres dies, depositum consignabitur parti.

Excommunicationis, seu diffidationis exceptionem, & alias hic enumeratas opponens, quid implere teneatur, & quando admittatur. Cap. LXIIII.

EXceptionem excommunicationis, aut diffidationis, siue in personam aduersarij, siue Iudicis quæ probatione indigeat, opponens, post lapsum secundæ dilationis statutariæ, nullatenus audiatur, nisi facto deponat ducatos auri quinque penes acta Notarij illico parti aduersæ assignandos; nisi de ea infra tres dies vtiles legitimè docuerit: post lapsum verò dilationum, seu conclusum in causa, dictæ exceptiones præsumantur malitiosè oppositæ, & nullatenus sententiæ prolationem impediat. Si verò post lapsum trium dilationum, aut ad impediendam executionem rei iudicatæ, vel aliam quamcumq; executionem exceptiones noui pacti, seu conuentionis, liberationis, aut satisfactionis, pendentisq; alibi litis opponatur, non audiatur opponens, nisi rem aut summam iudicatam, seu pro qua executio petitur, deponat cum effectu, illico victori consignandam, nisi infra tres vtiles dies de dicta exceptione legitimè docuerit. Instrumenta autem scripta à Notario diffidato, vel excommunicato, aut si testes in instrumento adhibiti ciuiliter diffidati, aut excommunicati dicantur & sint, non vitientur; similiter nec vitietur sententia, aut laudum latum à Iudice, vel arbitro diffidato, vel excommunicato, nisi publicè ab omnibus tempore latæ sententiæ, vel laudi, vt excommunicatus vitabatur.

De termino ad excipiendum contra commissiones, si quæ in causa præsententur. Cap. LXV.

CItato ad dicendum contra commissionem, siue Apostolicum rescriptum, si petierit terminum ad opponendum, is ad primam diem post habitam copiam assignetur: quòd si opponatur aliquid, quod probatione dignum videatur, hac lege vtriq; parti terminus duorum dierum vtilium ad iustificandum & impugnandum, probandum, probatumq; habendum, absq; alio Iudicis ministerio datus esse intelligatur, post cuius lapsum ad reliquos incumbentes actus in causa procedatur.

De termino ad excipiendum contra commissiones, si quæ in causa præsententur. Cap. 65. Glossa.

An ex isto statuto possit contra rescriptum dari de subreptione. Et cum Capitolium sit in Romana Curia vbi adest facilis aditus ad Principem; videtur quod non propter facilem aditum ad Principem. Achill. decis. 29. in fine de appellat. Contrarium dicit Puteus in decis. 301. n. 4. lib. 2 dum ibi firmat commissionem subreptitiam in Curia Capitolij nullam tribuere iurisdictionem. Si citatus petierit terminum ad opponendum, eiq; datus non fuerit, legitimè appellat; & Iudex factum contra formam huius statuti reuocabit; vt aliquando fuit per me seruatum.

De iuramento calumniæ, & illius forma. Cap. LXVI.

PRincipales personæ, si præsentes sint, per se ipsos iuramentum calumniæ præstent: si verò ab Vrbe vltra viginti milliaria absint, de qua absentia per iuramentum procuratoris constet, tunc procurator eorum legitimus speciale mandatum ad iurandum de calumnia habens, ad iurandum admittatur; &, si altera pars etiam à procuratore aduersario iuramentum calumniæ ex sua persona exigat, ipse quoq; procurator, etiam in animam suam illud præstare teneatur; &, si actor à reo, illiusq; procuratore iuramentum exigat prædictum, non ante reus, vel illius procurator ad excipiendum vel defendendum admittatur, quàm & ipsi, vt supra, iuramentum calumniæ præstent: & nihilominus actor contra ipsos procedere possit. In iuramento autem calumniæ præstando, hæc nominatim & specificè à iurantibus asserantur. Primùm, quòd non calumniandi animo agit vel defendit: sed quia lis pro parte sua sibi videtur iusta: Secundùm, quòd probationem non exiget, nisi quam pro veritate sibi necessariam pu-

tabit: Tertiùm, quòd nihil dedit aut promisit, dabit vel promittet Iudicibus, vel Notario aut testibus, vel mediatoribus, aut alicui alteri personæ, vt sententia detur: Quartùm, quòd calumniandi animo aliquam dilationem non petet: Quintùm, quòd pactum de quota litis non fecit. Quæ capitula principalibus personis, per Actuarium declarari mandamus: possitq; Iudex pro huiusmodi iuramento recipiẽdo, ad egregias personas vel impeditas, necnon & honestas mulieres Notarium in Vrbe & extra per viginti milliaria, eorum sumptibus, destinare. Notarij, qui in prædictis negligentes fuerint, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant, nec vlterius ad scribendum in illa causa admittantur.

De Iuramento calumniæ; & illius forma. Cap. 66. Glossa.

Communi iure in omnibus causis iuramentum calumniæ præstandum est. l. 1. vbi glos. & doct. C. de iur. propter calum. c. cæterum cum alijs sequent. de iurament. calumn. l. 2. C. eodem. l. rem non nouam. §. patron. C. de iudic. & id tam ab actore; quam à reo. §. item actoris inst. de pœna temer. litig. dicta l. 2. in princ. §. 1. auth. vt litigantes in exordio litis, &c. est etiam præstandum à tutore, curatore, & procuratore; & aduocato vtriusq; partis d. l. 2. §. quod obseruari. §. in litibus. auth. vt litigantes §. vtriusq; inst. de pœna teme. litig. d. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudicijs. non tamen iurant; quod causa vera & iusta sit, sed quod existiment veram; & iustam esse. d. l. 2. §. & licèt; & regulariter in iudicio iurandum est, nisi persona in aliqua dignitate posita sit, tunc domi iurare potest. d. l. 2. §. sin autem. Item nisi mulier iurare debeat d. l. 2. ibi vel sexus personæ, l. ad personas. ff. de iur. iuran. c. mulieres. de iudicijs in 6. §. si mulier. auth. vt litigatores; vel aliter qui iurare debet sit impeditus, vel absit. §. quod si dicta auth. vt litigatores, & §. si partes. & d. l. 2. §. sin autem absfuerit. Tunc enim vel domi iurat; vel per procuratorem ad id specialiter constitutum. c. fin. de iuram. calumn. in 6. Alex. post alios in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de damno infecto, & concipit verba in animam sui principalis c. tibi Domino. vbi glossa 63. distinct. c. procurator de elect. in 6. c. in appellationibus §. procuratores. vbi glossa de iurament. calumn. Lucas Petus lib. 2. de causis ordin. c. 3. nu. 4. & sequ. & potest præstari quandocumq; etiam post conclusum in causa Papazzonus decis. 2. nu. 36. de rescriptis. Addentes ad Vestrium lib. 5. c. 2. nu. 14. Maranta. par. 6. de iuram. calum. n. 3. fol. 378. & si non præstetur parte petente processus est nullus; secus si pars non petat. Vant. de nullit. ex defectu process. n. 29. Rota coram Card. Mantica in Bonon. attentatorum. 24. Octob. 1588. & est tex. in d. l. 2. §. quod si actor. vbi glossa & Bald. C. de iureiuran. propter calumn. Puteus decis. 398. lib. 2. & Iudices debent sese ostendere tristes, & iratos contra recusantes iurare. glos. in d. §. quod si actor. in verbo tristitia. Tacitè non petendo à parte potest remitti; à Iudice vero nec tacitè, nec expressè. Curt. de iureiuran. propter calum. §. sed quia veremur. n. 1. in fine. Rota coram Mantica supra vers. non obstat quod Iudex.

An cogatur præstare hoc iuramentum; qui perfectè suam intentionem probauit; & pro affirmatiua est Rota in dicta Bononien. attent. vers. nec etiam refragatur.

Pro negatiua est Bald. in c. 2. n. 7. in fine de probat. Ias. in l. admonendi. in 2. lect. n. 84. ff. de iureiuran. & rota in Aprutina census coram R.P.D. Sacrato 4. Iulij 1601.

In causis summarijs est præstandum. Surdus decis. 18. n. 6. Puteus. 398. lib. 2. Menoch. de arbitr. q. 20. n. 2. & 3. & coram Mantica. vbi supra in Notorijs non præstatur. Curt. vbi supra in prin. n. 3. qui citat Bald. nec in spiritualibus, c. litteras. de iuramento calumn. & c. litteras. §. præterea. de rest. spol. Et in beneficialibus non est necessarium c. 2. de iur. calumn. Papazzon. decis. 2. de rescript. n. 36.

De reconuentione. Cap. LXVII.

SI Reus actorem ante litis contestationem, seu habitam pro contestata tam in ordinarijs, quàm summarijs (vbi de iure reconuentio fieri potest) reconuenerit, in vtraq; causa pari passu procedatur; & dilationes datæ in vna, currant in alia: & vtraq; vna eademq; sententia, prout iustum fuerit, terminetur.

De reconuentione. Cap. 67. Gloss.

Hoc idem seruatur de iure communi: nam ipso communi iure dictante vtraq; causa conuentionis, & reconuentionis est terminanda vna & eadem sententia c. 1. & 2. de mutuis

peti-

petitionibus, etiamsi causa sit commissaria. d. c. 1. vbi Gloss. & Doct. & modus procedendi datus per rescriptum in causa conuentionis intelligitur repetitus in causa reconuentionis d. c. 2. vbi Gloss. & Doct. de mutuis petitionibus, & ideo quando id fieri non potest, non conceditur reconuentio; vt per Marant. de ordin. iudic. par. 4. dist. 6. nu. 8. post alios, Rot. coram R. P. D. Cæsare de Grassis in decis. 142. quando autem fieri possit reconuentio non determinat hoc statutum: sed vbi de iure fieri potest; vult, quod vtraq; causa vna sententia terminetur, & sic nihil statuit de nouo. Non tamen habet locum reconuentio in causa appellationis, sed debet fieri statim post conuentionem. Innoc. in c. 1. de mutuis petit. l. ad cognit. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Rot. in antiq. decis. 1. de mut. petit. & commissa causa conuentionis est opus impetrare aliam commissionem super causa reconuentionis, Rot. in antiq. vbi sup. decis. 2. An autem reconuentio debeat fieri ante, seu post litem contestatam, tradit Abb. & Felyn. in d. c. 1. de mut. petit.

De positionibus & confessis. Cap. LXVIII.

ACtor quandocunq; ante lapsum tertiæ dilationis à Reo responsum habere voluerit, suas positiones, seu articulos, dispositiuè, & ponendo conceptas, suo iuramento parte ad id citata exhibeat, quas Notarius parti, contra quam producuntur, nullatenus ante factam responsionem, ostendat; alioqui de falso puniri possit. Quibus productis, moneatur reus personaliter, vel domi copia dimissa, vt supra, vt infra triduum, illis per verbum, credit, vel non credit, simpliciter, & explicitè, ac singulariter singulis, medio iuramento debeat respondisse; cum comminatione, quòd eo respondere cessante habebitur pro confesso, super omnibus, quibus de iure respondere tenetur, prout sibi deterius fuerit. Quo cõtumace existente, dicto triduo elapso, & eo iterum citato, Iudex eas positiones, quibus reus de iure respondere tenetur pro confessatis, & reum in illis pro confesso haberi, prout sibi deterius erit, pronuntiet: &, si ea die reus compareat, respondendo simpliciter & explicitè, vt dictum est, & expensas reficiat, eo ipso contumaciam purgasse censeatur: eo autẽ die elapso, vlterius ad moræ purgationem admitti non debeat; & idem fiat, si reus responsum ab actore habere velit. quo casu, si actor in respondendo rei positionibus, moram fecerit; ipse donec sua contumacia durauerit, non audiatur, & tempora dilationum & termini ad ipsius præiudicium currant; & nihilominus si reus maluerit eum pro confesso, vt supra dictum est, haberi, ad ipsius quoq; instantiã contra actorem, vt dictum est, procedatur, & vnius viæ electio alteri non præiudicet. Responsio autem credulitatis habeatur pro confessione, & non credulitatis pro negatione: nec confessio ex partis alterius absentia impugnari possit, sed perinde teneat, ac si parte præsente & acceptante facta fuisset. Si verò pars, à qua responsum desideratur, tempore cœptæ litis, vel post motam litem sine fraude à iudicio abesse cœperit, si per quadraginta milliaria, & vltra absens sit, nec illius reditus de proximo speretur, de qua absentia procurator suo iuramento fidem faciat: Tunc procurator, si plenè se instructum iurauerit, & mandatum ad respondendum positionibus saltem in genere habeat, ad respondendum admittatur. Si autem per calumniam, aut intra quadraginta milliaria absens fuerit, & aduersarius dominum vti legaliorem, & eius omnino responsum desideret; possit Iudex Notarium sumptibus absentis ad responsum recipiendũ destinare; qui si respondere cessauerit, aut aliter responderit quàm de iure, & ex præsentium Statutorum forma respondere tenetur, pro confesso, siue actor siue reus sit, vt supra dictum est habeatur. Illa autem responsio, credit, si de iure probetur, nullatenus admittatur; & qui taliter responderit, pro non respondente habeatur, sicut & is, qui ignorare aut nescire responderit.

De positionibus & confessis. Cap. 68. Gloss.

An huiusmodi statutum exigens monitorium de respondendo cum comminatione, quod habebitur pro confesso; si responsum non dederit habeat locum in ordinarijs tãtum; vel etiam in summarijs; & quod procedat in ordinarijs; suadetur ex illis verbis in principio positis, videlicet ante lapsum tertiæ dilationis, &c. Ista enim dantur in ordinarijs, non autem in summarijs supra c. 59. de quo Lucas Petus lib. 2. c. 10. sed cum generaliter loquatur; vtiq; videtur procedere etiam in summarijs; & si loqueretur solum in ordinarijs; causæ summariæ remanerent in dispositione iuris communis; & ad

ad hoc vt haberetur pro confessu, opus esset; quod adesset iussus Iudicis; & quod iussus esset præsens, & sine iusta causa respondere recusauerit.c.2. vbi glossa in verbo iussus, & ibi Franc.nu.9. uer. primo quod sit iussus Iudicis: de confess. in 6. Castren. in auth. principales. §. quid si actor.n.6.uers.concurrentibus. C.de iureiuran.propter calumniam dando.Rota coram R.P.D. Orano in Rom. alimentorum die 5. Iunij 1592. in puncto.

Et ad hoc ut quis ex dispositione huius statuti habeatur respondere negans pro confesso, est necessarium monitorium pro forma quæ præsumitur substantialis, & non obseruata, aut omissa etiam in minimo; actus corruit. Iason in l. cum te. §. si præter. nu. 2. ff. de transact. Decius cons.222. nu.2.cons.451. n.7.cons.612. n.2. & 3. Rolan. cons. 3. nu. 1. lib. 3. Pedemon. decis. 165. n. 6. & seq. Felyn. c. cum dilecti. vers. gesta contra formam. de rescript. Mohed.decis. 17.n. 1.de caus. posses. & prop. Surd.decis.122. n.2.

Quibus positionibus sit respondendum; vel ne; & quæ requirantur, vt sit respondendum, tradit glossa magna in c. 2. vbi Gemin. in 6. Glossa & Bald. in auth. principales.§.quod obseruare. n. 14. vsq; ad finem C. de iureiuran. propter calumn. dando.

Si responsio incipiat per negatiuam, & sequatur dictio exceptiua quid iuris, vide Ias. in §. superest nu. 3. instit.de action.

Quando agitur contra emptorem, & fiunt sibi positiones de dominio agẽtis ad euictionem, licèt ipse sciat esse agentis ad euictionem non cogitur illis respondere.Bart.in l.at qui natura. §.si cum me absente n.5. ff. de neg. gest.l.alias. ff. de iureiuran. Potest enim dicere, volo quod mihi fiant probationes de dominio, vt possim per eas conuincere auctorem meum. Bart. vbi supra.Surdus decis. 22.nu.2.

De hoc statuto tradit multa Bonacossus.in q. Crimin. in verbo,responsio simplex, Doct. & Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter.ff.de verb. oblig. Natt. cons.59. n.1.Pedem.decis.9.47.& 103. Ludouic. in Luca.decis.5. & 44.

Quandocunq; re integra quis ad respondendum admittitur, dummodo non sit conclusum in causa; & iudex non pronunciauerit. Archid. & Ioannes Andreas in nouell. c.2.de restit.in integr.in 6.nisi in certis casibus enumeratis per Afflict.in decis.44. nu.2.& 3.

An possit mora purgari, tradit Curt.de posit. in 6, Breuiloq. Cyn. in l. 2. §.quod si actor. C.de iureiuran. propter calumniam. Bald. in c.2. de milit.Vasal. Ripa in l.si Insulam. n.89. ff.de verb.obligat.& an idem sit stante hoc statuto; & dic quod non. Lucas Petus lib. 2. c. 4. nu.15.& 16.nisi in continenti. Natt. cons. 53. nu. 5. Osas. decis. 87. in Pedemontanis.

Confessio facta super articulis nulliter exhibitis, & processu nullo, est nulla tanquam fundamento carens. c. cum Paulus.1.q.3.de presb. non bapt. l. fin. C.de constit. pecun.Gram.cons. 81.nu.9. latè Seraph.de priuileg.iuramen. priuileg.132.n.78.Curt.in d. l.2.§. quod iusserit. C.de iuram.propter calumniam.

An à pronuncia de habendo positiones pro confessatis possit appellari, & pro negatiua est Ang. in l. creditor.§. iussus.sub nu.13.ff.de appellat. Dec. cons.34. sub nu.2.Asinius in pract. §.19.c.15.Pedemon. decis.5. per totam. Guido Papa decis.220. pro affirmatiua; quod possit appellari est Baldus.in l.1. C. quorum appellat. non recip. Franc. in c. fin. ad finem. de confess. in 6.quos citat Lucas Petus lib.2.c.4.num.16. Ripa in l.1.n.28.ff. de vulgari, hanc sæpè seruaui inhibendo.

Et quando ista pronuncia est facta in contumaciam, an possit probari contrarium tradit Ang. Aret. vbi supra.n.12.Lanfranc.in pract. c.6.Gail.lib.1.obseruat.80.n.5. Misingerius. cent. 3. obseruat. 52.

Et an, & quando possit responsio diuidi, & acceptari pro parte, vel ne; tradit Bart. in l. aurelius §. fin. de lib. legat. Ias. in l. manifesta turpitudinis.in fine. ff. de iureiuran. cum alijs allegatis in tract.de cõdit. par.2.c.1.q.73. num. 8. & 9.

Pronuncia ista pro confessatis; vt sequi possit, exigit multa de quibus hic in statuto; & per Cynum in l. 2. §. quod actor.nu.8.C.de iuram. propter calum. Guido Papa sing. 676. Orianus in c. quoniam contra. Matthes. sing.17.n.13. Roland.cons.99.n.16.lib.3.

Pronuncia ista non obstante potest probari contrarium ante sententiam latam. Specul. de posit.§. fin. col. 5.nu. 8. & sequen. Castren. post Ang. in l. 2.nu. 5. C. qui testam. fac. pos. Aretinus in cons.146.n.5. Matthes. sing. 17. nu.25. Tiraquel.de retract.lignag.§.4.glos.1. n.12. Confessio ficta resultans ex ista pronuncia plus operatur, quam vera confessio; quia ista potest reuocari; illa non; Afflict.in Constit. Regni. rubr. 3.de bannitis. & foro iudic. nu. 66. & 67. lib. 2. Curt. in l. 2. §. quod obseruari. nu. 79. C. de iuramen. propter calum.

& mi-

& minor. & mulier non restituuntur, quia possunt appellare & probare contrarium. Osascbus decis.87.nu.4.& sequen.Tiraquel. de retract. lignag. §. 4. glossa 1.n.12.

De negantibus filiationem, & reliqua hic expressa. Cap. LXIX.

QVicunq; positionibus, siue articulis respondendo filiationem, fraternitatem, matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum, communionem, mortem, vel vitam alicuius negauerit;& contrarium postea fuerit probatum, puniatur in ducatis auri quinque pro vnaquaq; positione, ex præmissis. Si verò solutionem, aut satisfactionem debiti sibi factam negauerit, in ducatis auri decem applicandis vtroq; casu pro medietate Cameræ Vrbis, & pro medietate parti; mulctetur. In quibus per Iudicem in sententiæ prolatione cõdemnari debeat: aliàs ipse de suo teneatur, & nihilominus pœna prædicta per partem læsam, tàm in syndicatu à Iudice, quàm ab aduersario, qui negauerit, quandocunq; peti possit.

De negantibus filiationem, & reliqua hic expressa. Cap. 69. Glossa.

Hoc statutum non ligat minores quoad pœnam. Anchar. Modern. in q.39.n.9.lib.2. non procedit, si iudicium, & petitio de qua in positione sit inepta; quia negans tunc non punitur hac statuti pœna; Gabr. de acquir. possess. concl. 5.n.28. Negans narrata; prout narrantur esse vera, non dicitur negare, vt incurrat pœnam statuti. Bart. in l. si dubitetur. §. 1. ff. de fideiuss. Alex. in cons. 83.n.5.lib.1. Ias. in l.eum.qui.ff.de iur.iuran.n.15.& in §. omnium. n. 98. instit. de action. Gabr.d.concl.5. nu.28. Negationem reuocans in continenti euitat pœnam. Castrens.in auth. contra qui propriam.nu.3.C.de non numer. pecun. Tiraq. de retract.conuent.§.1.glos.5.n.19.& 20. Idem est, si eam reuocet antequam examinentur testes à ponente, vel interrogante. Ias. in §. ex maleficijs. n. 17. & 18. instit. de action. Nam ex negatione, & mendacio quis non debet puniri nisi pars grauetur. Menoch.in cons.2. in fine. lib. 1. Gabr. d.concl. 5. n. 27. Asinius in praxi.§.19.c.10.n.1.& sequent. Negans pariter ineptè non punitur hac pœna. Asinius vbi supra. §. 31. c.63. Filiatio qualiter probetur. latè Gabr. de præsumpt.concl.14. Menoch. de arbitr. cas. 89. n. 94. & 95. Negans vbi habuerit probabilem causam ignorantiæ non punitur: Menoch. vbi supra. casu.186. n.57. quia requiritur dolus, vel culpa. Cardin.in cons.94. sequitur Alex.in cons.113. n.8. lib. 5. Gabr. d. concl. 5. nu. 26.

De articulis, & alijs quæ habentur pro admissis. Cap. LXX.

ARticuli, instrumenta, exceptiones, replicationes, testes, & iura quæcunq; à quacunq; legitima persona in iudicio, parte legitimè citata producantur, ipso iure per hãc legem censeantur, si & in quantum saluis exceptionibus, & iuribus hinc inde in fine causæ discutiendis, admissa: & si admitti non debebant, habeantur pro non productis, neq; admissis, & nullam fidem faciant, neq; adminiculum ad mouendum animum Iudicis, & Iudex diffinitiuè pronunciando, censeatur omnia obstantia tacitè reiecisse;&, si articuli medio iuramento dati fuerint, alia materiarum specificatio non requiratur.

De articulis, & alijs quæ habentur pro admissis. Cap. 70. Glossa.

Clausula si & in quantum operatur vt iura, & articuli censeantur admissi, quatenus de iure venirent admittendi, & non aliàs, quia ista clausula refertur ad iuris dispositionem. Alex. in l. Iudex n. 27. & 28. de re iudic. Roman. in cons. 501. col. 2. Felyn. in c. eum contingat. col. pen. de offic. deleg. Bald. in l. edita in repet.col.17.ver. dubitatur si Iudex. C.de eden. Bart. in l. ambitiosa.in fine. ff. de decr. ab ord. facien. Ang. in cons.217.in 5.col. Mandos. de inhibit. q.75.n.7. vt hoc statutum non inducat aliquid de nouo circa istam clausulam.

Ipso iure *hæc clausula importat absq; vllo hominis ministerio. Bart.in l.iubemus.§.sanè.C.de sacros. eccl. quem Ceph. in cons.88. n.31. & effectum latæ sententiæ. glo.in Clem. 1. in verbo incurrat.de vsuris, quã Corn. in cons. 89. n.13. lib.3. Dec.in cons.298.n.8. Franch.in c.2.nu.2. de præscript. Probus ad Monachum. in c. ipso iure.n.1.de rescr. Sed intelligitur parte petente. l. vniuersa.vbi glos.& Bart.C.de precib. Imper. offeren. Cephal. in cons.50.nu.11. Tiraqu. in l. si vnquam.in verbo reuertatur.n.10.C.de reuocan.donat.Surd.in decis.69.n.25.*

De

De Iuramento Testium. Cap. LXXI.

TEstes, parte citata inducti, commissione Iuramenti per Iudicem facta, saltem tempore examinis iuramentũ in manibus Notarij præstent: Notarius verò, qui illud recipere cessauerit, in ducatis auri quinq; pro vnoquoq; teste puniatur, & damnum parti lesæ resarciat, & nihilominus dictũ Testis nõ probet.

De iuramento Testium. Cap. 71.
Gloss.

Ad hoc vt testis probet debet deponere præcedente iuramento tactis scripturis, de veritate dicenda pro vtraq; parte, aliàs eius depositio non valet. l. iurisiuran. C. de testibus. l. si quando. eodem tit. gloss. & Bart. in auth. sed Iudex. C. de Episcopis, & Clericis. gloss. & Bald. in l. 2. C. de edendo. glos. in c. fraternitatis de testib. l. 3. §. Sabino; & ibi gloss. ff. de testib. & quod fuerit præstitum tactis scripturis creditur Notar. Rot. diuers. decis. 486. n. 10. & 11. par. 1. & ita constat fuisse seruatam formam traditam in c. vt circa. de elect.

De Testibus recipiendis, vel non. Cap. LXXII.

NVllus in causa sui Collegij in testem recipiatur, & recepto, fides non adhibeatur, nisi sit persona grauis & fide digna, & nullum in ea casu priuatum interesse prætendat. Diffidata autem Communitate, singulares personæ à testimonio non repellantur.

De testibus recipiendis, vel non. Cap. 72.
Gloss.

Testes de vniuersitate, seu collegio regulariter non probant. Cyn. in l. parentes. vbi Salyc. n. 7. & alij. C. de testib. Felyn. in c. insuper. n. 6. eod. Rol. a Vall. cons. 72. n. 13. lib. 2. Afflict. decis. 400. nu. 5. Ostsch. decis. 99. n. 39. Menoch. cas. 106. de arbitr. ampliatur, limitatur, & declaratur per Mascard. concl. 1414. lib. 3. per Menoch. d. cas. 106. & q. 87. nu. 719. lib. 1. de præsumpt. Crauett. de antiq. temp. §. quid in libro officialis. n. 21. & ideo hoc statutum se conformat cum dispositione iuris communis. Circa quam Doct. sunt varij, & valde materiam istam controuertunt in locis supra citatis.

De numero Testium. Cap. LXXIII.

IN qualibet causa, vltra septem testes non recipiantur super quolibet articulo seu capitulo.

De numero testium. Cap. 73.
Gloss.

De iure communi vbi numerus testium non adijcitur duo in omni actu sufficiunt. l. vbi numerus. 12. ff. de testibus. l. testium. 14. C. eodem; & de iure communi testes in effrenato numero non sunt examinandi; ideo multitudo testium est refrænanda. c. significauerunt. & ibi gloss. in verbo effrænat. de testib. c. cum causam eodem, vbi gloss. Innoc. nu. 5. Statuta huic similia recenset Mansuer. in pract. tit. 17. de testib. nu. 71. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 249. n. 5. & seq. ad interpretationem huius statuti, vide late Rebuff. in tract. de testibus. art. 1. per totum. nu. 1. & seq.

De Interrogatorijs in Testium examine dandis. Cap. LXXIIII.

CItatus ad dandum interrogatoria ad primam & sequentem dies, si post habitam copiam articulorum, vel alterius actus, super quo testes examinari petitur, vel lapsum terminum ad illam recipiendam, per illam & sequentem dies interrogatoria non dederit; sibi imputetur, & testes sine interrogatorijs, sub religione tamẽ Notarij, & iuxta supra traditam formam de Notarijs motosis, diligenter examinentur; nec sit opus alia pronuncia super interrogatorijs dandis: & terminus prædictus intelligatur per hanc legem datus sine iudicantis ministerio. Quocumq; autem tempore (examine nondum perfecto) interrogatoria producantur, testes qui nondum examinati fuerint super illis interrogentur, nec admittatur ad testium repetitionem, qui in dandis interrogatorijs contumax fuerit, etiam si illos suis sumptibus repeti petat: interrogatoria autem, si excessiua aut impertinentia sint, Iudicis arbitrio resecentur.

De interrogatorijs in testium exàmine dandis. Cap. 74. Glossa.

De iure communi interrogatoria vtiq; fiunt à par-

à partibus, super quibus interrogantur ad detegendam falsitatem. Marant. in suo speculo. 6. par. principali. 1. par. iudicij. 5. membr. nu. 18. nec eorum copia datur parti; vt ibi per eundem nu. 20. & vbi fuerint examinati sine interrogatorijs, possunt iterum examinari post eorum publicationem. Marant. ibi n. 19. Boss. de publicat. process. n. 26. Rebuff. de inquisit. art. 3. n. 24. quod secundum hoc Statutum nostrum, limita nisi citati fuerint contumaces in interrogatorijs dandis. Iudex quando possit interrogare ex officio, tradit Bald. in l. fin. in princ. nu. 9. C. de appellat. Etsi fuit datus, vt dicitur, in Vrbe interpres ad instantiam ambarum partium id communibus expensis factum erit. Perusin. Rot. in decis. 74. n. 9. par. 1. Notarius scribere debet verba substantialia testium. Bart. in l. 1. §. eod. nu. 4. ff. de verb. Afflict. d. rubr. 29. in quibus causis. num. 15. lib. 2. de constit. Regni.

Testis incontinenti potest se corrigere. Rot. in nou. de testib. decis. 19. & diuers. decis. 346. par. 1. de hac re latè Menoch. cas. 108. per tot. de arbitrar. Ex interuallo non vtiq; Rot. in nou. vbi sup. & diuers. vbi supr. nu. 3. part. 1. Menoch. vbi sup. nu. 4. & seq.

Interrogatoria ista dantur super articulis, & ideo differunt ab interrogationibus quæ fiũt circa præparatoria de quibus per tex. in l. 1. & toto tit. ff. de interrogat. actionibus. Speculat. de interrogationibus. n. 7. & ibi addentes litera A. Ceph. in cons. 260. n. 7. lib. 2. & debent admitti vbicunq; aequitas suggerit. l. vbicunq; ff. eod. Rom. cons. 249. Neuiz. cons. 5. n. 14. & sequent. etiam post litem contestatam. Menoch. cas. 50. n. 13. de arbitrar.

Stylus quomodo probetur. Cap. LXXV.

SI stylus allegetur, & de eo dubitetur, is nullatenus per folium subscribentium, etiam quantæcunq; dignitatis subscribentes sint, probetur; neq; talis probatio quomodocunq; valeat, nec adminiculum faciat: sed probetur per testes iuratos, ac ritè & rectè examinatos super articulis & interrogatorijs partiũ, si dare voluerit; sin autem, sub religione examinantis, vt dictum est.

Stylus quomodo probetur. Cap. 75. Gloss.

Stylus per folium subscribentium nullatenus probetur dicit hoc Statutum; quia & de iure communi testis per scripturam non potest testificari. l. testium fides. 30. §. idem diuus. & §. caninius. ff. de testib. Didac. variar. resol. lib. 2. c. 13. n. 6. & Rot. coram R. P. D. Seraphin. in Spoletana beneficior. 2. Iunij. 1570. Maximè facta lite pendente; & absq; partis citatione, & iuramento. l. iurisiuran. & l. testium. C. de testib. Rot. coram R. P. D. Litta in Romana dotis 26. Octobr. 1601. Nemo enim per tabulas dat testimonium, nisi sua voluntate: quo ipso non esse amicum, ei se, contra quem dicit fatetur. Quint. de oratore lib. 5. c. 7. in princ. & testis inimicus non probat. l. testium fides. ff. de testib. Tamen hoc limita; vt Rot. in Romana Paraferni, die 5. Maij 1595. coram Illustriss. Card. Mantica in qua firmatur adhibendum fidem sacerdotibus illis deponentibus per scripturam de quadam simulatione; in casu huius statuti, & alijs casibus non probant per allegata supra. Et de iure testes deponentes de stylo, debent deponere iurati in iudicio coram Iudice, vel saltim Notario. Guid. Pap. in cons. 119. n. 4. Bero. in cons. 40. n. 7. lib. 3. per tex. in d. l. iurisiurandi, & per c. 2. de testib. Bart. & alij in l. de quib. ff. de leg. quod tamen de iure communi declara, & restringe, vt per Mascard. lib. 3. de probation. concl. 1338. stylus &c.

De remissionibus, rogationibus, & compulsionibus pro testibus extra districtum examinandis, & iuribus extrahendis. Cap. LXXVI.

SI pars aliqua testes vltra districtum se habere proponat, ad quorum examen se petat admitti, vel etiam iura ad causam necessaria habere asserat, & proinde dilationem sibi concedi, seu datam prorogari petat: volumus quòd in primis teneatur nominare testes vel iura, & loca, ac exprimere & designare probationes, quas habere intendit. Quo facto, antequam sibi dilatio detur, deponat penes Notarium causæ pignora valoris ducatorum auri vigintiquinq; assignãda Cameræ pro medietate, & pro alia parti contra quam dilatio petitur, si apparuerit eum, dilationem calumniosè petijsse: & ex tunc sibi iuxta distantiam loci dilatio assignetur, vel data prorogetur. & intelligatur dilatio calumniosè petita, si infra terminum sibi per Iudicem assignatum, nominatos testes examinare non fecerit, vel examinati

nati

nati nihil de causa probarent; aut iura asserta non produxerit, seu si producta non id quod asserebat, contineant. Depositum autem prædictum, necessarium non sit, si notoriè appareret dilationem calumniosè non peti, & Iudex hæc sua interlocutoria declarauerit.

De remissionibus, rogationibus, & compulsionibus pro testibus extra districtum examinandis, & iuribus extrahendis.
Cap. 76. Glossa.

Remissiones istæ etiam de iure conceduntur dummodo per malitiam, & calumniam petitæ non fuerint; & ideo cum causæ cognitione. §. & quoniam, auth. de testibus l. iudices. & l. à procedente. C. de dilationibus. Seuerol. in tract. de remiss. c. 5. in princ. de qua re latè per Boccatium eodem tractatu. c. 3. per tot. & per Seuerolum, vbi supra cap. 6. Ad euitandam malitiam, & calumniam has remissiones petentium; statutum vult quod per petentes fiat depositum de quo ibi. Quo facto &c. antequam eis dilatio concedatur, consignandum vt ibi, si apparuerit per malitiam; & calumniam petitas fuisse.

Et intelligatur, &c. *Calumnia ex quibus dignoscatur tradit statutum ibi, si infra terminum, &c. vsq; ad §. depositum. Dignoscitur calumnia etiam alijs modis de quibus per Seuerolum vbi supra. d. c. 5. & 6. in princ. & c. 8. n. 1. & per Boccat. c. 3. n. 46. & sequentibus. & in pœnam probatæ calumniæ depositum amittet, vt in d. statuto.*

Sed si cognosceretur calumnia petētis ab initio non esset danda remissio. Aegid. decis. 427. & cons. 36. Rom. cons. 273. in fine. Felyn. in c. de cetero. nu. 15. de re iudic. cum ad officium Iudicis spectet euidentem calumniam repellere. Innoc. in c. 1. ver. à petitione de offic. Vicarij. Bald. in l. 2. col. 2. ver. in die. C. quomod. & quan. Iudex. Peregr. decis. 219. lib. 1.

Depositum autem, &c. *quando constat notoriè, quod per calumniam non petantur, non oportet facere depositum Iudice ita declarante, quia causa id exigente sunt concedendæ per omnes Iudices. c. constitutis. in fine. & ibi Abb. de fideiuss. c. significa. de offic. ordin. d. l. Iudices. & d. l. à procedente. C. de dilationibus præcedente tamen iuramento petentium de quo in l. de die. §. iubetur. ff. qui satisd. cogan. vbi Ang. & Castr. Seuerol. in d. tract. de remissionibus. c. 5. n. 3.*

De producentibus iura in vltima dilatione.
Cap. LXXVII.

SI quis, instrumenta aut priuatas scripturas seu documenta quæcumq; in vltima dilatione, quæ ad probandum & probatum habendum datur, produxerit, ne parti contra quam producuntur, defensio tollatur, volumus quòd illi noua dilatio, si petierit, detur; vel data Iudicis arbitrio prorogetur.

De producentibus iura in vltima dilatione.
Cap. 77. Glossa.

De iure communi differens calumniosè producere instrumentum postea non auditur, nisi refectis expensis; quia tarditate vexauit partem aduersam, ita notat Felyn. in c. de cætero. n. 11. vers. meritò dixit. Bald. de senten. & re iudic. Hic ideò non immeritò datur noua dilatio, vel data prorogatur; quando aliqua pars producit instrumenta in vltima dilatione; quia id calumniosè ad angustandam defensionem factum esse censetur. Quod non est ferendum; quia defensiones sunt de iure naturæ, & non possunt ideo à nemine tolli; per ea quæ habentur in Clement. pastor. de re iudic. l. vt vim. ff. de iust. & iure. l. 1. C. vnde vi. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. Papiens. in forma libelli pro hæred. ab intest. delat. in verbo, contradictionibus. nu. 2.

De Testium publicatione. Cap. LXXVIII.

IN quacunq; causa, siue ea ordinaria sit, siue etiam executiua, & in quacunq; instātia, si testium in causa examinatorum publicatio petatur, per Iudicem concedatur, & per Notarium infra tempora superius præscripta, petita copia detur, & à die habitæ copiæ, vel à die, quo eam Notarius ei tradere tenetur, is qui eam petierit, terminum dierū quinque vtilium ad opponendum contra personas & eorum dicta, & opposita probandum habeat: qui terminus censeatur & sit per hanc legem absq; Iudicis ministerio datus: quo lapso in causa ad incumbentia procedatur. In summarijs verò terminum prædictum Iudex arbitrio suo moderetur.

De

De testium publicatione. Cap. 78.
Gloss.

De iure communi publicatio in summarijs non est necessaria; & magis communis opinio est, quod etiam in ordinarijs non sit de substantia, vt illius omissio vitiet. Bart. & Alex. in l. prolatam. C. de sentent. & est tex. in c. cum leg. A. & ibi Abbas in 3. col. de re iudic. Felyn. ibi col. 1. & 2. Corn. in cons. 102. lib. 1. Bald. in c. 1. si de inuest. inter Domin. & vasal. Afflict. decis. 172. Matthes. sing. 38. Ias. in l. 2. n. 21. C. de eden. Menoch. de arbitr. q. 23. Tiraq. in l. si vnquam. in ver. reuertatur. n. 446. C. de reuocand. donat. Marant. 4. part. princ. dist. 9. n. 22. Vant. de nullit. ex defectu. proces. nu. 40. Papien. in forma oppo. contra testes. vers. sunt, &c. per totum multa dicit de ista materia; sed si petatur; per Iudicem est concedenda; & si illam negat datur appellatio. Felyn. vbi supra. Corn. d. cons. 102. & Marant. vbi supra. fol. 155. nu. 22.

De assettamento illiusq; voto. Cap. LXXIX.

ITem statuimus, quòd in omnibus sententijs & articulis, & in his in quibus per præsentia Statuta appellare permittitur; & quando quis à possessorio ad suspensum petitorium parte opponente transire vellet, de consilio & voto totius assettamenti, si id ab altera partium petitum fuerit, pronuntietur, & iudicetur; & de tali assettamento & voto causæ Notarius rogari debeat: aliàs prædictis non seruatis, sententia ipso iure non valeat, & omnes Iudices teneãtur sine aliqua mercede seu sportulis votare, pœna vigintiquinque aureorum ipso facto incurrenda, imminente: &, si quid datum, vel receptum fuerit, aut promissum pro tali Assettamento & voto, vni vel pluribus Iudicibus, sententia sit ipso iure nulla, respectu tantum committentis huiusmodi corruptelam, & Iudicibus imputetur in corruptelam, & pro corruptelæ delicto irremissibiliter in syndicatu puniatur, & possit is Iudex ab officio remoueri arbitrio Conseruatorum. Senator autem Iudices pro Assettamentis faciendis, saltem ter in hebdomada de mane congregare teneatur. Volumus etiam, quòd in causis in quibus à partibus votum Assettamenti non fuerit petitum, si Iudex aliquod consilium super aliquo ab alijs Iudicibus petat, teneantur illud gratis tradere, vt supra; quo casu Notarij scriptura necessaria non sit, nec tale votum in scriptis redigatur.

De assettamento illiusq; voto. Cap. 79.
Gloss.

Assettamenti definitionem, tempora; forma; Votum; & in quibus casibus sit adbibendum tradit Lucas Petus lib. 2. c. 13. per totum. Fuit aliquando dubitatum si post petitionem voti fuit deuentum ad alias protestationes absque repetitione præcedentis in qua fuit votum petitum, an per illas censeatur recessum à præcedenti; & voto in ea petito renunciatum; & cum versemur in iudicialibus, & non sufficiat vnica protestatio, sed debeat in quolibet actu repeti, aliàs videtur sibi nocere, & renunciare iuri suo, vt per Alex. in l. non solum. §. morte. vers. dici potest. ff. de oper. nou. nunc. Innocent. in c. Cumana de elect. firmat. Mobed. decis. 2. alias 44. de iudicijs. Puteus decis. 218. lib. 2. Caputaq. decis. 403. par. 2. Rot. diuers. decis. 688. nu. 3. & 779. nu. 5. par. 1. Videtur renunciatum etiam voto in præcedenti protestatione petito propter mox deducta. Sed illis non obstantibus contrarium sæpè iudicaui; quia præmissa procedunt in simplici protestatione; non autem in ea, quæ continet verba denotantia verbum futurum, vt ista nihil fieri nisi cum voto DD. de assettamento. Nam talis protestatio extenditur etiam ad actus futuros; & per alios sequentes non censetur ab ea recessum, ita sentit Innoc. in d. c. Cumana. per l. si ita. la 2. ff. de fideiuss. Imol. in d. §. morte. & in c. cum M. Ferrar. vbi Felyn. nu. 69. & 70. de constit.

Quod pro assettamentis, etiam in criminalibus, nihil omnino soluatur. Cap. LXXX.

IDem in Assettamentis pro causis criminalibus faciendis volumus obseruari, ne quis Iudex aliusq; officialis aliquid pro votis in assettamentis neq; pro ipso assettamẽto recipiat, promissione vel facto, sub pœna in proximo præcedenti capite contenta: & nihilominus ipsa assettamẽti deliberatio sit nulla; ità quòd de nouo contra illum pro quo fuit votatum, possit inquiri & procedi ac cognosci de eodem delicto.

De instantijs & fatalibus. Cap. LXXXI.

CVpientes quantum possumus finem litibus imponere, statuimus vt causæ omnes ciuiles, etiam executiuæ & summariæ, coram quibuscunq; Iudicibus & Magistratibus & ius dicẽtibus Capitolinæ Curię, intra Biennium à die litis contestationis, seu pro contestata habitę computandum, terminentur; quo Biennio elapso, instantia pereat, & actor condemnetur in expensis, & Iudex pœnam vigintiquinque aureorum incurrat: & nihilominus post lapsum instantiæ, teneatur Iudex ad instantia rei causam expedire. Volumus etiam, quòd instantia perempta, omnia acta, præsertim ordinatoria in dicta instantia facta, fidem faciant in quocunque iudicio; & hæc in prima. In secunda autem instantia, fatalia sint mensium sex, à die appellationis interpositæ. In tertia verò, vbi esse contigerit, sit mensium quatuor, à die appellationis, vt supra; quibus fatalibus elapsis, appellatio deserta remaneat: & nihilominus si appellatus petierit, causa appellationis per Iudicem terminari possit & debeat.

De instantijs, & fatalibus. Cap. 81.
Gloss.

Ciuiles, & pecuniariæ causæ de iure communi intra triennium debent terminari. l. properandum. 11. C. de Iudicijs. Nisi de Naufragio quæratur, istæ enim causæ sunt leuato velo quam citius exoluendæ. l. de submersis. C. de naufragijs. lib. 12. & si per actorem, seu reum, Iudicem, Patronum, Tutorem, Curatorem, vel Procuratorem steterit, quod intra triennium non terminentur, quæ nam pœna competat tradit tex. in d. l. properandum. 11. C. de iudic. In hoc nostro Statuto Iudicibus Capitolij biennium, à die litis contestationis ad Ciuiles causas dirimendas est assignatum, in prima instantia. In secunda sex menses, à die interpositæ appellationis. In tertia quatuor. Fatalia enim à die interpositæ appellationis incipiunt computari. Felyn. in c. quod ad consultationem. col. penult. vers. decima conclusio. de re iudic. Quibus elapsis causa remanet deserta, & prima sententia remanet à iure confirmata, & facit transitum in iudicatum. auth. ei, qui; & ibi Doctores. C. de tempor. reparat. appella. c. personas. c. cum sit. & c. reprabensibilis. de appellat. Rot. decis. 14. aliàs 98. in nou. de appellat. Hinc dubitatur an sit necessaria declaratio Iudicis ad quem? Et quod non sit necessaria, & possit Iudex à quo parte citata lapsis fatalibus suam exequi sententiã tradit Franch. in cap. ex parte. colum. antepenul. vers. septimo, & vltimo. & ibi Alex. col. 18. vers. circa primam. & col. 21. vers. 6. est quæstio. de appellat. Quicquid tenuerit Bart. in l. eos. n. 8. C. de appellat. latè Felyn. c. ex parte. il 2. col. 5. vers. & ideo petens. de rescriptis. quod & innuit statutum in c. 81. ibi appellatio deserta remaneat. & in c. 87. Consilium tamen est, & hoc recepit continuus vsus cum admittatur appellatio à desertione per statutum in c. 176. vt pronuncietur deserta per Iudicem, ad quem propter inhibitionem ab eo emanatam; vt dicit Franch. vbi supra, & quia appellans citatus posset petere restitutionem, & repositionem ostendendo non esse desertam. Rot. decis. 9. aliàs 74. & decis. 2. de appellat. in nouis. Franch. in c. ex ratione. col. 23. vers. secundo quæritur. eod. tit.

*De executione Instrumentorum.
Cap. LXXXII.*

COntra publica Instrumenta, per creditorem executioni demandari petita, nulla possit opponi exceptio, nisi dumtaxàt falsitatis; simulationis, vsurarum, solutionis siue satisfactionis, pacti de non petendo perpetuò vel ad tempus; rei iudicatæ, præscriptionis & litis pendentiæ: Quas exceptiones, seu earum alteram, possit debitor opponere, & oppositas probare debeat, infra decem dies vtiles, computandos à die pro qua debitor citatus fuerit, ad videndum productionem Instrumenti præfati, seu à die datæ copiæ, seu ad illam recipiendum præfixa; si reus copiam petierit: qui terminus sit legalis datus ab hac lege sine ministerio iudicantis, non solum ad probandum, sed etiam ad probatum habendum per omne genus probationis, & non sufficiat Testes in termino iurasse, nisi realiter & cum effectu in termino prædicto deposuerint. quo etiam termino durante Actor suam intentionem liquidare teneatur. Et si dicta Testium publicari contingat, seruetur quod supra de Testium publicatione traditũ est. Quibus diebus elapsis, ad petitionem creditoris seu habentis ius cessum ab eo, si exceptio aliqua de prædictis non fuerit opposita, seu opposita & non probata, Iudex realiter & cum effectu vnica citatione

tione

tione præcedente, dictum instrumentum executioni demandet, vel ipsum non mereri execurionem pronuntiet, & sufficiat vel pronuntiasse Instrumentum fore exequendum, vel relaxare mandatum executiuum. Fiat autem executio realis & personalis, prout actor elegerit, & per electionem vnius viæ alteri non præiudicetur; & prædicta locum habeant & seruentur, etiam ad instanriam hæredum creditoris, & contra hæredes debitoris, præterquã quo ad personalem, quo ad illos hæredes, qui beneficio legis & inuentarij tuti sunt.

De executione instrumentorum.
Cap. 82. Glossa.

Instrumentorum nomine, ea omnia accipienda sunt quibus causa instrui potest. l. 1. ff. de fide instrum. l. notionem. 99. §. fin. ff. de verb. signif. sunt enim de gestis scripturæ: vt quod actum est, per eas facilius probari possit. l. in re. 4. ff. de fide instr. l. contrahitur. 4. §. fin. ff. de pignor. & procedunt à pari, & cum testibus conferuntur in litibus exercendis. l. in exercendis. 15. C. de fide instr. In principio instrumenti quid præponendum, & de nomine Imperatoris, ac Pontificis tradit auth. de tabell. §. illud preterea, & auth. vt præponatur nomen Imperatoris. Testes quoq; sunt in eis adhibendi. l. vlt. C. si cert. petatur, & alia de quibus in l. scripturas. C. qui pot. in pigno. & instrumenta in forma celebrata probant. l. in exercendis. 15. C. de fide instrum. & sunt ex dispositione statuti huius exequenda seruata forma hic tradita. Limita primo nisi instrumentum non sit solemniter factum. l. vlt. §. fin. C. si cert. pet. 2. limita nisi instrumentum imperfectum sit, atq; non absolutum. l. contractus. 16. C. de fid. instrum. Tertio nisi non sit ab eodem notario absolutum d. l. contractus. & auth. de tabell. in princ. Quarto nisi signa instrumenti sint vitiosa, vel adulterina. §. oportet autem iudicantes. auth. de instr. caut. & fide. Quinto nisi instrumentum falsum sit; l. iubemus. 24. C. de probat. Sexto nisi comparatione literarum instituta literæ inter se dissimiles reperiantur. §. 1. auth. de instrum. caut. & fide. Septimo limitatur, nisi is qui instrumento vtitur antea id falsum esse confessus sit, neq; eo se vsurũ dixerit. l. si aduersarius. 3. C. de fid. instr. Octauo nisi instrumentum loquatur de alio quã de eo qui illo vtitur. l. ad probationem 21. C. de probat. Nono nisi quis non authentico conuieniatur instrumento. l. 2. ff. de fide instrum. l. in fraudem. 45. §. quoties. ff. de iure Fisci. Decimo nisi quid contra alterius partis voluntatem in instrumento scriptum sit. l. cum precibus. 18. C. de probat. Vndecimo nisi error interuenerit & probetur l. illicitas. 6. §. veritas. ff. de offic. præsid. l. 2. C. de errore aduocatorum. l. si librarius. 92. ff. de reg. iur. Duodecimo nisi aliud actum, aliud scriptum fuerit. l. 1. C. plus valet quod agitur. l. 2. C. eodem, & alijs sequent. l. quamuis. 4. C. si quis alteri, vel sibi l. cum propria. eodem. l. cum ea. C. de transact. Quod intellige nisi quid abundans scriptum sit. l. non solet. 94. ff. de reg. iur. l. verba. 37. C. de donat. l. testameu. C. de testam. l. pedieulis. 33. §. labeo. ff. de auro legato. Decimotertio limita nisi pugnantia in eodem instrumento reperiantur. l. vbi pugnãtia. 148. ff. de reg. iuris. Decimoquarto nisi diuersæ scripturæ proferantur. l. scripturæ. 14. C. de fid. instrum. de hac re Petus. lib. 3. c. 1. & 2. & capit. 4.

Et stante hoc nostro Statuto quod contra publica instrumenta, nulla possit opponi exceptiõ; nisi falsitatis, simulationis, vsurarum, solutionis; pacti de non petendo perpetui vel ad tempus, rei iudicatæ, præscriptionis; & litis pendentiæ. Tamen supradictæ: & aliæ nihilominus possunt opponi, vt infra patebit. Nam de iure ciuili. instrumentum quantumuis publicũ paratam executionem non habet; sed requiritur solemnis libellus; & iudiciarius ordo secundum tex. in l. minor. 25. annis. ff. de minoribus. vbi Bart. Bald. Alberic. Paulus de Castro & alij. Barzius de Guarentigia par. 1. princ. q. 8. ver. aliquando autem. Boer. decis. 295. num. 5. Osasc. decis. 129. nu. 2. Cotta in verbo instrumenta; Thesaurus. decis. 26. nu. 1. Nisi in iudicio confecta ac stipulata sint, nam tunc paratam executionem habent, glo. in verbo conscribat. auth. generaliter. C. de episc. & cleric. Bald. Paul. de Castr. & Alex. in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. Afflict. decis. 387. nu. 1. Surdus in cons. 271. nu. 38. idem Afflict. in decis. 135. n. 5. Maran. par. 6. actu. 10. n. 19. & 20. Limita 2. nisi coram Iudice parte præsente debitor contenta in eis vera confiteatur. l. si debituri. vbi Doct. ff. de iudic. Lucas Petus lib. 3. c. 1. in princ. Limita 3. in instrumentis Guarentigiatis; vel Camerali forma vallatis, vt de illis tradit Benedict. de Barzis per. doctr. Bart. in l. 1. ff. de iudic. Aug. in l. si debitori eod. Menoch.

de arbitr. casu 17. n. 4. Thes. decis. 26. n. 12. Petus vbi supra. Boer. decis. 295. n. 6. de alijs in forma Cameræ, Gallesius ad formam Cameræ part. 3. q. 4. nu. 3. & ratio est quia in istis formulis ita est inter partes conuentum, quod possint exequi in persona, & in bonis, & ita est seruandum, Bald. in d. l. minor. & in l. creditores. num. 26. C. de pignor. Franc. Mar. decis. 396. lib. 1. Boer. decis. 295. nu. 10. Thes. decis. 26. nu. 6. & Galles. vbi supra. limita. 4. in instrumentis sententiæ; quæ de iure communi paratam habent exequutionem, nisi per appellationem sit impedita l. minor. in penult. vbi Bart. ff. de minor. l. 2. & ibi omnes. ff. de exequut. rei iudic. Papien. in forma execut. senten. diff. in verbo sapiens vir. n. 3. & infra. c. 87. limita 5. & quando agitur ad fauorem fisci, nam instrumenta contra debitores fiscales habent executionem paratam. § coges auth. de mand. Principum. Bald. in l. 1. nu. 3. C. de condict. ex lege. vbi Salicet. n. 3. Pereg. de iure fisci. lib. 6. tit. 7. nu. 5. & 7. Limita. 6. in instrumentis testamenti, quia ipsa habent executionem paratam, dummodò in eis non adsit aliquod vitium visibile; & apparens. l. fin. vbi omnes. C. de edict. Diu. Adr. tollen. de qua re infra. c. 86. Limita 7. quando instrumentum est iuratum; quia ratione iuramenti habet executionem paratam. Bart. in l. 2. num. 8. vbi Fulgos. ff. de iureiur. Paul. de Castr. in l. post rem iudicatam. num. 2. & 3. de re iudic. Enerar. in loco à vi iuramen. effect. 18. nu. 50. & 51. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. donatione largitus. num. 104. C. de reuocan. donat. Marsil. sing. 356. Thesaur. in decis. 26. nu. 7. Seraph. de priuileg. iuramenti priuileg. 77. Verum, & contra ista instrumenta de iure paratam executionem habentia admittuntur exceptiones supra propositæ, & illæ quæ proponuntur in hoc statuto, et aliæ in quibus vt plurimum proposita repetuntur. nu. 43. vltimo loco cumulatæ per Carolum de Grassis Siculum in tract. de exceptionibus ad materiam statuti excludentis omnes exceptiones fol. 18. vsq; ad finem totius operis, & hoc statutum licet sit ordinatorium, tamen est in omni foro seruandum, Rota diuers. in decis. 452. num. 6. par. 1.

1. *Et Clerici vtuntur hoc statuto, Didac. pract. 49. c. 8. in fine. Seraphin. vbi supra. priuileg. 77. num. 22. Roland. cons. 48. num. 20. & 21. lib. 3. Didac. vbi supra num. 3. Nam statutum generale, & honestum quod potest commodum apportare comprehendit etiam Clericos, Bart. in l. cunctos populos. nu. 27. & sequen. C. de sum. trinit. & fide cathol. Tiraquel. de retract. lignag. § 1. glos. 13. nu. 4. Surd. in cons. 1. num. 3. lib. 1. Honded. cons. 3. num. 4. Doct. in c. Eccles. S. Mariæ de constit. Roland. d. cons. 48. num. 20. & 21. Tiraq. vbi supra. § 1. glos. 8. num. 41.*

De executione Apocharum. Cap. LXXXIII.

IDem modus & forma per omnia seruetur in executione Chirographorum, seu Apocharum scriptarum seu subscriptarum manu alicuius priuatæ personæ; & contra scribentem seu subscribentem, illiusq; hæredes, sicut publica instrumenta executioni demandentur; etiam quòd Apochæ prædictæ careant tempore, loco, causa, & partis præsentia; & si is qui eam scripserit, neget eã sua manu scriptam, & contrarium probetur; negans si summa sit infra ducatos centum; pœnam ducatorum decem; si supra centum ad rationem decem ducatorum pro quolibet centenario pro medietate parti, & pro alia Cameræ Vrbis applicandam, incurrat: in quibus, executionis tempore per Iudicem condemnetur, aliàs ipse de suo teneatur.

De executione apocharum. Cap. 83. Gloss.

Nam scriptura priuata siue scripta; siue subscripta ab aliquo probat contra scribentem; vel subscribentem. l. quadam. § nummularios. ff. de edendo. Doct. in l. admonendi. ff. de iureiurando l. publiæ. ff. deposit. Alex. in cons. 84. num. 1. lib. 7. Londen. in decis. 13. num. 29. & in decis. 207. num. 5. & 12. & in decis. 210. numer. 2. Ideoque & ipsa est sicut publ. instrumenta ex dispositione præsentis statuti executioni demandanda seruata eadem forma tradita supra c. 82. de executione instrumen. de qua ad praxim Lucas Petus lib. 3. cap. 3. Et regulariter apocha de iure probat solutionem l. pecuniæ. 14. C. de solut. l. 2. C. de apochis public. l. super chirographarijs. 17. C. si certum petatur ideoq; impediret executionem instrumenti ratione solutionis. de qua supra. c. 82. Valet enim statutum quod contra apodissas mercatorum nihil opponi possit, teste Bald. in tract. de statutis in verbo apodissa. fol. 89.

De

De recognitione instrumentorum, & apocharum. Cap. LXXXIIII.

PVblica Instrumenta, seu Scripturę, publica manu scriptæ aut subscriptę per duos Testes, qui manum & scripturam scribentis recognouerint, etiam si non fuerint præsentes confectioni talis scripturæ, intelligantur plenè recognita; etiam quo ad illorum executionē petendā. Apochæ verò seu aliæ priuatæ scripturæ recognitæ per tres Testes, deponentes vt supra, pro plenè recognitis habeantur, etiam quo ad illarum executionem petendam: & nihilominus possit fieri, tàm Instrumentorum quàm Apocharum recognitio, per comparitionem literarum, prout Iura disponunt. Possit quoq; Reus mulcta indicta, & captis pignoribus, ad recognoscendum suam manum compelli: vel in contumaciam non recognoscentis, ipso & eius procuratore legitimè, & vt supra de habendo aliquem pro confesso dictū est, citatis, pro recognita haberi.

De recognitione instrumentorum, & apocharum. Cap. 84. Gloss.

Si falsum dicatur instrumentum, seu apocha, & manus eius qui scripsisse dicitur esse negetur; aliaq; eius probandi argumenta deficiant; vt quia non inueniuntur testes, qui manum recognoscant; tunc ad comparationem literarum est confugiendum. §. certè, si ad vnum. auth. de instr. caut. & fide. nam est in primis animaduertendum an alia ratione fides instrumenti constare possit d. §. certè; & ab eo qui instrumentum profert, & ab aduersario, necnon ab ijs; qui comparationem faciunt iurandum est, quod nullius peruersitatis sint sibi conscij, nihilq; dolo egerint, &c. d. §. certè. & §. si nihil aliud. & §. vt autem omninò. l. comparationes. 19. in fine. C. de fide instrument. Nam comparatio cum summa; & exactissima diligentia procedere debet d. §. certè. Nec temerè comparationi literarum credendum est d. §. oportet. auth. de instrum. caut. & fide. & est comparatio facienda cum ijs quæ publicè, non priuatim conscripta sunt d. l. comparationes; & non solùm instrumenti, sed et subscriptionum comparatio fieri debet. §. si nemo, d. auth. de instrum. caut. & fide.

De executione Instrumentorum dotalium. Cap. LXXXV.

INstrumēta dotalia donationis propter nuptias, alimentorum, & quæcumq; alia documenta, ex quibus aliquid debeatur sub nomine & occasione dotis, citatis personis, quæ ex hoc principaliter lædi creduntur, statim vt exhibita fuerint, per Iudicem executioni mandentur contra debitores & eorum hæredes, & quoscunq; possessores bonorum tacitè vel expresè obligatorum, etiam si tertij possessores sint, & ab obligante causam non habeant; dūmodo bona prędicta per obligantem tempore obligationis, aut post possessa fuisse probētur: necnon & contra depositarium dotis, & bona eius; nullaq; contra dicta instrumenta exceptio, nisi falsitatis solutionis, siue satisfactionis dumtaxat, opponi possit; quas, siue earum aliquam opponens, infra decem dies vtiles cōputandos, vt supra de executione Instrumentorum dictum est, deducere, & probare, vt ibi idem statutum est, teneatur. Quibus decem diebus elapsis, dicta Instrumenta executioni mandentur realiter, ac etiam personaliter, quo ad obligatos, eorumq; hæredes in omnibus & per omnia, prout in dicto capite est expressum: & per vnius viæ electionem alteri nullatenus præiudicetur.

De executione instrumentorum dotalium. Cap. 85. Gloss.

Hoc idem immò plus concedit dispositio. l. vnica. C. de rei vxor. act. nam ex stipulatu actio competit, siue stipulatio interuenerit; siue non; d. l. vnica. §. 1. & hypothecaria. d. l. vnica. §. & vt plenius. Sed si intra annum dotem dare sit stipulatum ex die nuptiarum annus est numerandus; non ex die stipulationis. l. tali. 48. ff. de iure dotium. Sed actio hypothecaria sortitur effectum à die dotis promissæ. Boer. decis. 331. n. 1. Doctores in l. assiduis. C. qui pot. in pignor. habea. Soccin. in cons. 263. n. 2. An admittatur compensationis exceptio contra instrumentum dotale? & videtur quod non d. l. vnica. §. taceat. vbi gloss. & doct. C. de rei. vxor. actio. Contrarium determinat Afflictus in decis. 122. n. 4. & sequent. de compensationibus. Item admittitur exceptio administrationis tutelæ, ex qua potuit satisfieri, &

non reddit computum suæ administrationis.l.peculium. §. præterea.vbi Angel.ff. de pecul. Afflict.decis.13. n.16.& 18.Crauett.in cons.57. nu. 11.Rota in Romana tutelæ coram R. P. D. Penia,2. Aprilis. 1590.Et coram R.P.D.Orano in Romana hæreditatis de Beuilacqua 13. Maij.1591.super hoc statuto multa tradit Lucas Petus lib. 3.c. 5.per totum.

De executione Testamentorũ, & quarumcunq; vltimarum voluntatum. Cap. LXXXVI.

TEstamenta, Codicilli, Fideicommissa & quæcunq; aliæ vltimæ voluntates,ad instantiam illius cuius interest, si citatis ijs quorum principaliter interest, si aliqua per eos legitima exceptio infra decem dies vtiles opposita,aut opposita, probata non fuerit, vt supra de executione instrumentorum dictum est, per Senatorem & Collaterales simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, & omni iuris solemnitate omissa, executioni mandentur, in bonis quæ per defunctum tempore obitus possidebãtur, pro omnibus in eisdem vltimis voluntatibus contentis, & præsertim relictis ad pias causas: nec alia pronũtia opus sit, quàm declarare testamentum aut aliam vltimam voluntatem esse executioni demandandam, vel mandatum executiuum relaxare: fiat quoq; contra hæredem realis; & si non adiuit cum beneficio legis & inuentarij, etiam personalis executio, prout actor elegerit: & vnius viæ electio alteri non præiudicet.

De executione testamentorũ, & quarumcunque vltimarum voluntatum. Cap. 86. Glossa.

Et ex l. 3. C. de edicto diui Adriani tollendo hæres scriptus obtinet immissionem in possessionem hæreditatis vigore testamenti exhibiti in aliqua sui parte non cancellati, & non aboliti, neq; ex quacunq; suæ formæ parte vitiati, & Petus vbi supra c. 6.

De executione senteutiarum, arbitramentorum & laudorum. Cap. LXXXVII.

OMnis sententia,arbitrium, arbitramentum & laudum,à quo, vel à quibus appellatum, seu contradictum non est, seu quæ in rem transierint iudicatam, siue per expressam confirmationem siue tacitam, ex temporis lapsu resultantem, per Senatorem & Collaterales ad partis victricis instantiam executioni demandentur: & ex arbitriis, arbitramentis, & laudis descendentibus ex compromissis, cum pœna vel sine, oriatur actio & exceptio,sicut ex sententia Iudicis ordinarij,quæ transiuerit in rem iudicatam: &, si reus monitus, vt dictæ sententiæ arbitrio,arbitramento,& laudo parere debeat, infra octo dies non paruerit, aut de causa rationabili legibus approbata, quòd parere non debeat minimè docuerit, relaxetur contra eum citatum, mandatum executiuum realiter & personaliter exequendum; & per vnius viæ electionem, alteri non præiudicetur. Si verò sententia, arbitriũ, arbitramentum, seu laudum, per Iudicem ad quem fuerint expresse confirmata, ipse etiam confirmans suam sententiam exequi possit, vt infra tradetur.

De executione sententiarum, arbitramentorum, & laudorum. Cap. 87. Gloss.

Quia parum esset sententias obtinere nisi eæ debitæ executioni demandarentur, vt dicit Glossa in rubr. C. de execut. rei iudic. Ideo statuentes de ea hic tractant; ac formã illarum exequendarum introducunt;quam quidem formam Lucas Petus lib. 8. c. 1. tit. de execut. rei iudic. ad praxim deducit, & in c.2.tit.de execut. rei iudic. in ordinarijs. & in c. 3.tit. de execut.rei iudic.in executiuis.& in c.4.de execut. rei iudic. in summarijs dat praxim pro illarum executione iuxta formam statuti nostri. de ea vtiq; multa tradunt Doctores in l.à diuo pio. ff.de re iudic.& Papien.in forma execut. senten. diff. fol. 211. per totum, & Maranta in 6. part. Tertio & vltimo actu per totum. fol. 544.

De causis summarijs. Cap. LXXXVIII.

SVmmariæ causæ sunt omnes, in quibus de summa infra ducatorũ auri vigintiquinque, vel de re valorem prædictum non excedente, agitur. Item & causæ Cameræ Vrbis & Fisci Romani Populi, necnon possessoriæ omnes, & interdictorum, & alimentorum. Item & omnes causæ, quæ iure communi summariæ sunt, vel ex forma præsentium Statutorum disponitur, vt in illis summariè procedatur: necnon causæ Aduenarum & Clericorum, qui forum rei sequi coguntur virtute re-

assum-

assumptionis, aut inhibitionis, illis alibi agentibus, factæ. Item causæ locationum quarumcumq; in quibus quæstio dominij vel possessionis de iure referri nō potest: necnon & causæ pēsionum, domorum, prædiorum, casalium, pretij herbarum, responsionum etiam vinearum & locorū quorumcumq; censuum & canonum, cuiuscumq; summæ & quantitatis existant: & omnes causę, quæ de iure celeritatem desiderant: In quibus causis volumus, quòd sine libello, litis contestatione, aut alijs solemnitatibus seu ordinibus iudiciorum, etiam substantialibus, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, omni iuris solemnitate omissa (seruata in probationibus æqualitate) procedatur. Item & causæ Ecclesiarum, Hospitalium, miserabilium personarum, & mercedis, in quibus non solùm modo præmisso, sed etiā, si iusta subsit causa, extraiudicialiter omnibus diebus, etiam festis, præterquam in honorem Dei indictis, & omnibus horis, Iudicis arbitrio procedatur.

De causis summarijs. Caput 88. Gloss.

Summariæ illæ causæ nuncupantur, quæ summam vigintiquinque ducatorum auri continēt; & aliæ de quibus in statuto; & omnes illæ quæ sunt tales ex dispositione iuris communis, quas latè congerit Marant. in suo specul. 4. part. princ. 9. distinct. fol. 152. nu. 1. nu. 40. & sequen. nu. 46. & sequent. nu. 166. & sequent. vsque in finem; in quibus proceditur sine libello, litis contestatione; & sine alijs iuris solemnitatibus, etiam de iure communi; vt patet apud Marantam vbi supra latissimè; quo loci dicit; quæ sint de iure necessaria in istis causis pertractandis, & terminandis, de hac re latè tradit Lucas Petus lib. 3. c. 1. tit. de causis summarijs, ad praxim huius statuti.

De generali forma procedendi in Summarijs, vbi alia forma à Statutis tradita non est. Cap. LXXXIX.

ACtor citato reo, suam verbalem petitionem, qualem per Notarium in actis describi & redigi faciat, & si iterum & tertio reus citatus contumax fuerit, pro re vel summa petita, contra eum tamquam contumacem, mandatum executiuum relaxetur, & executio fiat, iuris ordine seruato: & si reus adhuc in contumacia perstiterit, procedatur ad subhastationem & deliberationem pignorum, vsque ad integram satisfactionem summæ petitæ, vt infra de executione Iuris ordine seruato traditur. Si verò reus comparuerit, & expensas contumaciæ refecerit, audiatur executio tamen (si facta fuerit) non reuocetur, sed stet vsq; ad finem litis, vel vsq; quo reus idoneum depositarium dederit: & si reus actoris intentionem confiteatur, detur ei si petierit terminus ad soluendum dierum decem. Si verò actoris intentionem negauerit, & actor illi iuramentum litis decisiuum deferre voluerit, cogatur reus, aut iurare, aut referre; & si iurare cessauerit, Iudex referat actori, & reum ad soluendum per mandati executiui relaxationem cogat: & si actor ex delatione iuramenti à reo facienda iurare noluerit, absoluatur reus; & si neutra pars sacramentum deferre petierit, Iudex det partibus (si altera petierit) terminum dierum quinque vtilium ad probandum: quo termino elapso, causam expediat, vel reū absoluendo, vel contra eum mandatum executiuum relaxando, prout iustum fuerit. Possit etiam in prædictis via Monitorij procedi, & tunc articuli, si dabuntur; sin autem monitorium ipsum loco petitionis, & pro petitione attendantur. Iuramentum quoque calumniæ, si petatur præstari debeat, vt supra in ordinarijs est expressum; & si attestationum publicatio petita fuerit, seruentur ea quæ supra de publicatione in ordinarjs traduntur.

De generali forma procedendi in summarijs, vbi alia forma à Statutis tradita non est. Cap. 89. Gloss.

Super hoc, & præcedenti statuto satis elaborauit Lucas Petus lib. 3. c. 1. & c. 2. quo loci sub nu. 7. & sequen. iutrat materiam iuramenti decisorij. de quo per tex. & notata ibi per Doct. in l. manifestè. ff. de iureiurando. vbi dubitant Doct. An Actor qui nihil de sua intentione probauit possit cogere reum ad iurandū, vel referendum, vel reus sit omnino absoluendus. Et quidem resoluunt per actorem nihil probato posse reum recusare iurare sine turpitudine; & esse absoluendum, ita intelligendo tex. in dicta l. manifestè. ff. de iureiuran. prout intellexit Specul. de iuram. delatio. §. 1. ver. sin autem actor nihil omninò probat. pro quo facit. Bald. in c. fin. tit. quo tempore miles, dicit quod vbi actor nihil probauit, non potest Iudex reo

aliquid

aliquid mandare, ergo nec quod iuret, vel referat. & allegat Innocent. in c. solet. de sentent. excomm. idem Bald. in l. fin. §. fin. ff. quod met. caus. & in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. & in l. vsufructuum. col. 1. ff. de his qui notant infam. & in cons. 147. lib. 4. Abbas qui allegat specul. vbi supra. in c. fin. in col. 3. ver. circa prædicta. de iureiuran. & in c. 2. in 1. not. de clandest. despõs. Rom. in cõs. 91 nu. 10. De hoc iuramento multa tradit Papien. in forma respon. rei. in ver. iurisiurandi. fol. 109. & Marant. pars. 6. Nonus actus. n. 22. & sequ. fol. 426. Quando autem deferens ipse ignorat factum non habet locum relatio, Natt. in cons. 35. Nec quando actor assumpsit onus probando est locus huic iuramento. Natta d. cons. 35. nu. 3. Contradicit Aymon. in cons. 203. n. 6. & per totum. de qua re vide Bart. in l. nam & postea. §. sed si damnetur. ff. de iureiur. Ias. & alij in §. item si quis. instit. de actio. An autem liceat debitori electa via probandi per testes ad iuramenti delationem confugere? & videtur quòd non per allegata per Osaschum in decis. 97. nu. 1. & sequen. vsq; ad nu. 6. & ita disponitur hoc in nostro statuto, vt animaduertit Lucas Petus vbi supra sub nu. 8. in fine; quo loci nititur hanc statuti dispositionem ostendere esse communem de iure, vt per Boer. quem citat. in decis. 95. contrarium firmat Osasc. in d. decisio. 97. sub nu. 6. & sequ. vsq; in finem. de qua quæstione vide Dec. in c. sicut. extra de probat. Rip. in l. admonendi. n. 65. ff. de iureiuran. Cagnol. in l. 2. n. 264. C. de pactis inter empt. & vendit. Crauett. in cons. 207. Vt statuto multum debeamus exempti ab eo ab ista controuersia.

An autem aduersus huiusmodi iuramentum decisorium admittatur appellatio? & videtur quod non, per tex. in l. 1. C. de rebus cred. & iureiuran. vbi causa iuramento delato decisa, non retractatur. l. actori. C. eod. cum alijs allegatis per Osasch. in decis. 61. Actor iuramentum. nu. 1. & sequ. vsque ad n. 6. Contrarium tenuit Placen. quem refert glos. in l. generaliter. ver. detulit. C. de iureiur. ea ratione quia is qui refert dicitur id facere ex necessitate l. illud §. fin. ff. de constit. pecun. vt iura supra allegata procedant in relatione voluntaria; quæ potest esse si reus non expectata ordinatione Iudicis approbantis delationem iuramenti illud referat actori. ita Osaschus in d. decis. 61. n. 7. vsq; in finem, & nu. 6. non autem in necessaria, vt in dicta decis. & hoc statutum inducit formam. Felyn. in c. dilecta. col. 10. de rescriptis. de qua forma vide infra. c. 140. ver. & vbi per Iudicem.

Quod forma procedendi in summarijs seruetur coram omnibus Consulibus artium.
Cap. XC.

PRædictam in Summarijs causis procedendi formulam seruari mandamus coram omnibus Consulibus artium in quibuscunq; causis coram ipsis quomodocumq; & qualitercumq; etiam in vim rescriptorum Apostolicorum, si in eis alia forma tradita non sit, vertentibus. Cassantes, irritantes & annullantes quascumq; alias formulas per eorum particularia Statuta traditas, vt iudiciaria formula ad vnam consonantiam, quantum fieri poterit, reducatur; exceptis Statutis nobilis artis Agriculturæ Vrbis, quæ tam in procedendo quàm in decidendo, in eorum foro seruari mandamus.

De forma procedendi in causis interdictorum & possessorijs. Cap. XCI.

IN causis possessorijs & interdictorum, actor citato reo, suam petitionem exhibeat in scriptis; qua exhibita, siue reus litem contestetur, siue non, actor sibi incumbentia probet, & productio articulorum, seu materiarum specificatio, vel etiam iurium productio, pro contestatione habeatur: in reliquis procedatur, prout supra de generali forma procedendi in summarijs traditum est.

De forma procedendi in causis interdictorum, & possessorijs. Cap. 91. Gloss.

Materiam statuti huius tradit Lucas Petus. lib. 4. c. 3. & tandem firmat, quod in istis possessorijs non liceat iure ciuili appellare per tex. in l. 1. C. si de moment. possess. fuerit appellatum super qua latissimè Contardus; sed limitatur ratione damni irreparabilis in petitorio. Ang. in d. l. 1. n. 3. & alij allegati per Contardum vbi supra limitat. 1. per totam. Limitatur 2. ratione mixturæ, quia dispositio illius legis procedit in mero possessorio. Salycet. in d. l. 1. nu. 3. ver. oppono tertio cum alijs allegatis per Contardum limitatione 2. limitatur 3. ratione iuris canonici; quo iure ab omni grauamine datur appellatio. Bellam. in c. ei qui. §. de possessione.

ſione. in fine.2.q.6.& in c.ad ſedem num. 10. vbi Abbas n.30.de reſtit. ſpoliat.Contardus vbi ſupra limitatione 3. ſed hæc non procedit ſtante ſtatuto quod ſtatutis deficientibus ſeruetur ius. ciuile ſupra. c. 42. quod idem dicendum eſt de ea limitatione quæ datur ratione Canonis reintegranda. 3.q.1. de qua per Contardum vbi ſupra limitat.4.Limitatio 5.eſt ratione interlocutoriæ: quia regula illius legis procedit reſpectu ſententiæ diffinitiuæ: nam à quocumq; grauamine illato ante ſententiam diffinitiuam; vt ſi pronuncietur libellum non procedere; exceptionem propoſitam non obſtare,& ſimile poteſt appellari. Ang. in d. l.1.in princ. C. ſi de momen.& in l. fin.§.iuſſus.ff.de appellat.cum concordantibus allegatis per Contardum in d. l. 1. limitatione. 5.Limita.6.ratione cuiuſlibet alterius remedij,nam & ſi lex & ſtatutum prohibeant appellationem; non excludunt alia remedia, vt puta reſtitutionem in integrum; recurſum nullitatem, & alia de quibus Contardus vbi ſupra limit.6. Limita ſeptimo ratione nullitatis dummodò principaliter deducatur non adhæſiuè. Bald.in d. l.1.n.6.in fine, Franc. in c. dilecto. nu. 110. de appellat. Bouer. ſing. 6. Guido Papæ deciſ.38.& Contardus vbi ſupra limitat. 7. alios citat.Limita octauo ratione reſtitutionis in integrum nam per legem; nec per hoc ſtatutum cenſetur prohibita, Azzo. Vgol.& Bagarottus quos Odofredus in l. momentaneæ. nu.19.C.qui leg. per.cum alijs allegatis per Cõtardum. in d. l. 1. C. ſi de moment. limitat. 8. in princ.Limitatio.9.eſt ratione notoriè iniuſtitiæ; nam quando ſententia lata in poſſeſſorio eſt euidenter iniuſta datur appellatio. Bald. in d.l.1.nu.4.ver.de vno quæro. dummodò in appellatione exprimatur cauſa.Innocent.in c. fin. de nou. oper. nunc. Alex.in conſ.91. nu. 2. lib. 6.in conſ.113.n.8.lib.5.Natt.in conſ.51.n.21. & in conſ.172.n.4.lib.1. Menoch.de adipiſcen. remed.4.n.850.& pro concordantibus infinitis Contard.in d.l.1. limitat.9.per totam. Limitatio decima eſt ratione doli Iudicis, nam quando Iudex dolo, ſeu culpa ſententiam tulit in poſſeſſorio datur appellatio; quia talia ſunt emendatione digna, & non debent remanere indiſcuſſa, & incorrecta,Bald. in conſ.217.in fine. lib. 2. ſequitur Grat. in conſ. vlt. n.48. lib.2. Bald.in c. vt debitus,col.2.ver. pone quod &c. de appellat.cum alijs allegatis per Contard.vbi ſupra. limitat. 10. per totum. limitatio vndecima aduerſus Iudicem. Duodecima propter rationem appellandi in promptu, vt per Contard.vbi ſupra limitat.11.& 12.Limitatio 13. eſt ob delationem Iudicis à quo de qua latè apud Contard. diſſeritur,controuertitur, limitatur, & declaratur, vbi ſupra limitat. 13. & decimaquarta eſt ex contractu, vt ibi per eum. Limitatio decimaquinta eſt poſſeſſorium iuris; vt ſunt bonorum poſſeſſiones; in quibus l. & ſtatuto non obſtante datur appellatio. l. 1. C. de bon. poſſeſſ. ſecum tab. iuxta intellectum Cyni, & aliorum ibi.quos cum alijs refert Contard. vbi ſupra limit.15. Limitatio decimaſexta eſt ratione ſequeſtri; nam ſi Iudex ne partes veniũt ad arma poſſeſſionem ponit ſub ſequeſtro datur appellatio.Ang.in conſ. 107. Duen. reg.44. in 2. limit. Marant. in 2. actu princ. n.296. controuertitur,& reprobatur apud Contar. vbi ſupra, limita.16.Limita. 17. ratione negatiuæ quando ſcilicet fuit per Iudicem pronunciatum actorem non eſſe immittendum, Tunc enim actor victus poterit appellare. Ang. in l. quiſquis. C. quorum appell. non recip. Duen.reg.44. limit.1.Menoch.de adipiſcen. remed. 4.n.876. & Contard. vbi ſupra limitat. 17. Limitatio 18. eſt ordo cauſæ ad cauſam, vt quia Iudex procederet primo ſuper petitorio, quam ſuper poſſeſſorio,contra tex.in l. ordinarij iuris. C. de rei vendic. & in l. incerti. C. de interdictis. Bero.in conſ.48.n.7.& conſ.51.n.6.lib.3. quos & alios citat Contardus vbi ſupra limitatione 18.Limitatio 19. eſt ratione exceſſus, nam non reperitur aliquis caſus, in quo ab exceſſu non poſſit appellari,Bald.in c.licet de offic. ordin. & in conſ. 428. lib. 1. Dec. in c. nouit. nu. 3. de appellat. Crauet. in conſ.273. nu.1. & probat tex. in l. ab executore. C. quorum appellat. per quem ita conſuluit Bald. in conſ. 321. col. 1. verſ. præterea quando.lib. 4. Capicc. deciſ. 1. & deciſ. 34. Limitatio 20. eſt ratione pœnæ quando Iudex condemnat ad aliquam pœnam, & ad reſtitutionem poſſeſſionis; quia tunc reſpectu pœnæ eſt appellationi deferendum. l. ſi quis in tantã C. vnde vi. & per ea quæ dicta ſunt ratione naturæ. Card. in clem. vnica. de ſequeſ. poſſeſ. in princ. nu.11. Guid. Pap. deciſ. 37.& Contard. vbi ſupra limit. 20. Limitatio 21. eſt ratione detentationis; ea ratione quia in iudicio detentatorio nullum ſperatur petitorium,Menoch. de adipiſc.d. remedio 4.n.863. controuertitur, & demum firmatur apud Contard. vbi ſupra limit.21. Limitatio. 22. eſt ratione ſtatuti; nam ſtatuto, vel conſuetudine diſponente; quod in poſſeſſorio liceat appellare, ſtatutum loci erit ſpectandum, Grat. d. conſ.

vlt.

vlt. nu. 13. lib. 2. & nu. 16. & Contard. vbi supra limita. 22. alios citat. Limitatio 23. est ratione appellationis tertij; quia non obstante quod principali sit appellatio probibita per legem, vel statutum poterit nihilominus tertius appellare, Capic. decis. 34. sub n. 5. Zucchard. in l. fin. nu. 446. C. de edict. diui Adria. tollen. Menoch. de adipiscen. remedio 4. nu. 846. alios citat. & id probat tex. in c. super eo. de off. deleg. quem singularem appellat, Franch. in c. pastoralis. in princ. n. 25. de appellat. & in d. c. super eo notant Ant. de Butr. Andr. Barbat. Card. & Fely. & Dec. n. 7. Alex. in cons. 84. n. 5. lib. 3. Puteus in decis. 147. lib. 2. Hippo. sing. 295. Paris. in cons. 107. nu. 121. lib. 3. Menoch. d. remed. 4. nu. 849. & latè Contard. vbi supra limitat. 23. Limitatio 24. est ratione complicationis; quando sunt duæ causæ simul complicatæ, quarum vna admittit appellationem; alia verò non; & sententia est simul lata super vtraq; causa; nam tunc ab vtraq; poterit appellare. ita Bald. in cons. 141. n. 7. lib. 1. Menoch. de adipiscen. remed. 3. n. 187. Crescent. decis. 120. & ita fuit resolutum in pluribus causis per Rotam, vt videre datur apud Contard. vbi supra. limit. 24. nu. 4. Limitatio. 25. est ratione appellationis extraiudicialis; quæ fit non à grauamine iam illato; sed ab instanti, vel futuro grauamine. Clement. sicut. cum ibi notatis, & clement. appellanti. vbi glos. de appellat. hanc tuetur multis rationibus, et authoritatibus, Contar. vbi supra limit. 25. per totum. Limitatio 26. est ratione absolutionis ab obseruatione Iudicij, vt probat Contard. vbi supra limitat. 26. eo quia est interlocutoria; quæ cum feratur in possessorio datur appellatio. vt dicit in limit. 5. Limitatio 27. est ratione dubij; nam quando dubitatur an sit appellationi deferendum vel nec in dubio semper admittitur. Bart. in l. 1. n. 6. ff. nil noua. Angel. in l. 1. §. interdum. n. 4. ff. à quibus appe. nō licèt. Ias. in cons. 187. col. 1. ver. septimo multum facit. lib. 2. Bald. in cons. 141. n. 1. lib. 1. Grat. in cons. vlt. n. 11. & 51. lib. 2. Decius in c. vt debitus. n. 23. de appellatio. & id ea ratione quia agitur de minore præiudicio; si appellatio admittatur, quam si reijciatur, & in dubio illud debet attendi; quod minus præiudicat. Soccin. in cons. 39. nu. 9. lib. 4. Franch. in c. consuluit. n. 3. de appell. vbi etiam quod appellatio sit prohibita, vult nihilominus ratione dubij esse admittendam. & in c. constitutus. n. 18. eod. Tiraquel. le mort saisit. 6. declar. 6. part. n. 10. de qua re latè Contardus vbi supra limitat. 27. Et cum hoc statutum in rubrica dicat de forma procedendi, & c. inducit formam. Fely. in c. dilecta. col. 10. versic. 10. de rescrip. Passettus cons. 12. Osaschus decis. 165. n. 9. & 10. Grat. cons. 52. n. 35. lib. 2. Riminal. iu. cons. 5. n. 217. lib. 1. Ias. cons. 168. col. 5. lib. 2. de cuius formæ effectu vide infra c. 140. ver. & vbi per Iudicem.

Si plures contendant se eandem rem possidere. Cap. XCII.

SI plures de eadem possessione contendãt, & nullus eorum velit agere, sed altercantes inter se quisq; asserat se possessorem, & in possessione esse, & velle insistere, nec de alicuius possessione constet, ad tollendas rixas, quę inde verisimiliter exoriri possent, Senator, vel eius Iudices, ex suo officio, sequestrata vel ad se auocata possessione, terminum vtrique parti quinque dierum vtilium ad docendum de eorum possessione statuat, & illum qui melius, aptiusq; de actuali possessione, & eius iure docuerit, in possessione manuteneat atq; defendat, etiam manu militari, si opus fuerit, & succumbentem ad cauendum cogat de non turbando, nec molestando vlterius via facti: necnon eidem ad agendum, siue super possessorio ad recuperandam possessionem amissam, siue alio remedio, vel interdicto à iure, vel Statuto prodito, terminum duorum mensium statuat: quo elapso, ad partis petentis instantiam, si agi cœptum non fuerit, quo ad possessorium, perpetuum imponat silentium, dictamq; causam retinendę possessionis omninò quacunque appellatione reiecta, infra viginti dies vtiles terminet: aliàs pœnam vigintiquinque aureorum, tempore syndicatus de suo salario retinendorum incurrat.

Si plures contendant se eandem rem possidere. Cap. 92. Gloss.

Si inter duos contendatur vter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat, tunc si res soli sit de cuius possessione contenditur, ad interdictum vti possidetis remittentur. l. 1. §. huius autem. ff. vti possidetis. quod interdictum est probibitorium retinendæ. d. l. 1. §. est hoc igitur. ff. vti possid. & est duplex; & hi quibus cōpetit, & actores, & rei sunt. l. si duo. 3. §. hoc interdictum. ff. eod. §. tertia diuisio. instit. de interdictis, sed si inter duos de possessione contro-

uersia

uersia sit; adeo vt sit metuendum ne veniant ad arma, Prætor potest eos sua iurisdictione compescere. l. si cuius. 13. §. sed si inter. ff. de vsufr. & quemad. §. retinend. instit. de interdict. l. æquissimum. ff. de vsufruct. quando enim incertum est quis possideat in interdicto vti possidetis, res sequestratur. Bald. in c. 1. col. 2. de sequestr. possess. per c. quia res. 11. q. 1. Nam etsi regulariter sequestratio probibita sit. l. una. cum rubr. C. de probib. sequestr. pecu. quia pendente lite quis non est sua possessione priuandus. c. 1. vt lite peuden. c. 1. de sequestr. possess. oportet enim debitorem primo eonuinei, & deinde ad solutionem pulsari d. l. vna. C. de probib. sequestr. peeu. Boer. In deeis. 172. est enim sequestratio executioni similis, quæ non fit ex abrupto, nec sine causa. l. 1. C. de exee. rei Iudie. Bald. in c. 1. eol. 3. de sequestr. possess. & fruct. Tamen illa eonceditur, ne partes veniãt ad arma, vt in boc statuto pro quo stant allegata iura. & tex. in d. l. equissimum.

Datur etiam ex alia causa sequestrum, vtpotè si dubitetur de dilapidatione rerum; seu fructuum lite pendente; quando reus non est soluendo, quod intelligitur in iudicio petitorio. l. Imperatores in fine. ff. de appellat. Abb. in c. 2. & finali. de sequestr. possess. & fruct. vbi babetur quod quando æquitas; vel causa suadet iudieem ad sequestrandum potest fieri sequestratio; & sic potest extendi ad alios casus; & omnes alios comprabendit; quos enumerant glos. & Doct. in d. l. vna. & ibi Curtius dat octo easus, & Doct. in d. c. 2. & Hostien. in summa de sequestr. §. & an sit licita. conscripserunt quindecim casus, Aufre. in decis. Tbulos. 477. Alex. in eons. 163. lib. 6. Et in quibus casibus sequestrum eonceditur, in illis die feriata etiam in bonorem Dei si periculum sit in mora coneedi potest. Bald. in d. l. vna. & Ias. in l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan. quod est intelligendum quando agitur de sequestro rei mobilis. de bac re Papien. in forma libel. pro turb. posses. glo. ad cessandum. n. 4.

Et vbi sequestratio est prorsus probibita poteris tamen pars petere rerum, & fructuum descriptionem fieri, ad boc vt quantitas rerum, & fructuum facilius sciri; ac probari possit. Bart. in l. 1. §. fin. ff. de ventre in possess. mitt. & in d. l. vna. Bald. in c. 1. de sequestr. posse. & fruct. & in l. si fideiussor §. fin. ff. qui satisd. cogan. vbi Alex. & Iason, & vt mibi rescripsit Sanctiss. D. N. Paulus V. Benefactor meus in quadam causa, in qua partes contendebant de rei litigiosæ fructuum descriptione; descriptio nunquam negatur; sed semper conceditur; quia nemini præiudicat.

Et postquam Iudex decreuit sequestrum; seu descriptionem; illa sententia non obstante appellatione executioni mandabitur. l. Imperatores. in fine. ff. de appellat. Bald. & Roma. in dicta l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdare cogan. quia præsumitur fuisse appellatum causa executionis impediendæ; & differendæ. l. satis apertè. C. de fals. Abbas. in d. c. 2. de sequestr. possess. quod maximè est affirmandum in casu nostri statuti, quia ex illius dispositione sequestrum conceditur; quia à lege, ac illius ordinatione non appellatur. l. si qua multa. ff. de verbor. signif. & si appelletur, nihilominus exteutio non obstante aliqua appellatione fiet. quod idem dicendum est si Iudex ad se possessionem auocauit. per præallegata. & ita dictat boc nostrum statutum.

Cognito possessore Iudex eum in possessionem manuteneat atq; defendat etiam manu militari si opus fuerit, ita enim disponitur in boc statuto; & ita est faciendum communi iure inspecto. §. retinendæ. instit. de interdictis. l. 1. §. est boc. ff. vti possidetis l. exitus. 35. ff. de acquir. possess. l. vnica. C. vti possidetis. l. 1. in princ. ff. eod. l. 3. §. item videamus. ff. eod. l. sicuti. 8. §. sed & interdictum. ff. si ser. vendic. l. vim. 11. ff. de vi & vi armat. l. sanc. 14. ff. de iniurijs. cum similibus. Roland. in cons. 8. n. 25. lib. 4. & quando ab aliquo eorum dubitatur de paritate probationum potest peti diuisio possessionis. Bart. in l. si duo. ff. vti possid. Papien. in forma lib. pro turb. possess. in verbo ad cessandum. sub n. 4.

De dubitantibus ad rem possessam aeeedere.
Cap. XCIII.

TEneantur Senator, & eius Iudices, cuilibet dubitanti accedere ad rem immobilem, quam possidet, dare Mandatarium vel Marescallum, qui eum associet ad requisitionem petitoris, nisi aliud de iure obstaret.

De dubitantibus ad rem possessam accedere.
Cap. *93.* Gloss.

De bac re multa tradit Tiraquell. de iure constit. possess. 17. limitat. per totam. & Marant. par. 6. Octauus actus. n. 30. & 31. fol. 421. Aret. in cons. 21. & banc nuncupant assistentiam;

tiam; qua Iudex associat quem ad suam possessionem, & in Curia vocatur mandatum de associando; quo Iudex associat possessorem ad suam possessionem: quomodo autem id perfici possit tradit Tiraquel. vbi supra dicta limitatione 17. per totam. Competit enim ista assistentia, seu associatio habenti ciuilem; contra naturaliter possidentem qui constituit se pro eo possidere ad quam ipse associatur, & detentor expellitur. Tiraquel. vbi supra. Competit etiam ei cui est ex pacto data facultas intrandi, & capiendi possessionem propria authoritate cum clausula constituti, & præcarij, vt per Tiraquell. & Maran. vbi supra & per Aret. d. cons. 21. & clarius per Menoch. de adipiscenda remed. 5. nu. 36. & sequent. Tiraquel. vbi supra. par. 1. n. 37. & 40. Sed si creditor priusquam extraiudicialiter in vim pacti; & constituti tentauerit propria authoritate possessionem ingredi, adiuerit Iudicem pro assistentia, & associatione, non poterit amplius sibi propria authoritate ius dicere, sed associationẽ Iudicis expectare opus erit. ita Bald. in l. 2. in quæst. 10. ff. de seruit. & aqua. quia ex quo elegit viam iudicij, videtur fuisse meticulosus; & ad viam facti redire non potest. ita Bald. ibi. & l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nunc. arg. l. si mulier. §. si. ff. quod metus causa. ibi quam viam ego elegero, hæc mihi pateat. & quod notatur in l. 2. C. de iure emphit. & ne iudicium incohatum sit ludubrio, sitq; in potestate vnius idipsum euertere arg. l. si quis rem in ratione sui dicti. ff. de arbitr. Sed si adeundo Iudicem fuit protestatus saluam viã facti sibi manere, ei manebit salua. Alex. in cons. 130. col. 5. lib. 4. Ias. in l. 2. col. 35. ver. istud tamen limita. C. de iure emphit. Alex. in cons. 131. col. fin. ver. accedit quia lib. 4. An autem vigore istius statuti possit associari ad rem possessam à tertio, non ab eo qui suo nomine constituit possidere vt supra, & res caret dubio posse exercere etiam contra singularem successorem etiam resistentem authoritate propria in vim solius constituti. Bart. in l. 3. in 4. quæst. vbi Salicet. col. 8. C. de pigno. Bald. in cons. 58. lib. 5. Aret. d. cons. 21. col. pen. in 3. dubio. Alex. in cons. 85. col. 2. lib. 6. Soccin. cons. 82. col. 2. lib. 3. Guid. pap. decis. 356. Gozzad. cons. 28. n. 15. & 42. Quod intellige si id tentet in continenti post translatam possessionem suam in singularem successorem; non ex interuallo. Paul. de Castr. in d. cons. 10. lib. 1. Ruyn. cons. 127. lib. 5. Multo magis adeundo Iudicem pro associatione ad possessionem sibi in singularem successorem interuersam per supradicta. An autem adeundo Iudicem sit necessaria citatio partis? & dic vt per Menoch. de adipisc. remed. 5. nu. 147. & seq.

Si fideiussor, vel expromissor se eximi ab obligatione, vel sibi pro indemnitate caueri petat. Cap. XCIV.

Fideiussores, aut expromissores, qui se obligauerint pro aliquo, si iuxta formam infra suo loco traditam, sibi succurri velint, Iudicem adeant, qui citatis illo pro quo se obligauerint, & alijs quorum interest, si ij cessauerint eum à fideiussione eximere, aut fideiussorem de releuando indemnem præstare, vnica citatione præcedente, contra eum pro quo facta est fideiussio, vel expromissio, mandatum executiuum realiter & personaliter exequendum relaxet; & per vnius viæ electionem alteri non præiudicetur.

Si fideiussor, vel expromissor se eximi ab obligatione, vel sibi pro indemnitate petat caueri. Cap. 94. Gloss.

Fideiussor vocatur; qui alieno nomine obligatur; & plerunq; ab eo; quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur: dum curamus; vt quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur. l. 1. §. sed aut proprio. ff. de act. & oblig. §. 1. instit. de fideiussoribus, & fideiubere est suo periculo id, de quo agitur recipere; quod per stipulationem fit. Cuiac. Not. ad instit. de fideiussor; & fideiussio sola verborum stipulatione nititur; re aut facto non perficitur. Connan. lib. 2. c. 3. nu. 5. Et ideo non fit nisi per stipulationem his verbis. Fideiubes? Fideiubeo. Qui dicit fideiubeo fideiussor est. Qui dicit fideipromitto, fideipromissor, qui spondeo, sponsor. Inde tit. 1. senten. Paul. de fid. & spons. & in tit. 8. inquit. Minor in his quæ fideiussit, vel fideipromisit; vel spopondit. Sed dicitur fideiussor quocunq; verbo intercesserit, sicut & sponsor, licèt non dixerit spondeo, vel fideiubeo, vel fideipromitto l. 7. ff. de verb. signif. cum igitur scriptum est aliquem fideiussisse; solemnis stipulatio interuenisse intelligitur; & quod scriptum est, actum etiam esse videtur. §. vlt. inst. de fideiuss. l. 7. §. si scriptum. de inut. stipul. l. Titia. §. penult. ff. de verbor. oblig.

oblig. l. 1. C. de contrah. stipul. quod idem est mandator. Nam si quis pro aliquo fideiussit; vel vt alicui crederetur mandauit tenebitur actione mandati erga creditorem. §. si quid. Inst. de fideiuss. l. si hæreditatem. 3. ff. mandati. §. tua tantum instit. de fideiussor. Nisi is fideiusserit; vel mandauerit; qui obligari non potest; nec conueniri. l. qui satisdare. 3. ff. de fideiuss. l. sed etsi. 20. ff. eod. l. nulla. 5. C. quod cum eo qui in alie. l. si dubitet. 10. §. filiusfam. ff. de fideiuss. cum similib. & alijs in toto tit. ff. de fideiuss.

Expromissor dicitur; qui pro alio nouandi animo promittit. l. vlt. ff. ad Maced. l. si mulier. 22. ff. ad velle. l. 7. §. 4. ff. de dolo mal. l. 4. §. 1. ff. de re iudic. l. 4. ff. de condict. caus. dat. l. qui libertin. 37. ff. de oper. liber. Itaq; differt expromissor à fideiussione in aliquibus notatis per nos in tract. de differentijs indiuiduorum. in verbo, fideiussor. In quantum attinet ad materiam statuti huius in aliquo non differunt, & vterq; potest petere se eximi ab obligatione, vel sibi pro indemnitate caueri iuxta formam infra suo loco, &c. quæ est in c. 155. & in duobus sequentibus vbi de materia multa tradidi.

De causis mercedum. Cap. XCV.

IN causis mercedum, vbi de summa scutorum decem non excedente agitur, non audiatur reus, nisi actuali deposito facto, aut in pecunia, aut mobilibus plus valentibus: à summa verò decem vsque ad quamcunque summam, similiter non audiatur, nisi dato fideiussore de iudicatum soluendo.

De causis mercedum. Cap. 95. Gloss.

In causis mercedum excedentibus summã scutorum decem non est probibita per præsentia statuta appellatio; & ideo passim consueui eam admittere; prout etiam voluit Rot. in Toletan. mercedis coram R.P.D. Lancellotto relata in Anconitana mercedis. 20. Decembr. 1602. Coram R. P. D. Sacrato. Quod secus est si merces debeatur pauperi, itaut succedat loco alimentorum. Rebuff. de sent. prouis. artic. 3. Glos. 7. n. 1. Rot. Florent. decis. 12. n. 11. Rot. diuers. decis. 764. par. 1. & in dicta Anconitana mercedis. Nam pro istis Deuter. c. 24. extat præceptum negatiuum; Ne remaneat merces mercennarij apud aliquem in crastinum.

De causis infra summam scutorum decem. Cap. XCVI.

CAusæ, quæ infra summam scutorum decem coram Senatore, & illius Collateralibus tantùm, & præsertim inter pauperes & miserabiles personas, vertuntur, omni prorsus appellatione remota; terminentur, & celeri executioni demandentur.

De causis infra summam scutorum decem. Cap. 96. Gloss.

Pro omni summa de iure communi datur appellatio; & pro omni quamuis minimo grauamine. l. & in maioribus. vbi Salycetus. C. de appellat. hoc præsenti statuto à decem ducatis infrà non datur appellatio. Sed dubitatur: si petantur viginti, & sententia contineat octo; an nihilominus hoc statuto non obstante dabitur appellatio? & dari sæpè censui, quia attenditur petitio super qua fuit litigatum. l. cum quadam puella §. quoties. ff. de iurisdict. omn. iudic. Castrensis cons. 164. lib. 1. & Gabella iudiciorum, & propina soluuntur attenta petitione, non autem debito, & condemnatione; ita Bertach. in verbo, Gabella iudiciorum, per tex. in d. l. cum quadam puella §. quoties. ff. de iurisdict. omn. Iudic.

De conuento pro re mobili non possidente immobilia. Cap. XCVII.

SI is, qui conuenitur pro re mobili in specie, non possideat immobilia in Vrbe, nec in illius districtu valoris rei petitæ, satisdet de iudicio sisti, & de re non permutanda seu barattanda, & quòd eam rem exhibebit ante litem, & post litem, ad omne Iudicis mandatũ; quam satisdationem si cessauerit præstare infra terminum Iudicis arbitrio, personarum & rei qualitate pensata, præfigendum, res petita Iudicis arbitrio sequestretur; & in hoc articulo, nullus alius processus, aut iudiciaria tela requiratur, nisi tantum præstatio iuramenti calumniæ, si petatur: in reliquo autem processu secundum causæ naturam procedatur.

De conuento pro re mobili non possidente immobilia. Cap. 97.

Huic statuto correspondet tex. in l. sciendum.

dum 15. ff. qui satisd. cogan. & in §. sed hodie. instit. de satisdat. & fideiussor de iudicio sisti debet esse locuples poo rei qualitate. l. 1. cum sequentibus. ff. in ius vocati, vt eant, vel satisdent. Nisi lis sit inter personas coniunctas; quæ proponuntur in l. 2. §. Prætor ait. ff. qui satisd. cogan. quia tunc qualiscumq; fideiussor accipitur. d. §. Prætor ait. si non sistat in iudicio reus, tunc committitur stipulatio iudicio sisti. l. cum pro quo. 17. ff. de in ius vocan.

Et de re non permutanda, &c. *hæc verba important cautionem iudicatum solui de quo in §. 1. instit. de satisd. & possidens immobilia neutram harum cautionum præstare tenetur. d. l. sciendum & d. §. sed hodie.; & ita disponit statutum, & quid contineat. vide l. iudicatum. 6. ff. iudicatum solui. §. 1. instit. de satisd.*

De suspicione fugæ. Cap. XCVIII.

ASseréti aliquem suum debitorem fugam parare, seu illum sibi de fuga suspectum esse, mandatum de capiendo non concedatur, nisi extraiudicialiter de credito suo Iudicis arbitrio docuerit, ac suo iuramento debitorem bona immobilia in Vrbe, vel eius districtu non habere affirmauerit; & si obligationis dies non ueuerit, de deterioratione conditionis docuerit; & tunc mandatum de capiendo debitoré, & eum ad præsentiam Iudicis adducendo, relaxetur: qui Iudex, vt sibi videbitur, creditori prouideat. Mandati verò & executionis impensa per creditorem sine spe repetitionis fiat: sed si reum citari fecerit ad cauendum, & in illius contumaciam ipsum de fuga suspectum iurauerit, quod hoc casu sufficiat; tunc nisi is debitor docuerit se possidere in Vrbe, vel districtu immobilia vel mobilia, quæ de facili amoueri non possint, æquiualentia tamen; vel dato idoneo fideiussore de stando iuri, & se repræsentando, cauerit; mandatum contra eum relaxetur, & ipse reus propter ipsius contumaciam, ad expensas omnes teneatur. Quandocunque autem reus ipse de stando iuri, & se representando cauerit, illico relaxetur, & causa inter eos pro illius qualitate pertractetur.

De suspicione fugæ. Cap. 98. Gloss.

De iure communi quatuor modis dicitur persona suspecta. Petrus Rauen. sing. 693. Boerius in Comment. de consuetud. Galliæ. lib. Des coustumes de Tours. tit. 1. artic. 18. vers. & dicitur suspecta. Qui modi non tolluntur per hoc statutum. Non enim persona potest dici suspecta ob modicum æs alienum. Cotta in verbo suspectus quis, Creditor qui habet pignus debitoris in manibus non potest eum suspectum allegare. Cotta in verbo debitor non potest. Nec potest eum debitorem suspectum allegare cuius mores creditor approbauit standa, bibendo, & comedendo simul. Alex. in l. fideiussor. §. fin. n. 1. ff. qui satisd. cogan. Suspicio si erat ante creditum contractum non releuat creditorem, vt possit allegare debitorem suspectum. Iason in §. superest. n. 82. in fine. Instit. de actionibus; & potest concedi etiam diebus feriatis in honorem Dei. Bald. in l. dies festos n. 1. C. de feriis. Iason in l. si fideiussor. §. fin. n. 19. ff. qui satisdar. cogan. Rebuff. de sequestr. artic. 1. Gloss. 2. n. 8. per Glos. in l. 2. in verbo vel rei seruandæ causa. ff. de feriis satisdatio regulariter est remedium tollendi sequestrum personæ etiam de iure communi. Ias. d. §. fin. n. 17. Curt. de sequestr. quæst. 14.

De instrumentis, & cautionibus vi vel metu factis. Cap. XCIX.

SI quis in priuatis Carceribus, aut aliàs à non habente Iurisdictionem detentus, seu aliter vi, vel metu coactus, obligationem aliquam, aut aliquod instrumentum, cuiuscumq; generis contractus, seu etiam quietationis & liberationis, in fauorem carcerantis, detinentis, aut vim vel metum inferentis, seu filiorum, vxoris, aut consanguineorum, seu familiarium illius, fecerit, celebrauerit vel emiserit; seu alium pro se obligari, vel fideiubere fecerit; & de his vel aliquo prædictorum querelam corá Senatore vel suis Iudicibus exposuerit, & per quinque viros idoneos Testes de publica fama deponentes dictam carcerationem, detentionem, vim, metumuè probauerit, Senator & Iudices prædicti summariè, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta, obligationes, contractus, liberationes & instrumenta huiusmodi aboleri & cassari mandent: ita & taliter vt prædicti obligati, seu contrahentes pleniffimam, perpetuamq; liberationem, & in pristinum statum restitutionem consequantur: & nihilominus prædicti carcerantes, detinentes, vim vel metum inferentes pœnis statutarijs, & Iuris communis plectantur.

De

De instrumentis, & cautionibus, vi, vel metu factis. Cap. 99. Gloss.

Quod vi factum est, qua de re agitur; id eius experiundi potestas est, restituam ait Prætor. l.1.in princ. ff. quod vi aut clam. & est interdictum restitutorium. d.l.1.§.1. Vi factum videri Quintus Mutius scribit; si quis contra quem prohiberetur fecerit d. l. 1. §. quid sit. & l. Quintus Mutius. 73. §. vi factum. ff. de reg. iur. Quod vero metus causa gestum erit ratum non habebo ait Prætor. l.1.ff. quod metus causa, & olim dicebatur quod vi metusuè causa; & hodie ita dicunt statuentes in hoc nostro statuto. Vis enim fiebat mentio propter necessitatem impositam contrariam voluntati; Metus autem propter instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidationem; sed postea detracta fuit vis mentio, quia quodcunq; in atroci fit, id metu quoq; fieri videtur d.l.1.§.quod metus causa. Sed statuentes vtriusq; mentionem fecerunt vetustatem imitantes; & est actio arbitraria. §. præterea. instit. de actionibus. l.item si.14.§. hæc autem actio. ff. quod metus causa; & est eius generalis causa; si quid vi metusue causa factum sit, nam per hoc statutum rescinditur, & de iure communi l. continet. 3. ff. quod metus caus. l.vlt.C.de ijs quæ vi metusuè causa. l.illicitas. 6. ff. de off. Præsidis vbi enumerantur multæ contractuum species, vt fit hic in statuto. Hæc actio transit etiam ad hæredes. d.l.item. 14. §. post annum. ff. quod metus causa. l. quod diximus. 16.§. hæc actio. ff. eod. & datur contra eum qui vim metumuè intulit, ad quem res peruenit; ad hæredes, atque hæredes hæredis. d.l.14.§.Pedius. §.in hac. & §. vnde & d.l. quod diximus. §. finali. Nisi fortè meticulosus rem nullam frustra metuerit. l.metum. 6. ff. eodem. l. nec timorem. 7. §.1. ff.eodem. l. vani timoris. 144. ff. de reg.iuris. Item nisi metus tantum nullo facto interueniente metuit. l.metum. 9. C. de ijs quæ vi metusuè causa. Item nisi dignitatem tantum aduersarij metuit, nullo alio actu interueniente. l. ad inuidiam.6.C.eodem. Limita vt per tex. in l. si per impressionem. 11. C. eodem. Item nisi quis non metu; sed metus inferendi suspicione quid gesserit. l.metum autem. 9. ff. eodem. Item nisi non sit magnum malum, cuius metu quid gestum est. l.metum. §. 5. ff. eodem. Quod malum hoc sit declaratur in l. continet. 3. §. fin. cum l. sequ. & in l. isti quidem. 8. §. quod si. & §. si is accipiat. ff. eodem. Item nisi infamiæ metu, vel vexationis quid gestum sit. l. nec timorem. 7. ff. eodem. Nisi metu accusationis institutæ, vel instituendæ, quid gestum sit. l. accusationis. 10. C. de ijs quæ vi metusue. Nisi ne ad Ciuilia munera nominaretur metuens gessit. l. cum te. 8. C. eodem, sed nihil interest in se quis veritus sit, an liberis suis; cum pro affectu magis in liberis parentes teneantur. d.l. isti. §. fin. ff. eodem. Quomodo autem vis & metus inferatur à Magistratu tradit l. continet. 3. §. sed vim, cum sequent. & l. vlt. §. fin. ff. eodem, & l. si per impressionem. C. de ijs quæ metus caus. Item nisi per vim ablatum, & promissum, per vim coactus sit, restituere vel accepto ferre. l. 12. §. quæri. ff. eodem. Nisi debitum per vim sit coactus soluere; vel pignus per vim dedit creditori suo. d. l. 12. §. fin. & l. cum te. 5. C. de pignor. & Hypoth. Item nisi alicui quid sit datum, vel promissum, vt se aduersus vim ab alio illatam tueretur. l. metū. 9. §. sed licèt. ff. quod metus caus. Nisi id quod sibi non debebatur per vim accepto tulerit. l. item si. 14. ff. eodem. Item nisi cum per vim cauisset, postea soluit, vel gestum ratum habuit. l. 2. C. de ijs quæ vi metusuè. l. si per vim. 4. C. eodem. l. ex ea. ff. de cond. ob turpem caus. Item nisi alia actio competat. d.l.4. in fine. Item nisi semel actum sit. d. l. 14. §. cum qui. & §. fin. Item nisi actor id quod percepit non restituat. d.l.4. C. eodem. & l.3. C. eodem. Nisi res per vim extorta perijt, vel aufugerit. d. l. 14. §. aliquando. ff. eodem, declara vt in l. 1. C. eodem. & in d.l.14.§. si homo.

De compromissis. Cap. C.

IN causis, in quibus via executiua non proceditur; inter consanguineos utriusque sexus, vsque ad tertium gradum, de Iure Canonico computandum inclusiuè, & inter socerum & generum, socrum & nurum, priuignum & nouercam, & inter alios affines primi gradus, affinitate durante, ad instantiam alterius partis petentis, compromissum (si ante litis contestationem, vel pro contestata habitam petatur) fieri mandetur; arbitriq; hinc inde eligantur, qui eius conditionis sint, vt per Senatorem & eius Iudices ad iudicandum, postquam acceptauerint, cogi possint; & qui alias personas elegerit, vt sunt Clerici, necnon Vagabundi, Brigosi, & similes, calumniosè eligere præsumatur: & si sit is qui compromis-

sum fieri petijt, beneficio compromissi priuetur, & Iudex in causa ad vlteriora procedat. Si verò sit is, contra quem de compromisso faciendo obijcitur, Senator, seu Iudex coram quo causa ventilatur, in eiusdem cessantis locum, & pro eo vnum suo arbitrio eligat. In arbitris autem eligendis, id quoque Iudex animaduertat, vt personæ idoneæ secundum negotij qualitatem eligantur de peritis illius artis, & sic de cæteris. Et quoniam contingere poterit, vt arbitri discordent, volumus vt discordia non expectata, tertius eligatur, in cuius electione seruetur forma infra de electione consultoris Capitanei appellationum tradita; iuxta cuius consilium arbitri discordes pronuntiare teneantur. Volumus etiam vt arbitri, in manibus Iudicis coram quo eliguntur, seu Notarij iurent, se ex bona fide, veritate, & iustitia, aut partium consensu, sententiam omninò dicturos. Coram arbitris prædictis quæq; pars, infra quindecim dies, quos ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis præsenti lege præfixos esse decernimus, suam intentionem iustificet, & infra alios quinque immediatè sequentes, si quid reprobandum duxerit, reprobet. Infra reliquos autem dies decem, causa per Arbitros retminetur, quæ si terminata non fuerit, in negotio principali, perinde ac si compromissum petitum nec factum fuisset, per Iudicem causæ, ad vlteriora (causam in statu, in quo ante petitum compromissum erat, reassumendo) procedatur. Possit autem iterum & tertio, & non vltra, compromissum peti; Testibus quoq; coram arbitris prædictis, ac quibuscumq; alijs etiam arbitratoribus, parte citata examinatis, & iuribus hinc inde productis, fides adhibeatur, perinde ac si coram ordinario examinati & respectiuè producta fuissent. Testes verò si sine interrogatorijs partis examinati sint, repeti possint expensis petentis, dummodò durante termino probatorio petatur.

De compromissis. Cap. 100. Gloss.

Est huiusmodi statutum à iure communi approbatum, & fauorabile, vt in terminis nostri statuti firmat ex multis Marcus Ant. Blanchus in suo tractatu ad simile statutum de compromissis edito. 1. quæst. princ. n. 1. & 2.

In causis in quibus via executiua *ergo arguendo à contrario hoc statutum non habebit locum in causis executiuis, valet enim argumentum à contrario sensu legis, & statuti l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius cui mand. est iuris. l. qui testamento. 2. §. mulier. ff. de testam. c. cum Apostolica. in fine de ijs quæ fiunt à prælatis sine consens. capit. & c. cum virum. de regularibus, & in statutis quando non tendit ad corrigendum ius commune. Bart. in repet. l. omnes populi post Iacob. Botrig. ff. de iustit. & iure quem cum alijs refert, & sequitur Euerard. in loco à contrario sensu. n. 22. & sequ.*

Et ita etiam est dicendum, quia instrumenta, quæ vel iuris communis; vel municipalis dispositione habent executionem paratam non comprehenduntur sub isto statuto; quia de eis non debet fieri compromissum. Bart. in l. eleganter in princ. ff. de condict. indebiti; quia compromissum est quædam transactio: Auth. vt differ. iud. §. 1. & Auth. si verò contigerit. C. de Iudicijs. & ibi Doctor. Sed de eo quod est certum, non potest transigi ergo. Fulgos. in d. l. eleganter. vbi etiam Ias. nu. 3. & in l. transactio. n. 6. & in l. causa cognita. n. 2. C. de transact. Lancell. de Attent. 2. par. princ. c. 15. de attentatis penden. compromisso. nu. 19. Blanch. in d. tract. quæst. 4. n. 4. & 5. Nec minus est faciendum quoties res est clara; vt determinat idem Blanchus in d. tract. de compromiss. quæst. 4. n. 2. & 3. & per totam quæstionem prosequitur causas sub hoc statuto non comprehensas; ad quem in occurrentia est recurrendum, & Surd. in decis. 185. n. 8.

Ad instantiam alterius partis petentis, *& quidem bene, nam Iudex nunquam compellet partes compromittere: nisi per alteram partem petitum fuerit. Officium enim Iudicis non impartimur nisi petenti. l. 3. §. hoc autem Iudicium. ff. de damno infec. Ex quo necesse est Actorem; vel Reum petere à Iudice, vt alterum compellat compromittere; vt dicit statutum in illis verbis,* partis petentis, &c. *Sed si statutum hoc non determinaret, vtiq; idem esset ex dispositione iuris communis per prædictam regulam, quam ponit etiam glos. in c. fin. in fine. de rescriptis; & ibi Abbas infert ad statutum, in quo disponitur quod Iudex infrà certum tempus causam expediat sub pœna, intelligitur si pars petierit; quod idem voluit Butr. in c. venerabilis. de iudicijs. Alex. in cons. 82. col. 2. vers. tertio statutum. lib. 1. & in terminis statuti nostri Lanfranc. in tract. de arbitr. in 7. par. q. 45. dicens quod petitio compromissi est quædam exceptio declinatoria; quæ debet oppo-*

ni

ni per partem.l.1.§.parui.ff.quod vi aut clam. facit. Bald. in c. 1. §. Iudices de pac. iur. firman. Ias. in l. vniuersa. col. 2. C. de precibus Imper. offer.per tex.in l. 1. §. fin. ibi: si petit. C. de iure deliber. Quod tamen est intelligendum parte citata; seu præsente. Alex.in d.cõs. 82.lib.1. Ias.in l. admonendi. in fine. ff. de iniurand. Blanc.de compromissis. quæst. 5.nu.2.

Ante litis contestationem &c. *ergo post litem contestatam non poterit amplius peti compromissum; nam cum secundum Lanfrancum vbi supra sit exceptio declinatoria debet peti ante factam contestationem litis; sed cum statutum dicat* si ante litis contestationem ; vel pro contestata habitam petatur, *videtur posse peti ante,& post litem contestatam incontinenti: quod colligitur ex deductis per Blanc.de compromiss.quæst.5.nu.3.vbi ponderat verba illius statuti importantia tractum successiuum vsque ad publicationem ; quæ in hoc nostro non loquuntur , vt vlterius quam dicit non sit protrahendum ; sed debeat illius vigore peti ante litis contestationem , vel paulo post in continenti . Post publicatum processum & conclusum in causa , res caret omni dubio in casu statuti super quo scripsit Blanch. vbi supra;multo magis omni dubio carere debet in casu statuti nostri ; in quo designatur certum tempus quando compromissum peti possit , ibi.* Si ante &c.

Hoc statutum an procedat in causa appellationis,& Paul.de Castr.in cons.75.lib.1. in antiquis. cons. 320. in nouis.lib.1.incipien.quod in causa appellationis, &c. concludit quod non. & est casus in c.Abbate sane.de re iudic.lib.6. Ias. in l. ita demum. col. 3. ver. septimo.C. de procurator . Alex. in l. si causa cognita. C. de transact. Ias. in l. eleganter in 4. not. ff. de condict.indeb.Alex.in cons.82.col.2.ver.& per prædicta. lib. 1. & in cons. 72.col. 4. ver. aut potestas .

An autem hoc statutum procedat in quæstione de compromisso faciendo ; an scilicet & hæc quæstio debeat compromitti ? & cum hac vtiq; appellatione causarum veniat dicendum est quod sic. secundum Paul. de Castr. Alex. Aret. Ias. Decium ; & alios in l. penult. C. de pactis hanc differit Blanc. in 4. quæst. sub nu. 20. & in ver. in contrarium eandem firmat multis auctoritatibus .

Compromissum fieri mandetur *an à mandato de faciendo compromissum detur appellatio? & dic quod sic. Franc. in c. cum cessante. q. 22. de appellat. Cuman. in cons. 17. Hieronymus, &c. col. fin. Fely. in rubr. de re iudic. n. 33. Decius in cons.22.col.1.lib. 1. Barbat.in cons. 85.col. penult.lib.1.& Blanch. vbi supra q.5.n.8.alios adducit. Roland.cons.33. lib.4.*

Petitio compromissi suspendit iurisdictionem Iudicis ; instantiam causæ ; & alia facit de quibus per Blanc. de compromissis. q. 6. per totum,Gabr. lib. 2. de arbitris conclus. 4. per totum . Rota in nouis de dilationib.decis.2. aliàs 360.

Infra reliquos autem dies decem,&c. *causa intra illos reliquos dies decem non terminata ; potest Iudex ac si compromissum petitum non esset in ea procedere eam reassumendo in eo statu in quo erat ante petitum compromissum,ita dicit hoc statutum , & de iure post finitum compromissum reuertitur ad eundem Iudicem; qui mandauit fieri compromissum ; l. si quis rem.35.in fine.vbi glo. in verbo peragenda . ver. item quid erit è contra . ff. de receptis arbitris , & post latum laudum recurritur ad suum Iudicem . §. deinceps. auth. de appellat. Blanch. vbi supra.in q.10.n.13.& 14.*

Possit autem iterum & tertio, &c. *Vigore istius statuti ter potest peti compromissum ; quod secus esset si simpliciter disponeret , quod causa inter coniunctos compromittantur ; quia tunc oporteret toties compromittere vsque quo causa expediretur . Bald. in l. fideicomm. §. si quis decem. ff.de leg. 3. Tiraq. in l.boues. §.hoc sermone.limita. 3. nu. 12. & limit. 9.num.3. Marsil.sing.172.Blanch. de compromiss. quæstio.7.n.6.quod limita,vt ibi per eum. n. 7.*

An autem Iudæi subiaceant huic statuto? & dic quod sic. c. Iudæi il 2. de Iudæis. Bald. in l. spadonem.§.iam autem. ff.de excus. tuto. & in c. 1. de forma fidelitatis. Corneus in cons. 65. lib. 2. l. Iudæi. C. de Iudæis. c. ius quiritum distinct. 1. Innocent.in c. super his. de voto. Io. Andr. in c. gaudemus de diuortijs.facit Anchar.in cons.26.& latè Blan. de compromiss. q.2.n.21.& q. 3. sub n.47.ver. Tu dicis quod Hebræi:& in eorum causis sunt pariter magis Iudæi Arbitri eligendi. Corn.d. cons. 65. & est tex.in dicta l.Iudæi.C.de Iudæis,& ita æquum est.argumento à contrario l.si qua.C.de Iudæis. Ioan. de Anan. in c. cum sit.col. 1. de Iudæis. Blanch. vbi supra. q. 2. n. 20. versic. veritas est . Nec mirum quod comprehendat , & liget etiam hebræos; quia cum sit factum authoritate Papæ, Legis, & Canonis, ligat omnes, Archidiac. c. fin. de constit. in 6. facit c. nemo condemn.15.q.3.Alber.lib.2.de stat. q.197.n.3.

Immo ligat etiam Clericos agentes in foro laici; & forenses agentes, vel conuentos in Curia Capitolij, quia cum sit ordinatorium iudicij ligat omnes etiam Clericos agentes in foro huius statuti; & laicos agentes, & conuentos; etiam quod subditi non sint, Alex. in cons. 164. lib. 6. quem cum alijs citat Roland. in cons. 48. n. 19. 20. & 21. lib. 3. & in terminis huius statuti per eandem rationem Socc. sen. in cons. 71. n. 7. lib. 4. quod secus esset; si esset decisorium, vt per Alex. Soccin. Rolan. vbi supra, & per Bonium de statutaria Vrbis præscript. glo. 19. n. 147. & sequentibus.

An autem à sententia arbitrorum in quibus causa fuit compromissa detur appellatio? & dic quod non. l. 1. & ibi glos. C. de arbitris. l. præses. ff. de minoribus. Bald. in l. causa. la 1. ff. eod. Ias. in l. 1. n. 10. ff. de iurisd. omn. iud. Bald. in addit. ad Specul. de Arbitr. ver. sed quid si statutum, Soccin. iun. in cons. 48. n. 15. lib. 1. Sed benè datur in integrum restitutio. Roma. in cons. 539. Mars. singul. 161. Bursat. cons. 15. n. 28. in fine; & alij allegati per Oddum de restit. in integr. q. 72. artic. 2. per totum. Immo etiam appellatur ab arbitro necessariò dato à Iudice vigore statuti. Aret. in l. ex consensu. ff. de appellat. & in alijs casibus de quibus per Blanch. de compromissis. q. 10. n. 4. 5. & sequentibus, & appellatur ad suum Iudicem, idest ad eum ad quem appellasset; si lata fuisset sententia à Iudice ordinario. ita Blanch. vbi supra. n. 3. ver. ad quem autem: & ita disponit statutum infra. c. 176. & est text. in §. deinceps. Auth. de appellatio.

De rerum communium diuisione. Cap. CI.

QVilibet asserẽs se cum aliquo rem vnam vel plures, hæreditatem aut societatem habere communem, possit illius, seu illarum diuisionem petere, & pro parte eum contingente sibi pro diuiso adiudicari, & super hoc summariè procedatur, & constito Iudici de communione, etiamsi aduersarius se possidere neget, interloquendo pronunciet diuisioni locum esse, vel eiusdem pronunciæ loco, mandet eligi peritos agrimensores & æstimatores secundum rei cuius diuisio petitur naturam, & in locum cessantis eligere, & pro eo, ipse Iudex eligat peritum, qui sic electi, habita adiacentiæ bonorum & commoditatis partium consideratione, vt melius potuerint, portiones facere debeãt, etiam mandando vni aut alteri vt pecuniam reficiat, aut vnam portionem grauando ad tradendum alteri certam summam, si aliter diuisio commodè fieri non posset, & aliàs prout eis pro iustitia visum fuerit expedire: & si plura bona essent communia, & vnus diuisionem vnius rei, alter omnium diuisionem peteret, omnia diuidi debeãt, vt supra; & exinde Iudex, peritorum relatione habita, si partes aliàs concordes non sint, sorte immissa, portiones ipsas, prout cuique sors tulerit, pro diuisis adiudicet, ipsasq; partes ad diuisionem obseruandam; etiam per præstationem fideiussorum de non molestando alterutram partem in portione assignata, iuris & facti remedijs opportunis cogat & compellat, & dictam diuisionem omnino faciat obseruari: quam diuisionem volumus etiam per minores & pupillos, & eorum nomine à legitimis personis, peti posse & fieri debere, eis portionibus adiudicatis, prout melius, & vtilius visum fuerit.

De rerum communium diuisione.
Cap. 101. Gloss.

Huic nostro statuto correspondet ius commune quod à lege duodecim tabularum originem traxit; Namq; cohæredibus volentibus à communione discedere necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hæreditaria distribuerẽtur. l. 1. in princ. ff. fam. hercis. & communi diuidundo iudicium, ideo necessarium fuit quod pro socio actio magis ad personales inuicem præstationes pertinet, quam ad cõmunium rerum diuisionem. l. 1. ff. comm. diuid. quod vtiq; agnoscentes Statuentes nostri ideo de rerum communium diuisione in hoc c. statuerunt. Quarum quidem actio bonæ fidei est. l. non est ambiguum. 9. C. famil. hercis. l. per hoc iudicium. 4. §. hoc iudic. ff. comm. diuid. l. in hoc iudicium. 14. §. 1. ff. eodem, & est mixta tam in rem quàm in personam. §. quædam actiones. instit. de action. & in ea vterq; actor, & Reus est. l. 2. §. 1. ff. famil. hercis. l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ. ff. eodem. l. iudicium. 10. ff. finium reg. l. actio. 36. in fine. ff. de action. & oblig.

Familiæ autem herciscundæ iudicium constat ex duobus, hoc est rebus atq; præstationibus quæ sunt personales actiones. l. item labeo. 22. penult. ff. famil. ercis. l. per hoc §. sicut autem. ff. commu. diuid. Sunt igitur præstationis, seu personalis actionis causæ huiusmodi. Et prima si cohæres aliquid ex hæreditate, vel re hæreditaria percepit ad hoc communicãdum

hac

hac actione tenetur. l. item ex diuerso. 19. ff. famil. hercis. §. si famil. Instit. de offic. iudic. l. inter coharedes. 44. S. fructus. ff. famil. ercis. l. meuius. 32. §. seruus. ff. eodem. Secunda si cohares in re hareditaria dolo, vel culpa versatus est. l. & puto. 16. §. sed etsi dolo. ff. eodem. l. haredes. 25. §. non tantum. ff. eodem. Vt puta quia rem hareditariam abstulit, vel deteriorem fecit. l. incerti. 19. C. famil. ercis. l. aduersus. 3. C. eod. §. si familia Instit. de off. abse. Iudic. Rem hareditariam vendidit. l. inter coharedes. 44. S. si coharedes. C. famil. ercis. Si rationes hareditatis deleuerit. d. l. & puto. S. idemq; ff. eod. Si non consentiendo impediuit praestari legatum. l. haredes. 25. §. incerto. ff. eodem. Si seruitutes debitas non vtendo amisit. d. l. haredes. §. item culpa. Si cum defunctus promisisset stipulanti per se, haredem suum fieri, vel non fieri per coharedem contra stipulationem factum sit, dicta l. haredes. S. in illa. & §. contra si promissor. l. inter coharedes. 44. S. quod ex facto. in fine. ff. famil. ercis. l. 2. S. ex his. ff. de verb. oblig. l. stipulationum. 5. S. fin. ff. eodem. l. in executione. 87. S. quod si stipulatus. ff. eodem. l. fideicommissa. 11. §. penult. ff. de leg. 3. si seruus coharedis dolo circa res hareditarias aliquid malè egit. l. si quid. 41. in fine. ff. famil. ercis. & alijs similibus modis malè sit versatus per allegata. Tertia si vnum haredum commune negotium gesserit, & sumptus fecerit, vel se obligauerit, habebit alios coharedes pro eorum ratis obligatos. l. filia. 18. in fine. C. famil. ercis. l. his consequenter. 18. ff. eod. S. penult. l. inter coharedes. 44. §. penult. ff. eodem. & S. vlt. l. ex parte. 39. in princ. ff. eodem. l. siue 3. C. de neg. gest. l. haredes. 25. §. si vnus. ff. famil. ercis. Quarta si seruus hareditarius vni haredum furtum fecerit. l. & puto. 18. §. 1. ff. famil. ercis. Quinta si cohares sit debitor hareditarius, seu in aliquo creditor. l. fundus. 51. in fine. ff. famil. ercis. l. 2. C. eodem. l. haredes. 25. §. si filius. ff. eodem. Sexta si vni coharedum aliquid sit pralegatum. l. catera. 4. in princ. ff. eod. l. si ita 42. ff. eodem. l. si qua. 7. C. eodem nisi fortè rationes qua pralegata sint illa, qua nondum descripta sint. l. pomponius. 8. ff. eodem. Septima causa est si cohares non soluendo creditoribus hareditarijs faciat deteriorem conditionem aliorum coharedum. l. his consequenter. 18. S. celsus. ff. fam. ercis. l. si filia. 20. §. si pater. ff. eodem. l. haredes. 25. § idem iuris. ff. eod. l. inter coharedes. 44. §. vsufructu. ff. eodem. l. certum. 23. C. eod. Octaua si cohares aliquid à testatore facere iussus non faciat. Hoc enim casu praposita actione tenetur d. l. his consequenter. 18. S. idem ait. ff. famil. ercis. nisi voluntas testatoris sit mutata. l. in ipsius. supra C. eod. Nona si id quod inter haredes est conuentum, ab vno non seruetur. l. in communi. 3. S. fin. ff. comm. diuid.

Et quidem actio hac competit ei, qui non possidet, ei, qui hares negatur ab alijs, & haredibus defuncti coharedis. l. haredes. 25. §. quantum. ff. famil. ercis. l. 1. S. 1. ff. eodem. d. l. 1. §. sed etsi is. l. 2. S. dubitandum. & l. si familia. 48. ff. eodem.

Si plures sint haredes diuersi fori qui hoc familia ercifcunda iudicio agant sunt ad vnum eumdem Iudicem coeundi. l. 1. ff. de quibus rebus; ad eundem iudicem eatur. l. 25. S. pluribus. ff. famil. ercis.

In hac enim familia ercifcunda actione venit omne id quod interest. l. haredes. 25. § incerto. ff. famil. ercis. & ex damno dato datur actio in simplum. l. damno. 17. ff. eodem: veniunt vsura expensarum factarum. l. his consequenter. 18. §. sumptuum. ff. eodem. & fructus rerum. l. fundus. 51. ff. eodem. Quod idem est in communi diuidundo actione. l. in communi. 3. ff. comm. diuid. l. 4. §. sicut. ff. eod. l. in hoc. 14. ff. eod. l. si maior. 4. in fine. C. eodem. l. si in rem. C. si cert. petatur. l. non solum. 56. ff. famil. ercis.

Et de iure communi non nisi triginta annorum spatio prascribitur. l. vnus. 3. C. in quibus caus. cesset long. temp. prascript. quod idem sancitum est de communi diuidundo actione. l. 1. §. nemo itaq; C. de annal. except. & in ea venit omnis res communis. l. in iudicium. 13. ff. commun. diuid.

Verum familia ercifcunda actione agens non ideo confitetur aduersarium esse sibi cohared. l. qui famil. 37. ff. famil. ercis. l. si post. 4. C. de iur. & fact. ign. Sed benè opponitur contra eum de re iud. & de diuis. iam facta. l. inter cohar. §. 1. ff. famil. ercis. l. si diuisionem. 15. C. eod. lite enim pendente actiones & exceptiones sunt proponenda. l. in iudicio. 47. ff. eod.

Et quidquid est in hareditate defuncti diuidendum venit. l. sed etsi. 25. S. pen. ff. de petit. hared. prater nomina creditorũ l. catera 4. ff. famil. ercis. l. ea qua 6. C. eod. nisi spontè sint pacto diuisa. l. 2. §. fin. ff. eodem. vel iudicis officio assignata. l. plene. 3. ff. eodem.

Etsi diuisio à testatore facta fuerit eandem

sequi

sequi Iudex habet necesse est. l. quoties. C. famil. ercis. Et quamuis testator scripserit se nullas alias res, præter illas, quas designauit, reliquisse. Tamen hæc scriptura veritati non præiudicat. l. scriptura. 10. C. commun. vtr. iudic.

Debet enim Iudex singulas res singulis hæredibus adiudicare. §. si famil. instit. de Iudic. §. quædam insti. de action.

Etsi difficilis rei diuisio sit, potest vniuersas res vni adiudicari, & his cæteris in certa pecunia condemnari d. §. si familiæ. & d. §. quædã. l. item labeo 22. §. 1. ff. famil. ercis. l. si familiæ. 55. ff. eod. Potest interdum Iudex pluribus eandem rem adiudicare. d. l. item labeo. §. 1. & fundum regionibus diuisum posse secundum diuisionem adiudicare, nemo dubitauit. d. l. item labeo. §. & regionibus vsusfructus; & ex certo tempore, & vsq; ad certum tempus, & alternis annis adiudicari potest per Iudicem. l. & puto, 16. § vsusfruct. ff. famil. ercis. l. si cogitatione. C. eod. Nũ nihil indiuisum Iudex debet relinquere. l. hæredes. 25. §. Iudex. ff. eod. & vniuersæ res sunt à Iudice æstimandæ, non singularum rerum partes. l. Meuius. 52. §. arbiter. ff. famil. ercis. & potest Iudex in adiudic. rei iudic. seruitutem imponere. l. item labeo. 22. §. sed & region. ff. eod. Et quibus fit adiudicatio est de euictione cauendum. l. hæredes. 25. §. Iudex. ff. famil. ercis. Item nomine absentis cauendũ est. l. 22. §. si. cum l. seq. ff. eod. Item vsusfruct. nomine cautio est præstanda l. & puto. 16. in princ. ff. eod. Item cauendum est nomine actionis, quã vnus hæredum intendit, vel excipit, vt commoda, & incommoda inde prouenientia communicentur. l. in iudic. 47. ff. eod. l. item ex diuerso. 19. in fine ff. eod. item cauendum est defensurum iri hæredem aduersus creditores hæreditarios, si vnus debitum soluit. l. si filia. 20. §. hoc amplius. ff. famil. ercis. & §. Papin. l. hæred. 25. §. idem iuris. ff. famil. ercis. Item cauendum est quod ab uno insolidum solutum est restituetur. d. l. 25. §. contra.

In communi diuidundo iudicio, idem ferè sancitum est; quod in famil. erciscund. & ideo etiã in eo ueniunt res & præstationes personales prout in illo. l. in communi. 3. ff. comm. diuid. l. 4. §. sicut. ff. eod. si socius commune negocium gesserit, ac expensas in eam rem fecerit; eiq; eius rei nomine, quid absit hac actione, vt sibi à socio restituatur agere potest, d. l. 3. in prin. & d. l. 4. §. sicut. & l. in hoc iudicium. 14. ff. eodem. l. si maior. 4. in fine. C. eodem. l. si in rẽ. 12. C. si certum petatur. si socius in re communi dolo uel culpæ versatus sit contra eum, hæc actio dirigitur. d. l. 3. ff. comm. diuid. l. in hoc iudicium. 14. ff. eodem. l. si maior in fine. C. eod. l. hæred. 25. §. non tantum in fine. ff. famil. ercis. l. si is. 20. ff. comm. diuid. vt puta quia rem communem fecerit deteriorem. l. etsi. 8. §. venit. ff. comm. diuid. contra conuentionem non patiatur alterum socium fructus percipere, vel immisso pecore fecit, vt fructus futuri anni corrumperentur. l. si conuenerit. 23. ff. comm. diuid. Item quia ex re communi aliquid percepit quod communicare non velit. §. eadem instit. de offic. iudic. l. in communi. 3. ff. comm. diuid. l. si quis. 6. §. sin autem. ff. eod. Item quia non præstetur fides ijs, de quibus inter eos est conuentum. d. l. in communi. in fine. & d. l. si conuenerit. ff. comm. diuid. Et actio ista socio aduersus socium competit. l. item quamuis. 10. ff. eod. l. 4. §. sicut. ff. eodem. & aduersus singularem successorem. l. 1. in princ. C. comm. diuid. l. ad offic. 3. C. eodem. & hæc vtiq; actio durat triginta annos. l. 1. §. nemo itaq; C. de annal. except. l. unus. 3. C. in quibus caus. cessat. longi temp. præscript. Si igitur res inter aliquos communis, agitur communi diuidundo iudicio, vt diuidatur l. in communi. 3. ff. comm. diuid. nisi hæreditas communis sit. l. per hoc. 4. ff. eod. vel nisi negetur communis esse, vel esse desijt. l. 1. & in fine. ff. eod. l. fundi. 18. ff. de exception. l. ad officium. 4. C. comm. diuid. l. familia. 9. C. comm. vtr. iudic. Item nisi ex causa locati vel depositi res sit communis. l. communi. 7. §. neq; colonis. ff. comm. diuid. Item nisi ex causa iniusta res sit communis. dicta l. 7. §. inter prædones; & sunt socij in vnum conuocandi. l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem Iudicem; & officium Iudicis in diuidendo multum potest. §. eodem. instit. de offic. Iudic. l. si quis. §. officio. ff. comm. diuid. l. 21. eod. l. 10. §. finali. eodem dicta l. 7. §. Neratius eodem.

Vsusfructus quomodo sit diuidendus tradit. l. 7. §. cum de vsufructu. ff. comm. diuid. Item vsus l. 10. §. si vsus. ff. eodem seruitus. l. arbor. 19. §. fin. ff. eodem. l. via. 5. in fine. ff. de seruitutibus. l. constat. ff. de aqua quot. & pignus. l. 7. §. inter eos. ff. comm. diuid.

Quod

Quod diuisio facta sit valida. Cap. CII.

SI ostendatur diuisionem aliquam factam esse inter fratres aliquos, seu consortes, de aliquo castro, terris, casalibus, vineis, possessionibus, domibus, aut alijs locis tam intra quàm extra Vrbem, siue ea sit communi consensu facta, siue de Iudicis mandato, non possit irritari, retractari, seu in dubium reuocari; immo Iudex ad petitionem alterius partis, cogat molestantem, etiam per præstationem cautionis, omnibus iuris & facti remedijs, summariè, vt de causis summarijs dicitur, ad illius obseruationem, vt in præcedenti capite dictum est; & Iudex, qui in prædictis negligens fuerit, puniatur in ducatis auri quinquaginta, de suo salario & tempore syndicatus retinendis.

Quod diuisio facta sit valida. Cap. 102. Gloss.

Nam & de iure communi diuisio facta est adeo valida; vt vicem emptionis obtineat. l.1. C. comm. vtr. Iudic. & si ei cui res ex diuisione obuenit ad eam persequendā competit actio. l.diuisionis. 45. ff. de pactis: & quod vicem emptionis obtineat est textus in l.cum pater. §. hereditatem. ff. de legat. 3. Gozzad. cons. 58. n.3. Menoch. de arbitrar. casu 171. nu. 35. Corbulus de causa priuationis ob alienationem limitatione 7.n.7. & 2.alios citat, & dicit communem. Si autem conuentum sit ne omninò diuisio fiat, huiusmodi pactum nullas vires habet, nisi quod intra certum tempus non diuidatur conuentum sit. l.in hoc.14. §. si conueniat. ff. communi.diuidun. l. idem. 16. §. finali.cum l. sequen. pro Socio. Datur enim pro re communi diuidenda communis diuidundi actio. l.3. in princ. C. comm. diuidun. l. per hoc. 4. ff. eod. Pro hereditate diuidenda datur actio familiæ erciscundæ. toto tit. ff. famil.ercis. & d.l.4. Colonis autem & depositarijs non competit hæc actio, & si naturaliter possideant. Nec possidentibus precario. l.communi.7.§.neq; colonis. & §.inter Prædones. ff. comm.diuid. Nec quando 30. annos durauit communio. l.1.§.nemo. C. de annali except. Nec quando vnus alteri rem communem quam habebat cum eo pignori dedit. l. si quis. §. idem. ff. comm. diuidum. Nec quando agitur de vestibulo, & vnus dissentiat. l.arbor.19. §. de vestibulo. ff. eod. Nec quando semel fuit facta; nisi minor ipsam fecerit. l. si inter.8. & l. si maior. 4. C. eod. vel integrè facta non fuerit. d.l.4. & l.4. §. hoc iudicium. ff. eod. vel dolo facta fuerit inæqualiter. l.maioribus. 3. C. comm. vtriusq. Iudicij vel nisi res sit euicta l. si fratres. 7. C. eod. Et in hoc iudicio venit omnis res; quæ communis sit, & possit diuidi. l. in iudicium. 13. ff. communi diuidun. l. 4. in princ. l. arbor. 19. §. aquarum, & in princ. ff. eod. l. penult. ff. pro socio. & l. pro regione. 8. ff. de acquir. rer. dom.

De diuisione rerum emphyteoticarum. Cap. CIII.

HAbentes domum, solum, ortum, vineā, agrum, vel rem aliquam communem, sub proprietate alicuius personæ vel loci, in emphyteusim concessa, possint talem rem inter se diuidere, sine consensu domini proprietarij, iure tamen ipsius proprietarij integro remanente; nec propterea res locata incidat in commissum.

De diuisione rerum emphyteoticarum. Cap. 103. Gloss.

Etsi ex causa locati possessio sit aliquorum communis; tamen non ideo est de iure communi inter eos diuidenda. l. 7. §. neq; Colonis. ff. commun. diuid. Nec minus res Emphyteotica Domino irrequisita secundum aliquos, quos citat Corbulus vbi s. d. limitatione. 7. per totam. fol. 257. diuidi potest. Et ideo ut sine controuersia posset diuidi fuit opus hoc statuto, cui adhærent alii tenentes affirmatiuam; quod possit diuidi; quos refert, & sequitur Corbulus ubi supra d. limit. 7. per totam.

De seruitute prospectus. Cap. CIIII.

NVllus contrà antiquam debitam seruitutem, seu contra conuentiones & pacta in aliqua domo, casaleno, siue loco, ædificium ex quauis materia construat aut apponat, per quod vicini impediatur aspectus: Qui contrafecerit, non solum diruere cogatur, sed pœnā vigintiquinque ducatorum auri fisco applicandam, incurrat: alijs verò liberè suum tollere ædificium & ædificare permittitur.

De seruitute prospectus. Cap. 104. Gloss.

Est, & hæc seruitus Vrbanorum prædiorum, ne

ne prospectui officiatur. l. 2. ff. de seruit. Vrba. prædiorum. & differt. à seruitutibus. Ne luminibus officiatur; quia plus continet, ne quid scilicet officiatur ad gratiorem prospectum; & liberum; in luminibus autem; ne lumina alicuius obscuriora fiant. l. inter seruitutes. 14. ff. de seruit. Vrba. præd. Item prospectus est etiam ex inferioribus locis, lumen ex loco inferiore esse non potest. l. lumen. 15. ff. eod. l. ædificia. 11. ff. eod. & ideo hoc statuto occurritur etiam volentibus seruitutes luminibus imponere; & lumina officere; quia cum istæ prospectui officiant, potest habens prospectum impedire, vt in dictis iuribus. De seruitute luminum; & ne luminibus officiatur. est tex. in l. lumini. 3. ff. de seruit. Vrba. præd. l. lumen. 15. ff. eod. l. inter seruitutes. 14. §. quodcunq; l. si testamento. 30. ff. eod. l. loci. 4. §. fin. ff. si seruitus vindicetur, l. 1. C. de seruitutibus. l. si in ædibus. 9. C. eod. l. si arborem. ff. de seruit. Vrba. præd.

De itinere actuq; priuatis, necnon & via publica. Cap. CV.

NVllus ædificet, construat, aut quicquam aliud quoquo modo faciat aut apponat in aliqua via publica vel communi, seu vicinali, aut in pōte publico vel priuato, per quod vsus ipsius loci impediatur: Et qui contrafecerit, viam & locum ipsum suis sumptibus liberare, & in pristinum restituere teneatur, & pœnæ nomine, fisco aureos quinquaginta persoluat: Viæ autem vicinales in rusticis prædijs debeant esse palmorum decem ad mensuram Senatus, nisi aliud sit expressum.

De itinere actuq; priuatis; necnon & via publica. Cap. 105. Gloss.

Iter est ius eundi, ambulandi hominis; non etiam iumentum agendi, vel vehiculum. Actus est ius agendi vel iumentum; vel vehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet; qui actum habet, & iter habet, eoq; vti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi, & agendi, & ambulandi, nam & iter, & actum in se continet. §. 1. instit. de seruit. prædio. l. 1. §. 1. ff. de seruit. rust. præd. l. qui sella. 7. in princ. ff. eod. l. inter 12. ff. eod. Sed interdum via pro itinere accipitur. l. si tam angust. 13. ff. de seruitutibus. l. paries. 157. ff. de verb. signif.

Verum viæ quædam publicæ sunt; quædam priuatæ; quædam vicinales. Publicas vias dicimus, quas nostri prætorias; alij consulares vias appellant. Priuatæ sunt; quas agrarias quidam dicunt; Vicinales viæ sunt; quæ in vicis sunt; vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas esse quidam dicunt: quod ita verum est si non ex collatione priuatorum hoc iter constitutum est: aliter atque si ex collatione priuatorum reficiatur; nam si ex collatione priuatorum reficiatur non vtique priuata. Refectio idcirco de communi fit, quia vsum, vtilitatemq; communem habet. Priuatæ viæ dupliciter accipi possunt; vel eæ quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita vt ad agrum alterius ducant; vel eæ; quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat, in quas exitur de via consulari, & sic post illam excipit via, uel iter, vel actus, ad villam ducens. Has ergo, quæ post consularem excipiunt, in villas vel in alias colonias ducentes, putem & ipsas publicas esse. l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publico. l. vlt. ff. de locis, & itineribus publ. de omnibus istis vijs disponit hoc nostrum statutum; ibi publica, communi, vel vicinali.

Viæ latitudo ex leg. 12. Tabul. in porrectum octo pedes habet: in anfractum, idest, vbi flexum est, sedecim. l. viæ. 8. ff. de seruit. rustic. præd. l. certo generi. 13. §. latitudo. ff. eod. l. nā satis. 6. §. fin. ff. quemadm. seruit amitt. Latitudo autem actus itinerisq; ea est; quæ demonstrata est: quod si nihil dictum est, hoc ab arbitro statuendum est. d. §. latitudo & l. via. 23. in princ. ff. de seruit. rustic. prædiorum. & hoc pro nobis arbitrati sunt statuentes volentes esse palmorum decem ad mensuram Senatus, nisi aliud sit expressum.

Hoc statutum habet in se interdictum prohibitorium pertinens ad tuendas rusticas seruitutes. l. 1. §. 1. ff. de itinere actuq; priuato. Menoch. de retinenda remed. 5. n. 1.

Causa igitur huius interdicti erit, si quis itinere, actu, vel via; vti hoc anno vsus est; vti probibeatur. l. 1. in princ. ff. de itinere actuq; priuato. Si quis igitur itinere, actu vel via vti prohibeatur, & in quasi possessione seruitutis vim patiatur, ad retinendam possessionem hoc interdicto defenditur. Est enim hoc interdictum merè possessorium; & qui ex eo agere intendit, de iure seruitutis probare quidquam necesse habet; sed hoc tantum; quod in itinere; actuq; hoc anno vsus sit non vi, non clam, non precario l. 1. §. 1. ff. vti possidetis, & in hoc interdicto non de iure; sed de facto quæritur. l. 2. §. vlt.

§. vlt. ff. de seruit. vend. Et habet admixtam causam proprietatis. l. 2. §. quedam. ff. de interdic. l. 3. §. hoc autem. ff. de itinere actuq; priuato. Ideoq; dicitur hoc interdictum causam proprietatis continere; & vt ex eo obtineatur non sufficit possessionem, vt in mero possessorio probare; sed vltra ius ipsum seruitutis; quod in controuersiam venit. d. §. quedam. & d. §. hoc autem. ita declarauit Capol. in tract. de seruit. rustic. pred. c. 1. n. 39. Io. Bologn. in l. naturaliter. §. nihil commune. par. 1. n. 45. ff. de acquir. possess. quem ibi est sequutus Franciscus Bertinus Collensis Conciuis; & Preceptor meus Pisis legens. Coras. in l. penult. n. 15. ff. de seruitut.

Requisita ad acquisitionem quasi possessionis huius seruitutis; vt ei deinde concedatur hoc interdictum. tradit Capol. vbi supra n. 25. que recantat Menoch. de retinenda remed. 5. nu. 6. & sequen. vbi format triginta quæstiones desuper occurrentes.

Datur enim hoc interdictum cuilibet prohibito; eiusq; successori tàm singulari; quàm vniuersali, aduersus quemcunq; prohibentem, etiam non dominum. l. 2. §. fin. ff. si seruitus vindic. l. 1. §. ait pretor. ff. de aqua quotid. l. 3. §. idem Iulianus. ff. de itinere actuq; priuato. Et in eo æstimatur quanti eius interesset, via, siue itinere non prohiberi. d. l. 3. §. in hoc. & l. si de via. 7. ff. de aqua quotid. & æstiu.

De stillicidio seu canali. Cap. CVI.

NVlli liceat habere stillicidium, siue canale per quod collectæ pluuiales aquæ propè ianuam alicuius casitent, nisi constet eam impositam fuisse seruitutem à vero domino.

De stillicidio seu canali. Cap. 106. Gloss.

Stillicidij seruitus est vrbani predij. l. 1. ff. de seruit. vrba. pred. & illius naturalis; atque perpetua causa esse debet. l. foramen. 27. §. fin. ff. de seruit. vrban. pred.

Si enim seruitus stillicidij imposita sit; non licèt Domino seruientis area ibi ædificare, vbi casitare cepit stillicidium. l. seruitutes. 19. §. si seruitus. ff. de seruit. vrb. pred. l. si eo loco. 9. §. 1. ff. si seruitus vindic. nisi tamen vsq; ad locum stillicidij ædificet; vel stillicidium rectè ab ædificio recipiatur. d. l. seruitutes. 19. §. qui in area. ff. de seruit. vrb. pred.

Et is cui debetur seruitus stillicidij, tàm actionem; quàm exceptionem eius nomine habet. l. si à te. 16. ff. si seruit. vindic. l. si eo loco. 9. §. 1. ff. eod. Etsi antea ex tegula casitauerit stillicidium; postea ex tabulato; vel ex alia materia casitare non potest. d. l. seruitutes. 19. §. si antea. ff. de seruit. vrb. pred. & quoquomodo acquisitum sit stillicidium, altius tolli potest. Leuior enim fit eo pacto seruitus; cum quod ex alto cadit leuius cadat. Inferius demitti non potest; quia fit grauior seruitus, idest pro stillicidio flumen. Ea de causa retro quoq; duci potest; quia in nostro magis incipit cadere: produci non potest; ne alio loco cadat, quàm in quo imposita est seruitus. Leuius facere poterimus; acrius non. & omninò sciendum est, meliorem vicini conditionem fieri posse, deteriorem non posse, nisi aliquid nominatim in seruitute imponenda immutatum fuerit. d. l. seruit. §. stillicidium. ff. de seruit. vrb. pred.

De pariete communi. Cap. CVII.

SI aliquis paries sit inter aliquos communis, liceat vnicuique in eo trabem seu lignum immittere, & ex eo vtilitatem capere; & etiamsi vicini luminibus officiatur, altius tollere.

De pariete communi. Cap. 107. Gloss.

Si aliquis paries sit inter aliquos communis; liceat vnicuiq; in eo trabem, seu lignum immittere, & ex eo vtilitatem capere; & etiam si vicini luminibus officiatur, altius tollere. Hoc statutum tractat de seruitute tigni immittendi; altiusq; tollendi, & dicit, quod vtrumq; facere licèt in pariete communi; hoc idem erit, si quis habebit seruitutem tigni immittendi in parietem alterius l. sicuti. 8. §. competit. ff. si seruit. vindic. Verum in pariete communi de iure seruitutem immittere nemini licèt. l. binas. 35. & l. sequen. ff. de seruit. vrb. pred. l. si eum. 14. ff. si seruit. vindic. & l. hoc quod. 24. ff. de seruit. vrb. pred. contrarium dispo-nit hoc statutum in pariete communi.

Et qui passus est in suum parietem tigna immittere; que antea vicinus habuerat, si idem vicinus noua immittere velit, id poterit prohibere d. l. si eum. ff. si seruit. vindic. & habet locum solùm, vt vicinus vicini tigna suscipiat. d. l. sicuti. 8. §. distant. ff. si seruit. vind.

Etsi

Etsi queratur quis possessoris, quis petitoris partes sustineat? sciendum est possessoris partes sustinere; si quidem tigna immissa sint; eum qui seruitutem sibi deberi ait; si verò non sunt immissa, eum qui negat. d. l. sicuti 8. §. sed si queratur. ff. si seruit. vind. quod idem erit in aliis seruitutibus l. etsi fortè. §. sciendum. ff. eod. pro quibus ideo confessoria actio ei; qui seruitutem sibi competere contendit; Negatoria Domino qui negat est attributa. l. 2. in princ. ff. eod. §. æque si agat. instit. de actio.

Et etiam si vicini luminibus. *Paries communis dispositione statuti potest altius tolli etiamsi vicini luminibus officiatur, & ratio est quia nemini seruitus debetur. l. cum eo. 8. ff. de seruit. vrb. præd. l. Imperatores. 13. ff. eod. l. altius. 8. C. de seruitut. l. si in ædibus. 9. in fine. C. eod. & est tex. pro statuto in l. hoc quod 24. §. fin. ff. de seruit. vrb. præd. Nisi alteri seruitus altius non tollendi longo tempore sit acquisita l. qui luminibus. 10. ff. de seruit. vrb. præd. l. 1. C. de seruit. l. cuius. 2. ff. de seruit. vrb. præd. l. scaurus. §. fin. ff. eod. Etsi acquisita non sit, altius vltra modum non ideo in damnum vicinorum tollere poterit: d. l. cuius. & d. l. scaurus. §. fin. sed ad quam altitudinem extolli possit, pertinet ad arbitrium iudicis determinare. d. l. qui luminibus. 10. §. fin. ff. de seruit. vrb. præd. Cephal. cons. 130. per totum lib. 1. Nec minus ventum ad purgandos fructus ædificio vetare. l. cũ talis. 14. §. fin. C. de seruit.*

De refectione rerum communium.
Cap. CVIII.

QVilibet habens molendinum, furnum, carbonarium, pontem, puteum, parietem, aut quid simile cum alio cõmunem, possit consortem cogere (si res reparatione aut refectione indigeat) ad contribuẽdum pro rata, & ad prædicta summariè, prout de causis summariis dictum est, per aditum Iudicem procedatur; & iuris & facti remediis cessans compellatur.

De refectione rerum communium.
Cap. 108. Gloss.

Huic Statuto conueniunt; quæ disposita sunt per interdictum de itinere actuq; reficiendo de quo in l. inde etiam. §. ait prætor. ff. de itin. actuq; priuato. & §. vtilitas.

De emptione & venditione. Cap. CIX.

SI vna eademq; res duobus vendita fuerit, illa venditio per quam in emptorem verè vel fictè possessio prius translata fuerit, firma sit & valida: & de hoc summariè, vt de causis summariis dictum est, cognoscatur, & possessor in possessione omnibus modis manuteneatur. Reliquæ verò venditiones irritæ sint & nullæ; & Senator illiusq; Iudices cogant summariè venditorem, illiusq; hæredes ad restituendum pretium secundo emptori, vel primo, quatenus secundus in possessione verè vel fictè primũ præuenisset: & de hoc cognoscatur summariè, vt supra; & nihilominus talis venditor pœnam quinquaginta aureorum incurrat; & si capi poterit, carceretur, inde non relaxandus, donec cum effectu & parti satisfecerit, & pœnam soluerit: & executio realis & personalis fiat prout Actor, vel Fiscus elegerit.

De emptione, & venditione. Cap. 109.
Gloss.

Emendi, & vendendi origo à permutationibus cæpit. l. 1. in princ. ff. de contrah. empt. & ideo iure gentium contractus emptionis, & venditionis consistit. d. l. 1. §. fin. & l. ex hoc. 5. ff. de iustit. & iure. soloq; consensu peragitur. d. §. fin. & instit. de obligat. ex consensu. Veteres emptione venditioneq; in appellationibus promiscuè vtebantur. l. veteres 19. ff. de act. empt. & lex xij. Tabul. emptionis vocabulo omnem alienationem complexa est. l. statu liber. 29. §. fin. ff. de statu liber. ipsaq; perfecta periculum rei venditæ spectat ad emptorem. §. cum autem. instit. de empt. & vendit. l. id quod 7. ff. de peric. & commo. rei vend. l. necessario. ff. eod. l. 1. C. eod. Eiq; ideo datur empti actio aduersus venditorem; vt rem venditam tradat accepto conuento pretio. l. 1. in princ. ff. de act. empt. & l. 11. §. 1. ff. eod. l. eum venditorem. 10. C. eod. Cum enim bonę fidei iudicium sit, in eo id demum deducitur, quod præstari conuentum fuerit l. ex empto. 11. in princ. ff. de act. empt. l. 2. ff. eod. l. tenetur. 6. §. penult. ff. eod. & venditor tenetur de omni eo quod fecit, vt emptor rem ab eo emptam non possideat. l. si cum fundum. 68. §. fere. ff. de contrah. empt. d. l. ex empto. §. idem Neratius. ff. de act. empt. & ideo statuentes omne factum post perfectam venditionem ab ipso venditore irritum, & nullum declarant; & si venditor alteri eadem res vendi-

vendiderit; venditionẽ illam annullant, ipsumque in pœnam quinquaginta aureorum incursum declarant. vt ibi. optima ratione per iura superius allegata.

In empti actione venit res cum fructibus accessionibus; ac omni causa. l. videamus. §. ex causa ff. de vsuris l. Iulianus. §. si fructibus ff. de action. empti. l. ratio. §. si emptor. ff. eodem l. fructus C. eodem dicta lege Iulianus. §. sed & si quid. d. l. tenetur. §. si sibi iter ff. eod.

Et vtique ex vendito datur actio venditori ad ea consequenda; quæ ei ab emptore præstari oportet. dicta lege Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt. l. vendit. 6. C. eodem lege fructus. §. finali. C. eodem lege si venditor. 6. ff. de seruis export. l. qui fundum 75. ff. de contrahent. emptio. l. si sterilis. 21. ff. de actio. empti. l. fundi. 79. ff. de contrahent. emptio. cum similibus.

Quæ quidem empti, & venditi actiones trãseunt etiam ad hæredes emptoris, & venditoris. l. non solus. 22. ff. de liber. caus. d. l. Iulianus. §. si procurator ff. de actio. empt. de quare infra. cap. 111.

De Venditionibus quæ fiunt per Consortes. Cap. C X.

SI quis rem aliquam cum altero cõmunem habeat, etiã cum pacto de non diuidẽdo, & partem suã vendere voluerit, teneatur consortẽ requirere, si velit suam partẽ emere, pro pretio cum alio verè, & non fictè cõuento (de quo etiam si consors requisitus voluerit per vtriusq; iuramentum, emptoris scilicet & venditoris, constare debeat) vel pro iusto pretio, vbi de eo cũ alio non conuenerit: & si requisitus cessauerit per dies quinq; à die interpellationis numerãdos, declarare, & se obligare de implenda conuentione, vel soluendo pretio; & intra alios sequentes viginti dies non impleuerit, vel nõ soluerit: tunc possit ipse requirẽs portionem suã cuicũq; alteri liberè vendere.

De venditionibus quæ fiunt per Consortes. Cap. 110. Gloss.

An sit necessaria requisitio omnium Consortium pro satisfactione dicti statuti; & non est necessaria quia id non dicit statutum, cui videtur satisfactum, si vni ex consortibus etiam minorem partẽ habenti fiat requisitio, & vẽditio, vel iurium cessio. Bald. in l. 1. nu. 5. C. de commu. seruo. man. quẽ sequitur Ruynus in cõs. 27. nu. 5. & 12. lib. 4. Anchar. cons. 371. n. 2. vers. secundo aduertendum; vbi dicit quod per simile statutum solum cẽsetur derogatum iuri communi respectu extraneorum; qui existentibus consortibus à contractu repelluntur; sed non esse intelligendum in concursu plurium Consortium, vt vnũ alteri præferat, ne quod cui conceditur alteri denegare videatur. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. Gloss. 6. n. 11. & in terminis huius statuti Rota corã R. P. D. Penia in Romana prælationis, seu requisitionis. 16. Iun. 1604. & 27. Apr. 1605. Tiraq. de iudicio in rebus exiguis ferẽdo. num. 116. vers. duodecimo textus est &c.

Hoc statuto vtitur etiã Cessionarius eodẽ modo quo poterat vti cedẽs. Crau. cõs. 191. In causa Egergij Blasij. nu. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. Gl. 3. n. 1. Rota vbi sup. die 27. Apr. 1605.

Si venditor rem venditam tradere, aut emptor recipere cesset. Cap. C X I.

QVicumque vendiderit rem alicui, & cesset, aut nolit tradere, si emptor pretium soluerit, vel cum effectu soluere paratus fuerit, condemnetur, & præcisè cogatur venditor ad rẽ tradendam, si rei tradendæ facultatem habeat: alioqhi quãti emptor sua interesse, Iudicis taxatione præcedente, iurauerit, condemnetur: quod tamen interesse duplũ pretij constituti excedere non possit: Et idem seruetur contra emptorem, si post rem traditã aut tradi oblatam, pretium conuentum soluere cesset. Atque in istis summariè, vt dictum est, procedatur, non obstante alio Statuto de pœnis conuentionalibus non exigendis.

Si venditor rem venditam tradere, aut emptor recipere cesset. Cap. 111. Gloss.

Si aliquid inter emptorẽ et venditorem conuentum est ad id inuicẽ præstandum, & de iure actio introducta est. l. ex empto. 11. ff. de actio. empt. Nã si venditor rẽ venditã non tradat ad illã cum eo quod interest tradendã, est cogendus l. 1. ff. eod. l. cũ venditorem. 10. C. eod. l. si cũ fundũ. 68. §. ferè. ff. de contrah. l. Iul. 13. §. ex vendito. ff. de act. empt. l. venditi. 6. in fin. C. eod. l. fructus. 13. §. fin. C. eod. l. si venditor. 6. ff. de ser. expor. l. qui fundũ. 75. ff. de contr. empt. et utiq; emptor ad promissa per eũ uenditori præstãda per mox allegata, et id act. ex vẽdito d. §. ex vẽdito cũ alijs sup. cit. vt nihil noui videatur per præsẽs statutũ introductũ; et per alleg. sup. c. 109.

H De

De arrhis. Cap. CXII.

DAtio Arrhæ in quolibet contractu perficiat emptionem, & contractum; nec liberetur emptor, volens arrham amittere, nec venditor, volens eam reddere duplicatam; & in vino quod deguſtatum fuerit, arrhæ traditio faciat omne periculum ad emptorem tranſire. Macellarij quoque ſiue arrham dederint, ſiue animalia ſignauerint, emiſſe intelligantur, & pretium ſoluere ſummariè cogãtur.

De arrhis. Cap. 112. Gloſſ.

Arrha de iure communi argumentum eſt emptionis & venditionis, non autem per dationem Arrha eſt adeo perfecta, vt pœnitẽtiæ locus non ſit, arrha per emptorem amiſſa; vel per venditorem duplicata reſtituta. §. 1. & ibi Gloſſ. Inſtit. de empt. & vendit. l. contractus. in fine C. de fide inſtrum. Surdus deciſ. 260. nu. 25. Diſpoſitione ſtatuti huius per dationem arrhæ eſt contractus quilibet adeo perfectus, vt nemo contrahentium poſſit ab eo diſcedere, vt ibi.

De alienatione rerum pupillorum, ſeu Minorum. Cap. CXIII.

SI aliquam alienationem bonorum immobilium, ſeu iurium. Pupillorum ſeu Minorum, per eos cum auctoritate Tutorum vel Curatorum ipſorum, ſeu ab eiſdem Tutoribus vel Curatoribus fieri contingat; fiat cum Iudicis Decreto, & interuentu duorum coniunctorum Proximiorum quorum non interſit iuramento approbantium, non eſſe in præiudicium ipſorum Pupillorum ſeu Minorum, & illis deficientibus, alterius legitimi curatoris ad hunc effectum ſpecialiter deputandi; cauſa in ſcriptis ipſi Iudici expreſſa, & inſinuata ac plenè cognita: & ita facta valeat, & teneat, dummodo conſtet eam ceſſiſſe in euidentem vtilitatem ipſorum Pupillorum ſeu Minorum: alioquin nulla & inualida cenſeatur.

De alienatione rerum pupillorum, ſeu Minorum. Cap. 113. Gloſſ.

Alienatio rerum pupillorũ, ſeu minorum ſine decreto Iudicis facta, & de iure cõmuni inutilis eſt, & res alienatæ poſſunt vindicari l. 1. in princ. ff. de reb. eorũ. l. cum emancipatis. cũ alijs ſequentibus C. de prædijs minorum; quod habet multas limitationes, vt videre eſt in plurib. legibus poſitis in titulis ſupra dictis, & in toto tit. C. quando decreto opus non eſt. Statutum noſtrũ vltra decretum exigit interuentum duorũ proximorum iuramento approbantium non eſſe in præiudicium ipſorum pupillorum ſeu minorum, & illis deficientibus vnius Curatoris ad id ſpecialiter à Iudice deputati, quod idem faciũt ſtatuta multorum locorum; vt videre eſt apud Lambertengum in tract. de Cõtractibus eorum; quibus vel à iure communi, vel à ſtatutis ſine certa ſolemnitate contrahere permiſſum non eſt. & infra c. 151. & capus 152.

De vẽditionibus à decoctis factis. Cap. CXIV.

VEnditio, vel donatio, ſeu cuiuſcumq; alterius generis alienatio, facta ab aliquo, qui dictus fuerit decoctus, ſeu fallitus, vel ab vxore, nuru, vel alio habẽte cauſam ab eo, de bonis & rebus ipſius decocti, ſimulata præſumatur; & præſertim ſi alienans, vel decoctus poſt alienationem, illa poſſederit, vel alienatio in conſanguineum facta fuerit, & vt ſimulara ſummariè, vt dictum eſt, ad cuiuſcumque intereſſe habentis inſtantiam, reuocetur. Idq; locum habeat ſiue alienatio huiuſmodi facta fuerit ante, ſiue poſt decoctionem; dummodo eo tempore facta ſit, quo pro decocto communiter habebatur, licet adhuc non latitaret; quod probari ſufficiat per publicam tantum famam, & communem opinionem.

De venditionibus à decoctis factis. Cap. 114. Gloſſ.

Hoc ſtatutum ſuccedit loco actionis Paulianæ, ſi quid in fraudẽ Creditorũ geſtũ eſt. de qua in l. 1. ff. quæ in fraud. Credit. & l. ait Prætor. 10. ff. eod. & quod ita nuncupatur tradit tex. in l. videamus 38. §. in fauiana. ff. de vſuris. Hoc enim edicto conſulitur Creditoribus reuocando ea quæcũq; in fraudẽ eorũ alienata per alleg. ſup. et per tex. in l. 1. § 1. ff. eod. quæ in fraud. etc. & in factum eſt actio iſta. d. l. ait prætor. 10. ibi in factã actionem permittã: & generalis huius actionis cauſa eſt, ſi quid in fraudẽ Creditorum geſtum, vel alienatum eſſe appareat d. l. 1. & d. l. ait prætor. & l. 1. C. de reuocandis ijs quæ in fraud. Credit. §. item ſi quis. Inſtitut. de action. Item ſi debitor in fraudem creditorum non faciat id quod facere debet, vt ius ſuum non amittat l. in fraud. 4. ff. quæ in fraud. Credit. l. qui non facit. 163. ff. de reg. iuris. Item ſi ſe fecerit debito-

debitorem alicuius cum non esset. l.Seia. 28. in princ. ff. ad S.C. Velle. Nisi eum debitor posset acquirere, & non acquisiuit. l.quod autem. 6. in princ.ff.quæ in fraud. credit.l.non fraudantur. 176. ff.de reg.iuris exemplo. l.patrem.19. & l.debitorem.20 .ff.eodem. & alia fecerit quæ facere potest & non dicuntur facta in fraudem, vt videri potest in l.quod autem.§.apud.ff.eod. in l.nihil.171, ff.de regulis iuris. & in d.l. 10. in l.illud.3. in l.cum metus.22.& in alijs quas prudens omitto.

In hac enim actione venit res fructus,& omnis causa, & partus ancillæ, & debitores liberati. l.10. §. præterea. & §. per hanc. & l.25. §.ante solũ. & §.fructus. ff.quæ in fraud. &c. dicta lege 10. §. partum quoque l. omnes. in princ. ff. eodem. & actio ista est annalis habentibus experiundi potestatem. l.1. ff. eodem & dicta lege 10. in princ.eodem lege vltima. C.de reuocand. ijs quæ per fraud. l. quod autem. 6. §.fin.ff. eodem; & annus computabitur ex die venditionis bonorum vel fraudis gestæ l. ait Prætor.10. §.annus.ff.eod. & l.6. §.finali. in fine. ff.eodem.

De venditionibus factis ab Accusatis seu Inquisitis.
Cap. CXV.

VEnditio, vel alienatio quæcumque, facta ab Accusato,vel Inquisito de crimine capitali, seu publico, non valeat in præiudicium Fisci, & partis; & instrumentum desuper confectum, in fraudem factum, & simulatum esse censeatur.

De venditionibus factis ab Accusatis, seu Inquisitis.
Cap. 115. Gloss.

Venditio ab accusato, seu inquisito crimine capitali facta ex hoc statuto annullatur, vti facta in fraudem fisci. De hac materia latè tradunt omnes Doct.in l.post contractum 15.& in l.donationes. 22. §. perfectæ. ff. de donationibus. & ab huius statuti dispositione in paucis discrepant.

Nam Bart.in d.l.post contractum.& alij,& in l.si quis post.C.de bonis proscript.dicunt quinque diuersa tempora esse consideranda. Primum tempus ante delictum commissum; secundum post delictum commissum; ante tamen accusationem. Tertium post accusationem; ante tamen litis contestationem. Quartum post accusationem, & litis contestationem; ante tamen sententiam. Quintum post sententiam condemnatoriam Bald. Salic. & alij in d.l.si quis post. C. de bon. proscript. præclarè Decius in consil. 235.

In primo tempore ante delictum commissum alienationes quocumque titulo factæ siue in coniunctas; siue in alias personas valent; etsi crimen postea perpetratum esset de grauioribus; etiam maiestatis læsæ. l.fin. C. ad legem Iul. Maiest. d.l. si quis post. vbi Bald. & dicta l. Donationes. §. perfecta ff. de donatio. Ancharan. in consil. 251. Alexand. in consil.83. colum. 3. libro 3. Decius d. consil. 235. columna 1. Natta in crimine maiestatis. in consil. 628. num.5. Nisi constet alienationem factam fuisse in fraudem fisci propter futurum crimen perpetrandum; quia tunc non valet; & reuocabitur. l. si aliquis. ff. de donat. caus. mortis l. in fraudem in princ. & l. aufertur. §.1. ff. de iure fisci. Bartolus, & alij in d. l. post contractum ff.de donat. quando crimen esset tale ex quo sequitur publicatio bonorum; alias valet, & non reuocabitur. vt declarat Paul. de Castro in dicta lege post contractum. columna 1. vbi Picbus. numero 11. & 12. Nam, & alienatio facta in fraudem futurorum creditorum non valet, & reuocatur, l.ait prætor.§.ita demum. vbi Bart.ff.quæ in fraud. credit.gloss. & Baldaus in authen. sed iam. C. de donation. ante nupt. & in rubrica. C. de reuocan. his, quæ in fraudem credit. num.5. Doctor. in §.item si quis in fraudem. Institut. de Actionibus.

Fraus autem in proposito elicitur ex veris, vel ex præsumptis probationibus. & Bart. in d. l. si post contractum. sex tradit coniecturas ex quibus fraus conuinci possit. à quibus non recedit Bald. in dicta lege si quis post. C. de bonis proscript. hoc tamen iacto fundamento quod tempore alienationis suberat causa, propter quam maleficium fuerit perpetratum; hoc est odium, & inimicitiæ,ita Bart.ibi in d.l. post contractum in prima & 5. præsumptione ff. de donat. quem ibi sequuntur Paul.de Castr. colum. fin. Pichus num. 17. & est vulgatum cons. Bart.65. Petrus Nichola. num.3. quem semper sequuta est Rota in pluribus causis. Salicet.in d.l.si quis post. col.3. C.de bon.proscrip. Natta in cons. 549.

PRIMA Coniectura est cum præcedentibus inimicitijs. Reus donauit omnia

bona sua, deinde crimen perpetrauit, ex quo bona erant publicanda: nam ex immensa donatione de facili fraus præsumitur. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. & hanc recipiunt omnes in dicta l. post contractum. ff. de donat. & in dicto §. item si quis in fraudem. Instit. de act. Bald. & alij in dicta l. si quis post. C. de bon. proscript. Dec. dicto cons. 235. Alex. in cons. 55. num. 7. lib. 1. post Bald. in l. 1. 3. quæst. C. si quid in fraudem patr. Ang. in dicto §. Lucius. Ias. in dicto §. item si quis. num. 34. Instit. de actio. & num. 35. Et procedit etiam in emptore. Bart. dicto §. Lucius. gloss. & Bart. in l. qui testamentum. ff. de probat. & in dicta l. post contractum.

Quod tamen intelligendum est, quando emptor fuisset particeps fraudis: Nam non sufficit consilium fraudis ex parte solius venditoris, l. si debitor. & l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in fraudem credit. Dec. dicto consil. 235. num. 4. Pichus in dicta l. post contractum. num. 18. nam in emptore requiritur fraudis consilium. dicto §. si quis particeps. in donatario non vtique. l. qui autem. §. simili modo. ff. eodem. quia hic de lucro, ille de damno quærit, & lucri, & damni non eadem, & par ratio. l. fin. C. de codicill. Alciat. consil. 6. col. 2. lib. 3.

Et emptor fraudis particeps amittit rem quam ei aufert fiscus, sine restitutione pretij, Bart. in d. l. si debitor. ff. quæ in fraud. credit. cum distinctione sequitur Bald. in l. fin. §. emptor. num. 6. C. commu. delegatis. Contrarium tenuerunt Imol. Rom. Raph. & Pichus in d. l. post contractum. num. 13. ff. de donat. post Cynum in l. penult. C. ad l. Iul. maiest. Bossius de iure fisci. num. 45. Clar. §. fin. q. 78. col. 10.

Verum omnem fraudis suspitionem cessare faciet, si constiterit alienationem fuisse factam ex causa necessaria, vt puta pro filiabus dotandis, vel simili, Raph. Cuman. Pichus, & Bossius vbi supra.

Secunda coniectura est, cum quis donat personæ coniunctæ: nam præcedente inimicitia, & subsequente delicto donatio licet de re aliqua particulari medio tempore facta, præsumitur metu pœnæ futuri delicti, & ratio est, quia ob coniunctionem inter eos suspitio est, quod donatio non verè, sed collusoriè facta sit l. data C. de donat. l. penult. ff. de bon. lib. sed vbi non præcederet inimicitiæ causa, valeret irreuocabiliter. d. l. si quis post. C. de bonis proscript. l. res vxoris. C. de donat. inter virum, Decius dicto consil. 235. Pichus in dicta l. post contractum. num. 21. ff. de donat. Sed quia quis magis mouetur ad donandum coniuncto quam alteri potius est præsumendum pro veritate donationis in personam coniunctam collatæ, quam in extraneum, dummodò ante accusationem institutam post delictum facta appareat, Alciat. in consil. 24. in 3. dubio. lib. 8. quod est admittendum cessante causa præcedentis inimicitiæ. Pichus vbi supra sub nu. 22. quia propter coniunctionem præsumitur scientia. l. octaui. ff. vnde cogn. l. de tutela. ff. de in integr. restit. quo fit, vt extendatur etiam ad venditionem factam personæ coniunctæ: nam etsi emptor debeat esse particeps fraudis d. l. ait prætor. § si quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. cum ille sit coniunctus præsumitur sciuisse omnia.

Tertia coniectura est si post venditionem, vel donationem, venditor, vel donator remanserit in possessione rei venditæ, vel donatæ. l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pig. & l. si is qui. ff. de acquir. hæredit. tali enim casu contractus præsumitur simulatus, & multum distat à facto in fraudem, Bart. in d. l. post contractum. & in dicto consil. 65. Petrus Nichola. Cepoll. in tract. de simulat. contr. nu. 5. & in 24. præsumpt. num. 76. Nisi venditor, vel donator reseruassent sibi vsumfructum, quod de iure fieri potest. l. quisquis. C. de donat. Dec. d. cons. 235. Bossius de public. bonorum. nu. 48. & sequen. & venditor, & donator non possunt opponere de simulatione, sed tertius de cuius interesse agitur, Bart. in cons. 81. Martinus. in fine. & in d. cons. 65. Castren. in cons. 58. Visis lib. 2. Soccin. sen. in cons. 264. dummodo subsit causa, Bart. d. cons. 65.

Quarta coniectura est quando venditio, vel donatio fuit facta clam, & occultè argum. tex. in l. fin. ff. de ritu nupt. & in l. non existimo. ff. de admin. tut. sed emptor debet esse particeps fraudis. per tex. in d. l. ait prætor. §. si quis particeps, & debet præcedere causa propter quam similiter præcogitauerit committere delictum, Bart. in d. l. post contractum. ff. de donat. & in d. cons. 65. Dec. in d. cons. 235. col. 2. Io. de Imo. in d. l. post contractum. ex solo clandestino

con-

contractu arguit suspicionem fraudis absque eo quod probetur emptorem fraudis participem fuisse, quia contra actum clandestinum valdè præsumitur. Eum sequitur ibi Pichus. num. 25.

Quinta coniectura est cum maleficium incontinenti sequitur alienationem; eo enim casu præsumitur facta metu pœnæ futuri delicti arg. tex. in l. si ventri. §. in bonis. & ibi Bart. ff. de priuileg. credit. & in l. sed Iulianus. §. sed si filius. ff. ad Macedon. c. officij. de elect. Bald. & alij. in d. l. si quis post. C. de bonis proscript. intelligendo semper quod delictum committatur ex causa quæ præcedat alienationem, secus si committitur ex causa postea superueniente, & quod in venditione emptor sit particeps fraudis. Bart. in dicta l. post contractum. in quinta præsumpt. ff. de donat. vbi Pichus. nu. 28. & 29. Bossius de publ. bon. nu. 51. Dec. in d. cons. 235. col. 2. Natta in cons. 549.

Sexta coniectura est, quando alienatio facta esset in casum si contingeret bona publicari; Tunc enim apertè dicitur fraus probata. Bart. in d. l. post contractum, & id argumento tex. in l. fin. ff. de stipul. seruor. & in l. summa cum ratione. ff. de pecul. sequitur Salicetus in d. l. si quis post. col. 3. C. de bonis proscript. & ideo pactum inter fratres diuidentes, quod in casu publicationis bonorum alicuius succedant illius filij, vel fratres superstites gradatim non valet in præiudicium fisci, Pichus in dicta l. post contractum. nu. 30. ff. de donat. Dec. d. cons. 235. Bossius vbi supra d. nu. 51. Gabr. in cons. 140. nu. 38. lib. 1.

Vltra istas adde septimam si præcessissent minæ, vel verba ex quibus posset colligi in alienante fuisse animum delinquendi: & delictum deinde sequatur, Bart. in l. fin. ff. quæ in fraud. credit. Bald. & Alex. in l. metum C. quod metus causa, Pichus in d. l. post contractum sub nu. 33. ff. de donat. de debitore soluente delinquenti an bene soluat, vide Boss. in tit. debitor an delinq. sol. poss.

In secundo tempore videlicet post perpetratum maleficium, sed ante institutam accusationem, & vbi delictum est tale, quod ex eo bona statim, & ipso iure publicantur, & tunc non valet alienatio, quia Reus ex causa delicti statim amisit rerum suarum dominium; quod alienando in alium transferre non potuit. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iuris. Bart. in d. l. post contractum. vbi etiam Pichus num. 73. ff. de donat. nisi alienauerit ex causa necessaria, Salic. in dicta l. si quis post. col. pen. C. de bon. pros. Pichus dicta l. post contractum. num. 35. Quando autem, & quibus in casibus bona ipso iure publicantur. tradit Bart. in d. l. post contractum. col. pen. ff. de donat. & in l. Imperator. ff. de iure fisci. & in Auth. de incest. nuptijs. col. 2. Alberic. in 3. par. stat. quæst. 18. Calcane. in cons. 52. col. 3. Fely. in c. Rodulphus. nu. 48. de rescriptis. Boer. in decis. 263. num. 10. Bero. in cons. 191. num. 3. lib. 3. Ang. & Salic. in dicta l. si quis post. C. de bonis proscript. Dec. in cons. 235. col. 2. glo. in c. cum secundum. in verbo naturæ contrarias. de hæret. in 6. Barbat. in cons. vlt. lib. 1. in casu sodomiæ, & est communis, Clarus in §. sodomita. Idem in crimine hæresis. c. cum secum. d. c. de hæret. in 6. Menoch. in cons. 185. num. 8. & in cons. 217. nu. 7. Idem in crimine maiestatis, Dynus in dicta l. Imperator. ff. de iure fisci. glo. in l. fin. C. eodem. lib. 10. Boer. decis. 277. num. 12. Clarus §. læsæ maiestatis crimen. Menoch. cons. 99. num. 160. sed communis est in contrarium quid requiratur sententia, ita Bart. Paul. & Rom. in d. l. post contractum. Bar. in l. si debitor. ff. quæ in fraudem cred. & in d. l. Imperator. & in §. 1. Auth. de incest. nupt. Boss. de senten. nu. 48. & de crim. læsæ maiest. nu. 73. alios citat.

Et vbi pro delicto commisso administratio bonorum interdicitur, reus alienare non poterit, vt in crimine læsæ maiestatis. l. quæsitum ff. qui & à quibus l. is cui bonis. ff. de verbor. oblig. & in alijs de quibus in l. ex iudiciorum. vbi glo. ff. de accusatio. fallit in alienationibus necessarijs. l. reo ff. de solut. l. peto. §. prædium ff. de legat. 2. l. alienationes. ff. fam. hercisc. Anchar. in cons. 285. l. 1. §. sed si libertus. ff. si quid in fraudem facto. Natt. in cons. 212. num. 3. Sed administratio non censetur interdicta nisi sequuta agnitione fisci. l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci, Bald. in l. si verò. ff. qui satisd. cogan. Martin. Laud. de fisco. q. 97. Bald. in l. non solum. ff. de in integr. restit. & in l. eius. §. si cui ff. de testamen. & est tex. in l. si seruus plurium. §. si quis ante ff. de legat. 1. & interim ante fisci agnitionem reus vtitur bonis, Bald. in d. l. non solum. Fely. in c. Rodulphus. nu. 70. de rescript. Anchar. in cons. 251.

bona sua, deinde crimen perpetrauit, ex quo bona erant publicanda: nam ex immensa donatione de facili fraus præsumitur. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. & hanc recipiunt omnes in dicta l. post contractum. ff. de donat. & in dicto §. item si quis in fraudem. Instit. de act. Bald. & alij in dicta l. si quis post. C. de bon. proscript. Dec. dicto cons. 235. Alex. in cons. 55. num. 7. lib. 1. post Bald. in l. 1. 3. quæst. C. si quid in fraudem patr. Ang. in dicto §. Lucius. Ias. in dicto §. item si quis. num. 34. Instit. de actio. & num. 35. Et procedit etiam in emptore. Bart. dicto §. Lucius. gloss. & Bart. in l. qui testamentum. ff. de probat. & in dicta l. post contractum.

Quod tamen intelligendum est, quando emptor fuisset particeps fraudis: Nam non sufficit consilium fraudis ex parte solius venditoris, l. si debitor. & l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in fraudem credit. Dec. dicto consil. 235. num. 4. Pichus in dicta l. post contractum. num. 18. nam in emptore requiritur fraudis consilium dicto §. si quis particeps. in donatario non vtique. l. qui autem. §. simili modo. ff. eodem. quia hic de lucro, ille de damno quærit, & lucri, & damni non eadem, & par ratio. l. fin. C. de codicill. Alciat. consil. 6. col. 2. lib. 3.

Et emptor fraudis particeps amittit rem, quam ei aufert fiscus, sine restitutione pretij, Bart. in d. l. si debitor. ff. quæ in fraud. credit. cum distinctione sequitur Bald. in l. fin. §. emptor. num. 6. C. commu. delegatis. Contrarium tenuerunt Imol. Rom. Raph. & Pichus in d. l. post contractum. num. 13. ff. de donat. post Cynum in l. penult. C. ad l. Iul. maiest. Bossius de iure fisci. num. 45. Clar. §. fin. q. 78. col. 10.

Verum omnem fraudis suspitionem cessare faciet, si constiterit alienationem fuisse factam ex causa necessaria, vt puta pro filiabus dotandis, vel simili, Raph. Cuman. Pichus, & Bossius vbi supra.

Secunda coniectura est, cum quis donat personæ coniunctæ: nam præcedente inimicitia, & subsequente delicto donatio licet de re aliqua particulari medio tempore facta, præsumitur metu pœnæ futuri delicti, & ratio est, quia ob coniunctionem inter eos suspitio est, quod donatio non verè, sed collusoriè facta sit l. dona-ta C. de donat. l. penult. ff. de bon. lib. sed vbi non præcederet inimicitiæ causa, valeret irreuocabiliter. d. l. si quis post. C. de bonis proscript. l. res vxoris. C. de donat. inter virum, Decius dicto consil. 235. Pichus in dicta l. post contractum. num. 21. ff. de donat. Sed quia quis magis mouetur ad donandum coniuncto quam alteri potius est præsumendum pro veritate donationis in personam coniunctam collatæ, quam in extraneum, dummodò ante accusationem institutam post delictum facta appareat, Alciat. in consil. 24. in 3. dubio. lib. 8. quod est admittendum cessante causa precedentis inimicitiæ. Pichus vbi supra sub nu. 22. quia propter coniunctionem præsumitur scientia. l. octaui. ff. vnde cogn. l. de tutela. ff. de in integr. restit. quo fit, vt extendatur etiam ad venditionem factam personæ coniunctæ: nam etsi emptor debeat esse particeps fraudis d. l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. cum ille sit coniunctus præsumitur sciuisse omnia.

Tertia coniectura est si post venditionem, vel donationem, venditor, vel donator remanserit in possessione rei venditæ, vel donatæ. l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pig. & l. si is qui. ff. de acquir. hæredit. tali enim casu contractus præsumitur simulatus, & multum distat à facto in fraudem, Bart. in d. l. post contractum. & in dicto consil. 65. Petrus Nichole. Cepoll. in tract. de simulat. contr. nu. 5. & in 24. præsumpt. num. 76. Nisi venditor, vel donator reseruassent sibi vsumfructum, quod de iure fieri potest. l. quisquis. C. de donat. Dec. d. cons. 235. Bossius de public. bonorum. nu. 48. & sequen. & venditor, & donator non possunt opponere de simulatione, sed tertius de cuius interesse agitur, Bart. in cons. 81. Martinus. in fine. & in d. cons. 65. Castren. in cons. 58. Visis lib. 2. Soccin. sen. in cons. 264. dummodo subsit causa, Bart. d. cons. 65.

Quarta coniectura est quando venditio, vel donatio fuit facta clam, & occultè argum. tex. in l. fin. ff. de ritu nupt. & in l. non existimo. ff. de admin. tut. sed emptor debet esse particeps fraudis. per tex. in d. l. ait prætor. §. si quis particeps, & debet præcedere causa propter quam similiter præcogitauerit committere delictum, Bart. in d. l. post contractum. ff. de donat. & in d. cons. 65. Dec. in d. cons. 235. col. 2. Io. de Imo. in d. l. post contractum. ex solo clandestino con-

contractu arguit suspicionem fraudis absque eo quod probetur emptorem fraudis participem fuisse, quia contra actum clandestinum valdè præsumitur. Eum sequitur ibi Picbus. num. 25.

Quinta coniectura est cum maleficium incontinenti sequitur alienationem; eo enim casu præsumitur facta metu pœna futuri delicti arg. tex. in l. si ventri. §. in bonis. & ibi Bart. ff. de priuileg. credit. & in l. sed Iulianus. §. sed si filius. ff. ad Macedon. c. officij. de elect. Bald. & alij. in d. l. si quis post. C. de bonis proscript. intelligendo semper quod delictum committatur ex causa quæ præcedat alienationem, secus si committitur ex causa postea superueniente, & quod in venditione emptor sit particeps fraudis. Bart. in dicta l. post contractum. in quinta præsumpt. ff. de donat. vbi Picbus. nu. 28. & 29. Bossius de publ. bon. nu. 51. Dec. in d. cons. 235. col. 2. Natta in cons. 549.

Sexta coniectura est, quando alienatio facta esset in casum si contingeret bona publicari; Tunc enim apertè dicitur fraus probata. Bart. in d. l. post contractum, & id argumento tex. in l. fin. ff. de stipul. seruor. & in l. summa cum ratione. ff. de pecul. sequitur Salicetus in d. l. si quis post. col. 3. C. de bonis proscript. & ideo pactum inter fratres diuidentes, quod in casu publicationis bonorum alicuius succedant illius filij, vel fratres superstites gradatim non valet in præiudicium fisci, Picbus in dicta l. post contractum. nu. 30. ff. de donat. Dec. d. cons. 235. Bossius vbi supra d. nu. 51. Gabr. in cons. 140. nu. 38. lib. 1.

Vltra istas adde septimam si præcessissent minæ, vel verba ex quibus posset colligi in alienante fuisse animum delinquendi: & delictum deinde sequatur, Bart. in l. fin. ff. quæ in fraud. credit. Bald. & Alex. in l. metum C. quod metus causa, Picbus in d. l. post contractum sub nu. 33. ff. de donat. de debitore soluente delinquenti an bene soluat, vide Boss. in tit. debitor an delinq. sol. poss.

In secundo tempore videlicet post perpetratum maleficium, sed ante institutam accusationem, & vbi delictum est tale, quod ex eo bona statim, & ipso iure publicantur, & tunc non valet alienatio, quia Reus ex causa delicti statim amisit rerum suarum dominium; quod alienando in alium transferre non potuit. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iuris. Bart. in d. l. post contractum. vbi etiam Picbus num. 73. ff. de donat. nisi alienauerit ex causa necessaria, Salic. in dicta l. si quis post. col. pen. C. de bon. pros. Picbus dicta l. post contractum. num. 35. Quando autem, & quibus in casibus bona ipso iure publicantur. tradit Bart. in d. l. post contractum. col. pen. ff. de donat. & in l. Imperator. ff. de iure fisci. & in Auth. de incest. nuptijs. col. 2. Alberic. in 3. par. stat. quæst. 18. Calcane. in cons. 52. col. 3. Fely. in c. Rodulphus. nu. 48. de rescriptis. Boer. in decis. 263. num. 10. Bero. in cons. 191. num. 3. lib. 3. Ang. & Salic. in dicta l. si quis post. C. de bonis proscript. Dec. in cons. 235. col. 2. glo. in c. cum secundum. in verbo natura contrarias. de hæret. in 6. Barbat. in cons. vlt. lib. 1. in casu sodomiæ, & est communis, Clarus in §. sodomita. Idem in crimine hæresis. c. cum secum. d. c. de hæret. in 6. Menoch. in cons. 185. num. 8. & in cons. 217. nu. 7. Idem in crimine maiestatis, Dynus in dicta l. Imperator. ff. de iure fisci. glo. in l. fin. C. eodem. lib. 10. Boer. decis. 277. num. 12. Clarus §. læsæ maiestatis crimen. Menoch. cons. 99. num. 160. sed communis est in contrarium quid requiratur sententia, ita Bart. Paul. & Rom. in d. l. post contractũ. Bar. in l. si debitor. ff. quæ in fraudem cred. & in d. l. Imperator. & in §. 1. Auth. de incest. nupt. Boss. de senten. nu. 48. & de crim. læsæ maiest. nu. 73. alios citat.

Et vbi pro delicto commisso administratio bonorum interdicitur, reus alienare non poterit, vt in crimine læsæ maiestatis. l. quæsitum ff. qui & à quibus l. is cui bonis. ff. de verbor. oblig. & in alijs de quibus in l. ex iudiciorũ. vbi glo. ff. de accusatio. fallit in alienationibus necessarijs. l. reo ff. de solut. l. peto. §. prædium ff. de legat. 2. l. alienationes. ff. fam. hercisc. Anchar. in cons. 285. l. 1. §. sed si libertus. ff. si quid in fraudem facto. Natt. in cons. 212. num. 3. Sed administratio non censetur interdicta nisi sequuta agnitione fisci. l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci, Bald. in l. si verò. ff. qui satisd. cogan. Martin. Laud. de fisco. q. 97. Bald. in l. non solum. ff. de in integr. restit. & in l. eius. §. si cui ff. de testamen. & est tex. in l. si seruus plurium. §. si quis ante ff. de legat. 1. & interim ante fisci agnitionem reus vtitur bonis, Bald. in d. l. non solum. Fely. in c. Rodulphus. nu. 70. de rescript. Anchar. in cons. 251.

In tertio tempore post institutam accusationem habemus statutum hoc decidentem non valere, quod est contra ius commune cum distinctione de qua supra in secundo tempore, sed contra tenuerunt pro statuto Picbus in d.l. post contractum.n.39. Clar. quæst.crim.q.78. Ang. & Imol. in d.l. si quis post C.de bon.proscr. Io. Andr. & omnes in d.c.cum secundum. de hæretic. in 6. vt statutum hoc non sit contra sed secundum ius, cum distinctionibus præfatis.

In quarto tempore post litem contestatam, ante sententiam adhuc non interdicitur administratio quin possit alienare glos. in d. l. ex iudiciorum ff. de accusat. Sed fiscus alienationem vti factam in fraudem reuocabit. quia personalis actio res debitoris litigiosas non facit, Bart. in l. 1. C. de litig. & in l. quanquam. §.1. ff. de aq. pluu.arcen. Crauett. in cons. 279. col. 2.

In quinto tempore post sententiam confiscatoriam: & aut non fuit appellatum, & non potuit alienare, Doct. in d. l. post contractũ ff. de donat. Aut fuit appellatum, quo casu suspenditur ius sententiæ l.1. §. fin. ff. ad Turpill. & tunc interim valet alienatio; sed Iudex appellationis illam reuocabit per viam attentati secuta confirmatione sententiæ l.chirographis §.fin. ff. de administr. tutor. Nec disputatur vtrum in fraudem facta fuerit, vel non, Bart. in d. l. post contractum ff. de donat. Salic. in d. l. si quis post, C. de bonis proscript. glo. & Doct. in l.furti. in princ. ff. de hijs qui not. infam. Sed contra omnia præmissa arguit Bart. dicens quod obligationes nascuntur ex contractibus, & ex maleficijs vel quasi l.ex maleficijs ff. de actio. & oblig. §. 1. & toto tit. Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. & §.1. & toto tit. Inst. de obligat. quæ ex quasi delicto nasc. Et fiscus ex die contracti maleficij habet bona sui debitoris obligata l. aufertur. §. fiscus ff. de iure fisci l. rescriptum ff.de pactis, ergo &c. Sed respondetur, quod reus à die contracti delicti obligatur. Pœna verò non dicitur debita ex illa obligatione nisi secuta sententia condemnatoria; quia debetur officio Iudicis ad publicam vindictam, Bart. in l. fin. ff. de iniur. & in l.in fraudem.in princ.ff. de iure fisci. Et ideo non nascitur hypotheca nisi à die contractæ obligationis per condemnationẽ, ita Bart. in d. l. post contractum, vbi Picbus n.40. Bart. Bald. Alber. Ang. & alij in d. l. rescriptum, Bart. in l. vnica C.de pœna fiscal. lib.10. Salic. in d.l. si quis post C. de bonis proscript. col. 5. quos idem est in præcepto sub pœna: nam non à die præcepti, sed sententia cõtrabitur hypotheca, Anchar. in cons. 251. vt notatum mihi reliquit D. Galganettus Pater meus in suo repertorio.

Vt nullus bona Cameræ emere cogatur.
Cap. CXVI.

NVllus in Vrbe sal, vel animalia, aut alia bona Cameræ, inuitus emere cogatur.

Vt nulla bona Cameræ emere cogatur.
Cap. 116. Gloss.

Et de iure communi nemo priuatus cogitur emere res confiscatas, & ad Cameram fiscalem incorporatas, vt est de hoc tex. in l. nec emere, C. de iure deliber. & in l.licitatio §.ad conducẽdum ff.de public. & in terminis consuluit Nat. in cons. 500. per totum. & num.7. verum sub nu. 1. & seq. ponit casus in quibus priuati possunt cogi emere. Stante itaque hoc nostro statuto nullus datur casus, in quo quis inuitus emere cogi possit. Contra adest Constitutio Marchiæ lib. 1.cap.11. & lib.4. cap.19. vbi disponitur consanguineos & affines esse cogendos copulatiuè, & sic videtur dicendum pro virili vsque ad gradum in dicta Constitutione assignatum l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duob.reis. Nisi practica sit in contrarium in loco vbi hoc agitatur l. cum de interpretatione ff.de legibus. Sed hæ Constitutiones non ligant Romanos vtentes iure proprio statutorum.

Vt emens bona Cameræ defendatur ab ea.
Cap. CXVII.

EMens bona mobilia, vel immobilia Cameræ Vrbis, defendatur per Cameram, & Camerarium, & in possessione manuteneatur; & in euentum euictionis, pretium illi per Cameram restituatur; super quo summariè procedatur, vt supra dictum est.

Vt emens bona Cameræ defendatur ab ea.
Cap. 117. Gloss.

Est enim hoc speciale quod emens à Camera mobilia, vel immobilia, corporalia, vel incorporalia omnino tutus sit, adeò quod ab alio super ea inquietari non possit actione reali, nec per-

personali; quia tertio est reseruata actio contra fiscum, proponenda intra quadriennium, & non vltra. vt est casus in l.2.C.de quadr.præscript. §. fin. Inst. de vsucapio. quod est intelligendum procuratore fisci vendente l.si procurator. vbi Bart. ff. de iure fisci. Bald. in cons. 363.

Quod extenditur ad alienationes ex quocũque titulo oneroso vel lucratiuo factas à Sacratissimo Imperatore, vel à Sereniss. Augusta l. bene à Zenone C. de quad. præscript. Bellonus per illa iura in cons. 51. Riminald. in cons. 103. nu. 52. & per illa iura denegatur audientia, & Iudicibus est sublata iurisdictio cognoscendi, Afflict. in decis. 361. nu. 18. & plena securitas acquiritur eum Imperator donat, vel transfert rem cum beneficio illarum legum. Soccin. Iun. in cons. 113. lib. 2. & in cons. 65. lib. 3. Et dicta iura variè extenduntur, & ampliantur, & restringuntur, vt per Martin. Lauden. in tract. de Principe. Iacob. à S. Georg. de feudis. in verb. Princeps Pedemontium, Balb. de præscript. in 2. par. 5. par. princ. in 8. quæst. Soccin. Sen. in cons. 46. lib. 4. Ias. in auth. quas actiones C. de sacros. eccles. Duen. reg. 238. emens à fisco.

Primò itaque amplia, etiam si fiscus vendat sub nomine vniuersitatis, vt puta hæreditatem Petri: nam hæres verus ab emptore illam vendicare non poterit, glo. Bald. & antiquiores. in d.l.2. C. de quadr. præscript. Angel. in l. etiã §. item si quis ff. de pet. hæredit.

Secundò amplia, vt ille qui egit tam agendo, quàm excipiendo potior sit. d.l. bene à Zenone. & §. fin. Instit. de vsucap. item siue priuatus agat siue excipiat, Bald. in d.l. bene à Zenone. nu. 1.

Tertiò amplia etiam si emptor, vel Donatarius sciuissent rem emptam vel donatam esse alterius, Bald. in d.l.2. sed sibi contradixit in l.2.C.cõm.rer.alie.gl. in d.l.2. in 3. solutione C. de quad. præscript. & hanc sequitur Soccin. Iun. in cons. 94. num. 21. lib. 2.

Quarto amplia, vt nec etiam pro tributorum debito iam contracto possit puniri Bart. in l. fin. C. de fide Instr. lib. 10.

Quinto amplia hoc idem procedere in Dominis, & Ciuitatibus; quæ non recognoscunt superiorem Bald. in d.cons. 363. lib. 1. & in consil. 359. lib. 3. & in proœm. decret. Rom. in consil. 310. num. 5. & in cons. 59. num. 7. Abbas in c.2. de rebus eccles. non alienan. Balbus vbi supra. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum num. 53. de constit. Soccin. iun. in cons. 65. col. 2. lib. 3. Crauetta in cons. 263. col. pen. Boer. in decis. 8. Ruy. in cons. 31. num. 18. lib. 5. Roland. in consil. vlt. num. 48. lib. 4. Istis contradicunt Ang. in l. 1. C. de fide Instr. lib. 10. asserens hoc esse Summi Principis, & eius fisci priuilegium. refert Soccin. sen. in cons. 46. num. 22. lib. 4. Bald. antea sibi contrarius: in c. ad Apostolicæ de re Iudic. Mart. Lauden. de fisco. in 11. speciali. Iacob. vbi supra. in 40. speciali Abbas in cons. 3. q. 17. lib. 2. Dec. in cons. 357. num. 7. Curt. sen. in consil. 51. col. penult. Ias. in cons. 162. col. 2. lib. 2. Curt. Iun. in cons. 142. col. fin. & in cons. 174. col. penult. Soccin. Iun. in cons. 69. nu. 56. lib. 1. Alex. in cons. 52. lib. 7.

Sextò amplia etiam quãdo fiscus accipit possessionem bonorum alicuius condemnati, & confiscati. Paulus de Castro in l. fin. col. 1. C. si aduoc. fisci. Septimò extende ad quascumque res mobiles, immobiles, iura, & actiones, vt in iuribus supra allegatis.

Octauo amplia etiam quod res venditæ essent alicuius minoris Bald. Ang. Salic. & Paulus de Castro in l. fin. col. 1. C. si aduoc. fisci. intellige adhoc, vt emptor sit securus, sed minor poterit agere ad restitutionẽ pretij contra fiscum, etiam elapso quadriennio. Bald. vbi supra & ratio horum est, vt tuta sit fiscalis hastæ fides. l. si hypothecas C. de remis. pignor.

Limita primò nisi Princeps rem vendat non vti suam, sed sui debitoris; vel si vti suam minus solemniter vendiderit, tunc illam verus Dominus vendicabit. tex. est & ibi glo. in l. fin. vbi Bart. Bald. Ang. Salic. & Paul. de Castro. C. si aduer. fiscum. & est casus. in l. fundus qui. ff. de rescind. vendit. & ibi Salic. & in l. 1. vbi glos. Ang. & Salic. C. de præscript. 30. ann. Bald. in cons. 363. lib. 1. & in proœm. decret. col. 4. & in cons. 253. lib. 1. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. num. 55. de constit. Alex. in cons. 52. lib. 7.

Secundò limita quando Princeps rẽ alienam esse sciens, eandem alicui vendit; aut donat; tunc enim ius tertij non transfert. glo. in l.2. C. cõm. rer. alien. & in l. 1. C. de vendit. reb. fisci. lib. 10. Abbas d. cons. 3. q. 17. Rom. d. cons. 310. in fine. Dec. d. cons. 357. Fely. vbi supra nu. 55. & ita ex multis Lucas de Pẽna. in l. fin. col. 16. C. de locat. præd. Ciui. lib. 11.

Tertiò limita quando Princeps rem illã non tradit; & si tradit; quod nullus sit contradictor. Bald. in c. 1. §. fin. col. vlt. de noua form. fidel. & in cons. 363. lib. 1. Balbus loco supra citato.

Quartò limita si Princeps rem illam, seu fiscus

scus bona fide possideret alias secus. glos.in d.l. fin. C.si aduer. fiscum.Bart. in l.fin.C.si contra ius. Bald.& Salic.in l.2.C.com.rer.alie.Bald. in l.1.num.5.C.de hæred.vendit. Alex.in consil. 52.Ias.in d.auth.quas actiones. & Fely.ubi supra n.55. & asserenti non possedisse incumbit onus probandi. Ruy.d.cons.31.num.18.lib.5.

Quintò declara; si Princeps; vel fiscus rem alienat simpliciter uti suam; secus si exprimat aliquam causam; quæ non sit vera; quia tunc reuocata causa reuocatur alienatio,Bald.& Salic.in l.1. C. de hæredit. vendita. ubi ita intelligunt text. in l.nec vllam. §.item si quis. ff.de petit.hæredit. Alex.d.cons.52.nu.7. Soccin.sen. in cons.46. num. 19. & in cons.121. num.25. lib. 4.

Sextò limita nisi Princeps nullum ius habeat in re; quam alienat, tunc enim videtur rem alienasse pro iure quod habet in ea l. uxor Patrui cum materia.C.de leg.& in l.qui tabernas ff.de cõtrah.empt.Bald.in cons.127.lib.3. & in cons.253.lib.1. Soccin.sen. in cons.46. num. 4. & in cons.121. num.25. lib.4.

Septimò limita quando Tertius esset creditor rei per fiscum alienatæ; quia tunc poterit agere contra illius rei emptorẽ non excusso fisco l.eum qui.ff.de iure fisci.l.1.ff. & C.de hæredit.vend. Soccin.d.cons.46.num.19.

Octauò limita nisi fiscus rem alienam tradat pro credito suo, vel cedat iura sua. Dec.in consil.357. post Bald. in cons.253. lib.1.

Nonò limita quando constat Principem voluisse uti plenitudine potestatis.Bald.in proœm. Decret.col.3. & in l.2. C.comm.rer.alien. Deci. d.cons.357. colum. ult. & in dubio uti voluisse non præsumitur. Dec.ubi supra.

Decimò declara.Principem concedendo bona generaliter non videri cõcedere ea in quibus tertius habet ius singulare, & proprium, Bald.in cons. 363.nu.4.lib.1.per tex.in l.1.ff.de euict. & in c.1.de inuestit.de re alien.fac.

Vndecimò limita in rebus Ecclesiæ quia in istis Princeps secularis nullam habet potestatẽ. c. quicumque. 12. q.2. toto tit. de rebus eccles. non alien. & est casus in c. 2. eod. Salic. in d.l. bene a Zenone col.1.C.de quad.præscript.Felyn. d.c. quæ in ecclesiarum num.58. Soccin. d.consil.46. num.14. Balb.de præscript. in 1.par.5. par.princ. num.11.

Duodecimò limita non procedere si Princeps, vel fiscus concederet ecclesiæ bona aliena; quia illa non acquirit in præiudicium veri domini. Bald.in d.l.bene a Zenone C.de quad.præscr.gl. in d.c. quicumque 12.q.2.Romanus sing.625. sequitur Felyn.d.c.quæ in ecclesiarum num.58. Balbus ubi supra num.58.

Decimotertiò limita in rebus dotalibus, ac in illarum hypothecis Bald. in cons.359. lib. 3. Soccin.d.cons.46.num.25.Ias.in l.1.col.3.ff.solut.matr. Balbus ubi supra in 11. limit. Tiraquel. de retract.lignag. §.1.glo.14. num.92.

Decimoquartò limita, si Princeps res minorum dederit; quia per restitutionem in integrũ eis subueniretur. glo.& Bart. in l.penult. C.de fide Instrum.lib.10. Balbus d.loco.limit.10.sed contrariũ tenent allegati supra ampliatione 8.

Decimoquintò limita in duobus causam habentibus a Principe, vel fisco; nam potior erit conditio illius cui res fuit vendita donata; vel concessa. l.præd. C.de locat.præd. Ciui.lib.11.c. Abbate sanè.de re iudic.in 6. Roma.cons.298. num.3. Curtius Iun. in consil.143. per totum. Grammat. decis.65.num.43.

Decimosextò limita si venditio à fisco solemniter facta fuit; nam facta sine solemnitatibus retractatur.l.1.& l.3.l.si tempora.& l. duplex ratio. C. de fide Instrum. lib.10. Bald.in d.l.1. vers.sed contra hoc. C.de hæredit. vendit. & in dicto cons.363. lib.1.

Decimoseptimò limita si ille cuius bona vendita sunt, sit a Principe restitutus, nam restitutio recuperat etiam bona alienata ex causa Afflict.post Iser.in c.1.num.32.de Vasal.decret. ætat. Verum secundum Alciatum in cons. 138. in fine lib.9.non est recedendũ a decisione d.l.2. & l.bene a Zenone.propter limitationes præfatas a Modernis excogitatas;quia nõ sunt veræ.

Nam venditio fisci nomine solemniter facta, tribuit emptori firmitatem perpetuò possidendi l.1.C.si propt.pub.pensit.l.1.C.de capien.& distr.pigno. l.quæcumq; C.de fide Instrum. lib.10. ubi dicit Bart. quod non retractatur prætextu rescripti; nec minoris ætatis,item nec prætextu læsionis;iuxta supra dicta,ne fides hastæ fiscalis pereat, l.si hypothecas. C.de remiss.pignor.

Et cum fiscus venditorem sui debitoris; si creditor anterior id sciat, & taceat sibi præiudicat.l.si hypothecas.C.de remiss.pig.& ibi glo. & Ang.Bald.& Salic. & notatur in l.fin. C.si aduersus fisc. ubi Paulus de Castro.Soccin. d.consil.46.num.25.lib.4.Negusant. de pignor.in.3. me.6.par. num.15.

Potest fiscus rem cum alio communẽ, etiam si in ea modicam partem habeat totam alienare dando socio ratam precij suæ partis; si socius illam emere noluerit; nam si voluerit præfertur

pro

pro eodem precio.l.2.C.comm.rer.alie.& C.de vendit.rer.fisc.lib.10.Bald.in d.l.2. Tiraquel. de retract.lignag. §.1.glo.18. num.7. Bald.in cons.171.lib.1. Dec.in cons.235. Bald.in cons. 336.lib.5. etiam quod res sit diuisibilis, ac commodam patiatur diuisionem, modo intersit fisco totam vendi respectu maioris pretij, Bart. in d. l.1.C.de vendit.rer.fisc.post glo.Fely.in d.c.quę in ecclesiarum nu. 73.

Et diuisio rei communis cum priuato fit per fiscum, & priuatus eligit l.1.C.de his qui se defer.lib.10. & ibi Bart.& in.l.Senatus.§.Senatus censuit.ff.de iure fisci. Et emptor rei fiscalis non potest per fiscum pro alio conueniri quã pro precio.l.penult.& vlt.vbi Bart. C.de fide Instrum.lib.10.in tantum vt non possit conueniri pro liuellis rei emptæ decursis, si illa liuellaria fuerit. Bart. in d.l.vlt.

De redemptoribus litium alienarum, & de pacto quotæ litis. Cap. CXVIII.

Litis alienæ redemptor, qui post litem motam quocunq; colore & titulo, res, seu actiones in iudicium deductas, in se & suæ potestati subiectos, vel de sua familia transferri publicè, vel occultè fecerit; & qui de litis quota pactum fecerit, perpetuò infamis sit, & omne lucrum & commodum, quod exinde prouenerit, turpe & illicitum censeatur, & ab eo auferatur, & illud ac tantundem de suo, Cameræ Vrbis applicetur, & desuper Senator ad cuiusq; etiam secretam denunciationem inquirere teneatur: & ad hoc probandum sufficiat publica fama, per tres idoneos testes probata, aliqua lis indicio præcedente.

De redemptoribus litium; & de pacto quotæ litis. Cap. 118. Gloss.

Lis dicitur introducta inter affirmantem, & negantem: Actorem scilicet & Reum possessorem. Auth.litigiosa. C. de litigiosis. Crauetta cons.279. Natta cons.2. num.2. Pedem. decis. 144.num.7. & in Romana Curia lis inducitur sola citatione: sed extra curiam habet locum. Clement.2. vt lite pendente. Rota in nouis decisio.9. alias 279. eod. Rot.diuers.decis.1. nu.4. par.2. Lancell.de attent.c.4.2.parte.fol.44. & 45. Surdus decis.5. num.3. & in actione reali non inducitur nisi per oblationem libelli. Guido Papæ decis.337.in fine; vt ante litem inductam non habeat locum huiusmodi Statutum, qui succedit loco dictæ Authent. litigiosæ.

Pactum de quota litis iura communia id appellant per quod quotam litis alicui promissam esse constat, vt est de hoc text. in l.sumptus. 53. ff.de pactis ibi; sed pars dimidia eius, quod ex lite datum erit non licet: vbi Gloss.in vers. datum. Bart. & cæteri omnes. Quod idem facit hoc statutum in illis verbis, & qui de litis quota pactum fecerit &c. & ideo necesse est quotã aliquam ipsius litis in stipulationem deducere; vt quis subiaceat pœnis iuris communis, & statuti huius.

Vbi enim promittitur quantitas, vel res simpliciter, non autem magis, vel minus respectu eius, quod in litem deductum est; tunc promissio rei; vel quantitatis valet.l.vnica.C.de suffrag. Bart. per textum in d.l.vnica. Hoc idẽ firmat in d.l.sumptus.in fine ibi: sed vbi promitteretur quantitas.ff.de pact.vbi antea Odofr. & postea Ang.num.2. Quod tamen intelligi debet quando attenta lite promissio quantitatis extra nomen quotæ litis modum non excedit, vt per tex. in l.Salarium. ff.mãdati. Notat Baldus in d.l. sumptus. num.2.vers.vbi autem non exceditur modus. & Castrens. in fine vbi hoc palmarium non improbatum appellat; facit text. in l.si contra.20. C.mandati, & in d.l. salarium.ff.eod. ibi. An in euentum litium maioris pecuniæ præmio &c. Et de iure cõmuni Aduocatus, & Procurator probibentur facere hoc pactum quotæ litis, non autem alij, vt puta sollicitator, Bertrãd. in cons.160.lib.4. Borgnin. decis.41. num.44. Et idem non habet locum, si promissa ei fuit simpliciter quantitas, vel res alio respectu quam litis. Bald.in l.si quis Aduocatorum.num.2.C.de postulat. Guido Papæ decis.102.num.2. Rolãd. in cons.36.nu.20.lib.3. Guido Papæ decis.120. num.2.Vrsillus ad Afflictum decis.123.num.6. Sed si pactum quotæ inualidum sit; cessat pœna pro vt notat in simili Bart.in l.filium.§.si quis cõtra tabulas.ff.de legat.præstan.Aretin.in consil.18.col.1.num.4.& sequen.Alciatus in consil.258. num.6. Idem in emphiteuta alienante nulliter rem emphiteuticam. Iason in l.fin. numer.110.C.de iure emphit.& aduocati, & procuratores facientes talia pacta de iure communi priuantur exercitio. l.si quis Aduocatorum ad finem.C.de postulando.Guido Papæ in d.decis.102.num.2. Sed de Salario potest Procurator, & Aduocatus pacisci.l.1.C.de suffrag. Guido Papæ in decis.102. num. 2. Iason in §.tripli.num.50. Instit. de actionibus. Eisq; datur salarium conuentum etiamsi non laborent; cum

non

non steterit per eos. Bald.in d.l.1.quæst.5.numer.9.C.de suffrag.& pariter debetur etiam si lis terminetur per compositionem, non per sententiam, Viuius opin.8. Aduocatus &c. Borgninus. decis.37.nu.48.& est eorumdem quasi Castrense peculium. Alciatus cons.339.num.1. An autem salarium conuentum debeant habere in principio, medio, vel fine litis; notat Iason in d.§.triplic.num.59.& 61. Missing. obseruat.7.Centur.3. Et transmittitur ad hæredes pro integro anno, quo decedit Missinger. obseruat.8.Centur.8.& debetur etiam quod lis amittatur. Afflict.in constit.Rubr.82.de salario Aduocati.num.4.lib.1. Et quod recepit non tenetur restituere etiam quod infirmitate fuerit impeditus causam defendere. Afflictus vbi supra. num.3. Et si conuentum non sit, debetur ex statuto, de quo infra lib.3.c.82.& Iudicis officio l.1.§.in honorarijs.ff.de varijs extraord.cognit. Supra capit.4.vers.nec negociatores. diximus Iudices non posse Aduocationis munus exercere; quia regulariter duo officia in eadem persona, eodemq; tempore esse non possunt. l.libertus.§.præscriptio.ff.ad municipal.l.fin.C.de assessorib.quia inter Iudices, & Aduocatos aliquis debet esse delectus.l.quisquis.C.de postulando. nec in duabus militijs quis præesse potest.l.is quidem.§.in posterum.C.qui milit.poss.lib.10.cap.singula.89.distinct.Pena explicatur contra duo officia exercẽtes.in text.vbi Bart.in l.quisquis C.de cobort.lib.12. Roman.sing.393. Limita 1. nisi forte quis esset dispensatus à Principe, vt euenit mihi, à Paulo V.P.Opt.Max. meo Benefactore; qui voluit, vt Aduocationem exercerem eodem tempore, quo Iudicis Appellationum officium mihi ab eo spontè datum exercebã.Bar.in l.fin.C.de excusat.& exact.lib.12. Carauitta ritu 2.Vic.in fine.Limita 2.quando duo officia essent compatibilia l.si consul.ff.de adopt. Bart.in l.1.num.18.ff.de collat.illici. Fely.in c.ex literis.num.10.de probat.Roma.in cons.25.Alexand.156.lib.2. Matthes.sing.1. Dec.cons.4.Bart.in auth.breues C.de sentent.

Quod venditor cogatur facere, vt emptor liberè possideat. Cap. CXIX.

IS qui rem vendidit, & eius hæredes, modis omnibus cogatur facere, vt emptor rem pacificè, & quietè possideat, & omnes molestias tollat, onera liberet, & molestantes faciat consentire, & Iudex aditus super præmissis, venditorem, illiusq; hæredes ad prædicta summariè, vt dictum est, procedendo, iuris & facti remedijs opportunis etiam lite pendente cogat, etiam ad pretij (si emptor voluerit) restitutionem, ac ad damnorum & interesse, iuramento partis, Iudicis tamen taxatione præcedente, liquidandorum satisfactionem: quæ damna quantitatem pretij non excedant, nisi tunc conuentus denuo cum idoneo fideiussore caueat de conseruando indemnem ipsum emptorem.

Quod venditor cogatur facere, vt emptor liberè possideat. Cap. 119. Gloss.

De iure communi venditor non habet necesse rem venditam facere emptoris, emptor verò nummos venditoris facere cogitur. l.si ita.25.ff.de contrahent.empt.l.1.in princ.ff.de rerum permutat.l.ex empto.11.ff.de act.empt.hoc statuto disponitur contrarium.& ita etiam procedit de iure communi quando contenta in hoc statuto vel alia sunt inter emptorem; & venditorem promissa; ac in stipulationem deducta.l.cũ stipulatus.113.§.fin.ff.de verb.obligat.& promissor non seruauerit promissa, & fuerit requisitus constitutus in mora tenebitur ad interesse actione ex stipulatu ubi non adesset statutum, vt hic; cum verò adsit statutum tenebitur ex statuto, absque eo quod in statuto contenta essent in stipulationem deducta; quando sunt in stipulationem deducta tenebitur actione ex stipulatu iuxta dispositionem iuris communis.d.§.fin.& l.si fundũ 114.ff.eod.l.si quis.112.§.fin.ff.eod. l.si quis 13.§.fin.ff.de re iudic.l.stipulationes.72.ff.de verb.oblig.l.si pœnã.68.in fine.ff.eod. l.quoties.81.& l.ita quis 135.§.ea lege.ff.eod. l.vbi autem 75.§.fin.ff.de verb.oblig.l.stipulatio.21.§.siue autem.ff.de oper.nou.nunc.gloss. in l.si quis.13.§.fin.ff.de re iudic.

De euictionibus. Cap. CXX.

IN promissionibus de Euictione, possit apponi pœna dupli, secundum antiquam & obseruatam Vrbis consuetudinem; & illa in euentum contrauentionis exigi possit; non obstante quòd pœnæ conuentionales, nisi quatenus intersit, exigi non possunt, vt infra dicetur.

De euictionibus. Cap. 120. Gloss.

Si res emptori euicta sit datur contra venditorem actio de euictione.l.ex empto.11.§.denique in fine.ff.de actio.empt.l.si quis.10.ff.de euictio-

euictione.l.minor.39.§. pater.ff. eod.l.licinius. 4.ff.quibus ad libert. clamar. non licet.l. si per imprudentiam.51. §.1. ff. eod. l.2.§.fin.ff. de doli mali except. l.cum sibi.22. C.de euictio. cum similibus: Sed quia sæpe promittens de euictione stipulatur pœnam dupli rei euictæ: & dubitabatur an hæc dupla stipulatio subsisteret? statuentes ideo huic dubitationi occurrunt; & apponi posse concedunt secundum antiquam Vrbis consuetudinem. Nam in simplici actione de euictione, euicta re, in id quod interest emptoris rem euictam non esse competit actio.l.venditor.8. ff.de euictio. l.si cũ.66.§.fin.ff.eod.l.emptori 67.l.euicta.70.ff.eod.l. Titius.43. §.fin. ff.de act. empt.l. si controuersia.9.C. de euictionibus l.si cum.17.l.empt.21. l.cum successores. 23. l.si permutationis.29.C. eod. l.vlt.C.de cõmit. rer. alie. Nisi stipulatio de euictione præstanda in duplum interuenit: tunc enim non id quod emptoris interest; sed quod in stipulationem deductum est debetur. l.si sibi.25. C. de euictio. l. si plus.74.ff. eod.l.cum successores ibi si aliud non placuit. C. de euictio. & in puncto quod venditor teneatur ad duplum quando illud in casu euictionis promisit est text. in d.l. si sibi.25.C. de euictio. ibi vel ex stipulatione dupla &c. & in l. euicta.16. §.1. ibi dupla stipulatio.ff. de euict. vt dispositio illius statuti nõ videatur exorbitans; cum, & à iure communi admissa reperiatur.& ita in terminis huius statuti seruatum esse testatur Papazonus in addit. ad decis.34. de rescriptis. Hoc tamen quod disponit statutum; & ius commune admittit Limita primo nisi fiscus; vel Curator Cæsaris duplum promittit, quia non nisi in simplum nihilominus tenebitur.l. si Curator.5.ff.de iure fisci.

Limita 2. nisi per errorem sit stipulatum l.emptori.37.§. si simpl.ff. de euictione.

Limita 3. nisi quantitas in stipulatione non sit definita l. si in venditione 60.ff.eod.l.euicta. 16.§.fin.ff.eod.

Limita 4. nisi cum antea ex alia causa ex stipulatu actum sit; & emptor aliquid sit consecutus, postea rursus agatur, tunc enim ex dupla promissa erit deducendum; quod emptor antea fuit consecutus.l.cum fundus.48. ff.de euict. l.quia dicitur.32.ff. eod.

Limita 5. Nisi res accessoria non principalis sit euicta, tunc enim simplum tantum venditor præstat, quamuis duplum promiserit. l. euicta. 13. ff. de euict.l. exemplo.11. §. si quis rem.ff. de act. empt.

De Locatione, & Emphyteusi.
Cap. CXXI.

NOn liceat conductori vel emphyteotæ, qui pluribus annis pro re conducta seu in emphyteusim accepta, pensionem domino soluerit referre suo locatori, vel eius hæredi, ab eo causam habenti, dominij quæstionem, etiam si per aliquot annos in solutione cessando, quasi possessionem interuerterit: sed cogatur per Senatorem, & eius Iudices summariè, vt dictum est, actorem in quasi possessione reintegrare, & de pensione seu fructuum parte, domino prædio, seu eius hæredibus, & ab eo causam habentibus respondere.

De locatione, & Emphyteusi.
Cap. 121. Gloss.

Vna sub dispositione complicatur per hoc statutum Locatio. & emphyteusis licet inter se differũt §.1. Instit. de locat. l.1.C.de iure emphyt. & quod in eo ibi disponitur iure communi conceditur. Nam conductor prius possessionem restituere debet, & tunc de proprietate litigare l. si quis 25.C.locati, & emphyteuta irrequisito Domino, seu nolente non potest rem emphyteuticam alienare. l. cum dubitabatur 3. C. de iure emphyt. & per triennium non soluens pensionem rem amittit l.2.C. eod.

Quod res ad longum tempus, & in Emphyteusim conducta pro dote obligari possint.
Cap. CXXII.

RΕs ad longum tempus, seu in emphyteusim conductæ, pro dote & donatione propter nuptias, absq; domini consensu obligari possint, pacto non obstante: iure tamen directi domini integro permanente, nec propter hanc obligationem res ad dominum reuertatur: si tamen ex causis legitimis locatio dissoluatur, domino ius illæsum remaneat.

Quod res ad longum tempus, & in Emphyteusim conductæ pro dote obligari possint. Cap. 122. Gloss.

Nam, & de iure emphyteuta sine Domini consensu potest emphyteusim in dotem dare filiæ suæ sine periculo priuationis iuris sui. Specul. in §. nunc aliqua num. 133. quæst. 109. de locato, & ibi

& ibi Io. Andr. in addit. per tex. in §. emphyteusim. Auth. non alie. aut permu. rebus Ecclesi. quem sequuntur Salicet. in d. l. fin. C. de iure emphyt. nu. 10. Iaſ. n. 107. & in auth. res quæ ampliat. 17. C. comm. de legatis. Imol. in c. potuit nu. 17. de locato. Burſatt. conſ. 80. n. 30. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. num. 95. Guid. Pap. deciſ. 48. Ruin. in conſ. 148. nu. vlt. lib. 1. Crauett. in conſ. 215. nu. 6. Sed tranſit eodem iure in dotatam, quo erat in dotante; & mortuo dotante tranſit ad alios in inueſtitura comprehenſos ſi eis non potuit præiudicare; & reuertitur ad Dominum ſi ita erat futurum ſublato de medio dotante, Spec. vbi ſupra q. 109. nu. 133. per tex. in c. nuper, de donat. inter vir. & vxor. Caſtren. in l. vſufructu nu. 6. ff. ſolut. matr. Iaſ. in d. l. fin. num. 107. Salicet. nu. 10. C. de iure emphyt. Ruin. in conſ. 165. nu. 3. & 6. lib. 1. Alex. in conſ. 173. nu. 1. lib. 2. Corbul. latè de cauſ. priuat. ob alie. irrequiſito domino Limitatione 20. per totam.

Poteſt etiam emphyteuta ſine Domini conſenſu rem emphyteuticam hypothecare. gloſ. in l. fi. in verbo, vendere; quam ibi Doctores C. de iur. emphyt. vbi Iaſ. n. 78. Grat. in conſ. 54. nu. 5. lib. 1. dicit glo. illam eſſe communiter approbatam, Rip. in l. filiusfamilias. §. dlui. nu. 90. vtique dicit communem ff. de legat. 1. Rot. diuer. in deciſ. 3. nu. 10. par. 2.

Sed an bona emphyteutica regulariter alienari prohibita veniant in generali obligatione bonorum? Rot. in deciſ. 426. diuerſ. par. 1. firmat quinque concluſiones, & reſoluit affirmatiuè, & negatiuè, vt in eis, & quando non eſt facta expreſſa mentio rei emphyteuticæ dicit quod in generali non veniunt per iura quæ ibi allegantur in d. deciſ. 426. nu. 1. quando eſt facta de re emphyteutica expreſſa mentio in obligatione dicit tunc venire per conſ. Goz. ad. 20. in fine, Bero. in conſ. 127. nu. 12. lib. 4. cum alijs ibi allegatis ſub nu. 5. & tandem quando non adſunt alia bona dicit ea venire in obligatione generali abſque illorum expreſſione, Gerard. ſing. 35. Marſ. in rubr. de fideiuſſoribus. quæſt. 27. Rot. diuer. d. deciſ. 426. nu. 9. par. 1. Sed ſtante hoc noſtro ſtatuto res caret omni dubio, cum & pacto non obſtante in contrarium poſſint pro doте, & donatione propter nuptias obligari. An autem procedat etiam in emphyteuſi Eccleſiaſticæ; & cum ſit factum authoritate Papæ videtur quod ſic, tanto magis; quia allegati per Corbul. vbi ſupra loquuntur promiſcuè; quod idem faciunt allegati per Rot. in d. deciſ. 426. cogita. Et puto ego non venire, quia res Eccleſiæ ciuilibus legibus non obſtringuntur c. quæ in Eccleſiarum, & c. Eccleſia. de conſtit. & 33. q. 2. c. inter hæc, Grat. conſ. 110. num. 36. lib. 1. Niſi quoad præiudicium laicorũ emphyteuſim Eccleſiaſticam habentium tantum: nam quoad laicos, valet & comprehendit emphyteuſim Eccleſiaſticam in præiudicium laici illam poſſidentis, Brun. de ſtatuto excluſ. fœmin. artic. 8. princ. q. 22. Pariſ. in conſ. 1. num. 246. lib. 2. & 21. nu. 62. eod. lib. & conſ. 82. nu. 25. Clar. in §. emphyteuſim. quæſt. 48. quia perſona, & bona, in præiudicium laicorum non autem in præiudicium Eccleſiæ laicis ipſis ſubijciuntur. Clarus vbi ſupra in fine & q. 28. ver. Nec dicatur. Zabar. in conſ. 2. nu. 2.

Quod colonus partiarius vineæ, requirat in vindemijs locatorem. Cap. CXXIII.

VIneæ Colonus partiarius, nõ vindemiet, nec muſtum exprimat, nec amoueat, niſi prius locatori, aut, eo abſente, illius procuratori per duos dies antea, vindemiam denuntiauerit, & muſtum cum eo diuiſerit: alioqui domino teneatur ad duplum, iuxta æſtimationem per peritos faciendam, & in hoc ſummariè procedatur.

Quod emphyteuſis finita relocetur ſucceſſoribus. Cap. 124.

LOcationes ad certam generationem, contractus Emphyteotici & Liuellarij, ſi tempore aut ex defectu generationis finiantur, ijſdem pactis, conditionibus, & tenoribus relocentur, & concedantur ſucceſſoribus, de eadem genealogia & ſanguine, extraneis hæredibus & ſingularibus ſucceſſoribus excluſis; & ad id directus dominus omnino compellatur.

Quod emphyteuſis finita relocetur ſucceſſoribus. Cap. 124. Gloſſ.

Et de iure communi videtur magis communis opinio huic ſtatuto conformis, vt eſt tex. in l. 1. §. permittitur, & ibi Bart. Ang. & alij ff. de aq. quotid. & æſtiu. glo. in c. bona memoriæ de poſtul. prælat. Specul. de locat. col. 8. Bald. ibi in addit. & in c. 1. quemad. feud. ad fœmi. perti. Fulgoſ. in conſ. 220. Anchar. in conſ. 174.

conſ.174. Soccin. in conſ.99. col.4.lib.1. Dec. in conſ.131. & in conſ.328. Ruin. in conſ.203. lib.2. controuertitur, ampliatur, & limitatur latè per Gabr. lib.3. de iure emphyteotico cõcluſ. 1. per totam.

Sed an idem ſit in Eccleſia, & videtur quod non; quia Eccleſia non cogitur renouare. Alex. in l. ſi mihi & titio col. penult. ff. de verb. obligat. Roman. in conſ.70. Alex. in conſ.83. lib.1. Iaſ. in conſ.14. col. fin. lib.3. Gozzad. in conſ.39. col. penult. & in conſ.71. col. fin. Gratus in conſ. 110. nu.63. lib.1. Sed contrarium eſt verius; & magis communiter tenetur, prout dicit Bart. in l. 1. ff. de priuil. cred. Ancbar. in cõſ.170 & in conſ.174. Alexan. in conſ.80. col.5. lib.1. Dec. in conſ.131. in conſ.328. & in conſil.78. Curtius de feudis in 2. par. col.25. Gozzad. in conſ.86. nu.24. Gratus in conſ.86. col.2. lib.1. Ruyn. conſ.12. col. fin. & in conſ.35. col.14. lib.1. & in conſ.155. in fine. & in conſ.161. col. fin. lib.1. controuertitur, & limitatur apud Gabr. d. concluſ.1. num.13. & ſequent.

Sed ſtante hoc noſtro ſtatuto condito authorit. Papæ, & ab eo confirmato, res caret dubio; quòd & Eccleſia tenetur finitã emphyteuſim renouare deſcendentibus, vt per conſ. Gozzad.86. firmauit Rot. in Fanen. bonorũ corã Oradino. die 16. Octob. 1562. & per doctrinã Bart. in l.2. §. permittitur ff. de aqua quotid. Alex. in conſ.80. n.10. lib.1. Soc. in conſ.132. Ruyn. conſ.80. n.2. Dec. in conſ.132. n.2. verſ. non obſtat. cum alijs allegatis in d. deciſ. Caputaquen. deciſ.304. p.1. alios citat. Nec poteſt pro ſe retinere propter ſtatutũ. Licet alias retinere poſſit ſtatuto deficiente Caputaquen. deciſ.303. par.1. Verũ quando locatio, et contractus fuit nullus hoc ſtatutum non habet locum, Rota coram bonæ memoriæ Gipſio in Romana relocationis die 20. Iunij 1594.

An autem renouãdo ſint neceſſariæ ſolemnitates extrauagantis Pauli. de rebus eccleſ. non alienandis; et dic quod ſtante ſolito propter quod eſt effecta alienabilis poterit ſine beneplacito Apoſtolico denuo renouari c.2. de feudis. Doctor. in c.1. de his qui feud. dare poſſ. Clarus in §. emphit. q.6. in princ. & ſolitum inducitur per duas præcedentes conceſſiones cũ curſu 40. ann. Iaſ. in conſ.155. col.3. in princ. li.2. Ruy. in conſ.35. nu.30. lib.1. Clarus in §. feudũ. q.13. ver. nunc pro intelligẽtia. Rota diuerſ. in dec.160. n.5. p.2. & in Zamoren. Locationis 24. Decẽb. 1579. corã Card. Seraph. Sed quid ſi ſit res emphyteutica reuerſa ad eccleſiã; an poterit de nouo ſine beneplacito apoſtolico denuo concedi: & dic quod ſic ſi non fuit incorporata, et effecta de menſa Eccleſiæ: quod fit expreſſa declaratione adſcribẽdo eã in libris menſæ Eccleſiæ c. vt ſuper. vbi Innoc. ver. ſecus autẽ. Io. And. in prin. But. n.10. de reb. eccleſ. nõ alien. l.3. vbi Bart. n.2. C. de bonis vacan. lib.10. & in l. ſi vacantia n.9. C. eod. Quod cum factum non appareat non dicitur per ſolã reuerſionẽ mutata natura rei, quin potuerit de nouo concedi inconſulto Papa. Bart. in d. l. ſi vacantia, Ancbar. in conſ.156. n.2. verſ. præterea tunc videtur. Barb. in d. c. vt ſuper. col.2. ver. ſi vero loquimur. Claud. de Seiſello. in ſpec. feud. tit. qui feudũ dare poſſ. fol.251. ver. tamen concludendo, fit etiam incorporatio tacitè quando poſt reuerſionẽ ſpatio 30. ann. res fuit ab eccleſia retẽta. Bar. in d. l. ſi vacãtia in addi. ſub n.9. C. de bonis vacã. li.10. arg. c. ſi quis per triginta tit. ſi de feudo defun. cõtentio ſit, quo vtitur Redoanus in tract. de reb. eccleſ. nõ alie. q.60. n.12. & 13. Zaſius in epit. feud. p.5. n.50. et hanc probant Imola in d. c. vt ſuper n.7. de reb. eccl. non alien. Martin. Laudẽ. in c.1. in princ. et col. pen. ad finẽ tit. epiſ. vel Abbas in vſib. feud. Ang. in repet. d. l. ſi vacan. col.6. Claudius de Seiſello in d. ſpec. fol.254. ver. aut vero. Etſi ab iſta opinione nõnulli diſſentiant exigentes decenniũ, vel ſolum annũ; Tamen annum requirentes, vt fuit Archid. in c.1. 35. q.8. intelliguntur quãdo Prælatus iurauit non reinfeudare bona reuerſa ad ſuas manus elapſo anno, quia Archid. vim facit in iuramẽto, & ita ſaluatur eius dictum, vt per Imol. in d. c. vt ſuper nu.7. Curt. iun. de feudis p.2. q.5. prin. n.2. alias eiuſdem Archid. opinio vbi non adſit tale iuramentum reijcitur. vt per Zaſium in epit. feud. p.5. n.50. Et non procedit vbi adeſſet ſimplex iuramentum non infeudãdi præſtitum in forma cõmuni ſecundum Seiſellum vbi ſup. fol.256. ver. ſecũda fuit opin. Poteſt. n. Prælatus rẽ reuerſam non incorporare; ſed retinere longo tẽpore quouſq; aliquẽ bonũ Vaſallũ inueniat, quo inuento poterit elapſo quouis longo tempore inconſulto Papa reconcedere. Guido Papæ. deciſ.154. ver. niſi ex alia. Card. in c.2. q.13. vbi Imola. num.34. de feudis. idem Imola in d. c. vt ſuper num.7. in fine. Zaſius vbi ſupra par.5. num.50. Seiſellus vbi ſupra fol.252. verſic. ſi verò non apparet.

De Feudis. Cap. CXXV.

IN feudis ſeu officijs, quæ conceſſa ſunt alicui ratione alicuius officij, exercitij vel profeſſionis, non ſuccedant hæredes extranei: filij autem, ita demum ſi ſunt eiuſdem exercitij

& professionis, & si tempore delatæ successionis, filij eiusdem exercitij & professionis non fuerint, & aliquo tempore de exercitio & professione efficiantur, feudum ab eo tempore, quo habiles fuerint, ad eos pertineat. Alia verò feuda quę non ratione officij seu professionis conceduntur, ad filios tam masculos quàm feminas, & ad extraneos quoq; hæredes transeant, & durent, nulla etiam inuestitura præstita, aut petita; teneantur tamen hæredes ad ea præstanda, ad quæ defunctus tenebatur.

De Feudis. Cap. 125. Gloss.

Hoc quod in statuto disponitur est de natura feudi; vt in eo succedant filij masculi descendentes in infinitum c. 1. §. fin. qui caus. feud. amitt. Curtius iun. de feudis in 2. par. 3. p. col. 1. Mozzius de naturalibus feudorum. nu. 93. c. vnico in fine. An mutus, vel alias imperfectus.

Nã regulariter hæredibus Vasalli cõpetit successio, & petitio feudi. c. vnico. ver. vel hæredib. eius. tit. Qui successores teneãtur. Clarus in §. feudum. q. 9. ver. sed quid dicendũ. c. filia verò. de success. feudi; nisi sint fęminæ d. c. vnico. & d. c. filia vero. etc. hoc autẽ. de ijs qui feuda dare possunt. quia regulariter debetur hæredibus masculis, vt ibi: Sed hæc conclusio cõtrouertitur declaratur, et limitatur; latè per Vigelliũ post alios de feud. c. 4. q. 2. per totã fol. 181. sed limitationes procedũt ex tenore inuestituræ in qua appellatione filiorũ & hæredum nõ veniunt fęminæ, c. 1. vbi Bald. de natura feudi, Paris. in cons. 4. n. 4. lib. 1. Menoch. in cons. 1. n. 456. Dec. in cõs. 193. n. 5. in fine. Zasius in epit. feud. in 8. parte nu. 36. de qua re latè Mozzius de feudis tit. de substantialibus seu requisitis & num. 79. & seq. quod sine cõtrouersia est affirmãdũ ex dispositione nostri statuti in feudis alicui cõcessis rõne alicuius officij, exercitij; vel professionis; vt ibi in princ. nã ista feuda nõ transeunt ad fęminas, nec ad extraneos. Secus. n. erit in alijs feudis; quæ nõ ratione officij; seu professionis conceduntur; nam ista ad filios tàm masculos, quã fœminas; & ad extraneos quoq; hæredes trãseunt; vt disponitur in d. statuto. §. alia verò. cui dispositioni nõ incõgruè applicantur limitationes; quas dãt ad regulam præfatã præallegati Doct. et præcipuè Vigellius vbi sup. & in c. 2. q. 7. regula 10. fol. 59. & est rubr. de gradibus succedend. in feudo.

Si de feudo fuerit cõtrouersia. Cap. CXXVI.

SI quæstio fuerit inter Dominum & Romanum Ciuem habentem feudum, de ipso feudo, causa in curia Capitolina cognoscatur, & termi netur; sin autem inter feudatarios lis sit, quæstio in curia Domini ventiletur. Quòd si Vasalli in Dominum conspirauerint, teneatur Senator Domino, iuris & facti remedijs opportunis, etiam contra singulos se à iurisdictione vel vassallagio eximere volentes, iustitia mediante subuenire.

Si de feudo fuerit contrrouersia. Cap. 126. Gloss.

In vsibus feudorum adest rubrica. Si de inuestitura feudi controuersia fuerit. itẽ De contentione inter Dominũ, & fidelẽ de inuestitura feudi. Item de contentione inter me & dominũ de portione feudi fratris mei defuncti: Item Apud quem; vel quos controuersia feudi definiatur; Itẽ De contentione inter dominũ et vasallum de inuestitura feudi tit. 24. itẽ de controuersia feudi apud pares terminanda; Item de controuersia inter Vasallum, & Episcopum. Itẽ si de feudo defuncti contentio sit inter Dominũ, et Agnatos Vasalli; item De controuersia inter masculum, & fœminam de beneficio. Item de controuersia inter Dominum, & emptorem feudi item de controuersia inter Vasallum; & alium de beneficio; item An apud Iudicem; vel Curiam Domini quæstio feudi debeat terminari, vt statutum nostrum in multis circa hoc superetur.

De feudis pro dote obligandis. Cap. CXXVII.

IN quacunque re feudali fuerit facta Dotalis obligatio, defendatur mulier non obstante quòd de feudo non reperiatur facta cõcessio, siue infeudatio, dummodo obligans spatio xxx. annorum feudum ipsum possederit.

De feudis pro dote obligandis. Cap. 127. Gloss.

De communi vsu feudorum feudum non potest in dotem dari. cap. donare. ibi vel in dotem pro filia dare tit. qualiter poterat olim feudum aliena. gloss. in cap. 1. circa princ. de prohibita feudi alienat. per Federic. & ita tenet Iacobus de Bello visu. in d. capit. donare. Nichol. de Neapol. Baldus Aluarot. Præpos. & Iason. in auth. res quæ. num. 35. versiculo sexto limita. C. commun. de legatis, Baldus in consilio 346. libro 2. Bursattus in consil. 132. num. 42. lib. 2. Ioan. And. in addit. ad Specul. de locato. §. fin. vers. 99. Specul. de feudis. §. quoniam. vers. 38. Zasius de feudis tit. de feud. alien. par. 9. nu. 7.

Grassus

Grassius lib.2. com.opin. c.2. quæst. 12. Controuertitur per ea quæ tradit Curt.in tract.feudali par.4 num.93. vbi copiosè de hac re disserit. & per ea quæ tradit Zasius vbi supra & Mifsingerius. obseruat.86.centuria.4.Contrarium verò tenuit Iacobus de Ardizzone in summa per multa iura;vt dicit Aluarottus; & sequitur Cynus in l.voluntas. C.de fideicõmissis Boerius decis.130. num. 10. & Iacobus de Ardizzone in sua summa in vsibus feudorum c. 130. fol.131.allegat pro hac opinione tex.in l.1. ff.si quid in fraudem patroni, & in l. siue generalis ff.de iure dotium.& in l.vlt.§.cum autem C.si maior.fact.rat.hab.& in l.lex quæ in fine.C.de administrat.tutor. & in l.1. C.si aduer. donat. & in l. vltima C. de litigios. Quod tamen intelligitur si aliunde non habuerit vnde possit eam dotare. argum. Auth.res. C.commu. de legatis: & §.1. Auth.de restit. Nam & frater, qui non cogitur diuidere eum sorore, si feuda supersunt cogitur sororem de feudo dotare arbitrio Potestatis. cap. constitutio.&c. fratres & filios de feud. & benef. dummodo non det æstimatum; quia tunc esset vera venditio. l. 1. C. de iure dotium l.plerumque. §. si ante ff.eod. Menoch. præsumpt. 189. num.74. lib.4. de præsumptio. Ruyn.in cons.165. num. 6. lib.1. Crauetta in cons.236.nu.4. Clarus. in §.feudum quæst.36. Rolandus de lucro dotis.q.54.num.6.Pedemon. decis.174.num.4.

Quod verò femina ipsa omni casu possit dare in dotem feudum; quod habet dummodo nõ det æstimatum; nec aliquod pactum de eo lucrando faciat non dubitatur. cap. si fœminæ. qualiter vsus benef. sit tenen. cap.si maritus. tit. de Capit. extraord. argum. l.mulier. §. cum proponeretur ff.ad Trebell.quo vtitur Iacob. de Ardizzone vbi supra vers.Tamen ipsa mulier &c. Zasius vbi supra num.7. Baldus in d.auth. res quæ. vbi Ias.num.26. C.commun.delegat. Boerius d.decis.130. num.10. de qua re; & Mozzius post omnes in tract. de feudis.tit.ex quibus caus. feud. amittatur n.143. & seq. hoc nostro statuto omnis remouetur controuersia; quia illius dispositione feudũ pro dote potest obligari.

De pignoribus, & hypothecis; ac priuilegijs creditorum in personali. Cap. CXXVIII.

SI plures creditores hypothecarij sint vnius debitoris, quilibet ex eis in bonis eiusdem inuestiri possit, & in possessionem immitti: in adiudicatione tamen, & in datione in solutum, ille præferatur, qui priora & potiora iura reperitur habere. In bonis autem personaliter obligati, ille præferatur, qui causam habet priuilegiatam.

De pignoribus, & hypothecis, ac priuilegijs creditorum in personali. Cap.128. Glos.

Dispositio huius statuti conuenit cum textu in l.potior. 11. ff. qui potior. in pign. in l.2. C. eod.l.si fundum 3.C.eod.l.cum rempub.4.l.diuersis.8. C.eod.l.2. C.de priuileg. fisci l.si postquam.3. C.vt in possess.legatorum. Nam prior in tempore est regulariter posteriori præferendus; vt in dictis iuribus continetur, & disponit statutum, etsi habeat anteriorem generalẽ, & posterior specialem hypothecam l. 2. ff. qui pot. in pignor. l.si generaliter. 6. C. eod. quod distingue. vt in l. 2. C. de pignoribus & hypothec. Nisi in rem conseruandam; vel reficiendam crediderit; hic enim licet sit tempore posterior, est potior iure, & præferendus. l.1. ff. de cess.bon.l.si neutri 8.§.1. ff.de priuileg. credit. l.creditor.25.§.1.ff.si cert.petat. l.1.ff.ex quibus caus. pign. contr. l.Interdum cum l.sequen. ff. qui potior. in pignor. Nisi tamen concurrat cum muliere repetente dotem; quia præfertur potiori. §. his consequens. vbi gloss. & Bart. Auth. de æqualitate Dotis &cæt. Item est potior qui in nauem extruendam, emendam; redimendamuè crediderit l. qui in nauem. 10. l.si neutri.8. §.1.ff.de priuileg.credit. l.1. in fine. ff. ex quibus causis pignus contrah. & ille cuius pecunia est comparata si expressè conuenerit;quod ei sit hypothecata.l.idemq; 7.in princ. ff.qui pot.in pign.l.licet.7.C.eod.l.quamuis.17. C.de pignor.& hypoth.nisi mulier ex causa dotis agat.d.§.his conseq. Auth.de æqualit.dotis &c.

Et ille qui habet realem est potior habentibus personalẽ l.eos qui.9.C.qui potior.in pign.l.pro debito.6.§.vnde si quidẽ.C.de bonis author. Iudic. possiden. l.cũ rempublicam.4. C.qui potior. in pignore quo loci colligitur procedere etiam in pignore prætorio ibi præponi rempublicam iure pignoris &c. Et qui prius egit, & consequutus est erit potior, cum distinctione de qua in l.scimus.22.§.& si præfatam C. de iure delib. l.inter eos.19.ff. de re iudic. l.quoties 98.ff.de reg. iur. l.in iudicati. 61. ff.de re iudic. & d.l. scimus. 22. §.fin vero vsque ad §.in computatione C. de iure deliber.

Legatarij enim vltimum locum habent, & cæteris omnibus postponuntur lege creditori-

bus. 4. in fine. ff. de separat. l. quoties. 6. in princ. ff. eod. l. primo. 23. ff. quæ in fraud. credit. d. l. scimus §. sin autem creditores. l. is cui. §. postquam ff. vt in possess. legatarum nisi libertas relicta sit d. l. primo. 23. §. Sceuola. ff. quæ in fraudem credit. vel agatur de bonis hæredis grauati. l. 1. C. de bonis auth. iudic. possiden. l. si fideicommissorum. 11. §. fin. ff. vt in possess. legatorum.

De iure dotis, & quemadmodum constante matrimonio repetatur. Cap. CXXIX.

SI mulier constante matrimonio dotem repetat, in casibus à iure permissis, procedatur in causa, iuxta formam supra de causis ordinarijs traditam, & si vir dicatur ad inopiam vergere, etiam quòd vir & vxor hoc fateãtur, non credatur, nisi per testes, & alias probationes legitimas de viri inopia probetur.

De iure dotis, & quemadmodum constante matrimonio petatur. Cap. 129. Gloss.

Regulariter constante matrimonio dos repeti non potest l. filiæ 7. C. solut. matr. l. dotis. 5. C. de collationibus l. doce ancillam. C. de rei vendicat. Nisi maritus ad inopiam redigatur l. si constante. 24. ff. solut. matrim. cuius dispositio procedit etiam si agatur hypothecaria aduersus possessores bonorum mariti l. vbi 29. C. de iure dotium. Limita nisi marito deportato, vel alias damnato, eius bona sint publicata. l. 1. C. de repudijs. Item limita nisi filiofamilias dos promissa, & data sit patre ignorante vel inuito l. quemadmodum. 46. §. traditione. ff. de iure dotium, hoc nostrum statutum disponit quod ius commune ibi in casibus à iure permissis. Sed si dicatur vir ad inopiam vergere; etiam quod vir, & vxor hoc fateantur non credatur; nisi per testes, & alias legitimas probationes de Viri inopia probetur, & ita etiam disponit ius commune; Nam vxor asserens maritum vergere ad inopiam, & non esse soluendo illud probare debet, vt constante matrimonio suam recuperet dotem: ita consuluit Paris. in cons. 14. num. 4. lib. 4. per ea quæ notantur in d. l. si constante. ff. solut. matrimon. & in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. & in c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. & in §. illud autem. Auth. de æqualit. dotis &c. Fely. in c. licet causam. col. penult. de probat. & in c. 2. col. 2. de rescriptis, Alexand. in cons. 29. lib. 4. & in cons. 1. lib. 3. Hercula. de Negatiua num. 26. vers. 8. insertur. & per statutum probatio restringi potest ad certum modũ, Myssing. obseru. 5. Cẽtu. 1.

An vergentia viri ad inopiã probetur per famam? & dic quod sic in actione personali cõtra virum pro repetenda dote matrimonio constante. ita glo. in l. vbi adhuc: in verbo, inopiã. C. de iure dotium per text. in l. cum delanionis. §. Asinam. ff. de fundo instruct. quam declarat, & sequitur Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. Butrius in c. veniens. num. 10. vbi Fely. nũ. 9. Dec. nu. 10. de testibus. Bart. & alij in d. l. si constante. ff. solut. matrim. Bald. in d. l. vbi adhuc. col. 6. vers. quærit hic glo. C. de iure dotium, Ias. in l. admonendi. num. 146. ff. de iureiuran. & in vsibus feudorum, Afflict. in c. 1. §. sed quia. num. 41. quæ sit prima causa benef. amittend. Si vero agat hypothecaria aduersus possessores bonorum mariti, tunc non sufficit fama; quod maritus abutatur rebus suis, & ad inopiã properet, sed id debet plenè probari. ita disponit nostrum statutum, & ita etiam est de iure communi, Bald. in d. l. vbi adhuc. colum. 6. vbi dicit eamdem tenere, Bart. in d. l. si constante. in princ. in 1. quæst. Felyn. in d. cap. veniens. vbi Dec. & cęteri omnes; qui admittunt probari per famam quando agitur de modico præiudicio; vti est quando agitur personali contra virum; & non potest exinde causari damnum alijs viri creditoribus, & possessoribus bonorum eiusdem viri; Nam inter virum, & vxorem sæpe colluditur in præiudicium tertij in iudicio vergentiæ ad inopiam; & ideo ius commune, & statutum volunt illũ probari per testes, & alias legitimas probationes, non autem per eorumdem coniugum confessionem.

Et in hoc iudicio vergentiæ viri ad inopiam venit non solum dos ipsa; sed et donatio propter nuptias; quam in vrbe lucrum dotis; seu quartum appellant, vna cum fructibus. Nam donatio propter nuptias lucrum, seu quartum, in omnibus procedit à pari cum dote; & pacta apposita super dote, etsi non sint apposita super donatione apposita nihilominus intelliguntur l. cum multæ. 20. vbi gloss. & Baldus in 1. not. C. de donat. ante nupt. Auth. æqualitas C. de pactis conuen. tam super dote & cæt. & in §. 1. vnde sumitur, Auth. de æqualitate Dotis; & propter nupt. do. Auth. donationem C. de iure dotium. & in §. illud. vnde sumitur Auth. de æqualitat. dotis & cętera. l. etiam. 8. & lege vbi adhuc. 39. C. de iure dotium. Grammatic. decisio. 103. numero 101. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 92. num. 10.

Et

Et idē iudicatur de donatione propter nuptias; quod de dote ipsa d.l. etiam. Neuizanus in consil.76. num.14. Vnde cum vxor vergente viro ad inopiam possit repetere dotem; & illius fructus, vt ex ipsis se virum & liberos valeat substentari. l.si cum dotem. §.si vero. ff. solut. matrim. l. mutus. §. manente. ff. de iure dotiū l. vbi adhuc. C. eod. Bart. in l. si constante num. 88. 94. ff. solut. matrimon. Baldus in auth. ei qui iurat. numero 39. versic. sed mulieri C. de bonis authorit. Iudic. possid. Bartol. in l. in insulam. §. vsuras. num. 3. ff solut. matrimon. & Doct. in cap. salubriter, de vsuris. Corneus in cons. 164. num. 5. libro 3. Ita & petere potest donationem propter nuptias secundum praallegata iura; & illius fructus in omni casu restitutionis, etiā si verè per mortem viri matrimonium esset solutum; & transiuisset ad secunda vota. §. prospeximus. vbi gloss. in versiculo donationis. §. ante nuptiali. vbi gloss. in verbo fruatur. Auth. de non eligen. secun. nuben. Baldus in consil. 58. numero 7. versic. in casu igitur nostro libro 2. Grammatic. in d. decis. 103. numero 98. & 101. Marcus Salon in consil. 4. num. 28. quos in his terminis sequitur Thesaurus in decis. 45. sub numero 3. quos multo magis petere potest matrimonio constante pro illius oneribus substinendis ob inopiam viri, vt sine discrepantia de fructibus dotis, qui procedunt à pari vt dixi; & demōstraui, affirmat Bart. in dicta l. in insulam. §. vsuras nu. 3. ff. solut. matr. & Doct. in d. c. salubriter. de vsuris. Corne. in dicto cons. 164. nu. 5. lib. 3. & in specie de fructibus donationis propter nuptias dicit Bald. in dicta l. vbi adhuc num. 53. versic. item quaero. & num. 54. prout etiam in istis terminis firmauit Rota coram Illustriss. Mellino. in Romana fructuum dotis die 17. Aprilis 1600. Et quidem optima ratione, ne matrimonium cuius est donatio ipsa, sit deterioris conditionis vidua; seu secundo loco nuptae, ad quam in omni casu fructus donationis propter nuptias pertinere dicunt. d. §. prospeximus, & alia iura superius allegata; quae ad hoc cumulat Thesaur. in d. decis. 45. n. 3. Nec dicatur ad effectum substinendi onera illos deberi habita ratione, ne egeat; quia praeterquam quod hoc de iure non conceditur; cum regulariter secundum quantitatē dotis; & donationis propter nuptias sint substentāda. l. ex annuo ff. de donat. inter vir & vxor Bald. in d. cons. 58. num. 7. lib. 2. cum aliјs latè adductis per Surdum in tract. de alimentis tit. 2. quaest. 20. in princ. & n. 2. & ei debentur in solidum glos. in d. l. vbi adhuc. in verbo ad substentationem; quam sequitur ibi Cynus. sub n. 14. vers. decimo quaeritur C. de iure dotium. Respondetur quod de sua dote propria, & donatione propter nuptias alimenta sunt sibi praestanda secundum qualitatem, & dignitatem personae cui debentur, ac secundum illius propriū patrimonium, hoc est dotem, & donationem, propter nuptias. l. tutor secundum dignitatem ff. de administr. tut. l. si cui ff. de annuis legatis l. mela. & l. penult. ff. de aliment. & cibar. legat. & ita fuit denuo resolutum in Romana fructuum lucri dotalis coram R.P.D. Iusto de anno 1601. pro D. Camilla Macbarana contra creditores de Luraghis; pro qua adducebam praallegata iura.

De dote à fratribus profecta. Cap. CXXX.

Dos data à fratribus sorori, de bonis proprijs fratrum, & non paternis, soluto matrimonio per obitū sororis sine liberis, reuertatur ad dictos fratres dotantes, illorumq; haeredes, & sic stipulari debear; lucro dotali marito (si aliter conuentum nō sit) reseruato.

De dote à fratribus profecta. Cap. 130. Glos.

Qualitates à Statuto requisitas tenetur probare ille; qui se fundat in statuto qualificato; ac illo vult. vti. l. 1. §. ait praetor. & ibi Bart. ff. ne quid in flum. public. Fel. in c. 2. n. 25. de rescriptis. Decius in cons. 261. n. 4. Soccin. in cons. 55. lib. 1. Rota diuer. in decis. 551. par. 1. num. 1. & ideo dicebam in Romana restitutionis dotis, vt secundum hoc nostrum statutum de dote à fratribus profecta posset Ruschonus praetendere dotem suae sororis praemortuae nullis filijs relictis debebat prius verificare dotem illam à se ipso; & de suis proprijs bonis profectam fuisse; quoniam statutum cum ista qualitate quod de bonis proprijs fratrum sit dotata disponit in rubro, & in nigro; quae qualitas in primis est verificanda, vt per iura supra allegata postea fuit in illa causa resolutum 17. Martij 1600. coram R. P. D. Sacrato; & in alia coram Cardinale Pamphilio 7. februarij 1601.

Nec ex eo, quod frater ipse dotauerit in dubio praesumatur de bonis proprijs dotasse, iuxta doctrinam Ripa in l. 1. nu. 94. ff. solut. matr. est dicendū ad effectū huius statuti sufficere cōstare fuisse dotatam à fratre; quia tollitur ex alia

præsumptione; quod in hoc casu frater non teneatur dotare ex persona propria; sed vti heres Patris Rayn. in cons. 200. sub num. 10. versic. & hac ratione lib. 1. & in cons. 65. sub numer. 6. versic. & vbi etiam. lib. 3. & dotans sororem censetur dotasse de bonis Patris ad effectum illam excludendi vigore alterius statuti cap. 145. & 146. lib. 1. ab hereditate Patris; ne alias cum fratre in ea hereditate concurrat. ita Gabr. in cons. 5. in princ. & num. 6. & sequent. lib. 1. & in cons. 4. num. 8. & sequen. lib. 2. & in cons. 139. num. 8. lib. 2.

Neque obstat pactum circa restitutionem dotis faciendam fratribus si soror prædecedat sine filijs; quia intelligitur si, & quatenus constiterit a fratrum bonis profectam fuisse, alias dotem a fratribus datam de bonis Patris ad effectum illam excludẽdi ab hereditate Patris, debet liberam ab omni onere restitutionis habere. l. quoniam in prioribus. vbi Doct. C. de inoff. testament. & ita fuit resolutũ in Romana de Crescentijs. de an. 1570. corã R.P.D. Robusterio.

An autem hoc statutum procedat etiam in secundis nuptijs? & videtur quod non. l. inter. §. fin. ff. de pac. dot. l. cum Pater §. Pater certã. ff. de legat. 2. Sed cum statutum generaliter loquatur quandocumq; Soror dotata de bonis proprijs fratrum sine liberis decedat, est dicendum procedere etiam in secundis, & vlterioribus nuptijs. ad notata per Imol. in l. Caius. sub. num. 7. vers. interdum. ff. solut. matrim. Bald. nouell. de dote. priuileg. 29. in fine. par. 6. & ita tenuit Rota coram Cardinale Pamphilio in Romana restitutionis dotis. 7. Februarij 1601.

An hoc statutum procedat in causa Testati; si Soror dotata de bonis fratrum testauerit? & puto quod non; quia est de directo contra ius commune; nec ideo debet extendi. cap. odia. de reg. iur. in 6. l. cum quidam. ff. de lib. & posthum. capit. cum dilectus de consuetud. Roman. in consil. 197. num. 2. & cum simpliciter loquatur; & possit vtramque causam Testati, & intestati continere. est dicendum vnã tantum intestati comprehendere; vt in vno tantum casu iuri communi aduersetur. Roman. in cons. 199. num. 6. & 4. & in cons. 180. num. 8. vers. tertio sic: Gozzad. in cons. 88. nu. 8. Rota diuers. in decis. 432. num. 10. Rolandus in cons. 72. num. 38. lib. 3. Osaschus decis. 167. num. 22.

De lucro Dotis, seu donatione propter nuptias. Cap. CXXXI.

SI vxor post consummatum matrimonium, marito superstite, liberis extantibus, decedat, maritus totam dotem lucretur: quàm tamen secundum iuris dispositionem liberis, communis matrimonij, reseruare teneatur. Liberis autem non extantibus, maritus quartam partem dotis ad vsumfructum & proprietatem lucretur. Si vero maritus, vxore superstite, cum liberis decedat, vxor quantum est quarta pars dotis, pro donatione propter nuptias, ad vsumfructum tantum, de bonis mariti lucretur; pro qua cauere teneatur, quòd vsufructu finito, illam restituet quibus de iure restitui debet. Liberis vero non extantibus, dictam donationem tam quo ad vsumfructum, quàm quo ad proprietatem lucretur. Huius autem donationis propter nuptias seu dotalis lucri pactum, semper in instrumentis dotalibus censeatur appositum & stipulatum, nisi expresè de partium contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conuentum.

De lucro Dotis, seu donatione propter nuptias. Cap. 131. Gloss.

Statutum hoc disponit in duobus casibus de dote: Primò marito superstite liberis extantibus, quod maritus lucretur totam dotem. Huius occasione dubitatur an idem sit dicendum etiam stantibus liberis primi matrimonij? & pro resolutione esset in primis videndum stante hoc statuto an filij primi matrimonij succedant matri in secundo matrimonio sine filijs defuncta marito superstite. Et pro affirmatiua consuluit Rayner. inter cõs. Signor. cons. 68. Pro negatiua in eadem facti specie consuluit Signor. in cons. 37. & in cons. 69. vt quoad eos res adhuc dicatur dubia in illo casu; & dubia adhuc erit in casu nostro; pro quo videatur Gabr. in cons. 13. nu. 1. & per totum lib. 2.

Ideo pro resolutione propositi dubij sunt consideranda verba statuti; nam si dicat, quod lucretur dotem stantibus filijs communibus lucrabitur etiam stantibus filijs primi matrimonij. Gabriel. d. cons. 13. in princ. vbi citat Rayn. & Signor. vbi s. Brun. de statut. artic. 6. q. 27. Alciat. cons. 3. in fine. lib. 3. & ita in dubio est intelligendum de filijs communis matrimonij Gabr. vbi s. nu. 2. Si dicat lucretur dotem vxore decedente non lucrabitur stantibus filijs primi matrimonij. l. hac edictali. C. de secund. nuptijs. Si statutum dicat lucretur omni casu, lucrabitur etiam stantibus filijs primi matrimonij. scilicet in d. l. hac edictali. q. 6. cum allega-

tis

tis per Dec. in cõſ. 57. n. 14. lib. 1. Bero. con. 118. per tot. Curt. Sen. 78. D. Franceſchina per tot. & n. 3. ver. & poſſit. Sed id expreſſè debet ex verbis ſtatuti conſtare; alias non lucrabitur. In ſecundo caſu liberis non extantibus lucratur quartũ dotis; quod idem procedit in Vxore ſuperſtite quoad vſumfructum tantum, & de iure cõmuni tenetur illud quoad proprietatem conſeruare filijs illius matrimonij, ex quo illud habuit; & ſi contra de eo diſponat diſpoſitio non tenet, ſed erit irrita, d. l. hac edictali. l. femina. auth. ex donatione. & auth. ex teſtamen. vbi Gloſ. & Doct. C. de ſecund. nup. Bald. in conſil. 5. & 340. lib. 4. cũ allegat. per Gabr. lib. 3. de ſecund. nupt. concl. 3. n. 8. Tiraq. le mort ſaiſit. par. 3. declar. 1. n. 8. Cor. conſ. 309. n. 2. lib. 3. Curt. Sen. d. conſ. 78. in princ. & n. 2. Roland. de lucr. dot. q. 86. Fanuc. Gloſ. 8. n. 13. Contradicit Valaſc. conſul. 16. n. 6. & ſeq. Et pro donatione propter nuptias habet locũ tacita hypotheca; ſed ſine priuilegio prælationis. Neguſ. de pigno. in 4. mem. 2. par. n. 64. ſed dubito de hoc propter tex. in l. vnica. §. & vt plenius. ibi quaſi omnibus dotalibus inſtrumentis, &c. C. de rei vxor. action. Et vir, qui ex diſpoſitione ſtatuti huius lucratur quartum in 2. caſu liberis non extantibus, quia id lucratur etiam quoad proprietatem illud tranſmittit ad ſuos hæredes, qui petere poſſunt. Bald. in l. ſi arrogato. ff. de adopt. Cremen. ſing. 94. Cotta memo. Vtrum ſtatutũ Mediolan. Et an ſtatutum hoc habeat locum in dote promiſſa, & non ſoluta; tradit Curt. Iun. in conſ. 129. n. 13. Boer. deciſ. 22. n. 7. Achil. deciſ. 13. de conſtit. & coram R. P. D. Ludouiſio in Roma donationis propter nupt. 30. Mar. 1601. Et vir qui onera matrimonij non ſubſtinuit, hoc lucrum non conſequitur, quia datur Viro propter onera matrimonij. Bald. in l. qui in vxorem. ſub n. 1. C. de negoc. geſt. Paulus in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. n. 4. ff. ſol. matr. Rolan. de lucro dotis. q. 64. n. 6. Phanuc. de lucr. dot. Gloſ. 14. nu. 6. ver. quartus caſus. Barb. in d. §. ſi vir. num. 37. in fin. & nu. 38. & ita fuit dictum in Romana præsenſi lucri dotis, coram R. P. D. Iuſto.

Quando donationi propter nuptias ſeu lucro Dotali locus ſit. Cap. CXXXII.

DOtem ſeu partem dotis & donationem propter nuptias, vir & vxor, poſt conſummatum matrimonium, vt prædictum eſt, lucrentur ſiue dos fuerit in pecunia numerata ſoluta, ſiue pignore tradito, vel fundo dotali conſtituto, vel aliter fuerit de ea marito ſatiſfactum: Et ſi dos ſimpliciter per mulierem, vel alium pro ea promiſſa fuerit, & promiſſori ad ſoluendum dilatio data: ſi ea dilatione pendente, huiuſmodi matrimonium, per obitum viri, vel vxoris ſoluatur; lucrum prædictum ſuperſtiti acquiratur.

Quando donationi propter nuptias, ſeu lucro dotali locus ſit. Cap. 132. Gloſſ.

Poſt conſumatum matrimonium locus eſt lucro, quid ſi ſteterit per aliquem eorum quominus matrimonium conſumetur? & erit locus lucro ad fauorem illius, qui ſe paratum exibuit conſumare, Abb. in conſ. 1. lib. 1. Boer. d. deciſ. 22. n. 39. Rot. diuerſ. deciſ. 92. nu. 1. par. 2. & nu. 9. Quid ſi decedat intra terminũ ſolutionis dotis? & vide Boer. in d. deciſ. 22. num. 40. & 41. & vxore non cognita decedente. idem Boer. vbi ſup. n. 7. De donatione ante ſeu propter nuptias, eſt tex. in §. eſt & aliud. inſtit. de donation. & in l. ſi ante. 8. C. de donation. ante nupt. & procedunt à pari cum dote. l. cum multa. 20. C. eod. & mulier. de ea non tenetur creditoribus viri. poſtea factis. l. de rebus. 3. C. eodem. Ex hac donatione ad rem perſequendam competit actio: & ad eãdem retinendam competit exceptio, ſi nuptiæ ſequutæ ſint. l. 2. C. de donat. ante nupt. l. ea quæ. 5. C. eod. Statutum ſupradictum, c. 131. quinque requirit ad hoc, vt illius diſpoſitio habeat locum circa lucrum dotis, Rot. diuer. in deciſ. 92. n. 1. par. 2. Erit etiam locus lucro, etiã quod matrimonio nõ conſumato mulier ingreſſa ſit monaſterium, quando per ipſum virum non ſtetit. l. Deo nobis. in fin. vbi glo. in verb. legitimi, Bart. n. 6. Caſtr. in princ. Fulgoſ. n. 6. C. de epiſ. & cler. Rot. diuerſ. d. deciſ. 92. nu. 9. alios citat.

Soluto matrimonio, intra quantum tempus, dos, & donatio propter nuptias ſolui, & reſtitui debeat. Cap. CXXXIII.

MVlier, matrimonio ſoluto, donationem propter nuptias ante ſex menſes elapſos, à die obitus mariti petere non poſſit; quod & in repetenda dote, ſi ea in pecuniã conſiſtat, ſeruari volumus: interim tamen mulierem in domo mariti, ſi ibi commode & honeſte morari poterit, ali mandamus: vel ſi ibi commode, aut honeſte morari non poterit, alimenta (ſi petierit) extra domũ mariti, iuxta infra taxãdam, ſummam exhiberi: ſed ſi dos in immobilibus, aut æquipollentibus, vel etiam mobilibus, & ſe mouen-

mouentibus conſiſtat, quatenus extent; ſtatim per vxorem peti poſſit, & ad eam reuertatur.

Soluto matrimonio, intra quantum tempus dos & donatio propter nuptias ſolui, & reſtitui debeat. Cap. 133.

Gloſſ.

Regulariter etiam de iure communi ſoluto matrimonio dos ſolui, & reſtitui debet mulieri per hæredes viri. l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vxor. act. l. vlt. C. ſolut. matr. quæ iura loquuntur de matrimonio ſoluto per mortem viri, vt facit etiam hoc ſtatutum: Nam & aliter, quam morte, de Iure Ciuili matrimonia ſoluebãtur, vt datur videre in rub. C. de repud. & hæc actio, ſeu exceptio nõ competit, niſi mulieri, eiuſq; defunctæ hæredibus. d. l. vnica. §. maneat. C. de rei vxor. act. l. cum quidam. 31. C. de iure dot. d. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. l. Aria. 6. C. de iure dotium. l. ſi poſt. 27. ff. ſol. mat. Niſi is qui dotem dedit. eam ſibi ſpecialiter reddi pactus, ac ſtipulatus ſit. d. §. accedit. & l. ex morte. §. fin. C. de pactis ſuper dote. l. licet. 43. §. quoties. ibi planè ſecutis. ff. de iur. dot. l. quoties. 29. §. fin. ff. ſol. matr. d. l. Arian. C. de iur. dot. Vel niſi alio caſu matrimonium ſolutum ſit, quam in quem ſtipulatio de reddenda dote facta apparet. quia pactis dotalibus; ac donationis propter nuptias ſtandum eſt. l. inter ſocerum. 26. §. fin. ff. de pact. dotal. l. cum Pater. 79. §. Pater. in fin. ff. de legat. 2. l. dubium. 3. C. de repudijs. l. filiæ. 59. ff. ſolut. matr. Vbi autem non adeſt pactum actio eſt mulieris. l. ſi cum 22. ibi in quem non pepigit. ff. ſol. matr. quia matrimonio ſoluto dos non debet remanere penes Virum. l. cum quærebatur. 240. ff. de verb. ſignific. l. ſi quis 56. ff. ſolut. matr. facit tex. in l. ſi genero. 26. C. de iure dot. & ipſa defuncta hæredum. d. §. Maneat. cum alijs iuribus ſupra citatis. & actio eſt ex ſtipulatu, quamuis nulla adſit ſtipulatio; vel ſi adſit illa inutilis ſit. l. vnica. §. 1. C. de rei vxo. actio. & in §. & vt plenius. & in §. ſed etſi, & eſt bonæ fidei. d. §. ſed etſi, & in §. fuerat. antea inſtit. de actio. de quare ſupra. c. 85. Et actio ex ſtipulatu de dote habet naturam rei vxoriæ actionis, vt patet ex ſupra allegatis, & in d. §. fuerat. Et competit contra maritum; & contra eum cui tradita fuit, vt puta Patri. l. ſi cum dotem 22. §. transgredimur. ff. ſol. matr. l. etiam ſi. 19. ff. de iur. dot. l. ſi mulier. 59. ff. eod. l. ſi ſocero. 10. C. ſolut. matrim. & contra hæredes Mariti. l. Dotis. 9. C. ſolut. matrim. l. 1. §. per contrarium. ff. de dote præleg. l. vnica. §. cautione. C. de rei vxor. act. & contra fideiuſſores ſi dati ſint. l. cum dotis. 55. ff. de iur. dotium. Et bonis mariti publicatis etiam contra fiſcum aget. l. ſi marito. 31. ff. ſolut. matrim. l. 2. C. eod.

Et in ea actione venit Dos ipſa, fructus rei dotalis, vſuræ acceſſiones; & omnis cauſa. l. ſi marito. 31. §. fin. ff. ſolut. matrim. l. vnica. §. ſin autem. C. de rei vxor. actio. l. vlt. §. fin. ff. de fundo dotali. l. ſi mora. 9. in fin. ff. ſolut. matrimon. facit tex. in l. de diuiſione. 5. cum leg. ſequen. ff. ſolut. matr. l. fructus. 7. §. Papinianus, cum ſequent. ff. eod. & in §. quod in anno. d. l. vlt. in princ. ff. de fund. dotali. l. cum poſt. 69. §. fin. ff. de iur. dotium. d. l. vnica. §. cum ex ſtipulatu. C. de rei vxor. actio. l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matrimon.

Siue agatur contra hæredes Viri; ſiue hypothecaria contra tertios poſſeſſores bonorum viri. d. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. §. fuerat. inſtit. de actio. de qua ita ſupra. c. 85. Niſi iuri hypothecarum renunciauerit. l. in bonis. 25. C. ad S. C. Velleian. l. etiam 11. C. eod.

Verum quoad fructus admittitur exceptio compenſationis ob res amotas. l. fructus. 7. §. ob donationes. ff. ſolut. matrim. & ob impenſas in re dotali factas conceditur fructuum retentio. d. l. 7. in princ. & §. impendi; & alijs de cauſis de quibus ſupra. d. cap. 85. & ſi fructus non ſufficiant pro eo quod deficit; ſors ipſa dotis compenſabitur, vel retinebitur, per virum, ſeu hæredes viri. l. rei iudicatæ 15. §. 1. ff. ſolut. matr. l. ſi conſtante. 24. §. ſi vxor. ff. eod. l. ſi filiifam. 25. ff. eod. l. 1. C. rerum amotarum. l. Titia. 48. ff. de ſolut. verum quoad ſortem; retentionem non admitti contrario iure ſancitum eſt in d. l. vnica. §. taceat. C. de rei vxor. act. ubi gloſ. & Bald. Compenſatio vero admittitur per iura ſuperius allegata quibus derogatum non legi. & ita firmat Afflict. in deciſ. 122. & alij allegati ſupra. in cap. 85.

Exactio autem Dotis in rebus mobilibus intra annum fit de iure communi; in rebus immobilibus illico matrimonio diſſoluto; & ſi ſuperſederit debentur fructus immobilium incontinenti, & vſuræ mobilium à tempore moræ. dicta l. vnica. §. cum autem in exactione. vbi gloſſ. Bald. & cæteri ſcribentes. C. de rei vxor. actione. hoc noſtro Statuto, dum reducitur ad ſex menſes elapſos à die obitus mariti pro donatione propter nuptias repetenda & pro repetenda dote ſi in pecunia conſiſtat; Si conſiſtat in re immobili diſponit

ſponit

ſponit idem, quod ius cõmune. ibi. ſed ſi dos &c.

Interim quod non reſtituitur mandata ali in domo mariti; & ita intelligeretur ſi ſimplicιter mandaſſet alimentari; quia intelligitur in domo viri, & hæredum, non alibi niſi probet cauſam propter quam nõ poſſit ſtare in domo. Bald. in conſ. 58. num. 6. lib. 2. Bero. in conſ. 130. nu. 10. lib. 3. Card. in c. per veſtras. de donat. int. vir. & vxor. ſequitur Præpoſ. nu. 6.

Et cauſa ſufficiens eſt ſi ibi commodè, & honeſtè morari non poterit, vt dicit ſtatutum ibi: ſi ibi &c. Nam & ſi regulariter obligatus alimentare, non alibi cogatur dare, quam in domo propria, & ibi cogatur alimentarius habitare ſi vult alimenta conſequi; vt voluit Specul. in tit. qui filij ſint legitimi. §. 1. num. 3. verſ. quid viro abſente. Iſer. in conſtit. Neap. fol. 171. col. 3. Io. Lupus in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. n. 7. Tamẽ quoties alendus non poteſt habitare in domo debentis alere culpa ipſius debitoris, tunc ſunt præſtãda extra domum, Bald. in auth. hoc locum. n. 3. verſ. modo hic. C. de ſecund. nuptijs. Quod procedit etiam quando mulier in domo hæredum viri non poteſt honeſtè morari. Bald. vbi ſupra, vbi poſt Iaco. de Are. dicit quod Nouercæ non coguntur ſtare cum Priuignis; quia inter eos præſumitur odiũ intercedere. ſequitur Barbat. in addit. ad Bald. in l. diuortio col. 2. verſ. ſed hic quæro quando vidua ff. ſolut. matr. & ibi Caſtren. n. 9. de hac re nonnulla tradit Menoch. de arbitr. caſu, 168. & caſu. 170. Ioſeph. Ludouicus. deciſ. 46. nu. 9. Molina de Hiſpa. primog. lib. 2. c. 15. num. 74. & tenetur operari pro hæredibus, Ang. in l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. Barb. in conſ. 63. nu. 14. lib. 2. Caſtren. in l. diuortio nu. 10. ff. ſolut. matr. Ang. in §. fuerat. nu. 8. inſtit. de actio. & eſt gloſ. fin. in fine. in l. ſicut patronus. ff. de operis libert. dicens viduam ibi operari; vbi vult alimentari. ſequitur Bart. in d. l. diuortio nu. 3. & in l. Caio. §. imperator. nu. 3. in fine. ff. de alimen. & cibar. legat. Ang. in tract. de teſtamen. gloſ. 45. nu. 1. Capicc. in deciſ. 24. n. 10. de qua re latè Surdus de alimentis quæſt. 29. fol. 173.

At ſi vidua petat alimẽta loco intereſſe, quod ſibi debetur ob moram commiſſam in dotis reſtitutione, non tenetur habitare cum hæredibus; nec minus pro eis operari. Bald. in d. l. diuortio. col. 2. verſ. ſed hoc quæro quando vidua. ff. ſolut. matr. quantum autem pro intereſſe debetur, tradit tex. in d. l. vnica. §. & ſi ſuperſederit. C. de rei vxor. act. & per hoc ſtatutum relatiuè ad ſtatutum c. 137. taxatur ad rationẽ ſcutorum ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, & non computentur in ſortem, vt in d. c. 137.

De qua parte Dotis mulier decedens Teſtari poſſit. Cap. CXXXIV.

VBicumque morte mulieris maritus dotem lucratur, exiſtentibus filijs, vxor pro anima, de ipſa dote in vltima voluntare, poſſit decimam partem tantum relinquere: alia vero bona ſua diſtribuat ſicut ſibi permittitur.

De qua parte Dotis mulier decedens Teſtari poſſit. Cap. 134. Gloſſ.

Iſtud ſtatutum valet, Bart. Ang. Imol. & alij poſt gloſſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. oblig. & quamuis ſit durum, odioſum, ac contra naturalem & Ciuilem æquitatem eſt nihilominus obſeruandum, vt per Ancharan. in conſil. 380. colum. 2. Soccin. in conſ. 48. col. 2. lib. 1. & in conſ. 93. col. 7. eod. lib. Et lucrum vigore ſtatuti huius delatum tranſmittitur ad hæredes filiorum, Alexand. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberat. Soccin. in conſ. 296. lib. 2. & in conſ. 67. col. 1. lib. 4. Dec. in conſ. 331. col. 4. & in l. ſi maritus C. de collatio. Crauetta in conſil. 185. Licet contrarium tenuerit Anguſ. in conſil. 81. Et procedit etiam in Vidua filios habente. ſecundum Bald. & alios. in l. 1. C. vnde vir & vxor. & in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Siluanus in conſ. 49. num. 83. & in alio non diſſimili ſtatuto vide quæ notat Marſil. in ſing. 39. Capias vnum de pane lucrando. Verum hoc ſtatutum non includit filios primi matrimonij nec illorum fauorem, ſed ſecundi, Rota in Romana Dotis corã Card. Plato die 12. Februarij 1588. & diſpoſitio in maiori ſumma etiam ad pias cauſas non tenet, Calder. in conſ. 20. de Conſtit.

Sed limitatur ſtatutũ locum non obtinere in bonis acquiſitis, ac relictis mulieri; quia loquitur in dote, vt ibi, etſi loqueretur de omnibus bonis, non procederet in relictis mulieri cum licentia alienandi, Franchus deciſ. 4. num. 8. lib. 2.

De reliquis donationibus inter virum & vxorem. Cap. CXXXV.

DOnatio inter virum & vxorem, ſponſum & ſponſam nõ valeat, nec præſumatur, niſi

nisi in casibus à iure permissis, sed quo ad annulum subharrationis, qui debeat esse sine lapide, donatio præsumatur & valeat; & si iuramentum in his prohibitis donationibus interueniat, præsumatur dolo & metu extortum, & nihil omnino operetur.

De reliquis donationibus inter virum & vxorem. Cap. 135. Gloss.

Et de iure communi donatio inter virum & vxorem nullius est momenti; nec est obligatoria l.1.cum sequent.ff. de donat. inter vir. & vxor. hoc autem moribus receptum est ne mutuo se inuicem spolientur amore d.l.1. et l.sed si vir. 31. §. quod legaturus. in fin.ff.eod. l.cum multæ. 20. §. simplices. C.de donat. ante nupt. Hoc tamen non procedit in donationibus ante nuptias, vel propter nuptias l.inter eos.27.ff. de donat.inter vir.& uxor.l.seia.66.§.fin. ff. de don. Nec causis de quib.sup.c.132.& c.133. Nec minus procedit inter magnos Principes l. donationes.26. C.de donat. inter uir.& uxor. Nec quando ex ea donans non fit pauperior, nec recipiens locupletior. l.si sponsus. 5. §.ubicumque.ff.eod. l.sed etsi.25.ff.eod.

Donatio autem causa mortis inter eos ualet l.si cum.9.§.fin.cum l.sequen.ff.de donat.inter uirum & uxor.l.fulcinius.42.ff.de mortis causa donat. Vel inter uiuos ratione alimentorum facta uxori ualet.l.mutus.73.§.manente. ff.de iure dotiũ.l.si quis. 21.§.fin.ff.de donat. inter uirum & uxor.l.sed si uir.31. §.antepenult.ff. eod. l. sicut. 10.C. eod. vel familiæ. l.si quis 21. §. fin. ff. eod. l. si prædia. 58.§. item cum.ff. eod. Item facta pro dote communis filiæ. vel vt post mortem communi filio restituatur subsistit l. siuè vxor. 34. ff. de donat. inter virum & vxor. l. profectitia. 5. §. si quis certum. ff. de iure dotium.l. sulpitius.49. ff. de donat. inter vir. & vxor. Item facta pro sepultura; vel vt Deo dicaret, vel publico vsui valet.l.si sponsus.5.§.concessa.ff.eod. vel si facta sit de seruo, vt manumittatur. l. quod autem. 7. §. fin. ff. eod. l. maritus. 22. C. eod. venditio tamen inter eos, & alij contractus non sunt probibiti. d. l.quod autem.§.si vxor à marito. l. sed si. 31. §. si duo in fine. ff. eod. l. si prædia.58.ff. eod. l. si donatæ. 36.§. fin.ff.eod. & morte confirmatur donatio facta inter eos viuentes, cum eam non reuocauerint.l. cum hic status. 32. §. ait oratio.ff. de donat. inter virum, & vxorem & in princ. l. 1. C. eod.l. donatio. 4. C. eod. l. ex verbis. 14. C. eod.

Sed in omni casu in quo sit iuramento roborata subsistit propter iuramentum. Bart.& Ripa.in l.si quo pro eo. in princ. de fideiuss.Bald. in l. 3. C. de vsucap. & in l. 1. de donat. inter virum & vxor. Paulus de Castr. in cons. 75. col. 2. in princ. lib. 2. Abbas. in c. cum contingat.de iure iuran. Alex. in l. si donatione.C.de collat. & in cons.7.nu. 5.lib. 6. Aret. in l. placet. de acquir. hered. Cepolla. caut. 112. Ruy. in cons.139.nu. 111. & n.190. lib.1. & cons. 132. num.2. lib. 4. Guid. Pap. decis. 190. sub nu. 4. Gabr. de donat. conclus. 3. in principio. Aret. in cons. 74. col.3. & in cons. 77. col. penult. Grammat. decis. 103. nu. 73. Tholos. in decis.261. Cotta in verbo donationes. Crauetta in cons.59. nu.3. Clarus. in §.donatio.quæst.9. de qua relatè Seraph. de priuilegijs iuramenti priuilegio.71. In hoc nostro statuto etiam quod sit iuramento roborata non valet, nisi in casibus à iure permissis de quibus supra, in alijs verò probibitis à iure potest iuramento non obstante per hoc statutum reuocari.

Nam & si statuta disponentia circa iuramentum parum operentur. Castren. in cons. 8. col.2. lib. 2. in cons. 13. in cons. 29. col. 2. & in cons.53. col.2. lib.2. Pedemon. in decis.151. nu. 7. Bello. in cons. 15. sub nu. 2. Bologn. in cons.51.col.4. Gratus in cons. 38. lib.2. Seraph. vbi supra. priuileg. 83. nu. 83. Tamen cum ista sint condita authoritate Papæ, & ab eo confirmata operantur etiam contra iuramentum; quia in eo potest Papa dispensare. glos. 1. & ibi Doct. in c. quarto. de iure iuran. Roman. in cons. 12. Gozzad. in cons. 51. sub nu. 16.

De vestimentis lugubribus, & funeris impensa. Cap. CXXXVI.

MOrtuo marito, cum liberis vel sine, vxore superstite, si vxori vestimenta lugubria non reliquerit, vxor de bonis viri habeat vestem vnam, & lineos pannos, quos appellant pannum listatum, superiectum, linteamen, pectorale & cingulum, necnon & caligas & crepidas, iuxta personarum & dotis qualitatem. Maritus autem mortua vxore, vltra lucrum dotale supra expressum, habeat pallium & sagum, siue togam vnam, & capitium siue biretum, similiter iuxta dotis qualitatem, & personæ conditionem: & lucrum prædictum dotale semper intelligatur deducta funeris impensa.

De

De vestimentis lugubribus, & funeris impensa. Cap. 136. Gloss.

De iure communi hæres tenetur ad expensas funeris l.impensa.45.ff.de relig.& sumpt. fun.Roland.cons.8.nu.11.& sequen.lib.2.Surdus de alimentis quæst.30.Petrus Riccardus in §.constituitur.nu.26.& sequent. Inst. de vsu fruct. Limita nisi vir aliquid de dote vxoris habuerit; tunc enim ipse tenetur ad impensas funeris factas pro vxore sepelienda.l.in eum. 16. cum pluribus legibus sequentib. ff.de relig. & sumpt. fun. sublimita nisi solum lucrum dotale habuerit, quia illud debet habere deducta funeris impensa, vt in statuto ibi, & lucrũ prædictum &c. Quod est contra dispositionem iuris communis, de qua in d.l.in eum. Boer. in decis.244.nu.9.Guid.Pap. cons.127.nu.2.

De fructu dotis pro alimentis. Cap. CXXXVII.

Dotis fructus, secundum antiquam consuetudinem, redacti sunt ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario,& anno,& sic taxentur post moram non solutæ dotis marito promissæ, & post iudicialem interpellationem per viduam factam pro illius restitutione: necnon & pro alimětis ipsius viduæ etiam habentis pignus dotale, ex quo possit percipere fructus loco alimentorum, & non computentur in sortem; & similiter maritus soluto matrimonio cum liberis percipiens fructus ex pignore dotali,non computet fructus in sortě, sed sint ipsius pro alendis cõmunibus filijs, donec dos à quocunque debita restituta sit, si in pecunia debeatur.

De fructu dotis pro alimentis. Cap. 137. Gloss.

Hoc statutum in quo fructus dotis taxantur ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, videtur contra Legem Diuinam in qua Exodo 25. legitur fœnore neq; des. Deuth. 15. Exodo 23. neq; accipies. Exodo 22. Nemo sit medius inter dantem fœnore, & accipientem, & nullus fiat fideiussor; vel testis inter eos: Nam vsura videtur quicquid sorti accedit, & est vtriusq; testamenti pagina damnata. c. consuluit 10. de vsuris. c. quia in omnibus. 3. c. super eo.4.eod.14.q.3. cum sequentibus. & q. 4. c. si quis clericus. & c. nullus: immo vsura est d.c.consuluit, nec per statutum, seu consuetudinem potest introduci. Clemens. 1. in princ. de vsuris. nec per pactum Corn.cons.71.lib.4.Io. And.& Card.in c.salubriter.de vsuris,Soccin.cons.88.nu.10.cõs.130 nu.10.lib.4. Didac. var.resol. lib.3.c.1. Dec. cons. 126. nu. 3. Valas.consult.8. per totam. & quod non possit introduci pro dote debita in pecunia,tradit Imol.in l.in insulam. §.vsuras.ff.solut.matr.vbi alÿ scribentes glo.& Bal. in l.eos. C.de vsuris. Ias.in §.fuerat.nu.9. instit.de actio. Rocch. Curt. in c.fin. de consuetu. q.1.nu.18.Hieronymus Alban.in cons.6.n.21. & in cons.19. nu.13. Immo secundum Bald.in l.2. & in auth. ad hæc. C. de vsuris. tale statutum, atq; consuetudo permittens vsuras etiã in vno nummo dumtaxat non censetur licita, Ias. vbi supra: nam consensus totius Orbis non potest illas permittere, Ruizius in 5.decis. Lituanica.nu.114.Alex.de Neuo contra hebræos fœnerantes in consilÿs contra eos passim, quia cum pecunia sit mensura aliarum rerum, de per se non est apta ad multiplicandum l.1.ff.de contrah.empt.& vendit.l.si ita fideiussorem accepero ff. de fideiussor. Abb.in rubr. de vsuris, Natt.in cons. 369. nu.5.Surd.in decis.35. nu.17. & quod multiplices est contra naturã, & contra ius naturæ, Abb.& Natt.vbi supra. latè Surd.de aliment.quæst.42. in princ. & in quæst. 45. nu.25. tit. 1. & ideo Dantes in inferno cantilena 11. ponit vsurarios inter peccatores contra naturam ibi, his carminibus

Anchora vn poco indietro ti riuolui
Diss'io là doue di, ch'vsura offende
La Diuina bontade, e'l groppo solui:
Filosofia, mi disse, à chi l'attende,
Nota non pure in vna sola parte,
Come natura lo suo corso prende
Dal diuino intelletto, e da sua arte,
E se tu ben la tua Fisica note
Tu trouerai non dopò molte carte
Che l'arte vostra quella quanto puote,
Segue,come'l maestro fà il discente,
Si che vostr'arte à Dio quasi è nipote.
Da queste due, se tu ti rechi à mente
Lo Genesi dal principio, conuiene
Prender sua vita, e auanzar la gente,
E perche l'vsuriere altra via tiene
Per se natura, e per la sua seguace
Dispreggia, poiche in altro pon la spene.

Verum in proposito statuti huius, taxatio ad septem cum dimidio pro centenario; & anno pro fructibus dotis non est vsura,& ideo licita

ratio-

ratione intereſſe propter moram reſultantis; vult enim ſtatutum quod debitor dotis teneatur ad iſtam ſummam taxatam poſt iudicialem interpellationem per viduam factam pro illius reſtitutione, ſi non reſtituat; & ſic poſt moram commiſſam; qua ratione debentur pro intereſſe Card. in d. Clem. 1. Curtius d. q. 1. nu. 19. & ſic valet huiuſmodi ſtatutum; & obſeruatur ſine peccato. Curtius vbi ſupra. Cyn. in l. vnica §. exact. C. de rei vxor. act. Bald. in auth. ei qui iurat. C. de bonis auth. iudic. poſſid. & in l. fin. in fine. C. de petit. hæredit. Card. in d. Clem. 1. q. 6. de vſuris. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe. Alex. in l. diuortio. in princ. col. 3. ff. ſolut. matr. & fuit de mente Anchar. in regula peccati veniam in 4. q. princ. lib. 6. cum alijs allegatis per Afflict. in deciſ. 284. ſub nu. 1. & ſequen. & procedit tam in dote, quàm in donatione propter nuptias. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. Rot. coram Pamphilio in Romana dotis, die 3. Martij 1606.

Et ſi habet pignus dotale percipit illius fructus loco alimentorum donec dos in pecunia debita ſibi reſtituatur, & non computabit in ſortem. ita diſponit ſtatutum. pro quo facit tex. & quod ibi notat Doctor. in c. ſalubriter. de vſuris. & in c. conqueſtus. in fine. eod. c. 1. de feudis. Donec enim patitur damnum ob tardatam ſolutionem poteſt pro intereſſe vſuras petere, Archid. in c. vſura. 14. q. 3. & in c. fraternitas. 12. q. 11. ſequutur Paul. de Caſt. & Salic. in l. 2. C. de vſuris. Anchar. in conſ. 376. glo. & omnes in l. ſocium ff. pro ſocio, Canoniſtæ in c. dilecti. de foro compet. Roman. ſing. 341. & in conſ. 94. & in conſ. 101. Mohed. deciſ. 1. de vſuris, Afflict. deciſ. 91. Alex. in conſ. 221. nu. 4. lib. 2. Dec. in conſ. 322. Gozzad. conſ. 55. Et ratio eſt, quia in contractibus bonæ fidei vſuræ debentur à die contractæ moræ, Bart. in l. lucius. in §. notab. l. lecta. ff. ſi cert. petat. Ceph. conſ. 610. nu. 52. lib. 4. Bero. in conſ. 193. nu. 20. lib. 1.

Quod idẽ erit ſi hæredes viri retineant fundum dotale: nam et illius fructus debebũt iuxta taxationem ſtatuti huius exemplo eorũ quæ notant Doctores in vẽditione facta habita fide de pretio; quod ſcilicet ex eo poſſint recipere venditores certum quid à principio taxatum. iuxta tex. in l. curabit. C. de act. empti. dummodo correſpondeant fructibus rei venditæ habita fide de pretio, & generaliter vbique admittitur taxatio ad rationem quinque pro centenario, Rot. diuer. in deciſ. 71. nu. 3. & ſeq. par. 1. & in deciſ. 340. nu. 3. & per totam. par. 1. Ceſar de Graſſis in deciſ. 187. & 188. alias 1. & 2. de vſuris, Gail. lib. 2. obſeruat. 7. in fine. de qua re latè Surd. de alimẽtis. quæſt. 42. & q. 45 nu. 26. & 27. tit. 1.

Si per viduam alimenta petantur. Cap. CXXXVIII.

SI per Viduam alimenta petantur, Iudex exhibito inſtrumento dotali, ſiue iudiciũ ſuper dotis repetitione fuerit intentatum, ſiue non, omni mora poſtpoſita, citatis his quorũ intereſt, mandet hæredibus mariti vel ſoceri, aut alijs pro dote obligatis, ac quibuſcunque poſſeſſoribus bonorum tacitè vel expreſsè pro dote hypothecatorum, quæ per maritum tempore obligationis poſſidebatur, vt alimenta, iuxta præſentium Statutorum formam vno quoque menſe, infra triduũ perſoluant: quod niſi fecerint, vnica citatione præcedente, contra eos mandatum executiuum, realiter, & perſonaliter exequendum, relaxet; niſi hæredes beneficio legis & inuentarij ſint tuti, (quo caſu realis tantum fiat executio) tam ſuper mobilibus, quàm immobilibus bonis, iuribus & actionibus, ad mulieris electionem: &, ſi infra triduum aliqua exceptio opponatur, tunc præſtita per mulierem idonea cautione, de reſtituendis alimentis in caſum ſuccumbentiæ, Iudex mandatum executiuum contra prædictos decernat & exequatur, vt ſupra; non obſtante quòd forſan infra tempus ad conficiendum inuentarium, aut etiam pendente cauſa diſcuſſionis, per Viduam peterentur, cum ſatis per dictam cautionem ſoluenti conſultum ſit.

Si per Viduam alimenta petantur. Cap. 138. Gloſſ.

An autem durante dilatione data à lege, vel ſtatuto hæredibus Viri, teneantur nihilominus Viduam alimentare? & ſunt tres opiniones. Prima negatiua; quia non reperitur id iure cautũ; quod hæredes mariti teneantur vxorem alere, ergo id non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum. cap. conſuluiſti 2. q. 5. Archid. in proem. 6. lib. verſ. ſacroſancta. col. penult. in fine. & erubeſcimus cum ſine lege loquimur. alias dilatio inducta à ſtatuto ſupra in c. 133. & à lege in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. ad fauorem hæredum eſſet eis dãnoſa contra l. quod fauore. C. de legibus. debet enim eis dilatio prodeſſe

desse

desse non nocere. l.si constante. §.quoties. ff.solut.matrim. l.2. §.in omnibus. ff.de Iudic. Castren.in l.diuortio.in princ.num.5. ff.solut.matrim. Quod maximè ita videtur dicendũ,quia dilatione elapsa tenentur haeredes dotem cũ fructibus illius dilationis Viduae reddere.d.§.exactio. & d.l. diuortio. §.non solum. Bald.in d.§. quoties. & ideo Petrus de Bellaper. in d.§.exactio: dicit haeredes durante dilatione teneri tradere Viduae partem dotis in pecunia, vel mobilibus consistentis;quae sufficiat pro necessitatibus suis. sequitur. Dyn.ibi.Ias.in d.l. diuortio.numer.18.vbi etiam Alex.nu.18. Fulgos.in l.fin. C.de bonis mater. vbi Pinellus num.8.quia non attenditur affinitas quae desijt. l.3. §. affinitates.ff.de postul.Pinel.vbi supra. Secundam affirmatiuam ; quod Vidua siuè diues siuè Pauper ; sit semper alenda ab haeredib.mariti,tenuit Guido Suza in d. §. exactio. quem ibi sequitur Alberic. Dec.in l.de alimentis. num.6.C.de transact.Non enim debent esse haeredes melioris conditionis,quam defunctus. l.mortuo reo. ff.de fideiuss.l.maritum ff.solut.matr.sed maritus tenetur vxorem alere siuè diues,siuè pauper sit l.dotis fructus ff.de iure dotium.l.fin.in princ. ff.de doli excep. ergo & haeredes. & cum retineant dotem ex qua mulier ali debet,sequitur quod eã alere teneantur. l.si cum dotẽ.§.sin autem.ff.solut.matrim.l.2.ff.de alimen. & cib.legat.

Tertiã quod sit solũ alenda si nõ habet aliundè.tenuit glo.in d.§.exactio & glo.fin.in l.pen. ff.vt in possess.legat.gl.1.in d.l.diuortio ff.solut.matr.quam ibi sequitur Bart. n.1. Bald.col.2. Ang.col.2.Alberic.n.6.Imola col.2.Rom.n.13. Castr.n.5. Cuma.n.1.Alex.n.16.Soc.n.17.Abbas in cons.39.n.1.lib.2.Card.in cons.72.Bart. & Bald. in d.l.vnica §.exactio. Salyc.in §.sin autẽ.n.6.C.de rei vxor.act. quia haeredes possident dotem,quae est obligata ad alimenta. Aret. in cons.98.nu.3. Ang.in §.fuerat. num.8. Ias. num.24. Instit.de actio.Bertrand.in cons.307. lib.4. Didac.var. res. cap.1. num.4.

Non obstat,quod nõ reperiatur iure cautum; quia etsi deficiat lex non deficit naturalis ratio; quae non debet minus mouere quã faciat lex ipsa. Iser.in proem.feud.col.pen.quẽ citat Natta. in cons.129.nu.2. & quaerere legẽ vbi habemus naturalẽ rõnem,ascribitur imbecillitati intellectus.vt post Arist.quẽ citat dicit Angel.in cons. 317.col.3. & naturalis ratio hic subest; quia si haeredes viri retinent penes se dotem, debẽt Viduam alere, ne cogatur mendicare in opprobriũ praecedentis matrimonij.Etsi non adest lex adest Doctorum authoritas,quae multũ potest.Castrẽ. in l.multum.ff.de acquir.hared.Ias.in l.non eo minus.col.3.ver.3.C.de procur. & cũ habemus rationem legis,est ac si legẽ haberemus,quia tã quam anima legis regulat;et ampliat legis dispositionẽ l.cum Pater. §.dulcissimis.ff.de legat.2. Soc.in cons.108.n.3.lib.3. Nã verba dicuntur corpus,& superficies,ratio autem anima.c.solitae.de maior.et obed.c.praecipimus.12.q.1.et ratio praefertur dispositioni.glo.in c.consuetudo. distinct. 1. ratio autẽ legis est quod vxor alatur de fructibus dotis,et quod ibi sit onus alendi,vbi est dos ipsa d.l.dotis fructus. & l.vbi adhuc C. de iure dotiũ quae ratio militat etiam in haeredibus. Et dilatio haeredib. à iure,et statuto concessa eis nõ nocet.quia lucrantur fructus dotis in alimentorũ compensationem. Dyn.in d.l.diuortio.vbi Bart.nu.2. Bald.col.2.Imola.col.2.Castren.n.5.Rom.n.13.Alex.n.16.Ias.nu.18.glo. & Doct.in d.l.vnica.§.exactio.C.de rei vxor. act.Didac.var.res.d.c.3.§.9.n.9. ver.quarto. Bero.cons.130.nu.11.lib.3.etiã quod excedant alimenta ipsa.Bart.in d.l.diuortio.nu.5. Imol. col.2.Rom.n.14.per tex.in l.creditor.§.si inter ff.mandati.& ibi glo.Ias.nu.18.Salycet.in d.l. vnica.§.sin autem.n.6. Et quamuis tex.in d.§. exactio & in d.l. diuortio.§. non solum: dicant quod fructus omnes post dilationem sint cum dote reddendi, tamen debẽt intelligi quando vxor non petijt alimenta; vel illa non habuit, vt per Castren.Alex.Soc.et Ias.in d.l.diuortio. Et procedit quod supra dictũ est etiam quando fructus dotis non sufficiunt;quia nihilominus alere tenẽtur. Bart. in d.l.diuortio. in fine. Imola col.2. Roman.n.14. Ang. Alex.nu.19.Soc.n.17.Salycet.d.§.sin autẽ.nu.6. Capic.decis.24.nu. 5.

Nam cum onus alendi sit annexum dotibus, haeredes eligendo retinere dotem tempore sibi à lege concesso,tenentur ipsum quoque onus agnoscere.l.secundum naturam. vbi Dec. & Cagno. ff.de reg.iur. Surdus in cons.7.n.5.& non attenditur damnum à quo haeredes possunt se eximere si velint dotem restituendo,nam illud dicuntur sua culpa substinere. c.damnum.de reg.iur. in 6. Vt stantib.supradictis hoc nostrum statutũ sit iustum etiã de iure cõmuni;cum idẽ sit dispositum ex praeallegatis ; Vel dirimat controuersiam, & tollat omnem disputandi occasionem.

An autem Vidua prorsus indotata sit alendat & quicquid senserint de iure pro affirmatiua Riccar. malũ in l.fin.C. de bonis mater.Cyn. ibi & Bald.Castren. in d.l.diuortio. n.8. Aret. col.6.& 7.Mars.in rub. C.de rap.virg.nu.57.

& 217. Bart. de alimentis.nu.48. Rom.in consil.517.num.2. Castren. in consil.428.num.3. Tamen hoc nostrum statutum non tangit istam materiam; sed vult quod exhibito instrumento dotali pro dote recuperanda, interim, pendente iudicio super ea; habent alimenta; & sic casum quando non habet dotem dimittit dispositioni iuris communis.

Si alimenta per Vxorem à Viro petuntur. Cap. CXXXIX.

Si mulier, se à viro ex domo eiectam esse, vel debita sibi alimenta non præstari, aut inciuiles illius mores sufferre non posse cõqueratur; Iudex super hoc aditus, exhibito coram eo instrumento dotali, mandet marito, vt alterũ de tribus faciat & impleat; vel scilicet vxorem suam recipiat, præstita cautione, quòd eã maritali affectione pertractabit, & quòd vltra quàm deceat, non offendet; vel dotem in instrumento dotali descriptam, in loco tuto collocet, vt ex illius fructibus mulier se, suosq; alat; aut ipsi mulieri tribuat competentia alimenta, iuxta supra taxatam formam, de semestri in semestre, in principio: & pro prædictis, vnica citatione præcedente, mandatum executiuum realiter & personaliter exequẽdum, relaxet; quod mandatum astringat etiam Socerum citatum, & bona illius. Possint tamen contra mulierem legitimæ exceptiones opponi & probari infra quinque dies vtiles; quibus elapsis, si oppositæ non fuerint, exequatur vt supra: si verò fuerint oppositæ, non tamen plenè probatæ, fiat executio, cautione de restituẽdo præstita, vt in proximo præcedenti capite est prouisum: & si interim maritus vxorem recepisset; & iterum dissidium intercederet, vires mandati semel relaxati, in suo robore permaneant. Præsumatur tamen mulier alimenta, to to tempore quo in domo mariti & soceri permanserit, de bonis mariti vel soceri habuisse, nisi ipsa contrarium probet.

Si alimenta per Vxorem à Viro petuntur. Cap. 139. Gloss.

De iure communi maritus tenetur alere vxorem. l.penult.ff.vt in posse legata l.si filia. §.1. ff.famil.ercis.l.si quis per vxorem.in §.1.ff.de donat.inter vir.& vxor. l.si cum dotem. §. fin. autem.vbi glo.2.Bart.n.5.Castren.nu.3.Cuma. n.3.Alex.n.7.ff.solut.matr.Specul.qui filij sint legitimi n.28. l.si cũ putemus. ff.de oper.libert. l.assiduis.C.qui potior.in pig.hab.c.est ordo.33. q.5. quia dos debet seruire pro oneribus matrimonij.l.pro oneribus. C.de iure dotium.d.§.sin autem & d.l.assiduis, & ideo propter onus matrimonij dos dicitur haberi titulo oneroso. l.ex promissione ff.de act. & oblig.l.dotis fructus ff. de iure dotium. Ruy.in cons.130.n.3.lib.1. Capis. decis.24.n.1. Natta in cons.547.

Etiam quod illam duxerit sine dote, vel sine dotis promissione quia videtur dedisse suã personam loco dotis.l.quod si nulla.ff.de religio. & sumpt.fun. §.penult. Auth.quibus modis natur. eff.legit. quem tex, adhoc allegat Innoc. in c.per vestras.de donat. inter vir.& vxor. Speculat. in tit. Qui filij sint legitimi. §.1.nu.28. Bart. de alimentis num.28. Cynus in l. quod in vxorẽ, C.de negot.gest. quem omnes ibi sequuntur, & Alex.num.8. Cynus, & Bald.in l.pro oneribus C. de iure dotium. Bart.in l.si constante. num.102.ff.solut.matrim.et in l.si eum dotem. §.sin autem ff.eod.glos.in l.fin.C.de diuor.Guido Papa in decis.439.Roman.in sing.317.l.fin. ff. vt in possess.legato. Pedem. decis.132.n.8.

Etsi dotẽ habuit, et illius fructus non sufficiãt pro alimentis; quia nihilominus tenetur eam alere glo.in d.l.si cum dotem.§.sin autem.gloss.fin. ff.solut.matrim. Salycet.in.d.l.quod in vxorem C.de neg.gest. Ruyn.in cons.139.nu.1.lib.4.

Et procedit etiam si vxor non sit in obsequia viri sine sua culpa ita disponit statutũ in princ. dum eiectam è domo à viro alimentandam disponit; quod vtique procedit etiam de iure communi, vt notant Iacobus de Aret. Cyn. Alberic. Bald. Salycet. & Alex. in d.l.quod in vxorem. C.de negoc.gest.Bart.de alimentis.nu.48. Ang. Imol. & Alex. in l.si cum dotem. §.sin autem. ff.solut.matrim. Rom.in cons.517.num.2. Socein.in cons.64.lib.4. Tiraquel. de retract.consang.§.10.glos.1.num.14. Natt. in cons.547. numero 14.

Et quando non potest cum eo habitare propter eius malos mores, vel propter seuitiam ita dictat statutum, & ita etiam vult ius commune; Nam quando culpa mariti exiuit de domo, & habitat seorsum ab eo potest dotem repetere. Baldus in l. fin.num.12. C. de senten. quæ sine certa quantitate, & in cap.ex parte.num.7. de consuetud. Castrens.in lege cum mulier.la 1.ff. solut.matrimon. Alexand. in consil.78. lib. 5. & in consil.26.lib.6. Castren.in cons.65.nu.3. lib.1. Tiraquel. vbi supra. n.13. Natta d.consil.547.n.15.Rolan.cons.14.n.38.li.3.et de lucro dotis. q.68.n.4. etsi non restituatur dos est

interim

interim alenda ita ſtatutum. & ita dicunt Doctor. allegati.

Nam ſtatutum dat electionē viro, vel quod recipiat vxorem cum cautione de eam bene tractando. vel quod deponat dotē in loco tuto, vt de fructib. alatur, aut tribuat cōpetentia alimenta.

Eſt enim nimia ſeuitia ſufficiēs ad ſeparationē Thori. c. ſi fortè de pęn. diſt. 1. glo. in c. de illis de ſpon. et in c. 1. in fine de diuor. c. ex trāſmiſſa, et c. literas. de reſtit. ſpol. Natta. in conſ. 547. Rolād. in conſ. 27. lib. 3. Menoch. de Arbitr. in caſu. 139. nu. 5. et ſeparatione facta dos eſt reſtituēda. Menoch. d. caſu 138. vel iuxta formam ſtatuti alenda eſt vxor. etſi vult vxor quæ diſceſſit redire ad virū, ſi vir redeuntem non vult recipere tenetur de iure eam alere. c. ſignificaſti de diuortijs. Hoſtien. in ſumma qui matr. accuſ. poſ. §. 5. col. 2. ver. quid ergo de expenſis: Alex. in conſ. 78. nu. 6. lib. 5. Tiraq. vbi ſup. nu. 14.

Etſi receſſit abſq; ſua, & mariti culpa, et habeat dotem; eſt nihilominus de ea à Marito alenda. d. §. fin autē. Cyn. in d. l. quod in vxorē. C. de neg. geſtis. Caſtren. in conſ. 65. in fine li. 1.

De tempore autē quo ſtetit in Domo viri nō poteſt petere alimēta; quia præſumitur ibi fuiſſe alimentatā l. fin. C. de alimē. pupill. præſt. Oldrad. in conſ. 249. n. 3. Alciat. reg. 1. præſumpt. 50. Menoch. præſumpt. 71. lib. 6. de præſumpt. facit Oldrad. in conſ. 251. nu. 2. & Romanus in conſ. 440. eſt tex. in l. idem in fundo. §. idem labeo. ff. mandati.

De alimentis à Patre liberis, & ex contrario per quemcumque præſtandis. Cap. CXL.

SI per filium alimenta à Patre petantur, vel per patrem à liberis, cauſa ſummariè per aditum Iudicem cognoſcatur, & ſi illis decernendis locum eſſe viderit, illa decernat & de ſemeſtri in ſemeſtre anticipatè ſolui mandet. Cæteris autē quibus aliquo iure alimenta debentur, vbi Iudici conſtiterit illis alimenta deberi, Iudex menſtrua decernat, nullumq; opponentem exceptionem contra ſemel decreta alimenta audiat, niſi actuali depoſito facto: alioqui pęnam vigintiquinque ducatorum incurrat, & in his omnib. ſummariè procedatur.

De alimentis à patre Liberis, & ex contrario, & per quemcumque præſtandis. Cap. 140. Gloſſ.

Pater de iure communi tenetur alere filios. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex ijs. ff. de liber. agnoſcēdis. eſt liberorū educatio de iure naturali. §. 1. Inſtit. de iure natur. gent. & Ciui. c. ius naturale. diſt. 1. Nam Pater dicitur necare filios denegando eis alimēta. l. necare. ff. de liber. agnoſcē. & eſt anathema. vt notat Archid. in d. c. ius naturale. et hanc propoſitionem firmant omnes in d. l. ſi quis à liberis. Vital. de Clauſu. tit. an alimen. renunc. poſſ. col. 3. & debentur efficacius liberis, quā vxori. Crauetta in conſ. 189. nu. 3. & ſtatuto non poteſt contrarium diſponi. vt docuit Cyn. in l. ſancimus. C. de Nuptijs. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. qui filij ſint legi. nu. 13. quia debentur iure naturali; quod nullo iure ciuili dirimi poteſt. §. naturalia. Inſtit. de iure natur. Et licet actio à iure Ciuili; ſeu Prætorio introducta ſit, tamen obiectū principale menſurari debet à natura, à qua debitum alimentorum originem traxit. Bald. in l. cum lege. C. de Epiſ. & cleric. Anchar. in repet. c. 5. q. 11. de conſtit. Nec conſuetudine contrarium introduci. Abbas in c. cū tanto. n. 22. de conſuetud. §. ſed naturalia. Inſt. de iure natur. Curt. in trac. de conſuet. ſectio. 5. n. 10. Didac. in epit. ſponſ. p. 2. c. 8. §. 6. n. 3. & 4. Soarez in ver. alimēta. n. 169. Crauetta in conſil. 116. n. 2. Licet ſoleamus dicere quod conſuetudo eſt altera natura ſecundū Philoſophū, quē allegat Iaſ. in l. Gallus, in 2. lectura. §. idem credendum. col. 3. ff. de liber. & poſthum. Gallia. in l. ſi quis poſthumus. in 2. notab. ff. eod. Tamen nō tollit ius naturæ; quia par in parē non habet imperium; & quia ideſt per fictionem; quæ nō debet veritati præualere. Nec pacto poteſt conueniri, quod filij non alantur à Patre. Specul. d. tit. qui filij ſint legit. n. 12. quia nec pactum valet cōtra ius naturale. l. ius agnationis. ff. de pactis. Alberic. in l. 1. §. ius naturale. ver. ſed quæro. ff. de iuſtit. et iure. vbi Bald. verſ. quæro quid ſi filius. Bart. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi parens. ff. de liber. agnoſ. Dec. in l. iura ſanguinis. n. 4. ff. de reg. iur. Soccin. iun. in conſ. 54. n. 13. lib. 3. Nec lege Principis. Bald. in l. 5. n. 5. ver. fin. ff. de conſtit. Princ. Rebuff. conſ. 91. n. 54. lib. 2. Nam etſi ſit lege ſolutus; non tamen eſt ſolutus naturæ; nec iure gentiū; quia vtroq; ligatur et Princeps Bald. in l. 2. num. 30. C. de ſeruit. & aqua. & in c. 1. de natur. feud. Roland. in conſ. 1. n. 22. lib. 2. Menoch. in conſ. 27. nu. 22. c. quanto. de iureiur. & nō poteſt ſine cauſa tollere ea, quæ ſunt iuris gentiū. Fely. in c. quæ in eccleſiarū. de conſtit. Doct. in c. 5. de probat. & ius gentiū fuit naturali rōne introductū. Abb. in c. fin. de conſuet. Rocchus de Curte. de Conſuetudine. ſect. 5. n. 16.

Est enim ius gentium potentius quam Principatus.Bald.in c.1.§.fin.Qui feud.dare poss.Ias.in l.quominus. num.4.ff.de flumin.

Et præmissa procedunt etiamsi filij fuerint emancipati,d.l.si quis à liberis.§.1.ff. de liberi. agnoscen.Cagnol.in l.vnica.nu.25.C.quan. non peten.par.quia emancipatio non tollit iura sanguinis l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.§.at ij qui & §.sequen. vbi Ang.Instit.de hæredit. quæ ab intest.defer.l.legatum de Capit.diminut.Ascan. de Patria potest effectu.17.n.20.c.vlt.num.89. Et hæc obligatio alendi filios descendit in hæredes Patris; qui id munus tenentur subire; quod Pater si uiueret substineret; quia & hæredes filij tenentur alere Patrem. d.l.si quis a liberis. §.item rescriptum.ff.de liber.agnosc. l. 1. §.sed etsi,ff.de ventre inspiciendo. Menoch.q.35.numer.14.lib.1.de præsumpt. Matthes.sing.147. Soccin.iun.in cons.134.n.33.lib. 1.Bart.de alimentis.nu.41. Et procedit etiam si sit Naturalis.auth.licet.C.de natur.liber.Cynus in auth.ex complexu.C.de incestis nuptijs.glo.in d.l.si quis à liberis. §.vtrum. ff.de liber. agnoscen. Mar. sing.358.Crauetta in cons.89.nu.1.Menoch.in cons.60.n.6.Bero.in cons.167.nu.20.lib.2. Vel Spurius. c.cum haberet.in fine.de eo qui dux.in vxor.quam poll.per adulter. Abbas in cons.50. & in cons.115.lib.2.Dec.in cons.312.n.4.Ruy. in cons.124.n.8.lib.1.Mar.sing.35.Roland.in cons.74.n.39.& 47.lib.1. & in cons.22.n.31. lib.3. Vel adoptiuus.§.sed ea omnia Inst.de hæredit. quæ ab intestato defer. vbi glo. quæ citat Placentinum antiquum glossatorem, & ante eũ Azzo.quem citat ibi Io.Faber.Specul.in tit.qui filij sint legitimi.n.19.vbi Io.And.Bal.in auth. nisi rogati.n.19.C.ad Trebell.& in l.cũ in adoptiuis.n.5.C.de adopt.glo.in l.onera.ff.de adop. Et e contra omnes isti filij tenentur alere Patrẽ vt probant citata iura. & est text. in l.fin. §. ipsum autem C.de bonisq; liber.et in l.filia.C.de patr.potest.l.1.& 2.§.fin. C.de alen.liber.d.l.si quis à liberis.ff.de liber.agnoscẽ. c.cæterum 88. distinct.glo.in c.ius naturale.distinct.1.Bart.de alimentis num.8.Pedemon.decis.124.num.18. Et Cicero ad Atticum lib.9.epist.11.dicit.Nefarium esse parentes non alere,etiam emancipati. d.l.si à liberis.§.sed vtrum,vbi Doctor. ff.de liber.agnoscen.l.legatũ ff.de capit.diminut.Bart. de alimentis.n.10.& in l.alimenta §.Imperatoris.n.3.ff.de liber. agnoscen. Ang.in tract. de Testamen.gloss.45.num.22. Aret.in §.fin.Instit.quibus modis ius patr.potest.solut.etiã Naturales; et Spurij tenẽtur alere parẽtes.ita Bal. nouell.de Dote in 1.p. specia.16. col.3. vers.sed posset dubitari et in l.1.n.144.ff.solut.matrim. Fort.Graz.de vlt.fine iuris n.79.et seq.Didac. in epit.de sponsal.p.2.c.8.§.6.n. 5.Card.Paleot. de nothis & spur.c.46. Si per spuriũ multo magis per naturalẽ, nam alimenta etiã ratione reuerentiæ debentur,sed Patri naturali reuerẽtia debetur sicut legitimo.l.parẽtes naturales. ff.de in ius vocãdo.ergo.Nã Pater et filius iudicãtur à pari in permissiuis, et in prohibitiuis. Bald.in auth.licet.n.3. C.de natur.liber. et ideo est Pater alendus etiã à filio adoptiuo;quia ipse vtiq; eum alere tenetur . per regulã correlatiuorũ de qua in l.1.C.de Cupres.li.10.et in l.fin.C.de indic.iud.tolle.et quãuis argumentũ non procedat in patre,& filio legitimis,et naturalib. eo quia maiori obligatione obstringitur filius erga Patrẽ tamen aliud est in adoptiuis, quia cum iure Ciuili sint ligati, lex eos æqualiter obligauit, & hoc statutum in rubro; & nigro Patrẽ ; & filiũ indistinctè iudicat ad paria.Hæc omnia extenduntur ad eũ cuius bona iudicio Ciuili, vel Criminali sunt sequestrata;interim enim erit alendus donec causa expediatur ex fructibus bonorũ sequestratorum.glo.fin.in c.ex parte.vbi Felyn. n.4.de accus.Curt.de sequestro.num.20.Didac. pract.qq.q.6.n.4.Alberic.in l. fin.n.1. C.de ordin.cognit.Valascus consult.1.n.1.& 2.Surdus de alimentis tit.1. q.123. per totam.

Et vbi per Iudicem alimenta fuerunt semel cuicumq; petenti decreta nulla admittitur exceptio; nisi actuali deposito facto. ita disponit hoc statutum; qui dat formam pro exceptione contra decreta alimẽta opponenda. Nam dictio nisi,conditionẽ inducit.l.quib.dieb.§.quidã Titio. ff.de condit.et demo.cũ alijs allegatis per nos in tract.de cõdit.p.1.c.89.n.3.quod idẽ facit ablatiuus absolutus ibi deposito facto. Alciat.in l.cũ quærebatur.240.ff.de verb.signif. & alij citati per nos vbi sup.n.21.et conditio inducit formã. vt dixi in d.tract.de condit.p.1.c.88.n.7.Cotta in verbo, cõditio apponitur. Et statuti forma nõ seruata actus est nullus,et irritatur.l. Mauius. & l.qui hæredi ff.de condit. & demõstr. l.cũ hi. §.cũ Prætor.ff.de transact.c.cũ dilecta.de rescriptis,Fulg.in cons.141.Alex.in cons.137.n.15. lib.2.Rolãd.in cons.72.n.54.& 69.lib.3.Osaschus in decis.165.n.7. Euerar.in loco à defectu formæ.n.2.Soc.iun.in cõs.37.n.5.lib.2. Bero.in cons.2.n.1.lib.2.Crauetta in cons.4.n.22. Etiã si defecerit in minimò Rolãd.d.cõs.72.n.58.li.3 Bursat.cõs.55.n.11.li.1.Quia est ad vnguẽ seruãda.Gratus cõs.52.n.33.li.2. Nõ per æquipol.

Gratus

Gratus in conſ.52.num.36.lib.2. Roland. conſil.65.num.26.lib. 3.cum alijs allegatis per nos vbi ſupra d.c.88.num.7.& ſequen.

Idem eſt ſi in ſtatuto adſit decretũ irritans; quia tale decretum inducit formam ad vnguem ſeruandam alias omnia erunt irrita. Alciat. conſ.76.num.2.&c. Zabar.conſ.71.nu.4. Gozzad.conſ.5.num.28. Barbat. in c.nonnulli. numero 23.de reſcriptis, & in Clemen.1.de elect. n.23.Neuiza.in conſ.35.n.15. Barbat.in conſ. 21.n.16.lib.1.Tiraquel.in l.ſi vnquã.in verbo reuertantur.nu.239. C.de reuoc.donat.

Forma dicitur etiã inducta quando ſtatutũ aliquid continet contra ius cõmune cum certis modificationib.Dec.in conſ.262.n.2.& in conſil.532. & in conſ.612. in princ. Mar.in conſ. 131.n.17.et in cõſ.133.n.16.li.1.Rolãd.in cõſ. 72.n.61.lib.3.Oſaſch.dec.165.n.11.12.& 13.

Dicitur etiã inducta forma ſi ſtatutum dicat De formæ procedendi. de modo quomodo procedatur, qualiter procedatur. & ſimiles. vide ſup.c.89.& 90.in fine.Afflic. in conſtit. Regni rubr.17. de deſen:impoſ.num.7. lib.1.

Dicitur etiam inducta ſi ſtatutũ aliquid prohibeat fieri niſi certo modo. quia tunc inducit formã; qua nõ ſeruata actus corruit. Gratus in conſ.52.n.35.li.2.Oſaſch.dec.165.n.14. Cummia in ritib. magnæ Curiæ.in Prelud.n.10.25. & ſeq. Boccat. in conſt.March.glo.6.n.117. & 158.& 160.etiã quod ſtatutũ vlterius non procedat annullando. Bald.in l.non dubium.n.28. C.de legib.Iaſ.in cõſ.168.col.5.lib.2.Diaz.reg. 425. Lex vel ſtatutum. Boer.in conſtit.Galliæ. rubr.Des coſtumes des mariages.§.1.colum.2. Afin.in praxi.§.3.c.41. & ſeq. Oſaſch.d.deciſ. 165.n.16.& ſtatutis inducentibus formam non poteſt per partes renunciari, Iaſ. in l.pen. n.17. C.de pactis. Fely. in c.cum acceſſiſſent. n.7.et 8. de cõſtit.Oſaſch.in deciſ.166.n.7. et deciſ.172. n.17.& 18. Roland.in conſ.72.n.57.lib.3. Idẽ eſt ſi ſtatutũ prohibitiuè loquatur. Alex.in conſil.24.n.2.et 3.lib.4.Iaſ.in conſ.188.col.5.li.2. & in rubr. Inſtit.de actionibus n.28. Tiraquel. de primog. q.24.n.9.10.et 11.niſi ſit prohibitio inducta in fauorem renunciantis;& renunciatio ſit iurata, Alciat. conſ.72.n.4.ſublimita niſi adſit etiam decretum irritans. Iaſ.in proem. de actio.inſtit.n.22. Rebuffus de Teſtibus. ar.1. glo.1.n.4.Tiraq.d.q.24.n.18. Et vbi reſpiciãt vtilitatem publicam non poteſt illis ſtatutis renunciari,etiã quod nõ inducant formã. Fely.in c.ſi diligenti.n.2.ver.ſecundo fallit.et n.19. de foro cõpet.Soc.reg.419.renuncians.ver.quinto fallit. Afflic.in conſtit.Regni rubr.41.de off.cap. n.19.ver.nec ab eo.li.1.Cũmia in ritib.magnæ Curiæ in præludijs.n.23.declara et diſtingue, vt per Gerardũ.ſing.4.n.12.& per Cũm. vbi ſup. n.37.& ſeq.Burſat.in conſ.74.n.56.li.1.Indiſtinctè Menoch.de Arbitr. lib.2.cent.1.caſu 1. n.7.Didac.relec.2.p.§.ſecundus. ver.quorũ opinio. Quãdo autem aliter, alijsq; modis dicatur quid inductum pro forma a ſtatuto tradit latè Brunus in tract.ſuper conſtit.in verbo, annullare, & in verbo, forma dicitur. & latius in tractatu de forma. Marſilius de Bannitis in verbo incontinenti. n.20. Gomeſ.ſuper regulis de annali poſſeſſ. q.6. Boccat. ad conſtit. Marchiæ, gloſ.6. num. 155. & ſequen.

Quod filiæ Fœminæ, uel Neptes Paterno, et Auito Teſtamento acquieſcant. Cap. CXLI.

Filiæ fęminæ, vel neptes natæ ex filijs ſeu filiabus præmortuis, dotatæ a patre vel auo, ſint contẽtæ dotibus, quas pater vel auus earum, in teſtamento vel alia vltima volũtate, ſeu inter viuos dederit, vel reliquerit, nec occaſione Falcidiæ, ſeu ſupplemẽti debiti iure naturæ, poſſint aliquid petere ab hæredib. patris vel aui de Agnatione etiã tranſuerſali, vltra id quod pater vel auus earum reliquit, ſeu dedit in vita; ſed ſemper teſtamentũ & vltima volũtas patris & aui robur habeat, nec poſſit per ipſas filias & neptes ſeu ipſarum hæredes, per quamcumque viam ſeu alio modo impugnari; non obſtante iure Canonico, Ciuili, & Conſtitutionibus in contrarium facientibus; ſalua tamen filiali ſucceſſione ab inteſtato, ſecundum formam infra traditam.

Quod filiæ Fęminæ, vel Neptes paterno & Auito teſtamento acquieſcant. Cap. 141. Gloſſ.

Per hoc ſtatutum videtur conceſſa Patri, & Auo facultas apponendi dilationẽ tradenda Dotis Filiæ; vel Nepti. ita Cor.in conſ.210.lib.1.et illam onerandi. Corn.in conſ.115.lib.2. Albertus Brunus ſuper ſtatutis art.11.num.58.

Stante hoc ſtatuto quod ſint contentæ dotibus, quas Pater, vel Auus reliquerit; nõ per hoc ſunt prohibitæ agere ad ſupplementũ; ſi incõgruè fuerint dotatæ, et immoderatæ læſæ. Caſtren. in conſil.108. Alexan.in conſ.32.in fine.lib.4. Iaſ. in conſ.133.nu.4.et 17.lib.4. Curtius Sen.in conſil.27.num.38.Curtius Iun.in conſ.10.num.1. Dec.in conſ.180.col.2. Ceph.in conſ.95.nu.20. lib.1. Dos quæ dicatur cõgrua conſiſtit arbitrio

Est enim ius gentium potentius quam Principatus.Bald.in c.1.§.fin.Qui feud.dare poss.Ias.in l.quominus. num.4.ff.de flumin.

Et præmissa procedunt etiamsi filij fuerint emancipati,d.l.si quis à liberis.§.1.ff. de liberi. agnoscen.Cagnol.in l.vnica.nu.25.C.quan. non peten.par.quia emancipatio non tollit iura sanguinis l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.§.at ij qui & §.sequen. vbi Ang.Instit.de hæredit. quæ ab intest.defer.l.legatum de Capit.diminut.Ascan. de Patria potest effectu.17.n.20.c.vlt.num.89. Et hæc obligatio alendi filios descendit in hæredes Patris; qui id munus tenentur subire; quod Pater si uiueret substineret; quia & hæredes filij tenentur alere Patrem. d.l.si quis a liberis. §.item rescriptum.ff.de liber.agnosc. l. 1. §.sed etsi,ff.de ventre inspiciendo. Menoch.q.35.numer.14.lib.1.de præsumpt. Matthes.sing.147. Soccin.iun.in cons.134.n.33.lib. 1.Bart.de alimentis.nu.41. Et procedit etiam si sit Naturalis.auth.licet.C.de natur.liber.Cynus in auth.ex complexu.C.de incestis nuptijs.glo.in d.l.si quis à liberis. §.vtrum. ff.de liber. agnoscen. Mar. sing.358.Crauetta in cons.89.nu.1.Menoch.in cons.60.n.6.Bero.in cons.167.nu.20.lib.2. Vel Spurius. c.cum haberet.in fine.de eo qui dux.in vxor.quam poll.per adulter. Abbas in cons.50. & in cons.115.lib.2.Dec.in cons.312.n.4.Ruy. in cons.124.n.8.lib.1.Mar.sing.35.Roland.in cons.74.n.39.& 47.lib.1. & in cons.22. n.31. lib.3. Vel adoptiuus.§.sed ea omnia Inst.de hæredit. quæ ab intestato defer. vbi glo. quæ citat Placentinum antiquum glossatorem, & ante eũ Azzo.quem citat ibi Io.Faber.Specul.in tit.qui filij sint legitimi.n.19.vbi Io.And.Bal.in auth. nisi rogati.n.19.C.ad Trebell.& in l.cũ in adoptiuis.n.5.C.de adopt.glo.in l.onera.ff.de adop. Et e contra omnes isti filij tenentur alere Patrẽ vt probant citata iura. & est text. in l.fin. §. ipsum autem C.de bonisq; liber.et in l.filia.C.de patr.potest.l.1.& 2.§.fin. C.de alen.liber.d.l.si quis à liberis.ff.de liber.agnoscẽ. c.cæterum 88. distinct.glo.in c.ius naturale.distinct.1.Bart.de alimentis num.8.Pedemon.decis.124.num.18. Et Cicero ad Atticum lib.9.epist.11.dicit.Nefarium esse parentes non alere,etiam emancipati. d.l.si à liberis.§.sed vtrum,vbi Doctor. ff.de liber.agnoscen.l.legatũ ff.de capit.diminut.Bart. de alimentis.n.10.& in l.alimenta §.Imperatoris.n.3.ff.de liber.agnoscen. Ang.in tract. de Testamen.gloss.45.num.22. Aret.in §.fin.Instit.quibus modis ius patr.potest.solut.etiã Naturales; et Spurij tenẽtur alere parẽtes.ita Bal. nouell.de Dote in 1.p. specia.16. col.3. vers.sed posset dubitari et in l.1.n.144.ff.solut.matrim. Fort.Graz.de vlt.fine iuris n.79.et seq.Didac. in epit.de sponsal.p.2.c.8.§.6.n.5.Card.Paleot. de nothis & spur.c.46. Si per spuriũ multo magis per naturalẽ, nam alimenta etiã ratione reuerentiæ debentur,sed Patri naturali reuerẽtia debetur sicut legitimo.l.parẽtes naturales. ff.de in ius vocãdo.ergo.Nã Pater et filius iudicãtur à pari in permissiuis, et in prohibitiuis. Bald.in auth.licet.n.3. C.de natur.liber. et ideo est Pater alendus etiã à filio adoptiuo;quia ipse vtiq; eum alere tenetur. per regulã correlatiuorũ de qua in l.1.C.de Cupres.li.10.et in l.fin.C.de indic.iud.tolle.et quãuis argumentũ non procedat in patre,& filio legitimis,et naturalib. eo quia maiori obligatione obstringitur filius erga Patrẽ tamen aliud est in adoptiuis, quia cum iure Ciuili sint ligati, lex eos ęqualiter obligauit, & hoc statutum in rubro; & nigro Patrẽ; & filiũ indistinctè iudicat ad paria.Hæc omnia extenduntur ad eũ cuius bona iudicio Ciuili, vel Criminali sunt sequestrata;interim enim erit alendus donec causa expediatur ex fructibus bonorũ sequestratorum.glo.fin.in c.ex parte.vbi Felyn. n.4.de accus.Curt.de sequestro.num.20.Didac. pract.qq.q.6.n.4.Alberic.in l.fin.n.1. C.de ordin.cognit.Valascus consult.1.n.1.& 2.Surdus de alimentis tit.1. q.123. per totam.

Et vbi per Iudicem alimenta fuerunt semel cuicumq; petenti decreta nulla admittitur exceptio; nisi actuali deposito facto. ita disponit hoc statutum; qui dat formam pro exceptione contra decreta alimẽta opponenda. Nam dictio nisi,conditionẽ inducit.l.quib.dieb.§.quidã Titio. ff.de condit.et demo.cũ alijs allegatis per nos in tract.de cõdit.p.1.c.89.n.3.quod idẽ facit ablatiuus absolutus ibi deposito facto. Alciat.in l.cũ quærebatur.240.ff.de verb.signif. & alij citati per nos vbi sup.n.21.et conditio inducit formã. vt dixi in d.tract.de condit.p.1.c.88.n.7.Cotta in verbo, cõditio apponitur. Et statuti forma nõ seruata actus est nullus,et irritatur.l. Mauius. & l.qui hæredi ff.de condit. & demõstr. l.cũ hi. §.cũ Prætor.ff.de transact.c.cũ dilecta.de rescriptis,Fulg.in cons.141. Alex.in cons.137.n.15. lib.2.Rolãd.in cons.72.n.54.& 69.lib.3.Ossaschus in decis.165.n.7. Euerar.in loco à defectu formæ.n.2.Soc.iun.in cõs.37.n.5.lib.2. Bero.in cons.2.n.1.lib.2.Crauetta in cons.4.n.22. Etiã si defecerit in minimò Rolãd.d.cõs.72.n.58.li.3 Bursat.cõs.55.n.11.li.1.Quia est ad vnguẽ seruãda.Gratus cõs.52.n.33.li.2. Nõ per æquipol.

Gratus

Gratus in cons. 52. num. 36. lib. 2. Roland. consil. 65. num. 26. lib. 3. cum alijs allegatis per nos vbi supra d. c. 88. num. 7. & sequen.

Idem est si in statuto adsit decretū irritans; quia tale decretum inducit formam ad vnguem seruandam alias omnia erunt irrita. Alciat. cons. 76. num. 2. &c. Zabar. cons. 71. nu. 4. Gozzad. cons. 5. num. 28. Barbat. in c. nonnulli. numero 23. de rescriptis, & in Clemen. 1. de elect. n. 23. Neuiza. in cons. 35. n. 15. Barbat. in cons. 21. n. 16. lib. 1. Tiraquel. in l. si vnquā. in verbo reuertantur. nu. 239. C. de reuoc. donat.

Forma dicitur etiā inducta quando statutū aliquid continet contra ius cōmune cum certis modificationib. Dec. in cons. 262. n. 2. & in consil. 532. & in cons. 612. in princ. Mar. in cons. 131. n. 17. et in cōs. 133. n. 16. li. 1. Rolād. in cōs. 72. n. 61. lib. 3. Osasch. dec. 165. n. 11. 12. & 13.

Dicitur etiā inducta forma si statutum dicat De forma procedendi. de modo quomodo procedatur, qualiter procedatur. & similes. vide sup. c. 89. & 90. in fine. Afflic. in constit. Regni rubr. 17. de defen: impos. num. 7. lib. 1.

Dicitur etiam inducta si statutū aliquid prohibeat fieri nisi certo modo. quia tunc inducit formā; qua nō seruata actus corruit. Gratus in cons. 52. n. 35. li. 2. Osasch. dec. 165. n. 14. Cummia in ritib. magna Curiæ. in Prelud. n. 10. 25. & seq. Boccat. in const. Marcb. glo. 6. n. 117. & 158. & 160. etiā quod statutū vlterius non procedat annullando. Bald. in l. non dubium. n. 28. C. de legib. Ias. in cōs. 168. col. 5. lib. 2. Diaz. reg. 425. Lex vel statutum. Boer. in constit. Galliæ. rubr. Des costumes des mauagies. §. 1. colum. 2. Afflic. in praxi. §. 3. c. 41. & seq. Osasch. d. decis. 165. n. 16. & statutis inducentibus formam non potest per partes renunciari, Ias. in l. pen. n. 17. C. de pactis. Fely. in c. cum accessissent. n. 7. et 8. de cōstit. Osasch. in decis. 166. n. 7. et decis. 172. n. 17. & 18. Roland. in cons. 72. n. 57. lib. 3. Idē est si statutū prohibitiuè loquatur. Alex. in consil. 24. n. 2. et 3. lib. 4. Ias. in cons. 188. col. 5. li. 2. & in rubr. Instit. de actionibus n. 28. Tiraquel. de primog. q. 24. n. 9. 10. et 11. nisi sit prohibitio inducta in fauorem renunciantis; & renunciatio sit iurata, Alciat. cōns. 72. n. 4. sublimita nisi adsit etiam decretum irritans. Ias. in proem. de actio. instit. n. 22. Rebuffus de Testibus. ar. 1. glo. 1. n. 4. Tiraq. d. q. 24. n. 18. Et vbi respiciāt vtilitatem publicam non potest illis statutis renunciari, etiā quod nō inducant formā. Fely. in c. si diligenti. n. 2. ver. secundo fallit. et n. 19. de foro cōpet. Soc. reg. 419. renuncians. ver. quinto fallit. Afflic. in constit. Regni rubr. 41. de off. cap. n. 19. ver. nec ab eo. li. 1. Cūmia in ritib. magnæ Curiæ in præludijs. n. 23. declara et distingue, vt per Gerardū sing. 4. n. 12. & per Cūm. vbi sup. n. 37. & seq. Bursat. in cons. 74. n. 56. li. 1. Indistinctè Menocb. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. casu 1. n. 7. Didac. relec. 2. p. § secundus. ver. quorū opinio. Quādo autem aliter, alijsq; modis dicatur quid inductum pro forma a statuto tradit latè Brunus in tract. super constit. in verbo, annullare, & in verbo, forma dicitur. & latius in tractatu de forma. Marsilius de Bannitis in verbo incontinenti. n. 20. Gomes. super regulis de annali possess. q. 6. Boccat. ad constit. Marcbiæ, glos. 6. num. 155. & sequen.

Quod filiæ Fœminæ, uel Neptes Paterno, et Auito Testamento acquiescant. Cap. CXLI.

FIliæ fœminæ, vel neptes natæ ex filijs seu filiabus præmortuis, dotatæ a patre vel auo, sint contētæ dotibus, quas pater vel auus earum, in testamento vel alia vltima volūtate, seu inter viuos dederit, vel reliquerit, nec occasione Falcidiæ, seu supplemēti debiti iure naturæ, possint aliquid petere ab hæredib. patris vel aui de Agnatione etiā transuersali, vltra id quod pater vel auus earum reliquit, seu dedit in vita; sed semper testamentū & vltima volūtas patris & aui robur habeat, nec possit per ipsas filias & neptes seu ipsarum hæredes, per quamcumque viam seu alio modo impugnari; non obstante iure Canonico, Ciuili, & Constitutionibus in contrarium facientibus; salua tamen filiali successione ab intestato, secundum formam infra traditam.

Quod filiæ Fœminæ, vel Neptes paterno & Auito testamento acquiescant. Cap. 141. Gloss.

Per hoc statutum videtur concessa Patri, & Auo facultas apponendi dilationē tradendæ Dotis Filiæ, vel Nepti. ita Cor. in cons. 210. lib. 1. et illam onerandi. Corn. in cons. 115. lib. 2. Albertus Brunus super statutis art. 11. num. 58.

Stante hoc statuto quod sint contentæ dotibus, quas Pater, vel Auus reliquerit; nō per hoc sunt prohibitæ agere ad supplementū; si incōgruè fuerint dotatæ, et immoderatæ læsæ. Castren. in consil. 108. Alexan. in cons. 32. in fine. lib. 4. Ias. in cons. 133. nu. 4. et 17. lib. 4. Curtius Sen. in consil. 27. num. 38. Curtius Iun. in cons. 10. num. 1. Dec. in cons. 180. col. 2. Ceph. in cons. 95. nu. 20. lib. 1. Dos quæ dicatur cōgrua consistit arbitrio

boni viri inspectis facultatibus Patris; & qualitatibus personarum; & non debet esse minor legitima. Bart. in l. si filiæ. ff. de legat. 3. Alex. in consil. 69. num. 2. lib. 1. Afflictus decis. 160. Menoch. de Arbitr. casu 149. num. 36. & 37. & in cons. 8. num. 9. & 13. Quia hoc statutum non derogat. l. quoniam in prioribus C. de Inoff. Testam. vt testatur Rota in Romana bonorum de Ceulis coram R. P. D. Penia. 28. Iun. 1596. & coram Robusterio in Romana Dotis de Marganis 9. Martij 1583.

Nec possint aliquid petere, &c.

An ista clausula tollat ius petendi supplementum? & videtur quod sic quando Filia, vel Neptis dotem relictam cum ista clausula, seu traditam acceptauit. l. si quando. §. illud in fine. C. de inoffic. Testamen. Paris. in cons. 9. num. 4. & 5. lib. 3. Contrarium est verius per text. in §. sed hæc disposuimus. ver. Cæterum Auth. Vt cum de appellat. cognos. Rubeus in repet. l. Titia. Seio. §. Imperator. nu. 269. ff. de legat. 2. Paris. in consil. 7. num. 55. lib. 2. Dec. in cons. 228. num. 3. Ruy. in cons. 56. nu. 8. & in cons. 60. nu. 4. lib. 2. in cons. 40. num. 13. lib. 2. in cons. 68. lib. 4. Ias. in l. si quando. §. fin. C. de inoff. Testamen. & ratio est quia clausula ista vti impeditiua legitimæ reycitur, & habetur pro non adiecta. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. Testam. Bald. Salic. & alij in d. §. finali Bald. in l. hac edictali col. 4. vers. iuxta hoc quæro. C. de secund. Nuptijs. Imola in repet. l. 1. §. si ex fundo. num. 66. de hæred. Instit. Aret. de Testamentis glo. 60. numero 3. Ruy. d. cons. 56. nu. 8. Bald. in cons. 60. num. 4. lib. 2. & in cons. 117. num. 10. lib. 2. Cephal. d. cons. 95. num. 7. & sequen. & Rota corā Penia & Robusterio vbi supra, & ita maximè est affirmandum in casu huius statuti; quia sub c. 145. vult dotari de paragio, secundum conditionem Domus, & facultatem patrimonij, quia vnum statutū est secundum aliud intelligendū. Dec. in cons. 42. nu. 3. & 13. in cons. 553. nu. 8. Soccin. sen. in cons. 242. num. 9. lib. 2. Brunus de statuto. art. 5. in q. 3. & q. 10. Alciat. cons. 59. num. 10. vers. secundo respondeo. Roland. in consil. 62. num. 30. lib. 3. Et vnum per aliud suppletur. Decius vbi supra Ruy. in cons. 201. num. 5. lib. 1. & in cons. 8. num. 12. lib. 5. Anchar. moder. q. 26. num. 8. lib. 1. Præsertim si ad illud se referat. Bursat. in cons. 44. num. 34. lib. 1. Et nouum declaratur per antiquum. Menoch. in cons. 187. num. 37. lib. 2. Facilius enim statuta recipiunt declarationem à statutis; quam à iure communi. Decius in cons. 301. num. 8. Soccin. in l. Gallus, §. 1. num. 8. ff. de lib. & posthum. Ripa in l. Centurio. num. 31. ff. de vulgari. Bursatus in cons. 69. num. 6. lib. 1. & omnes mandant dotari de paragio secundum conditionem Domus, secundum facultatem Patrimonij & congruè. vt in d. c. 145. & in alijs. Hoc statutum habet locum solum quando extant descendentes, vt sæpius tenuit Rota; vt testatur coram R. P. D. Penia in Romana bonorum de Ceulis die 19. Decembris 1597. & non obstat quod Sorores non possint succedere simul cum fratribus in hæreditate Auunculi. Rota coram Cardinale Mellino in Romana hæreditatis Maij 1594.

Non obstante iure Canonico, Ciuili &c.

Clausula ista vti non potest inferior à Principe Alex. in l. Centurio num. 32. ff. de vulgari, & pupill. Felin. in c. nonnulli. nu. 89. de Rescriptis. Gratus in cons. 61. num. 4. lib. 1. Et non tollit ius insertū in corpore Calca. in cons. 120. num. 2. Castren. in l. 1. num. 2. ff. de legatis. Ruy. in consil. 226. nu. 5. lib. 2. Felyn. in d. c. nonnulli. num. 87. de rescript. Dec. in cons. 165. nu. 4. Castren. in auth. qua in prouincia. num. 5. C. vbi de Crim. agi oport. & in l. 2. §. omnes. num. 4. ff. de Iudic. Bart. in extrauag. ad reprimendum. versic. non obstante. num. 10. Bald. & Castren. in l. vnica. C. quando Imper. inter viduam. Nec impedit quominus vnum statutum per aliud declaretur distinguatur, vel limitetur Riminald. in cons. 118. num. 44. lib. 1. Stepha. de Federic. de Interpret. iuris 2. p. num. 22. Tom. 1. Bart. in l. sciendum. ff. qui satisd. cogan. Natta in cons. 52. num. 12. 13. lib. 1.

Nisi forte fuerit dictum non obstante aliqua lege; quæ generaliter, vel specialiter in contrarium loquatur; quia tunc dictæ leges non distinguerent, nec limitarent legem nouam. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. num. 6. & nu. 9. Sed bene declararent. Natta in d. cons. 52. numer. 12. & 13. per Bartolum quem citat vbi supra, & alios.

De filijs in conditione positis. Cap. CXLII.

Filij positi in conditione fideicommissi, censeantur ad fideicōmissum tacitè vocati.

De filijs in conditione positis.
Cap. 142. Gloss.

Hæc materia secundum terminos iuris communis fuit à multis agitata & post omnes latissime eam tractat. Ioseph. Rusticus Aquilanus

in

in tract. de filijs in conditione positis. An autẽ filij in conditione positi censeantur vocati? Sunt inter maximos iuris interpretes opiniones. Et quidẽ negatiuæ fuit magnus Accurs. in l. Lucius. l. 2. ff. de hæred. instit. quem sunt sequuti quos cumulaui in tract. de condit. par. 2. c. 1. q. 97. Affirmatiuę verò opinionis fuit Oldr. & alij per me allegati in d. q. 97. n. 2. qui ambo habent sequaces attestantes amborum esse cõmunem, vt deduxi in d. q. 97. etiã cum in conditione tacitè, & expressè ponantur, vt ibi sub n. 5. fuit per nos demonstratũ; exinde rationabiliter dubitari cõtingit. An ex isto statuto sit tenenda affirmatiua etiam quando in cõditione tacitè positi inueniuntur? Tenui ego quod non in d. q. 97. sub n. 6. & seq. vsq; ad n. 14. & an in terminis huius statuti sit facienda differentia inter hæredes extraneos, & ipsius testatoris descendẽtes? Quidquid dixerint Deciã. con. 9. n. 1. cons. 44. n. 5. lib. 1. Thes. in decis. 96. n. 7. Tenui ego quod non, sequendo Clar. in §. testam. q. 79. Gabr. lib. 4. de fideicom. concl. 4. nu. 35. & alios citatos in d. q. 97. sub n. 14. & hanc tenuit Rota in Albanen. fideicom. 13. Ianuarij 1606. coram R. P. D. Cuccino. Et in puncto mihi de facto contingenti. An scilicet huiusmodi statutũ extendatur etiã ad cõtractus vt, & in contractibus in conditione positi censeãtur vtiq; vigore statuti vocati? Tenui & obtinui, quod non, pro Illustr. D. Marchione Saluiato, per doctrin. Pau. de Castr. in l. si cum dotem. n. 9. in fin. Vbi autem Bart. n. 9. & 10. ff. solut. matrim. quos sequuntur alij allegati per nos in d. q. 97. n. 15. per totũ. Nã statutũ inquit in cõditiaue fideicõmissi et debet strictè, & propriè intelligi. Tiraq. de pia causa. gl. 1. & ... addit. Bart. & de retract. lignag. §. 3. ... vt notat Bero. in cons. 86. n. 2. lib. 3. per text. in l. quidquid astringendæ. ff. de verbor. obligat. & in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. vt non comprehendat positos in conditione contractus.

Filijs illegitimis quantum relinqui possit, legitimis non extantibus. Cap. CXLIII.

Liceat Ciui Romano non habenti filios legitimos, & naturales, seu nepotes, seu pronepotes, ex eis per rectam lineam descendentes, filijs suis naturalibus, spurijs, seu quomodolibet illegitimis, pro substentatione eorum, medietatem bonorum suorum inter viuos donare, & in vltima voluntate relinquere.

Filijs illegitimis quantum relinqui possit, legitimis non extantibus. Cap. 143. Gloss.

Liceat Ciui Romano idest possit, est enim legi... *ma*

ratio rectè loquẽdi figura, cũ licere proposse vsurpatur. Et Cicero 13. in Ant. oratio. exponit licere, quod legibus, moribus, institutisq; conceditur. Nec enim quod quisq; potest, id & licet, nec si nõ obstatur propterea permittitur. l. 28. §. quod eis. ff. ex quibus caus. maior. l. 7. §. si pariter. ff. quod met. caus. licere dicitur quod lex xij. Tabul. & lex Iulia de adulterijs permittunt. Licitum itaq; est quod per leges permittitur. Illicitũ quod prohibetur. l. 1. ff. de iust. & iur. Vbi licitũ separatur ab honesto. l. 42. ff. de rit. nupt. l. 158. ff. de diuer. reg. l. 1. C. de liber. caus. Nec enim quicquid licet honestum est. l. 108. ff. de diuer. reg. & Cicero. pro Corn. Balbo. Et aliquid quod non oporteat, tũ & si licet; quidquid vero nõ licet, certe non oportet. l. verbum oportere. ff. de verb. signif. & licere aliquid, vt ire agere per viam publicam non est ita personale, vt non transeat ad hæredes. l. 2. §. vlt. ff. ne quid in flum. publ. Secus est licere vti frui. Spiegell. Licet idest licitũ est, & tunc est verbum. l. 1. §. 1. ff. de hæred. instit. & quot modis intelligatur tradit Bart. in l. stipulatio ista. §. ij. qui. ff. de verb. oblig. nõ enim omnia quæ licẽt expediũt, nec honesta sunt, Specul. 1. par. de Teste §. 10. ver. porro. de ista dictione vide Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & an hoc verbum importet liberam voluntatẽ; vel arbitriũ boni viri. vide Dec. in l. in actionibus. n. 1. ff. de in litẽ iurando. Naturales Filij; & Pater sibi inuicẽ de iure cõmuni succedunt in duabus vncijs ab intestato, auth. quibus mod. natur. effic. sui, auth. licet. C. de natur. liber. si desit soboles legitima, nec superstit coniunxit legitima. §. discretis. auth. quib. mod. natur. effic. sui. Si habet liberos legitimos Patri in nihilo naturales ab intestato succedunt, sed alimenta solũ eis præstantur. §. si vero effusa concupiscentia. auth. quib. mod. natur. eff. sui. Si plures ex pluribus cõcubinis naturales adsint nihil prorsus ex paterna hæreditate adipiscũtur propter odiũ effusæ libidinis. d. §. discretis ibi, si vero effusa. d. Auth. quibus mod. natur. eff. sui. sed tamen ali debent. c. cũ haberet. & ibi Abb. & alij. de eo qui duxit in vxorem quã polluit per adulter. argum. Auth. multo magis. C. de sacrosc. eccl. & auth. multo magis. C. de episc. & cler. c. si in laicis. 38. dist. l. qui indignus. ff. de ... l. ... in ca. 22. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. glo. in l. 2. C. de patribus qui fil. distinxerunt. Et quæ dicta sunt de naturalibus liberis ex vna cõcubina natis nõ extendantur ad nepotes & pronepotes in successione ab intestato. Hi enim nullo modo ad aui vel proaui paterni successionẽ ab intestato admittuntur. l. fin. C. de natur. liber. Aret. in §. nouissimè. Instit. de S. C. Orphit. Cum filius naturalis

ralis legitimatus auo paterño ab intestato non suc cedat, sed patri tantum naturali, Alberic. Guliel. Cuma. & Bal. in l. benignus. ff. de legib. Ias. in l. si is qui pro emptore. col. 36. ff. de vsucapio. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Socc. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posthu. Abb. & Butr. in c. per venerabilẽ. §. 1. qui fil. sint legit. Fely. in c. postulasti. de rescript. & in c. nonnulli. eod. Creme. sing. 22. Corn. in cons. 1. lib. 3. Alex. in cons. 60. lib. 2. Ex testamento existentibus legitimis vltra vnciã naturalibus relinqui non potest, nec donari, & si vltra relictũ, & donatum fuerit reuocabitur. auth. nunc soli. C. de natur. lib. & l. matrẽ. C. eod. §. nõ igitur. auth. quib. mod. natu. eff. sui. Legitimis nõ existentibus, sed parentibus superstitibus eis legitima reseruata, omnia naturalibus filijs relinquere, vel inter viuos donare potest. auth. licèt Patri, ver. quod. C. de natur. liber. & in corpore vnde sumitur. auth. quibus modis natur. effic. sui. Nullis extantibus liberis legitimis; neq; parentibus, neq; vxore Pater naturalis omnia bona testamẽto naturalibus liberis relinquere potest. §. si verò filios. d. auth. quib. mod. natur. effic. sui, et inter viuos donare. §. caterum. d. Auth. Et omnia hac, quæ de naturalibus liberis primi gradus dicta sunt habent locũ etiam in nepotibus, & pronepotibus, in causa tamen testati l. vlt. §. fin. C. de natur. liber. §. de nepotib. d. auth. quib. mod. natur. effic. sui per hoc nostrum statutũ licèt Ciui Rom. non habenti filios legitimos & naturales, seu nepotes, seu pronepotes ex eis per rectam lineam descendentes filijs suis naturalibus, spurijs, seu quomodolibet illegitimis medietatem suorum bonorũ inter viuos donare, & in vltima volũtate relinquere. habenti verò legitimos; non licèt eis illegitimis relinquere plus quam vni ex legitimis, cui minus relinquet. vt in c. 144. Naturalibus legitimatis à patre, si præteriti sint, competit querela; & ideo eis debetur legitima, vt nõ possint querelare. §. generaliter. auth. quib. mod. natur. eff. sui. Rom. cons. 29. Dec. in cons. 52. in cons. 343. & 345. n. 8. & 258. Curt. cons. 13. Cotta in verb. legitimatio alios citat. Valentius Forster. de success. ab intest. lib. 6. c. 37. per tot. & n. 1. & seq. et n. 29. & seq. Et in causa intestati adequatur legiti. §. licèat. et c. 3. d. aut. valẽt: vbi sup. li. 6. c. 38. per tot.

Filij legitimati quantum ex testamento, vel ab intestato capere possint, stantibus legitimis.
Cap. CXLIIII.

Ciui Romano habenti filios legitimos & naturales, seu nepotes, vel pronepotes; per rectam masculinam lineã descendentes, & filios spurios, seu quomodolibet illegitimos, per habẽtem potestatẽ legitimandi legitimatos, nõ liceat in testamento, vel quauis vltima voluntate, eisdem illegitimis relinquere plus quàm vni ex legitimis, cui minus relinquet. Si vero dicto testatori filia legitima & naturalis superesset, seu frater carnalis coniunctus ex vtroq; parẽte, vel ex patre tantũ, seu nepotes ex fratre prædicto; tunc non possit idem testator eisdem legitimatis, nisi medietatem suorũ bonorum relinquere, & nõ vltra. Ab intestato vero si dicti legitimati plenissimam legitimationem habuerint, non plus quam supra dictum est in casibus prædictis capere possint.

De successionibus ab intestato.
Cap. CXLV.

SI quis decesserit intestatus, relictis filijs masculis, seu filio vel nepote ex filio masculo sibi premortuo, & superstitibus filiabus feminis, vna, vel pluribus, maritatis, & dotatis; ipsæ filiæ feminæ nuptæ in aliquo nõ succedant patri, sed sint contentæ dotibus pro eis datis. Si vero dictæ filiæ feminæ peruenerint ad viduitatẽ; tunc reuertãtur cũ dote & fructibus dotis ad domũ paternã, si voluerint, & habeãt de bonis paternis in eadẽ domo cõgrua alimẽta secũdũ facultatẽ & potentiã domus: fructus tamẽ dotis, dũ alimentantur in domo paterna, debeant esse fratrũ, seu hæredum patris: & quod dictũ est de filiabus intelligatur de neptibus natis ex filijs, seu filiabus maritatis & dotatis: Et idem iuris esse volumus in filiabus & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus nõ est cõstituta dos per patrẽ vel auũ in sua vltima voluntate; dũmodo frater germanus, siue patruus, sit paratus, cũ effectu dotare sororẽ, seu neptẽ ipsam de paragio, secundum conditionẽ illorum de domo sua, & facultatem patrimonij: alioqui succedant dictæ mulieres cũ masculis, prout iura disponũt. Quæ Filiæ vel neptes ab vna ex prędictis personis dotatæ, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare, in casibus supradictis nec matri, nec auiæ ab intestato succedant.

De successionibus ab intestato.
Cap. 145.
Gloss.

St[illegible] dente c. 141. excludit [illegible] tiam extraneo, & in eis

ris non nominato dotatas, vt tenuit Rota in Roman. hæreditatis de Sellis die 1. Iulij 1598. Contrarium quod excludantur solum à nominatis tenent allegati per Cephal. in cons. 298. nu. 93. & sequen. lib. 2. pro quibus facit quia in alia Romana hæreditatis coram Illustrissimo D. Mellino die 15. Maij. 1594. fuit resolutu statutum c. 141. & 145. excludens filias fœminas, & neptes ab hæreditate Patris, Aui, Matris, & Auiæ, non obstare sororibus quominus possint simul cum fratribus succedere in hæreditate Auunculi; quia eas statuta illa ab hæreditate Auunculi non excludunt, & statuta exclusiua excludunt solum personas in eis expressas ab hæreditate personarum expressarum. Bald. Aluar. & Card. Alex. in c. 1. §. quia etiam in tit. episc. vel Abb. Bald. in l. illam. nu. 4. vbi Castren. Alex. & alij. C. de collat. Corne. cons. 82. nu. 9. lib. 4. Decius cons. 621. Decia. in cons. 13. nu. 16. & 17. & cons. 60. nu. 36. & sequen. lib. 3. Corne. cons. 61. nu. 3. lib. 4. Dec. cons. 451. n. 8. & coram Cardinale Pamphilio in Romana successionis die 2. Iunij 1595. & ideo non comprehendit Patruum magnum, vt in d. decisione.

Nec propter identitatem, vel maioritatem rationis extenditur ad personas non expressas; quia attenditur solum illa ratio in personis expressis. Dec. d. cons. 451. num. 9. & 10. cons. 569. nu. 2. & sequen. cons. 589. & 688. num. 1. & sequen. cum sequitur Decia. in d. cons. 13. num. 29. & in d. cons. 60. nu. 40. lib. 3. & Rota coram Illustris. Mellino vbi supra distinguit duos casus; & nihil allegat; pro istis multa adduxi in Spoletana successionis ab intestato.

Statutum exclusiuum aufert beneficium. l. hac edictali. C. de secundis nuptijs. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, n. 107. in fine. C. de reuocan. donat. Rolandus. cons. 95. nu. 20. lib. 3. Rimin. Iunior. cons. 47. num. 40. Surdus decis. 8. nu. 14. & 26. postquam id reuocauit in dubium sub nu. 2. & sequen.

Fuit aliquando dubitatum an per huiusmodi statutum sit sublatum statutum reformans dotes ad scut. 4500? ita vt in maiori summa possint constitui? Et quod sic suadent verba confirmationis supra in princ. posita ibi. Nos vero volentes &c. & quoties statuentes loquti sunt de dotibus, semper vsi sunt verbis generalibus, & indefinitis, vt in c. 8. 131. 132. 133. 134. 136. & 137. lib. 1. & in c. 138. 139. 141. & 145. dicunt Puellas debere dotari secundum conditionem domus, & facultatem patrimonijs, & congrue, & de paragio; non autem secundum antiquas reformationes vsq; ad dictā summā scut. 4500. pro hoc facit. & c. 85. eodem lib. 1. alioqui succedant mulieres cum masculis &c. quomodo hoc intelligatur tradit Rota diuers. in decis. 538. & 540. par. 1. vbi stante statuto exclusiuo firmatur dos, deberi si matrimonium sequatur, & sic sub conditione, vt antea non possit dici indotata, & petere admitti cum masculis; vt in dictis decisionibus, & in tract. meo de conditionibus par. 2. c. 6. quæst. 1. nu. 72.

An autem hoc statutum excludat sub modo, vel sub conditione: & dic sub modo; per dictionem illam, dummodo eum effectu sit paratus dotare, vt declarat Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. num. 2. & 4. ff. de condit. & demonstr. Rota in nouis decis. 231. Ruy. in cons. 215. num. 10. lib. 1. & in cons. 20. nu. 1. lib. 2. Berous quæst. 99. dixi in tract. de condit. par. 1. c. 89. num. 20. & c. 95. nu. 4. & in terminis huius statuti ita firmat Gabr. in cons. 5. nu. 2. lib. 1. & in cons. 4. & 139. lib. 2. & hoc statutum dat facultatem excludendi sorores, seu nepotes per dotationem; et illas admittendi si requisiti negauerint eas dotare; vt probat Gabr. in d. cons. 5. lib. 1. in d. cons. 4. & in d. cons. 139. lib. 2. An autem dotata possint agere ad supplementum, & dic vt supra. c. 141. vide Rotam diuer. in decis. 760. par. 1.

Hoc statutum videtur conformis iuri communi: ex quo fouetur magis agnatis, quam cognatis, vt notat Salicet. in l. fratres. nu. 4. C. de inoff. testam. Verum hoc procedit in statuto præferente agnatos cognatis, vt notat Dec. in cons. 13. num. 7. & declarat Curtius Iun. in cons. 9. num. 3. & 4. Vrsillus ad Afflictum. in decis. 226. nu. 9. & 11.

An autem hoc statutum excludens fœminas propter masculos sit fauorabile, vel odiosum. Et sunt opiniones; & quod sit fauorabile notat Brunus super simili statuto artic. 3. nu. 5. Alciatus in cons. 717. nu. 2. Afflictus in constit. Regni. rubr. 23. de success. filiorum. nu. 11. & 12. lib. 3. Soccin. Iun. in suis communibus in verbo, statuto, quod stantibus Berous in cons. 14. n. 9. lib. 2. Menoch. in cons. 3. num. 25. lib. 1. Bursatus in cons. 52. num. 9. & 10. & in cons. 76. num. 28. lib. 1. & in cons. 93. nu. 7. lib. 1. & in cons. 208. nu. 5. lib. 2. Rota diuer. in decis. 240. num. 30. par. 1. Quod autem sit odiosum, & iuri communi contrarium firmat Corne. in cons. 246. nu. 6. lib. 2. Decius in cons. 261. num. 4.

cons. 31. num. 6. Curt. iun. in cons. 110. num. 8. Rot. diuer. in decis. 191. nu. 3. & seq. par. 2. adsentes ad Matthes. sing. 119. nu. 73. & 74. contrarium. Et quod sit contra naturalem æquitatem notat Anchar. in cons. 27. Bald. de statutis in verbo æquitas, Brun. vbi sup. artic. 4. Natt. tract. simili quæst. 1. nu. 16. Orean. de interpret. statuti nu. 34. Quod etiam sit odiosum nut. Berous in cons. 54. num. 6. lib. 2. Anchar. iun. quæst. 66. nu. 17. lib. 2. Menoch. in cons. 95. nu. 19. Quia in successionibus æqualitas est seruanda, Bursatt. in cons. 93. nu. 31. lib. 1. Sed istæ contrariæ opiniones possunt ita conciliari, quod scilicet sit fauorabile quoad masculos, & odiosum quoad feminas. Alciat. in cons. 60. num. 11. & 12. & cons. 71. nu. 7. Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 34. Cepha. in cons. 278. num. 106. & 109. lib. 1. Vrsill. ad Afflict. in decis. 226. nu. 11. Bursatt. cons. 93. nu. 7. lib. 1. Rot. diuers. in decis. 376. nu. 4. & 5. par. 1. Quod autem valeat, late notat Brun. super statuto fæm. exclus. huic nostro simili, artic. 4. quæst. 1. Socc. sen. in cons. 5. num. 2. lib. 1. Et potissima ratio statuti huius est fauor agnationis, & vt bona conseruentur in familia, Aret. in cons. 1. col. 1. & in cons. 19. in princ. Alex. in l. 2. §. Prætor. num. 9. vbi Dec. & Ias. ff. de in ius vocan. Alex. in cons. 8. nu. 2. & 9. lib. 1. Dec. in cons. 227. nu. 6. Soccin. in cons. 30. nu. 6. & cons. 31. lib. 1. Brun. vbi sup. artic. 3. Curt. sen. in cõs. 51. col. 1. Curt. iun. in cons. 87. nu. 5. Tiraquel. de nobilitate c. 37. nu. 123. vbi dicit conseruari honorem familiæ per masculos, Menoch. in cons. 95. nu. 60. lib. 1. & in cons. 150. nu. 33. lib. 2. Gabr. de statutis conclus. 5. & 6. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 226. nu. 9. Bursatt. in cons. 93. num. 8. lib. 1. Et est principaliter introductum fauore priuato; secundario fauore publico, nec potest dici prohibitiuum, Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo susceperit liberos, quæst. 24. nu. 15. & 20. & seq. C. de reuo. donat. Brun. artic. 1. quæst. 1. num. 7. Et est fundatum super media iurisprudentia, ita Camillus Gallinius tract. de verb. signif. lib. 8. c. 12. num. 25. Sed hoc statutum & simile est strictè intelligendum, nec ampliari, vel restringi aliquo modo debet, Soccin. sen. in cons. 150. nu. 26. & seq. lib. 1. Curt. sen. in cons. 35. nu. 23. Et non extenditur ad personas non nominatas, Alciat. in cons. 479. nu. 24. Bursatt. in cõs. 208. nu. 19. lib. 2. Rota diuer. in decis. 686. num. 1. par. 1. & quod inducit hoc statutum potest inducere etiam consuetudo familiæ. Alciat. in cons. 199. numer. 57. Arnon. sing. 26. Tiraquel. de primog. quæst. 16. & hoc statutum ligat etiã clericos, Tiraquel. vbi supra quæst. 43. nume. 5. & sequen. & le mort saisit. 3. par. declar. 8. ad finem; vel est dubia Rota diuer. in decis. 295. num. 12. par. 1. sed est clara in statuto Vrbis, quia sunt statuta Papalia. Rota diuer. in decis. 452. par. 1. & Iudeos. Brunus artic. 6. in princ. primo memb. q. 3. nu. 41. Gregor. Natta super simili statuto, quæst. 2. nu. 105. Soccin. Sen. in cons. 6. nu. 11. & cons. 71. col. 1. & 2. lib. 1. Tiraquel. de primog. quæst. 66. num. 1. & 27. Roland. in cons. 35. num. 35. & 40. lib. 2. Bursatus in cons. 182. num. 5. lib. 2. Licèt succedant secundum legem Mosaicam, si ea adsit. Soarez, in verbo, Iudeus, Bursatus d. cons. 182. numer. 3. lib. 2. Nam Iudei comprehenduntur in omni dispositione. Paris. in cons. 2. num. 9. lib. 4. Natta in cons. 621. Rolan. vbi supra. Corn. in cons. 180. num. 19. lib. 2. Fely. in c. Iudei. il 2. nu. 3. vers. extra glosam. de Iudeis. & procedit tam in successione laici, quam clerici, & etiam Cardinalis, vt in terminis notat Roman. in sing. 446. & ibi adde. Signor. in cons. 166. col. 2. Tiraquel. de primog. quæst. 45. numer. 1. & 2. Brunus artic. 8. quæst. 2. opiniones contrarias recitat. Bursatus in cons. 93. num. 16. 36. & 37. lib. 1. Non autem habet locum in bonis ecclesiæ. Barbat. in cons. 4. col. 6. & in cons. 14. num. 2. lib. 2. quia statuta laicorum non comprehendunt bona Ecclesiæ ex communi. Bursatus in cons. 132. num. 7. lib. 2. Nisi respectu vtilis dominij, quoties essent emphyteotica, Bald. de statutis in verbo succedere, nu. 5. & num. 24. Alex. in cons. 9. numer. 2. lib. 5. Brunus artic. 8. quæst. 2. num. 3. et quæst. 22. num. 3. & 4. Soccin. Iun. in cons. 71. numer. 1. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu 180. num. 9. & supra cap. 122. Habet etiam locum in successionibus forensium respectu bonorum hic existentium. Alba in cons. 35. num. 5. Ceph. in cons. 309. num. 60. lib. 3. Bursatus in cons. 198. num. 42. & 43. lib. 2. Rota diuer. in decis. 304. nu. 3. par. 1. sed quando agitur inter forenses de hereditate forensis de bonis sitis in vrbe, tunc attenditur ius commune, non autem dispositio statuti loci prætendentium succedere, nec statuti huius & si vbiq; adsint statuta conformia excludentia feminas, ita tenuit Rota in pluribus causis, & vltimo loco in Ciuitatis Castelli hereditatis die 19. Maij 1606. coram R. P. D. Ludouisio quia statutum loci prætendentium excludere feminas non porrigit affectum suum ad bona sita in vrbe. Bart. in l. cunctos popu-

populos.quæst.7. nu. 73. vbi Bald. *num. 9. C. de summa trinit. & fide cathol. Lapus allegatione 91. cum alÿs allegatis in d.decisione. Et statutũ Vrbis excludens fœminas non comprehendit forenses, Alex.in cons.44.nu.15. lib.5. Ias. in cons.80. nu. 9. lib.3. & alÿ allegati in d.decisione, Rot.diuer.in decis.304 num.6. & per totam.par.1.& in decis. 295. par.1.& in decis.104.nu.8.par.1. Præsertim quia loquitur circa personas, Rot.diuer.in decis.404.nu. 1. par.1.& 580.*

Et non excludit filiam à successione Patris propter patruum nisi hoc dicat expresse, Socc. in cons.55.num.1. lib.3. Rot.diuer. decis.790. nu.3.par.1.Gabr.in cõs.5.in princ. lib.1.sed hoc nostrum statutum hoc dicit expressè ergo illam excludit, etiam propter patruum. Et procedit hoc statutum etiam in successione iurispatronatus, Arnon.in singul.607.Tiraquel.de primog. quæst.36.nu.2.Brun.artic.8. quæst.24. Sed nõ habet locum in feudalibus contra tenorem inuestituræ, Paris.in cons.12.nu.39.lib.1.Brun.d.artic.8.q.23. Rolan.de lucro dotis.quæst.54.n.2. Bursatt.in cons.132.nu.48.lib.2. Nec minus in bonis emphyteuticis conductis pro se, & suis, Bald.de statutis, in verbo, succedere, nu.5. sed cõtraria est verior, Didac. in c. rayuutius. §. 2. nu.2.de testamen.Bero.in cons.65. nu.15. lib. 2.Clar.§.fin.quæst.32.Anchar.moder.in q.65. nu.10.& 11.lib.2. Nisi fuisset suscepta pro se, & hæredibus, Brun. d.artic.8.q. 22. Bero. in cons.93.nu.29.lib.1. Non habet etiam locum in prouisione legis hac edictali C.de secun.nupt. cum non sit successio, Brun.d.artic.8.q.29. Nec in iure representationis, Rot.diuer.in decis.708 nu.3.par.1. Nec in successionibus Illustrium personarum, & Principum in casibus in quibus fæmina possent succedere, Brun. artic.6.1.mẽ. q.7.nu.47.

Relictis filijs masculis, seu filio masculo &c. *Hoc statutum si loqueretur per solum verbum pluralis numeri, nihilominus verificaretur etiã in vno, Bald.in l.1.nu.1. C.de condit.insertis, Brun.artic.12.q.13. Tiraquel.in l.si vnquam. in verbo, susceperit liberos, nu.290.C.de reuoc. donat.sed masculi debent adesse de tempore delatæ successionis, Brun.artic.12.q.32. Alba in cons.106.nu.10.*

Vel Nepote ex filio &c. *Idem esset si non dixisset, quia extenderetur etiam ad Nepotes masculos ex filio, Ias.in l.qui se patris. nu.57. C.vnde liberi, Dec.in l.venia.nu.6.C.de in ius vocan.Mar.sing.303.nu.3. Tiraquell.de primog.q.4.nu.49. Gabr.de verb.signi.cõcl.1.nu. 19.& 20. & habet locũ ẽt cõtra filias fratrum præmortuorum, Rot. in Roman.hæreditatis de Capranica coram Card. Seraphino 23. Ianuarÿ 1581. Viuius opinione 869.statutum excludens sorores.nu.2. & 3. & vide infra c.146. ver.sorores respectu, sed masculi naturales, vel spurÿ hoc statuto non comprehenduntur, Brun. artic.12.q.3.& artic.6. q.5. Bursatt.cons.98. nu.14.lib.2.de quibus supra.c.143.Legitimati per subsequens matrimonium comprehenduntur, Dec.in cõs.155.nu.4.Tiraquell.de primog. q.34.nu.59. Duen. reg.350. filius naturalis. ampliat.15. Gabr. de legitimatione concl. 1. nu.34. Menoch.in cons.14.nu.1. Arrogati & distingue, vt per Brun.art.12.q.1.& quod nõ, dicit Ias.in l.2.§.prætor.nu.13.ff.de in ius vocan. Cassan.in consue.Burgun.rub.7.§.12.nu. 5. Secus si sint arrogati ab auo materno, Bero. in cons.14.nu.2.lib.2. Adoptati pariter masculi non comprehenduntur hoc statuto, Rip.in l.ex facto §.si quis rogatus. il 1.nu.32. ad Trebell. Tiraquell.in l.si vnquam. in verbo, susceperit, nu.11.C.de reuocã.donat.& de primog.q.84. nu.5. Legitimatus per rescriptum ad instantiã patris, an comprehendatur, & sunt opiniones. Affirmatiuam tenet Bald. in l. eam quam. nu. 42. C.de fideicom. Ang.§.1. Auth.quib.mod. natur.effic.legitimi, Alex.cons.2. nu.11. lib.2. Dec.in cons.193.cons.258.cons.275. Gozzad. cons.6.nu.3. Paris.cons.2. nu.12. lib.2.& alÿ multi, Tiraquell.vbi supr.nu.65.& 82.si fuit in legitimatione expressum, Ceph.cons.117.nu. 20.lib.2. Brun.artic.12.q.3.& 4.nu.16.Valent.Forster.de success.ab intest.lib.6. c.37.nu. 11. & fortius nu.34. Negatiuam tenent multi relati per Brun. d.q.3.in princ. Dec.in cons. 51.per totum. cons.365. cons.383. cons. 342. Mißing.obseruat.26.cent.3.Capic.decis.194 nu.6. Vrsill.ad Afflict. decis.386. nu.1. Ceph. in cons.278.nu.4.lib.1. Valent. vbi sup.n.19. & 35. Et in proposito nostri statuti ita est dictum, quia loquitur per verba naturalia ibi. seu filio, vel nepote ex filio masculo, vt per Curtiũ sen.in cons.13. col.1. Nam dictio, ex filio &c. denotat causam immediatam. l.1.§. ex incendÿs. ff.de incend. l. ex hoc. ff. de iustitia & iure, Surdus cons.1. num.19. Ceph.in cons.330. nu.39.& 40.lib.3. Decia.in cons.3.nu.27.lib. 1. Rot. coram Illustriss. Pamphilio in Maceraten. fideicommissi 20. februarÿ 1598. vt alios non comprehendat. Sed communi iure inspecto legitimati ad instantiam patris per rescriptum*

scriptum Principis in successione intestati adæquantur legitimis §.liceat.Auth.quib.mod.natur.efficia.sui.c.3.Dec.in cons.258.& cõs.315.nu. 7. & 8. et alij alleg. per Valent.Forster. de success.ab intest.lib.6.c.38.per totum.Massulus etiam clericus hoc statuto vtitur, vti laicus. quicquid dicat Matthes.sing.110.quia communis est in contrarium,vt firmat Alex.in cõs.41 nu.3. lib.7. Dec. in cons.282. in fine,Cott. in verbo, Clerici ligantur, addentes ad Matthes. vbi supra nu.7. Brun. artic.12. q.11. quod in omnibus religiosis capacibus tradit Afflict. in const.regni.rub.23.de success.filio.q.15.nu.58 & 59.lib.3. Tiraquell.de primog. q.44.nu.7. & 8. Bursatt.cons.93.nu.27.lib.1.Roma.sing. 446. Brun. artic.8.q.2. Banniti, & Deportati an hoc statuto vtantur? & quod non. dicit Bal. in l.Gallus. §.& quid si tantum. nu.3. ff.de liber.& posth.Brun.artic.12.q.5. Nell.de bãnitis.1.par.2.temporis.q.37.nu.37. Alciat. in cons.58.nu.10. Nec fiscus eorum loco succedit, nec fœminas excludit,Brun.d.q.5.nu.5.Et hæc eõclusio procedit in omnibus alijs masculis incapacibus, Bald. in cons.3. nu. 2. lib.4. Bart. in l.1.§.qui habebat.nu.5. ff.de bon. possess.coutr.tab. Corn. in cons.75. nu.6.lib.1. Dec.in cons. 296.nu.5.& in cons.505.nu.4.Brun.artic.12. q.5.nu.1.Grammat.decis.63.nu.10.Tiraquell. in l.si vnquam.in verbo,susceperit,nu.125. C. de reuocan.donat. Gabr.de statutis.conclus.4. nu. 22. Et filio exhæredato à patre extraneis institutis,fœmina per exhæredatum non excluditur,Bart.in l.3.§.si pater.col.2.ff.de coniug. cum emancip.liber. Alex.cons.19.nu.1. lib. 1. Brun. artic. 12. q. 6. Afflict. in const. Regni. d.rub.23.nu.10.in fin.lib.3.Immo eo casu filia præterita poterit dicere testamentum patris nullum, si extranei fuerint instituti, Dec.in cons. 296. nu. 6. & in cons. 383. nu. 4. Brun. artic.10.q.4.princ. in 2.memb.Insuccessibilis ex facto suo qui renũciauit an excludat fœminas? dic,vt per Brun.artic.12.q.7. Soccin.sen.in cons.35.nu.16.lib.4. Brun. artic. 10. q.2. Tiraquel.de primog.q.24.nu.22. Afflict.vbi supra.nu.29. Mar. sing.361.Soccin.in cõs.114. lib.1. Et vbi non extant masculi tẽpore mortis qui excludant fœminas cessat exclusio fœminarum, Dec.in cons. 364. nu. 3.& in cons.451. nu.4. Menoch. in cons.111.nu.61.lib.2. Nam ad exclusionem fœminarum vigore statuti huius requiritur aditio masculi, Alberic. de statutis.lib.2.quæst.105. Corn.in cons.96.nu.12. & in cons.134.nu.3.lib.2. Tiraqu.de exiguis. ver.83. Gabr. in cons.5.lib.1.& in cons.4. & 139.lib.2. Sed quod transmittatur, not.Castr. in l.fin. nu.3.ff.de acquir.possess.Alex.in cons. 20. nu.4.lib.1. Ias.in l. si arrogator. nu.18.ff. de adopt. Dec. in cons. 331. nu.6.Brun.artic. 13.q.6. Soccin.regu.217. hæres suus. limit.6. Crauett.in cons. 185. in fin. Gabr. de statutis. conclus.4. nu.23. Sed si voluit masculus fœminas admitti succedent cum masculis,ita dictat statutum,& negãdo eas dotare, easdem ad successionem admittit,Gabr. d.cons.5. lib.1.cõs.4. & cons.139. lib.2. & ita dictat statutum ibi. alioqui succedant &c.

Quæ filiæ &c. *hoc statutum etiam quod nõ dixisset, quod filiæ dotatæ nec matri nec auiæ succedant, prout dicit in fine, Nihilominus cõprehenderet successionem matris, nisi restringeretur ad lineam masculinam, Laurus de statuto nu.33. Brun.artic. 8.q. 14. Sed non comprehendit successionem transuersalium in statuto non expressorum, Brun. artic. 5. q.13.& artic.8.q.19. Ias. in §.actionum. nu. 22. Instit.de actio. Abb.in cons. 98. nu.2. Gabr. de statutis.concl.7.nu.36.Menoch.in cons.3.nu.9. lib.1. & si proueniat ab ascendente, Brun. artic.6.q.2.memb.2.nu.48.artic.8. q. 18. Menoch.vbi sup.& in cons.160.nu.4.lib.2.& non excludit ab hæreditate non dotantium, hoc est si non sit dotata ab vno ex nominatis in statuto, Brun.artic.8.q.16.Alciat.cons.57. per totum, Gabr.de statutis.conclus.5.nu.10. & 11. Bursat.in cons.208.nu.10.lib.1. & dixi in princ. huius capitis,vel non sint parati dotare, Brun. artic.7.q.16.nu.22. Et dicuntur parati dotare ad effectum excludendi, eo ipso quod non cõstat de contrario: Nam adeundo censentur se oneribus statuti obligasse,Roma.in cõs.261.nu.24. & 32. Rot. in Balneoregien. bonorum. 16. Maij 1594. coram Card. Pamphilio. quod idem dicit Gabr. in d.cons.5.lib.1.Dec.in cons. 26.nu.4. & hæc dotandi facultas trãsit ad hæredes ad hunc effectum, Ias. in l. cum viu. nu. 21.C.de transact. Brun.artic.13.q.6.& intelligitur hoc statuto fœminas esse exclusas à successione intestati ita dicit in fine, & ita debet intelligi si non dixisset Corn.cons.290.num.5. lib.3.Curt.sen.in cons.37.nu.12. Nam defunctus cui debet succedi, potest huic statuto fœminarum exclusiuo derogare, Bart.in l.fin. nu.4. vbi Ang. Decius nu.26.Ias.nu.21.C.de pactis, Alex. in l.stipulatio.hoc modo concepta.nu.24. vbi Crot. nu.10. ff.de verb. oblig. Boer. in consuetud.Gallię.rubr.des costumes.§.5.col.2.ver. sed*

sed quaero. Cassan.rub.7. §.12.num.1. Brunus, artic.6.quarto casu. q.13. & testari ad earum fauorem, vt in terminis Ancharan. consil.427. Alex.19.lib.6. Dec.466. num.6.

Et hoc statutum comprehendit etiam moniales per allegata supra de Clericis, & Castren. in cons.304.nu.4.lib.1. Abbas in c.quod Clericis. nu.40. de foro competen. Alciat.iu consil.358. Socciu.cons.81.num.5.lib.1.Brunus art.6.q.2. n.36. Tiraquel. de primog.q.43.n.7.Bero.consil.42.n.5.lib.3.Alba in cons.98.u.1.Bursattus in cons.93.u.19.28.& 33.lib.1.et in cons.198. n.45.lib.2. maximè si sint factæ mouiales ante delatam hæreditatem. Alex.in cons.211.nu.9. lib.2.Brunus ar.6.q.2.u.36.Roy.in cons.205. n.1.& 2.li.1.Sed cum statutū hoc sit Papale indistinctè ligat etiā moniales, sicut laicas.Rota diuer.iu dec.452.p.1.et hoc statutū excludit quoad fœminas querelā inofficiosi ob præteritionē. Bar.in l.fin.§.fin.n.5.ff.ad Tertull.Bald.iu cōsil.34.n.1.et in cōs.36.u.1. et in cons.328.li.3. Idē Bald.in l.maximum uitiū n.10.C.de liber. & posthu.Alex.in cons.47.n.9.li.2. Rom.in cōs. 13.n.1.et 2. Dec.in cons.26.n.4.in cōs.106.Rauē.sing.655.Capic.decis.176.n.2. Tiraq.de primog.q.53.n.22.Afflict.decis.158. vbi Vrsillus n.1.Bursat. in cons.36.n.2.li.1.declara vt sup. stantib. masculis volentib. fœminas excludere. Tiraq. de primog. q.53.n.24.& 36. et uu.43. Fœmiua exclusa ad augendam legitimā fauore masculorum connumerautur in numero filiorū. Myssing.obser.22.cent.4. Ias.iu auth.uouissima n.47.& sequen. C.de iuoff.testam.Butrius consil.39.uum.3.Brunus art.13.q.3.recitat quiuque opiuiones. Tiraquel. de retract. lignagier §.1.glo.8.uum.15. Alciat.in cons.479.nu.12.

Alimenta cougrua quæ dicantur notat Crauetta, in cons.189.uu.9.& 10.Cummia in ritibus magnæ Curiæ.c.38.nu.102. & appellatioue alimētorū quid veuiat, notat latè Rolā.in cons. 22.n.1.li.1.Cumia.vbi sup.nu.71.& sequen.

Mora ad effectū excludēdi fœmiuas vigorē huius statuti pōt purgari, Afflictus in dec.159. n.2. et vt mora currat debet præcedere interpellatio fœminæ Afflictus.in dec.370.n.7.et iu constit.regni.Rubr.23.de succes.filiorū.n.30.lib.3. Brunus art.6.q.11.Gab.iu d.cons.5.lib.1.& in cons.4.& 139.lib.2.in terminis huius statuti.

De successione fratrum. Cap. CXLVI.

DEfuncto fratri sine filijs ab intestato, germani fratres, tàm vtrinque coniuncti, quàm ex patre tantum, illorumq; filij masculi in stirpes simul succedant, exclusa matre; præterquā à legitima: & ij siue omnes succedant, siue ipsorum aliquis, excludant etiam sorores & amitas, etiam vtrinque coniunctas respectiuè, dummodo dictæ sorores, & amitæ congruè dotatæ existant, vel eas fratres & nepotes similiter congruè dotare parati sint. In illius autem bonis maternis succedant, prout ius commune disponit.

De successione fratrum. Cap. 146. Gloss.

Quid si defuncto fratri ab intestato non supersint Germani fratres, sed solū fratrum filij, au & inter ipsos sit facienda diuisio in stirpes; & quòd non suadent verba illa, simul succedāt, hoc est Germani fratres illorumq; filij masculi iu stirpes simul succedāt defuncto fratri; hoc.u. statuto deciditur illa difficultas iuris cōis, quæ cōtrouertitur apud Doct. Au scilicet filij repræseutent personā patris in hæreditate patrui prædefuncti, vt vna cū patruo superstite in ea succedant; nou.n.dubitatur repræseutare patrē in hæreditate aui l.cū filius, vbi Aret.inst. de hæred. quæ ab intest.defer.et quidē in stirpes, vt iu d.§. Controuersia illa, ab hoc Statuto sublata, ortū habuit à Glossa, in l.cū ita.§.in fideicom.in verbo proximo ff.de leg.2. Dec.in cons.412.uu.6.& 480.n.9.& 10. Curtius Iuu.cons.22.num.9.

Quando extaut solum filij fratrū; hoc est patrueles; est casus diuersus, quia omnes sunt eiusdē gradus, non autem diuersi, vt est casus huius statuti; vbi filij fratrū concurruut cū patruo superstite, et ideo ob disparitatē gradus vult statutū succedere in stirpes. Alius casus quando extāt solū patrueles hoc statuto nō deciditur, et sic remanet in disposit. iuris cōis, qua extat firmatū patrueles in capita succedere debere, vt extat de hoc Coustit. Caroli V. et hæc fuit opinio Azzonis, et aliorū quos refert, et sequitur Thesaurus iu dec.162. per totā, et Rota coram Card. Blanchetto in Rom. iuris succedēdi, die 10. Apr.1592.

Sorores respectu fratrū defuncti fratris, Amitas verò respectu filiorū fratrū defuncti fratris, vt animaduertit Viuius opin.869.u.5. sed sub u.3.& 4. adducit Rotā in contrarium. Sed concurrētib. uepotibus cum patruo ad patrui defuncti hæreditatē; quod mihi uidetur de directo coutra Statutū, quia excludit sorores respectu fratrū, & Amitas respectu filiorum fratrum, uon autem Neptes, vt nou possit illa resolutio subsistere contra Neptes. Hoc statutum excludit Matrem præterquam à legitima contra ius.

Dec. in conf. 466. n. 5. Angel. conf. 26. n. 1. Duen. reg. 61. Sed valet. Anchar. in conf. 421. etiam si excluderet à legitima matrem. Angel. in conf. 104. n. 5. Alex. conf. 3. n. 8. et 9. lib. 7. Dec. in consil. 372. n. 4. et 466. n. 2. Gratius conf. 21. n. 21. Ratio Statuti est fauor Agnationis. Alex. in consil. 132. lib. 6. Soccin. conf. 31. n. 2. lib. 4. Dec. in conf. 296. et 333. Caputaq. decis. 212. p. 3. Ratione cessante cessat dispositio. Soc. conf. 35. n. 7. lib. 4. Dec. in conf. 296. n. 4. & 337. n. 2. & 383. nu. 4. Non excludit Matrē à bonis sitis extra Territoriū. Signor. conf. 166. Corn. in cōs. 162. n. 3. li. 3. Dec. in conf. 314. nu. 6. et supra c. 144. Brunus art. 5. q. 25. Sed per hoc statutum nō dicitur exclusa à tutela. Bart. in l. 1. ff. de legit. tutel. Signor. conf. 2. Aret. in l. 2. n. 3. ff. de legatis 2. Brunus art. 5. q. 30. Dec. conf. 16. n. 2. Soc. cōs. 153. lib. 2. Vrsil. decis. 183. n. 5. Si Statutum non dixisset praeterquam à legitima, Tamen intelligeretur reseruata si nō esset specificè exclusa. Bal. in conf. 452. et 453. n. 3. lib. 1. et in conf. 99. li. 4. Roman. in conf. 32. nu. 10. Alex. conf. 69. nu. 2. lib. 1. Dec. in conf. 299. num. 5. & conf. 303. Rolandus. conf. 62. n. 52. lib. 3. declara vt per Aret. in conf. 103. Alex. conf. 3. n. 8. conf. 168. nu. 3. lib. 7. Ruy. in conf. 51. n. 25. lib. 3. Hoc statutum non procedit in causa Testati Anchor. conf. 407. Alex. 19. lib. 6. Dec. 466. Fulgos. conf. 48. nu. 3. Bald. conf. 216. lib. 3.

Vt possessio bonorum defuncti, in suos haeredes continuata censeatur. Cap. CXLVII.

POssessio quorumcumq; bonorum testatorum, vel ab intestato defunctorum, in hęredes suos tantum, præsentium Statutorum auctoritate continuata censeatur: Senatorq; & Iudices eosdem hæredes in possessione manutenere, & reducere iuris & facti remedijs opportunis, omnino teneantur.

Vt possessio bonorum defuncti, in suos hæredes continuata cēseatur. Cap. 147. Gloss.

Super huiusmodi simili statuto multa scripsere Cassaneus super Consuetud. Burgun. & Tiraquellus in tractat. le mort saisit le vif, & talis possessio est manutenibilis Tiraquellus vbi supra in 7. declarat. 5. par. Nisi fuerit antea per alium naturaliter capta. Caputaquen. decisio. 199. num. 4. par. 2. Limita secundò, nisi à defuncto naturaliter tantum possidebatur. Imola. conf. 16. Iason. consil. 47. Corn. consil. 173. lib. 2. Rota in Imolen. bonorum coram Cardinale Pamphilio 10. Aprilis 1592. Limita tertio, nisi possessio fuerit apud defunctum ex causa ad suos haeredes non transitoria. Alexander in conf. 153. num. 4. lib. 2. & Rota in Mediolanen. Bonorum, die 28. Martij 1594. Limita quartò non procedere in bonis emphiteuticis Rota vbi supra. An autem procedat inter Forenses? & dicit quod non; vt per Rotam vbi supra. An procedat in minore? & quod sic Tiraquellus par. 2. declarat. penult. & vltima. Gabr. conf. 36. num. 13. lib. 1. Contrarium videtur dicere Rota diuers. decis. 937. par. 2. & allegat Tiraquellum in d. declaratione penultima in principio.

De noui operis nunciatione. Cap. CXLVIII.

SI alicui fuerit nouum opus nunciatum, vel opus in aliquo loco facere prohibitum, etiam si is, qui prohibitus est, satisdationem offerat de opere destruendo, in euentum, in quem constiterit eum iniustè ædificasse, vel aliud opus fecisse; sit in potestate nunciantis, vtrum velit dictam satisdationē recipere, vel infra sex dies vtiles, de suo iure probare, infra quos possit etiam is qui ædificare, vel opus facere prohibitus est, de suo iure docere, & suū opus iustificare. Quòd si actor infra dictum terminum aliquid non probauerit, vel plenè nō probauerit, reus ad cautionem prędictā admittatur, & in causa ad vlteriora procedatur.

De noui operis nunciatione. Cap. 148. Gloss.

Noui operis nunciatio fit, aut iuris nostri conseruandi causa; Aut damni repellendi; Aut publici iuris tuendi. Nunciamus autem; quia ius aliquod probibendi habemus, vel vt damni nobis infecti caueatur ab eo, qui fortè in publico, vel in priuato quid molitur; aut etiam si quid cōtra leges edictaue Principum, quæ ad modum ædificiorum facta sunt, fiet, vel in sacro, vel in loco religioso, vel publico, ripaue fluminis: quibus ex causis & interdicta proponuntur. lege secunda, §. nunciatio. vbi glossa, & Doctor. ff. de oper. nou. nunc. Et Sextus Pedius noui operis nunciationis triplicē esse causam affirmat, Naturalem, Publicam, vel Imposititiam. Naturalem, cum in nostras ædes quid immittitur, aut in nostro ædificatur. Publicam, quoties leges, vel senatusconsulta,

consti-

constitutionesq; Principum per noui operis nuntiationem tuemur. Impositiuam, eum quis, posteaquam ius suum deminuit, alterius auxit: hoc est, posteaquam seruitutem ædibus suis imposuit, contra seruitutē fecit. l. de pupillo. 5. §. Sextus, vbi gloss. & Doct. ff. de oper. noui nunc. & in §. sed etsi, & in §. meminisse.

Opus autem nouum quis facere videtur, Aut ædificando, aut detrahendo aliquid, quod pristinam faciem operis mutet l. 1. §. opus. vbi Doct. passim. ff. de operis nou. nūc. et hoc edicto permittitur, vt siue iure, siue iniuria opus fiat, per nuntiationem inhiberi. deinde remittetur inhibitio, eatenus quatenus prohibendi ius is, qui nunciauit, nō haberet. l. 1. in princ. vbi gl. 1. et alia seq. & Castren. post alios. ff. de operis nou. nunc. Et cōpetit aduersus opera futura; nō aduersus præterita; hoc est aduersus ea, quæ nondū facta sūt, ne fiant. d. l. 1. §. hoc autem. vbi glo. Bart. in princ. & cæteri scribētes. ff. eod. Et nunciās nouū opus non habet necesse prætorē adire. l. 1. §. nūciatio. vbi glo. et Bart. ff. eod. Nā per manū, hoc est per Lapilli iactū nouum opus inhiberi potest. l. de pupillo. 5. §. meminisse. vbi glo. et Doct. ff. eod. Qui autē simplici verbo nunciat possessionē amittit, si eā habet; Si verò per Prætorē; vel per Lapilli iactū non vtiq; d. §. meminisse. vbi glo. et Doct. & l. 1. §. in operis, vbi glo. in verbo. aduersariū. et Castrē. post alios. ff. eod. Benè pōt Prætorē adire pro nouo opere nūciando. d. §. meminisse. Sed aliter opere nūciato debēt litigatores sese Prætoria iurisdict. cōmittere. l. 1. §. et post. ff. eod. Cōtradicit glo. ibi in uerbo, cōmittunt declarādo, idest cōmittere possūt. et ita notat ibi Bar. in 1. notabili.

Verum hoc edictū non datur, si quis non nouū opus, sed vetus fulciat. l. 1. §. si quis ædificiū, vbi gl. in verbo, fulciat, et in uerbo, ne possimus, Bar. et alij in princ. ff. de oper. nou. nūc. Nec minus, si quis Riuos; aut Cloacas purget, vel reficiat. l. de pupillo 5. §. si quis riuos. vbi glo. in verbo, Cloacas, in verbo, reficere, et alia seq. et Bart. et alij ff. eod. l. Seruius. 3. §. si quis riuū. ff. de Riuis. l. 1. §. si quis purganti. ff. de Cloacis. Nec minus accōmodatur, si in re mobili opus fiat; nam datur solū si in re soli opus fiat. l. 1. §. hoc autē il 2. & ibi glo. in verbo, cōiuncta, in verbo ad ea opera, & in verbo, in solo. Bart. in princ. et cęteri vēs. ff. de operis noui nunc. Minus accomodatur, si in re cōmuni opus fiat, nam Socius Socio opus nouū nunciare non potest; nisi nomine proprio faciat. l. in prouinciali. 3. §. 1. & §. quod si socius. ff. de oper. nou. nunc. est enim huius edicti beneficium extraordinariū; & ideo non cōpetit nisi in subsidiū, & ideo cessat vbi habet locū ordinarium cōmuni diuidundo; vt hic. d. l. in prouinciali, vbi glo. in verbo, quia possim: et Doct. in princ. ff. eod. Et generaliter Prætor ab hoc edicto cætera quoq; opera excipit, quorum mora periculū aliquod est allatura. Nā in his contemnendū putauit operis noui nunciationē. l. de pupillo. §. si quis riuos, ibi præterea, & ibi: Toties, vbi glo. in verbo, periculū declarat de cuius periculo sit intelligendū. & Bart. in princ. ff. de operis nou. nunc. Et nuncians debet iurare de calūnia corā Iudice parte petente. d. l. de pupillo. 5. §. qui opus. vbi glo. in verbo, nuntiare, et Bart. ff. eod.

Et hoc edictum cōpetit ei ad quem pertinet res ipsa. l. 1. §. iuris nostri. ff. de oper. nou. nunc. vbi glo. et Castrē. ff. eod. siue consistat in Dominio, siue in seruitute. l. vnica. §. ius is habet. ff. de remissionibus. Itē Fructuario loci nomine domini. d. l. vnica. & l. 2. & l. 1. §. fin. ff. de oper. nou. nunc. l. inter seruiētes. 14. in fin. ff. de seru. vrb. præd. l. etsi fortè. 6. §. fin. ff. si seruit. vindic. Itē superficiario, qui habet vtile dominiū l. in prouinciali §. si ergo. & ibi Bar. ff. de oper. nou. nūc. Item pupillo tutore authore l. de pupillo. vbi glo. magna. & in verbo, tutore, ff. eod. Sed non cōpetit vno ex socijs. d. l. de pupillo. §. si pluriū, quia potest vni competere, & alijs non. d. §. si pluriū. ubi glo. & Bart. ff. eod. Verum si in publico aliquid fiat, omnes Ciues opus nouum nunciare possunt. l. 3. §. fin. vbi gloss. in verbo, omnes Ciues, & in verbo, nam reipub. & Bart. ff. de oper. nou. nunciat. & l. quarta ff. eod.

Nunciatio autem fit cuilibet præsenti, adeo vt etiā fabris, vel opificibus, qui eo loci operantur opus nouū nunciari possit; et generaliter cuicūq; qui in re præsenti fuit Domini operisvè nomine. d. l. de pupillo 5. §. nunciationem. vbi glo. in verbo, nunciationem factam, & Bart. ff. de oper. nou. nunc. l. etsi 7. §. ff. eod. & l. cuilibet. 11. ff. eod. & sufficit vni nunciatum esse; & nocet omnibus. d. l. de pupillo. 5. §. si plurium. vbi gloss. & Bart. ff. eod.

Et quia nunciatio est in rem, non in personā. l. operis 10. cum lege sequen. ff. de oper. nou. nunc. l. is cui. 23. §. quia nunciatio. ff. eod. sufficit ideo cuicumq; & furioso, et infanti factam fuisse; hoc est cuilibet intelligenti veluti fabro facta, infantem, & furiosum tenet, item absentem, inuitum, & ignorantem. d. l. operis, 10. & l. 11. & l. 1. in fine, §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. & vbique gloss. & potest fieri omnibus diebus, d. §. nunciatio. vbi gloss. in verbo, omnibus, & Bart. in princ. ff. eod. & debet fieri in ipso opere:

boni viri inspectis facultatibus Patris; & qualitatibus personarum; & non debet esse minor legitima. Bart. in l. si filiæ. ff. de legat. 3. Alex. in consil. 69. num. 2. lib. 1. Afflictus decis. 160. Menoch. de Arbitr. casu 149. num. 36. & 37. & in cons. 8. num. 9. & 13. Quia hoc statutum non derogat l. quoniam in prioribus C. de Inoff. Testam. vt testatur Rota in Romana bonorum de Ceulis coram R. P. D. Penia. 28. Iun. 1596. & coram Robusterio in Romana Dotis de Marganis 9. Martij 1583.

Nec possint aliquid petere, &c.

An ista clausula tollat ius petendi supplementum? & videtur quod sic quando Filia, vel Neptis dotem relictam cum ista clausula, seu traditam acceptauit. l. si quando. §. illud in fine. C. de inoffic. Testamen. Paris. in cons. 9. num. 4. & 5. lib. 3. Contrarium est verius per text. in §. sed hæc disposuimus. ver. Cæterum Auth. Vt cum de appellat. cognos. Rubeus in repet. l. Titia. Seio. §. Imperator. nu. 269. ff. de legat. 2. Paris. in consil. 7. num. 55. lib. 2. Dec. in cons. 228. num. 3. Ruy. in cons. 56. nu. 8. & in cons. 60. nu. 4. lib. 2. in cons. 40. num. 13. lib. 2. in cons. 68. lib. 4. Ias. in l. si quando. §. fin. C. de inoff. Testamen. & ratio est quia clausula ista vti impeditiua legitimę reijcitur, & habetur pro non adiecta. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. Testam. Bald. Salic. & alij in d. §. finali Bald. in l. hac edictali col. 4. vers. iuxta hoc quæro. C. de secund. Nuptijs. Imola in repet. l. 1. §. si ex fundo. num. 66. de hæred. Instit. Aret. de Testamentis glo. 60. numero 3. Ruy. d. cons. 56. nu. 8. Bald. in cons. 60. num. 4. lib. 2. & in cons. 117. num. 10. lib. 2. Cephal. d. cons. 95. num. 7. & sequen. & Rota corã Penia & Robusterio vbi supra, & ita maximè est affirmandum in casu huius statuti; quia sub c. 145. vult dotari de paragio, secundum conditionem Domus, & facultatem patrimonij, quia vnum statutũ est secundum aliud intelligendũ. Dec. in cons. 42. nu. 3. & 13. in cons. 553. nu. 8. Soccin. sen. in cons. 242. num. 9. lib. 2. Brunus de statuto. art. 5. in q. 3. & q. 10. Alciat. cons. 59. num. 10. vers. secundo respondeo. Roland. in consil. 62. num. 30. lib. 3. Et vnum per aliud suppletur. Decius vbi supra Ruy. in cons. 201. num. 5. lib. 1. & in cons. 8. num. 12. lib. 5. Anchar. moder. q. 26. num. 8. lib. 1. Præsertim si ad illud se referat. Bursat. in cons. 44. num. 34. lib. 1. Et nouum declaratur per antiquum. Menoch. in cons. 187. num. 37. lib. 2. Facilius enim statuta recipiunt declarationem à statutis; quam à iure communi. Decius in cons. 301. num. 8. Soccin. in l. Gallus, §. 1. num. 8. ff. de lib. & posthum. Ripa. in l. Centurio. num. 31. ff. de vulgari. Bursatus in cons. 69. num. 6. lib. 1. & omnes mandant dotari de paragio secundum conditionem Domus, secundum facultatem Patrimonij & congruè. vt in d. c. 145. & in alijs. Hoc statutum habet locum solum quando extant descendentes, vt sæpius tenuit Rota; vt testatur coram R. P. D. Pennia in Romana bonorum de Ceulis die 19. Decembris 1597. & non obstat quod Sorores non possint succedere simul cum fratribus in hæreditate Auunculi. Rota coram Cardinale Mellino in Romana hæreditatis Maij 1594.

Non obstante iure Canonico, Ciuili &c.

Clausula ista vti non potest inferior à Principe Alex. in l. Centurio num. 32. ff. de vulgari, & pupill. Felin. in c. nonnulli. nu. 89. de Rescriptis. Gratus in cons. 61. num. 4. lib. 1. Et non tollit ius insertũ in corpore Calca. in cons. 120. num. 2. Castren. in l. 1. num. 2. ff. de legatis. Ruy. in consil. 226. nu. 5. lib. 2. Felyn. in d. c. nonnulli. num. 87. de rescript. Dec. in cons. 165. nu. 4. Castren. in auth. qua in prouincia. num. 5. C. vbi de Crim. agi oport. & in l. 2. §. omnes. num. 4. ff. de Iudic. Bart. in extrauag. ad reprimendum. versic. non obstante. num. 10. Bald. & Castren. in l. vnica. C. quando Imper. inter viduam. Nec impedit quominus vnum statutum per aliud declaretur distinguatur, vel limitetur Riminald. in cons. 118. num. 44. lib. 1. Stepha. de Federic. de Interpret. iuris 2. p. num. 22. Tom. 1. Bart. in l. sciendum. ff. qui satisd. cogan. Natta in cons. 52. num. 12. 13. lib. 1.

Nisi forte fuerit dictum non obstante aliqua lege; qua generaliter, vel specialiter in contrarium loquatur; quia tunc dictæ leges non distinguerent, nec limitarent legem nouam. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. num. 6. & nu. 9. Sed bene declararent. Natta in d. cons. 52. numer. 12. & 13. per Bartolum quem citat vbi supra, & alios.

De filijs in conditione positis. Cap. CXLII.

Filij positi in conditione fideicommissi, censeantur ad fideicómissum tacitè vocati.

De filijs in conditione positis. Cap. 142. Gloss.

Hæc materia secundum terminos iuris communis fuit à multis agitata & post omnes latissime eam tractat. Ioseph. Rusticus Aquilanus in

in tractat. de filijs in conditione positis. An autē filij in conditione positi censeantur vocati? Sunt inter maximos iuris interpretes opiniones. Et quidē negatiuæ fuit magnus Accurs. in l. Lucius. l. 2. ff. de hered. instit. quem sunt sequuti quos cumulaui in tract. de condit. par. 2. c. 1. q. 97. Affirmatiuę verò opinionis fuit Oldr. & alij per me allegati in d. q. 97. n. 2. qui ambo habent sequaces attestantes amborum esse cōmunem, vt deduxi in d. q. 97. etiā cum in conditione tacitè, & expressè ponantur, vt ibi sub n. 5. fuit per nos demonstratū; exinde rationabiliter dubitari cōtingit. An ex isto statuto sit tenenda affirmatiua etiam quando in cōditione tacitè positi inueniuntur? Tenui ego quod non in d. q. 97. sub n. 6. & seq. vsq; ad n. 14. & an in terminis huius statuti sit facienda differentia inter heredes extraneos, & ipsius testatoris descendētes? Quidquid dixerint Deciā. con. 9. n. 1. cons. 44. n. 5. lib. 1. Thes. in decis. 96. n. 7. Tenui ego quod non, sequendo Clar. in §. testam. q. 79. Gabr. lib. 4. de fideicom. concl. 4. nu. 35. & alios citatos in d. q. 97. sub n. 14. & hanc tenuit Rota in Albanen. fideicom. 13. Ianuarij 1606. coram R. P. D. Cuccino. Et in puncto mihi de facto contingenti. An scilicet huiusmodi statutū extendatur etiā ad cōtractus, vt, & in contractibus in conditione positi censeātur vtiq; vigore statuti vocati? Tenui & obtinui, quod non, pro Illustr. D. Marchione Saluiato, per doctrin. Pau. de Castr. in l. si cum dotem. n. 9. in fin. Vbi autem Bart. n. 9. & 10. ff. solut. matrim. quos sequuntur alij allegati per nos in d. q. 97. n. 15. per totū. Nā statutū inquit in cōditione fideicōmissi et debet strictè, & propriè intelligi. Tiraq. de pia causa. glo. 1. [illegible] addit. Bart. & de retract. lignag. §. 3. glo. 1. [illegible] vt notat Bero. in cons. 86. n. 2. lib. 3. per text. in l. quidquid astringendæ. ff. de verbor. obligat. & in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. vt non comprehendat positos in conditione contractus.

Filijs illegitimis quantum relinqui possit, legitimis non extantibus. Cap. CXLIII.

Liceat Ciui Romano non habenti filios legitimos, & naturales, seu nepotes, seu pronepotes, ex eis per rectam lineam descendentes, filijs suis naturalibus, spurijs, seu quomodolibet illegitimis, pro substentatione eorum, medietatem bonorum suorum inter viuos donare, & in vltima voluntate relinquere.

Filijs illegitimis quantum relinqui possit, legitimis non extantibus. Cap. 143. Gloss.

Liceat Ciui Romano idest possit; est enim legis

ratio rectè loquēdi figura, cū licere proposse vsurpatur. Et Cicero 13. in Ant. oratio. exponit licere, quod legibus, moribus, institutisq; conceditur. Nec enim quod quisq; potest, id & licet, nec si nō obstatur propterea permittitur. l. 28. §. quod eis. ff. ex quibus caus. maior. l. 7. §. si pariter. ff. quod met. caus. licere dicitur quod lex xij. Tabul. & lex Iulia de adulterijs permittunt. Licitum itaq; est quod per leges permittitur. Illicitū quod prohibetur. l. 1. ff. de iust. & iur. Vbi licitū separatur ab honesto. l. 42. ff. de rit. nupt. l. 158. ff. de diuer. reg. l. 1. C. de liber. caus. Nec enim quicquid licet honestum est. l. 108. ff. de diuer. reg. & Cicero. pro Corn. Balbo. Est aliquid quod non oporteat, tū & si licet; quidquid vero nō licet, certe non oportet. l. verbum oportere. ff. de verb. signif. & licere aliquid, vt ire agere per viam publicam non est ita personale, vt non transeat ad heredes l. 2. §. vlt. ff. ne quid in flum. publ. Secus est licere vti frui. Spiegell. Licet idest licitū est, & tunc est verbum. l. 1. §. 1. ff. de hered. instit. & quot modis intelligatur tradit Bart. in l. stipulatio ista. §. ij qui. ff. de verb. oblig. nō enim omnia quæ licet expediūt, nec honesta sunt, Specul. 1. par. de Teste. §. 10. ver. porro. de ista dictione vide Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & an hoc verbum importet liberam voluntatē, vel arbitriū boni viri. vide Dec. in l. in actionibus. n. 11. ff. de in litē iurando. Naturales Filij; & Pater sibi inuicē de iure cōmuni succedunt in duabus vncijs ab intestato, auth. quibus mod. natur. effic. sui. auth. licet. C. de natur. liber. si desit soboles legitima; nec superstit coniunx legitima. §. discretis. auth. quib. mod. natur. effic. sui. Si habet liberos legitimos Patri in nihilo naturales ab intestato succedunt, sed alimenta solū eis præstantur. §. si vero effusa concupiscentia. auth. quib. mod. natur. eff. sui. Si plures ex pluribus cōcubinis naturales adsint nihil prorsus ex paterna hæreditate adipiscūtur propter odiū effusæ libidinis. d. §. discretis ibi. si vero effusa. d. Auth. quibus mod. natur. eff. sui. sed tamen ali debent. c. cū haberet. & ibi Abb. & alij. de eo qui duxit in vxorem quā polluit per adulter. argum. Auth. multo magis. C. de sacros. eccl. & auth. multo magis. C. de episc. & cler. c. si in laicis. 38. dist. l. qui indignus. ff. de senat. l. ite. in ea. 22. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. glo. in l. 2. C. de patribus qui fil. distinxerunt. Et quæ dicta sunt de naturalibus liberis ex vna concubina natis nō extenduntur ad nepotes, & pronepotes in successione ab intestato. Hi enim nullo modo ad aui vel proaui paterni successionē ab intestato admittuntur. l. fin. C. de natur. liber. Arct. in §. nouissime. Instit. de S. C. Orphit. Cum filius naturalis

ralis legitimatus auo paterno ab intestato non suc cedat, sed patri tantum naturali, Alberic. Guliel. Cuma. & Bal. in l. benignus. ff. de legib. Ias. in l. si is qui pro emptore. col. 36. ff. de vsucapio. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Socc. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posthu. Abb. & Butr. in c. per venerabilē. §. 1. qui fil. sint legit. Fely. in c. postulasti. de rescrip. & in c. nonnulli. eod. Creme. sing. 22. Corn. in cons. 1. lib. 3. Alex. in cons. 60. lib. 2. Ex testamento existentibus legitimis vltra vnciã naturalibus relinqui non potest, nec donari, & si vltra relictũ, & donatum fuerit reuocabitur. auth. nunc soli. C. de natur. lib. & l. matrē. C. eod. §. ne igitur. auth. quib. mod. natu. eff. sui. Legitimis nō existentibus, sed parentibus superstitibus eis legitima reseruata, omnia naturalibus filijs relinquere, vel inter viuos donare potest. auth. licèt Patri, ver. quod. C. de natur. liber. & in corpore vnde sumitur. auth. quibus modis natur. effic. sui. Nullis extantibus liberis legitimis; neq; parentibus, neq; vxore Pater naturalis omnia bona testamēto naturalibus liberis relinquere potest. §. si verò filios. d. auth. quib. mod. natur. effic. sui, et inter viuos donare. §. cæterum. d. Auth. Et omnia hæc, quæ de naturalibus liberis primi gradus dicta sunt habent locũ etiam in nepotibus, & pronepotibus, in causa tamen testati. l. vlt. §. fin. C. de natur. liber. §. de nepotib. d. auth. quib. mod. natur. effic. sui per hoc nostrum statutũ licèt Ciui Rom. non habenti filios legitimos & naturales, seu nepotes, seu pronepotes ex eis per rectam lineam descendentes filijs suis naturalibus, spurijs, seu quomodolibet illegitimis medietatem suorum bonorũ inter viuos donare, & in vltima volũtate relinquere. habenti verò legitimos, non licèt eis illegitimis relinquere plus quam vni ex legitimis, cui minus relinquet. vt in c. 144. Naturalibus legitimatis à patre, si præteriti sint, competit querela; & ideo eis debetur legitima, vt nō possint querelare. §. generaliter. auth. quib. mod. natur. eff. sui. Rom. cons. 29. Dec. in cons. 52. in cons. 343. & 345. n. 8. & 258. Curt. cons. 13. Cotta in verb. legitimatio alios citat. Valentius Forster. de succes. ab intest. lib. 6. c. 37. per tot. & n. 1. & seq. et n. 29. & seq. Et in causa intestati adequatur legiti. §. liceat. et c. 3. d. aut. valēt. vbi sup. li. 6. c. 38. per tot.

Filij legitimati quantum ex testamento, vel ab intestato capere possint, stantibus legitimis.

Cap. CXLIIII.

CIui Romano habenti filios legitimos & naturales, seu nepotes, vel pronepotes, per rectam masculinam lineã descendentes, & filios spurios, seu quomodolibet illegitimos, per habētem potestatē legitimandi legitimatos, nō liceat in testamento, vel quauis vltima voluntate, eisdem illegitimis relinquere plus quàm vni ex legitimis, cui minus relinquet. Si vero dicto testatori filia legitima & naturalis superesset, seu frater carnalis coniunctus ex vtroq; parēte, vel ex patre tantũ, seu nepotes ex fratre prædicto; tunc non possit idem testator eisdem legitimatis, nisi medietatem suorũ bonorum relinquere, & nō vltra. Ab intestato vero si dicti legitimati plenissimam legitimationem habuerint, non plus quam supra dictum est in casibus prædictis capere possint.

De successionibus ab intestato.

Cap. CXLV.

SI quis decesserit intestatus, relictis filijs masculis, seu filio vel nepote ex filio masculo sibi premortuo, & superstitibus filiabus feminis, vna, vel pluribus, maritatis, & dotatis; ipsæ filiæ feminæ nuptæ in aliquo nō succedant patri, sed sint contentæ dotibus pro eis datis. Si vero dictæ filiæ feminæ peruenerint ad viduitatē; tunc reuertātur cũ dote & fructibus dotis ad domũ paternã, si voluerint, & habeāt de bonis paternis in eadē domo cōgrua alimēta secũdũ facultatē & potentiã domus: fructus tamē dotis, dum alimentantur in domo paterna, debeant esse fratrũ, seu hæredum patris: & quod dictũ est de filiabus intelligatur de neptibus natis ex filijs, seu filiabus maritatis & dotatis: Et idem iuris esse volumus in filiabus & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus nō est cōstituta dos per patrē vel auũ in sua vltima voluntate; dũmodo frater germanus, siue patruus, sit paratus, cũ effectu dotare sororē, seu neptē ipsam de paragio, secundum conditionē illorum de domo sua, & facultatem patrimonij: alioqui succedant dictæ mulieres cũ masculis, prout iura disponũt. Quæ Filiæ vel neptes ab vna ex predictis personis dotatæ, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare, in casibus supradictis nec matri, nec auiæ ab intestato succedant.

De successionibus ab intestato.

Cap. 145.

Gloss.

Statutum hoc cum præcedente c. 141. excludit fœminas à quocunq; etiam extraneo, & in eis

ris non nominato dotatas, vt tenuit Rota in Roman. hæreditatis de Sellis die 1. Iulij 1598. Contrarium quod excludantur solum à nominatis tenent allegati per Cephal. in cons. 298. nu. 93. & sequen. lib. 2. pro quibus facit quia in alia Romana hæreditatis coram Illustrissimo D. Mellino die 15. Maij. 1594. fuit resolutũ statutum c. 141. & 145. excludens filias fœminas, & neptes ab hæreditate Patris, Aui, Matris, & Auiæ, non obstare sororibus quominus possint simul cum fratribus succedere in hæreditate Auunculi; quia eas statuta illa ab hæreditate Auunculi non excludunt, & statuta exclusiua excludunt solum personas in eis expressas ab hæreditate personarum expressarum. Bald. Aluar. & Card. Alex. in c. 1. §. quia etiam in tit. episc. vel Abb. Bald. in l. illam. nu. 4. vbi Castren. Alex. & alij. C. de collat. Corne. cons. 82. nu. 9. lib. 4. Decius cons. 621. Decian. in cons. 13. nu. 16. & 17. & cons. 60. nu. 36. & sequen. lib. 3. Corne. cons. 61. nu. 3. lib. 4. Dec. cons. 451. n. 8. & coram Cardinale Pamphilio in Romana successionis die 2. Iunij 1595. & ideo non comprehendit Patruum magnum, vt in d. decisione.

Nec propter identitatem, vel maioritatem rationis extenditur ad personas non expressas; quia attenditur solum illa ratio in personis expressis. Dec. d. cons. 451. num. 9. & 10. cons. 569. nu. 2. & sequen. cons. 589. & 688. num. 1. & sequen. cum sequitur Decia. in d. cons. 13. num. 29. & in d. cons. 60. nu. 40. lib. 3. & Rota coram Illustris. Mellino vbi supra distinguit duos casus; & nihil allegat; pro istis multa adduxi in Spoletana successionis ab intestato.

Statutum exclusiuum aufert beneficium. l. hac editali. C. de secundis nuptijs. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, n. 107. in fine. C. de reuocan. donat. Rolandus. cons. 95. nu. 20. lib. 3. Rimin. Iunior. cons. 47. num. 40. Surdus decis. 8. nu. 14. & 26. postquam id reuocauit in dubium sub nu. 2. & sequen.

Fuit aliquando dubitatum an per huiusmodi statutum sit sublatum statutum reformans dotes ad scut. 4500? ita vt in maiori summa possint constitui? Et quod sic suadent verba confirmationis supra in princ. posita ibi: Nos vero volentes &c. & quoties statuentes loquti sunt de dotibus, semper vsi sunt verbis generalibus, & indefinitis, vt in c. 8. 131. 132. 133. 134. 136. & 137. lib. 1. & in c. 138. 139. 141. & 145. dicunt Puellas debere dotari secundum conditionem domus, & facultatem patrimonij, & congrue, & de paragio; non autem secundum antiquas reformationes vsq; ad dictã summã scut. 4300. pro hoc facit. & c. 85. eodem lib. 1. alioqui succedant mulieres cum masculis &c. quomodo hoc intelligatur tradit Rota diuers. in decis. 538. & 540. par. 1. vbi stante statuto exclusiuo firmatur dos, deberi si matrimonium sequatur, & sic sub conditione, vt antea non possit dici indotata, & petere admitti cum masculis; vt in dictis decisionibus; & in tract. meo de conditionibus par. 2. c. 6. quæst. 1. nu. 72.

An autem hoc statutum excludat sub modo, vel sub conditione: & dic sub modo; per dictionem illam, dummodo cum effectu sit paratus dotare, vt declarat Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. num. 2. & 4. ff. de condit. & demonstr. Rota in nouis decis. 231. Ruy. in cons. 215. num. 16. lib. 1. & in cons. 20. nu. 1. lib. 2. Berous quæst. 99. dixi in tract. de condit. par. 1. c. 89. num. 26. & c. 95. nu. 4. & in terminis huius statuti ita firmat Gabr. in cons. 5. nu. 2. lib. 1. & in cons. 4. & 139. lib. 2. & hoc statutum dat facultatem excludendi sorores, seu nepotes per dotationem; et illas admittendi si requisiti negauerint eas dotare; vt probat Gabr. in d. cons. 5. lib. 1. in d. cons. 4. & in d. cons. 139. lib. 2. An autem dotatæ possint agere ad supplementum, & dic vt supra. c. 141. vide Rotam diuer. in decis. 760. par. 1.

Hoc statutum videtur conformis iuri communi: ex quo fouetur magis agnatis, quam cognatis, vt notat Salicet. in l. fratres. nu. 4. C. de inoff. testam. Verum hoc procedit in statuto præferente agnatos cognatis, vt notat Dec. in cons. 13. num. 7. & declarat Curtius Iun. in cons. 9. num. 3. & 4. Vrsillus ad Afflictum. in decis. 226. nu. 9. & 11.

An autem hoc statutum excludens fœminas propter masculos sit fauorabile, vel odiosum. Et sunt opiniones; & quod sit fauorabile notat Brunus super simili statuto artic. 3. nu. 5. Alciatus in cons. 717. nu. 2. Afflictus in constit. Regni. rubr. 23. de success. filiorum. nu. 11. & 12. lib. 3. Soccin. Iun. in suis communibus in verbo, statuto, quod stantibus Berous in cons. 14. n. 9. lib. 2. Menoch. in cons. 3. num. 25. lib. 1. Bursatus in cons. 52. num. 9. & 10. & in cons. 76. num. 28. lib. 1. & in cons. 93. nu. 7. lib. 1. & in cons. 208. nu. 5. lib. 2. Rota diuer. in decis. 240. num. 30. par. 1. Quod autem sit odiosum, & iuri communi contrarium firmat Corne. in cons. 246. nu. 6. lib. 2. Decius in cons. 261. num. 4.

cons. 31.

cons. 31. num. 6. Curt. iun. in cons. 110. num. 8. Rot. diuer. in decis. 191. nu. 3. & seq. par. 2. addentes ad Matthes. sing. 119. nu. 73. & 74. contrarium. Et quod sit contra naturalem æquitatem notat Anchar. in cons. 27. Bald. de statutis in verbo, æquitas, Brun. vbi sup. artic. 4. Natt. tract. famil. quæst. 1. nu. 16. Orian. de interpret. statuti. nu. 34. Quod etiam sit odiosum not. Berous in cons. 54. num. 6. lib. 2. Anchar. iun. quæst. 66. nu. 17. lib. 2. Menoch. in cons. 95. nu. 19. Quia in successionibus æqualitas est seruanda, Bursatt. in cons. 93. nu. 31. lib. 1. Sed istæ contrariæ opiniones possunt ita conciliari, quod scilicet sit fauorabile quoad masculos, & odiosum quoad fœminas. Alciat. in cons. 60. num. 11. & 12. & cons. 71. nu. 7. Menoch. de recuper. remed. 1. nu. 34. Cepha. in cons. 278. num. 106. & 108. lib. 3. Vrsill. ad Afflict. in decis. 226. nu. 11. Bursatt. cons. 93. nu. 7. lib. 1. Rot. diuers. in decis. 376. nu. 4. & 5. par. 1. Quod autẽ valeat, late notat Brun. super statuto fœm. exclus. huic nostro simili. artic. 1. quæst. 1. Socc. sen. in cons. 5. num. 2. lib. 1. Et potissima ratio statuti huius est fauor agnationis, & vt bona conseruentur in familia, Aret. in cons. 1. col. 1. & in cons. 19. in princ. Alex. in l. 2. §. Prætor. num. 9. vbi Dec. & Ias. ff. de in ius vocan. Alex. in cons. 8. nu. 2. & 9. lib. 1. Dec. in cons. 227. nu. 6. Soccin. in cons. 30. nu. 6. & cons. 31. lib. 1. Brun. vbi sup. artic. 3. Curt. sen. in cõs. 51. col. 1. Curt. iun. in cons. 87. nu. 5. Tiraquel. de nobilitate. c. 37. nu. 123. vbi dicit conseruari honorem familiæ per masculos, Menoch. in cons. 95. nu. 60. lib. 1. & in cons. 150. nu. 33. lib. 2. Gabr. de statutis conclus. 5. & 6. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 226. nu. 9. Bursatt. in cons. 93. num. 8. lib. 1. Et est principaliter introductum fauore priuato; secundario fauore publico, nec potest dici prohibitiuum, Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos, quæst. 24. nu. 15. & 20. & seq. C. de reuo. donat. Brun. artic. 1. quæst. 1. num. 7. Et est fundatum super media iurisprudentia, ita Camillus Gallinius tract. de verb. signif. lib. 8. c. 12. num. 25. Sed hoc statutum & simile est strictè intelligendum, nec ampliari, vel restringi aliquo modo debet, Soccin. sen. in cons. 150. nu. 26. & seq. lib. 1. Curt. sen. in cons. 35. nu. 23. Et non extenditur ad personas non nominatas, Alciat. in cons. 479. nu. 24. Bursatt. in cõs. 208. nu. 19. lib. 2. Rota diuer. in decis. 686. num. 1. par. 1. & quod inducit hoc statutum potest inducere etiam consuetudo familiæ. Alciat. in cons. 199. numer. 57. Arnon. sing. 26. Tiraquel. de primog. quæst. 16. & hoc statutum ligat etiã clericos, Tiraquel. vbi supra quæst. 43. nume. 5. & sequen. & la more fuisse 3. par. declar. 8. ad finem; res est dubia Rota diuer. in decis. 295. num. 12. par. 1. sed est clara in statuto Vrbis, quia sunt statuta Papalia. Rota diuer. in decis. 452. par. 1. & Iudeos. Brunus artic. 6. in princ. primo memb. q. 3. nu. 41. Gregor. Natta super simili statuto, quæst. 2. nu. 105. Soccin. Sen. in cons. 6. nu. 11. & cons. 71. col. 1. & 2. lib. 1. Tiraquel. de primog. quæst. 66. num. 1. & 27. Roland. in cons. 35. num. 35. & 40. lib. 2. Bursatus in cons. 182. num. 5. lib. 2. Licèt succedant secundum legem Mosaicam, si ea adsit. Suarez, in verbo, Iudeus. Bursatus d. cons. 182. numer. 3. lib. 2. Nam Iudei comprehenduntur in omni dispositione, Paris. in cons. 2. num. 9. lib. 4. Natta in cons. 621. Rolan. vbi supra. Corn. in cons. 180. num. 13. lib. 2. Fely. in c. Iudei. il 2. nu. 3. vers. extra glosam. de Iudeis. & procedit tam in successione laici, quam clerici, & etiam Cardinalis, vt in terminis notat Roman. in sing. 446. & ibi adde. Signor. in cons. 166. col. 2. Tiraquel. de primog. quæst. 45. numer. 1. & 2. Brunus artic. 8. quæst. 2. opiniones contrarias recitat Bursatus in cons. 93. num. 16. 36. & 37. lib. 1. Non autem habet locum in bonis ecclesiæ. Barbat. in cons. 4. col. 6. & in cons. 14. num. 2. lib. 2. quia statuta laicorum non comprehendunt bona Ecclesiæ ex communi. Bursatus in cons. 132. num. 7. lib. 2. Nisi respectu vtilis dominij, quoties essent emphyteotica, Bald. de statutis in verbo succedere, nu. 5. & num. 24. Alex. in cons. 9. numer. 2. lib. 5. Brunus artic. 8. quæst. 2. num. 3. et quæst. 22. num. 3. & 4. Soccin. Iun. in cons. 71. numer. 1. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu 180. num. 9. & supra cap. 122. Habet etiam locum in successionibus forensium respectu bonorum hic existentium. Alba in cons. 35. num. 5. Ceph. in cons. 309. num. 60. lib. 3. Bursatus in cons. 198. num. 42. & 43. lib. 2. Rota diuer. in decis. 304. nu. 3. par. 1. sed quando agitur inter forenses de hereditate forensis de bonis sitis in vrbe, tunc attenditur ius commune, non autem dispositio statuti loci prætendentium succedere, nec statuti huius & si vbiq; adsint statuta conformia excludentia fœminas, ita tenuit Rota in pluribus causis, & vltimo loco in Ciuitatis Castelli hereditatis die 19. Maij 1606. coram R. P. D. Ludouisio quia statutum loci prætendentium excludere fœminas non porrigit affectum suum ad bona sita in vrbe. Bart. in l. cunctos popu-

populos.quæst.7.nu.73. vbi Bald. num.9.C. de summa trinit. & fide cathol. Lapus allegatione 91. cum alijs allegatis in d.decisione. Et statutũ Vrbis excludens fœminas non comprehendit forenses, Alex.in cons.44.nu.15. lib.5. Ias. in cons.80. nu. 9. lib.3. & alij allegati in d.decisione, Rot.diuer.in decis.304.num.6.& per totam.par.1.& in decis. 295. par.1.& in decis.104.nu.8.par.1. Præsertim quia loquitur circa personas, Rot.diuer.in decis.404.nu.1.par.1.& 580.

Et non excludit filiam à successione Patris propter patruum nisi hoc dicat expressè, Socc. in cons.55.num.1. lib.3. Rot.diuer.decis.790. nu.3.par.1.Gabr.in cõs.5.in princ. lib.1.sed hoc nostrum statutum hoc dicit expressè ergo illam excludit, etiam propter patruum. Et procedit hoc statutum etiam in successione iurispatronatus, Aruon.in singul.607.Tiraquel.de primog. quæst.36.nu.2.Brun.artic.8. quæst.24. Sed nõ habet locum in feudalibus contra tenorem inuestituræ, Paris.in cons.12.nu.39.lib.1.Brun.d.artic.8.q.23. Rolan.de lucro dotis.quæst.54.n.2. Bursatt.in cons.132.nu.48.lib.2. Nec minus in bonis emphyteuticis conductis pro se,& suis, Bald.de statutis,in verbo,succedere,nu.5.sed cõtraria est verior, Didac. in c. raynutius. §. 2. nu.2.de testamen.Bero.in cons.65.nu.15.lib.2.Clar.§.fin.quæst.32.Anchar.moder.in q.65. nu.10.& 11.lib.2. Nisi fuisset suscepta pro se, & hæredibus, Brun. d.artic.8. q. 22. Bero. in cons.93.nu.29.lib.1. Non habet etiam locum in prouisione legis hac edictali C.de secun.nupt. cum non sit successio, Brun.d.artic.8.q.29.Nec in iure representationis, Rot.diuer.in decis.708 nu.3.par.1. Nec in successionibus Illustrium personarum,& Principum in casibus in quibus fœminæ possent succedere, Brun. artic.6.1.mẽ. q.7.nu.47.

Relictis filijs masculis, seu filio masculo &c. Hoc statutum si loqueretur per solum verbum pluralis numeri, nihilominus verificaretur etiã in vno, Bald.in l.1.nu.1. C.de condit.insertis, Brun.artic.12.q.13. Tiraquel.in l.si vnquam. in verbo, susceperit liberos, nu.290.C.de reuoc. donat.sed masculi debent adesse de tempore delatæ successionis, Brun.artic.12.q.32. Alba. in cons.106.nu.10.

Vel Nepote ex filio &c. Idem esset si non dixisset, quia extenderetur etiam ad Nepotes masculos ex filio, Ias.in l.qui se patris. nu.57. C.vnde liberi, Dec.in l.venia.nu.6.C.de in ius vocan.Mar.sing.303.nu.3. Tiraquell.de primog.q.4.nu.49. Gabr.de verb.signi.cõcl.1.nu.19.& 20. & habet locũ ẽt cõtra filias fratrum præmortuorum, Rot. in Roman.hæreditatis de Capranica coram Card. Seraphino 23. Ianuarij 1581. Viuius opinione 869.statutum excludens sorores.nu.2. & 3.& vide infra c.146. ver.sorores respectu, sed masculi naturales, vel spurij hoc statuto non comprehenduntur, Brun. artic.12.q.3.& artic.6. q.5. Bursatt.cons.98. nu.14.lib.2.de quibus supra.c.143.Legitimati per subsequens matrimonium comprehenduntur, Dec.in cõs.155.nu.4.Tiraquell.de primog. q.34.nu.59. Duen. reg.350. filius naturalis. ampliat. 15. Gabr. de legitimatione concl. 1. nu.34. Menoch.in cons.14.nu.1. Arrogati & distingue, vt per Brun.art.12.q.1.& quod nõ, dicit Ias.in l.2.§.prætor.nu.13.ff.de in ius vocan. Cassan.in consue.Burgun.rub.7.§.12.nu.5.Secus si sint arrogati ab auo materno, Bero. in cons.14.nu.2.lib.2.Adoptati pariter masculi non comprehenduntur hoc statuto, Rip.in l.ex facto §.si quis rogatus. il 1.nu.32. ad Trebell. Tiraquell.in l.si vnquam. in verbo, susceperit, nu.11.C.de reuocã.donat.& de primog.q.84. nu.5. Legitimatus per rescriptum ad instantiã patris, an comprehendatur, & sunt opiniones. Affirmatiuam tenet Bald. in l. eam quam. nu.42. C.de fideicom. Ang. §.1. Auth.quib.mod. natur.effic.legitimi, Alex.cons.2. nu.11. lib.2. Dec.in cons.193.cons.258.cons.275. Gozzad. cons.6.nu.3. Paris.cons.2. nu.12. lib.2.& alij multi, Tiraquell.vbi supr.nu.65.& 82.si fuit in legitimatione expressum, Ceph.cons.117.nu.20.lib.2. Brun.artic.12.q.3.& 4.nu.16.Valent.Forster.de success.ab intest.lib.6. c.37.nu.11. & fortius nu.34. Negatiuam tenent multi relati per Brun. d.q.3.in princ. Dec.in cons.51.per totum. cons.365. cons.383. cons. 342. Mißing.obseruat.26.cent.3.Capic.decis.194 nu.6. Vrsill.ad Afflict. decis.386. nu.1. Ceph. in cons.278.nu.4.lib.1. Valent. vbi sup.n.19. & 35. Et in proposito nostri statuti ita est dictũdum, quia loquitur per verba naturalia ibi. seu filio, vel nepote ex filio masculo, vt per Curtiũ sen.in cons.13.col.1. Nam dictio, ex filio &c. denotat causam immediatam. l.1. §. ex incendijs. ff.de incend. l. ex hoc . ff.de iustitia & iure, Surdus cons.1. num.19.Ceph.in cons.330. nu.39.& 40.lib.3. Decia.in cons.3.nu.27.lib.1. Rot.coram Illustriss. Pamphilio in Maceraten. fideicommissi 20. februarij 1598. vt alios non comprehendat. Sed communi iure inspecto legitimati ad instantiam patris per rescriptum

scriptum Principis in successione intestati adæquantur legitimis §.liceat.Auth.quib.mod.natur.efficia.sui.c.3.Dec.in cons.258.& cõs.315.nu. 7. & 8. et alÿ alleg. per Valent.Forster. de success.ab intest.lib.6.c.38.per totum. Massulus etiam clericus hoc statuto vtitur, vti laicus. quicquid dicat Matthes.sing.110.quia communis est in contrarium, vt firmat Alex.in cõs.41 nu.3. lib.7. Dec. in cons.282. in fine, Cott. in verbo, Clerici ligantur, addentes ad Matthes. vbi supra nu.7. Brun. artic.12. q.11. quod in omnibus religiosis capacibus tradit Afflict. in const.regni.rub.23.de success.filio.q.15.nu.58 & 59.lib.3. Tiraquell.de primog. q.44.nu.7. & 8. Bursatt.cons.93.nu.27.lib.1.Roma.sing. 446. Brun. artic.8.q.2. Banniti, & Deportati an hoc statuto vtantur? & quod non. dicit Bal. in l.Gallus. §.& quid si tantum. nu.3. ff.de liber.& posth.Brun.artic.12.q.5. Nell.de bãnitis.1.par.2.temporis.q.37.nu.37. Alciat. in cons.58.nu.10. Nec fiscus eorum loco succedit, nec fœminas excludit, Brun.d.q.5.nu.5.Et hęc cõclusio procedit in omnibus alÿs masculis incapacibus, Bald. in cons.3. nu. 2. lib.4. Bart. in l.1.§.qui habebat.nu.5. ff.de bon. possess.contr. tab. Corn. in cons.75. nu.6.lib.1. Dec. in cons. 296.nu.5.& in cons.505.nu.4.Brun.artic.12. q.5.nu.1.Grammat.decis.63.nu.10.Tiraquell. in l.si vnquam.in verbo, susceperit, nu.125. C. de reuocan.donat. Gabr.de statutis.conclus.4. nu. 22. Et filio exhæredato à patre extraneis institutis, fœmina per exhæredatum non excluditur, Bart.in l.3.§.si pater.col.2.ff.de coniug. cum emancip.liber. Alex.cons.19.nu.1. lib. 1. Brun. artic. 12. q. 6. Afflict. in const. Regni. d.rub.23.nu.10.in fin.lib.3.Immo eo casu filia præterita poterit dicere testamentum patris nullum, si extranei fuerint instituti, Dec.in cons. 296. nu. 6. & in cons. 383. nu. 4. Brun. artic.10.q.4.princ. in 2.memb.Insuccessibilis ex facto suo qui renũciauit an excludat fœminas? dic, vt per Brun.artic.12.q.7. Socein. sen.in cons.35.nu.16.lib.4. Brun. artic. 10. q.2. Tiraquel.de primog.q.24.nu.22. Afflict.vbi supra.nu.29. Mar. sing.361.Socein.in cõs.114. lib.1. Et vbi non extant masculi tẽpore mortis qui excludant fœminas cessat exclusio fœminarum, Dec.in cons. 364. nu. 3. & in cons. 451. nu.4. Menoch. in cons.111.nu.61.lib.2. Nam ad exclusionem fœminarum vigore statuti huius requiritur aditio masculi, Alberic. de statutis.lib.2.quæst.105. Corn.in cons.96.nu.12. & in cons.134.nu.3.lib.2. Tiraqu.de exiguis. ver.83. Gabr.in cons.5.lib.1.& in cons.4. & 139.lib.2. Sed quod transmittatur, not. Castr. in l.fin. nu.3.ff.de acquir.possess.Alex.in cons. 20. nu.4.lib.1. Ias.in l. si arrogator. nu.18.ff. de adopt. Dec. in cons. 331. nu.6.Brun.artic. 13.q.6. Soccin.regu.217. hæres suus. limit.6. Crauett.in cons. 185. in fin. Gabr. de statutis. conclus.4. nu.23. Sed si voluit masculus fœminas admitti succedent cum masculis, ita dictat statutum, & negãdo eas dotare, easdem ad successionem admittit, Gabr. d.cons.5. lib. 1.cõs.4. & cons.139. lib. 2. & ita dictat statutum ibi. alioqui succedant &c.

Quæ filiæ &c. hoc statutum etiam quod nõ dixisset, quod filiæ dotatæ nec matri nec auiæ succedant, prout dicit in fine, Nihilominus cõprehenderet successionem matris, nisi restringeretur ad lineam masculinam, Laurus de statuto nu.33. Brun.artic. 8. q. 14. Sed non comprehendit successionem transuersalium in statuto non expressorum, Brun. artic. 5. q.13. & artic.8.q.19. Ias. in §.actionum. nu. 22. Instit.de actio. Abb. in cons. 98. nu.2. Gabr. de statutis.concl.7.nu.36.Menoch.in cons.3.nu.9. lib.1. & si proueniat ab ascendente, Brun. artic.6.q.2.memb.2.nu.48. artic.8. q. 18. Menoch.vbi sup.& in cons.160.nu.4.lib.2.& non excludit ab hæreditate non dotantium, hoc est si non sit dotata ab vno ex nominatis in statuto, Brun.artic.8.q.16.Alciat.cons.57. per totum, Gabr.de statutis.conclus.5.nu.10. & 11. Bursat.in cons.208. nu.10. lib.1. & dixi in princ. huius capitis, vel non sint parati dotare, Brun. artic.7.q.16.nu.22. Et dicuntur parati dotare ad effectum excludendi, eo ipso quod non cõstat de contrario: Nam adeundo censentur se oneribus statuti obligasse, Roma.in cõs.261.nu.24. & 32. Rot. in Balneoregien. bonorum. 16. Maÿ 1594. coram Card. Pamphilio. quod idem dicit Gabr. in d.cons.5.lib.1.Dec.in cons. 26.nu.4. & hæc dotandi facultas trãsit ad hæredes ad hunc effectum, Ias. in l. cum viu. nu. 21.C.de transact. Brun.artic.13.q.6. & intelligitur hoc statuto fœminas esse exclusas à successione intestati ita dicit in fine, & ita debet intelligi si non dixisset Corn.cons.290.num.5. lib.3.Curt.sen.in cons.37.nu.12. Nam defunctus cui debet succedi, potest huic statuto fœminarum exclusiuo derogare, Bart.in l.fin. nu.4. vbi Ang. Decius nu.26.Ias.nu.21.C.de pactis, Alex. in l.stipulatio.hoc modo concepta.nu.24. vbi Crot. nu.10. ff.de verb. oblig. Boer. in consuetud.Gallię.rubr.des costumes.§.5.col.2.ver.

sed

sed quaero. Cassan.rub.7. §.12.num.1. Brunus, artic.6.quarto casu. q.13. & testari ad earum fauorem, vt in terminis Ancharan. consil.427. Alex.19.lib.6. Dec.466. num.6.

Et hoc statutum comprahendit etiam moniales per allegata supra de Clericis, & Castren. in cons.304.nu.4.lib.1. Abbas in c.quod Clericis. nu.40. de foro competen. Alciat.in consil.358. Soccin.cons.81.num.5.lib.1.Brunus art.6.q.2. n.36.Tiraquel. de primog.q.43.n.7.Bero.consil.42.n.5.lib.3.Alba in cons.98.n.1.Bursattus in cons.93.n.19.28.& 33.lib.1.et in cons.198. n.45.lib.2. maximè si sint factæ moniales ante delatam hereditatem. Alex.in cons.211.nu.9. lib.2.Brunus ar.6.q.2.n.36.Ruy.in cons.205. n.1.& 2.li.1.Sed cum statutũ hoc sit Papale indistinctè ligat etiã moniales, sicut laicas.Rota diuer.in dec.452.p.1.et hoc statutũ excludit quoad fœminas querelã inofficiosi ob præteritionẽ. Bar.in l.fin.§.fin.n.5.ff.ad Tertull.Bald.in cõsil.34.n.1.et in cõs.36.n.1. et in cons.328.li.3. Idẽ Bald.in l.maximum uitiũ n.10.C.de liber. & posthu.Alex.in cons.47.n.9.li.2. Rom.in cõs. 13.n.1.et 2. Dec.in cons.26.n.4.in cõs.106.Ranũ.sing.655.Capic.decis.176.n.2. Tiraq.de primog.q.53.n.22.Afflict.decis.158. vbi Vrsillus n.1.Bursat. in cons.36.n.2.li.1.declara vt sup. stantib. masculis volentib. fœminas excludere. Tiraq. de primog. q.53.n.24.& 36. et nu.43. Fœmina exclusa ad augendam legitimã fauore masculorum connumerantur in numero filiorũ. Myssing.obser.22.cent.4.Ias.in auth.nouissima n.47.& sequen. C.de inoff.testam.Butrius consil.39.num.3.Brunus art.13.q.3.recitat quinque opiniones. Tiraquel. de retract. lignagier §.1.glo.8.num.15. Alciat.in cons.479.nu.12.

Alimenta congrua quæ dicantur notat Crauetta, in cons.189.nu.9.& 10.Cummia in ritibus magnæ Curiæ.c.38.nu.102. & appellatione alimẽtorũ quid veniat, notat latè Rolã.in cons. 22.n.1.li.1.Cumia.vbi sup.nu.71.& sequen.

Mora ad effectũ excludẽdi fœminas vigore huius statuti põt purgari, Afflictus in dec.159. n.2.et vt mora currat debet præcedere interpellatio fœminæ Afflictus.in dec.370.n.7.et in constit.regni.Rubr.23.de succes.filiorũ.n.30.lib.3. Brunus art.6.q.11.Gab.in d.cons.5.lib.1.& in cons.4.& 139.lib.2.in terminis huius statuti.

De successione fratrum. Cap. CXLVI.

DEfuncto fratri sine filijs ab intestato, germani fratres, tàm vtrinque coniuncti, quàm ex patre tantum, illorumq; filij masculi in stirpes simul succedant, exclusa matre; præterquã à legitima: & ij siue omnes succedant, siue ipsorum aliquis, excludant etiam sorores & amitas, etiam vtrinque coniunctas respectiuè, dummodo dictæ sorores, & amitæ congruè dotatæ existant, vel eas fratres & nepotes similiter congruè dotare parati sint. In illius autem bonis maternis succedant, prout ius commune disponit.

De successione fratrum. Cap. 146. Gloss.

Quid si defuncto fratri ab intestato non supersint Germani fratres, sed solũ fratrum filij, an & inter ipsos sit facienda diuisio in stirpes; & quod non suadent verba illa, simul succedãt, hoc est Germani fratres illorumq; filij masculi in stirpes simul succedãt defuncto fratri; hoc.n. statuto deciditur illa difficultas iuris cõis, quæ cõtrouertitur apud Doct. An scilicet filij repræsentent personã patris in hereditate patrui prædefuncti, vt vna cũ patruo superstite in ea succedant; non.n.dubitatur repræsentare patrẽ in hæreditate aui.l.cũ filius, vbi Aret.inst. de hered. quæ ab intest.defer.et quidẽ in stirpes, vt in d.§. Controuersia illa, ab hoc statuto sublata, ortũ habuit à Glossa, in l.cũ ita.§.in fideicom.in verba proximo ff.de leg.2. Dec.in cons.412.nu.6.& 480.n.9.& 10. Curtius Iun.cons.22.num.9.

Quando extant solum filij fratrũ; hoc est patrueles; est casus diuersus, quia omnes sunt eiusdẽ gradus, non autem diuersi, vt est casus huius statuti; vbi filij fratrũ concurrunt cũ patruo superstite, et ideo ob disparitatẽ gradus vult statutũ succedere in stirpes. Alius casus quando extãt solũ patrueles hoc statuto nõ deciditur, et sic remanet in disposit. iuris cõis, quæ extat firmatũ patrueles in capita succedere debere, vt extat de hoc Constit.Caroli V.et hæc fuit opinio Azzonis, et aliorũ quos refert, et sequitur Thesaurus in dec.162. per totã, et Rota coram Card.Blanchetto in Rom.iuris succedẽdi, die 10.Apr.1592.

Sorores respectu fratrũ defuncti fratris, Amitas verò respectu filiorũ fratrũ defuncti fratris, vt animaduertit Viuius opin.869.n.5.sed sub n.3.& 4.adducit Rotã in contrarium.Sed concurrẽtib. nepotibus cum patruo ad patrui defuncti hæreditatẽ; quod mihi uidetur de directo contra statutũ, quia excludit sorores respectu fratrũ, & Amitas respectu filiorum fratrum, non autem Neptes, vt non possit illa resolutio subsistere contra Neptes: Hoc statutum excludit Matrem præterquam à legitima contra ius.

Dec. in conf. 466. n. 5. Angel. conf. 26. n. 1. Duen. reg. 61. Sed valet. Anchar. in conf. 421. etiam si excluderet à legitima matrem. Angel. in conf. 104. n. 5. Alex. conf. 3. n. 8. et 9. lib. 7. Dec. in cõsil. 372. n. 4. et 466. n. 2. Gratus conf. 21. n. 21. Ratio statuti est fauor Agnationis. Alex. in consil. 132. lib. 6. Soccin. conf. 31. n. 2. lib. 4. Dec. in conf. 296. et 333. Caputaq. decis. 212. p. 3. & ea cessante cessat dispositio. Soc. conf. 35. n. 7. lib. 4. Dec. in conf. 296. n. 4. & 337. n. 2. & 383. nu. 4. Non excludit Matrē à bonis sitis extra Territoriū. Signor. conf. 166. Corn. in cõs. 162. n. 3. li. 3. Dec. in conf. 314. nu. 6. et supra c. 144. Brunus art. 5. q. 25. Sed per hoc statutum nõ dicitur exclusa à tutela. Bart. in l. 1. ff. de legit. tutel. Signor. conf. 2. Aret. in l. 2. n. 3. ff. de legatis 2. Brunus art. 5. q. 30. Dec. conf. 16. n. 2. Soc. cõs. 153. lib. 2. Vrsil. decis. 183. n. 5. Si statutum non dixisset præterquam à legitima, Tamen intelligeretur reseruata si nõ esset specificè exclusa. Bal. in conf. 452. et 453. n. 3. lib. 1. et in conf. 99. li. 4. Roman. in conf. 32. nu. 10. Alex. conf. 69. nu. 2. lib. 1. Dec. in conf. 299. num. 5. & conf. 303. Rolandus. conf. 62. n. 52. lib. 3. declara vt per Aret. in conf. 103. Alex. conf. 3. n. 8. conf. 168. nu. 3. lib. 7. Ruy. in conf. 51. n. 2. lib. 3. Hoc statutum non procedit in causa Testati. Anchor. conf. 407. Alex. 19. lib. 6. Dec. 466. Fulgos. conf. 48. nu. 3. Bald. conf. 216. lib. 3.

Vt possessio bonorum defuncti, in suos heredes continuata censeatur. Cap. CXLVII.

POssessio quorumcumq; bonorum testatorum, vel ab intestato defunctorum, in heredes suos tantum, præsentium Statutorum auctoritate continuata censeatur: Senatorq; & Iudices eosdem hæredes in possessione manutenere, & reducere iuris & facti remedijs opportunis, omnino teneantur.

Vt possessio bonorum defuncti, in suos hæredes continuata cēseatur. Cap. 147. Glos.

Super huiusmodi simili statuto multa scripsere Cassaneus super Consuetud. Burgun. & Tiraquellus in tractat. le mort saisit le viu, & talis possessio est manutenibilis Tiraquellus vbi supra in 7. declarat. 5. par. Nisi fuerit antea per alium naturaliter capta. Caputaquen. decisio. 199. num. 4. par. 2. Limita secundò, nisi à defuncto naturaliter tantum possidebatur, Imola. conf. 16. Iason. consil. 47. Corn. consil. 173. lib. 2. Rota in Imolen. bonorum coram Cardinale Pamphilio 10. Aprilis 1592. Limita tertio, nisi possessio fuerit apud defunctum ex causa ad suos heredes non transitoria. Alexander in conf. 153. num. 4. lib. 2. & Rota in Mediolanen. Bonorum, die 28. Martij 1594. Limita quartò non procedere in bonis emphiteuticis Rota vbi supra. An autem procedat inter Forenses? & dicit quod non; vt per Rotam vbi supra. An procedat in minore? & quod sic Tiraquellus par. 2. declarat. penult. & vltima. Gabr. conf. 36. num. 13. lib. 1. Contrarium videtur dicere Rota diuers. decis. 337. par. 2. & allegat. Tiraquellum in d. declaratione penultima in principio.

De noui operis nunciatione. Cap. CXLVIII.

SI alicui fuerit nouum opus nunciatum, vel opus in aliquo loco facere prohibitum, etiam si is, qui prohibitus est, satisdationem offerat de opere destruendo, in euentum, in quem constiterit eum iniustè ædificasse, vel aliud opus fecisse; sit in potestate nunciantis, vtrum velit dictam satisdationē recipere, vel infra sex dies vtiles, de suo iure probare, infra quos possit etiam is qui ædificare, vel opus facere prohibitus est, de suo iure docere, & suū opus iustificare. Quòd si actor infra dictum terminum aliquid non probauerit, vel plenè nō probauerit, reus ad cautionem prędictā admittatur, & in causa ad vlteriora procedatur.

De noui operis nunciatione. Cap. 148. Gloss.

Noui operis nunciatio fit, aut iuris nostri conseruandi causa; Aut damni repellendi; Aut publici iuris tuendi. Nunciamus autem; quia ius aliquod probibendi habemus, vel vt damni nobis infecti caueatur ab eo, qui fortè in publico, vel in priuato quid molitur; aut etiam si quid cõtra leges edictaue Principum, quæ ad modum ædificiorum facta sunt, fiet, vel in sacro, vel in loco religioso, vel publico, ripaue fluminis: quibus ex causis & interdicta proponuntur. lege secunda, §. nunciatio. vbi glossa, & Doctor. ff. de oper. nou. nunc. Et Sextus Pedius noui operis nunciationis triplicē esse causam affirmat, Naturalem, Publicam, vel Imposititiam. Naturalem, cum in nostras ædes quid immittitur, aut in nostro ædificatur. Publicam, quoties leges, vel senatusconsulta, consti-

constitutionesq; Principum per noui operis nunciationem tuemur. Impositiuam, cum quis, posteaquam ius suum deminuit, alterius auxit: hoc est, posteaquam seruitutem ædibus suis imposuit, contra seruitutẽ fecit. l. de pupillo. 5. §. Sextus, vbi gloss. & Doct. ff. de oper. noui nunc. & in §. sed etsi, & in §. meminisse.

Opus autem nouum quis facere videtur, Aut ædificando, aut detrahendo aliquid, quod pristinam faciem operis mutet l. 1. §. opus. vbi Doct. passim. ff. de operis nou. nũc. et hoc edicto permittitur, vt siue iure, siue iniuria opus fiat, per nunciationem inhiberi: deinde remittetur inhibitio, eatenus quatenus probibendi ius is, qui nunciauit, nõ haberet. l. 1. in princ. vbi gl. 1. et alia seq. & Castren. post alios ff. de operis nou. nunc. Et cõpetit aduersus opera futura; nõ aduersus præterita; hoc est aduersus ea, quæ nondũ facta sũt, ne fiant. d. l. 1. §. hoc autem. vbi glo. Bart. in princ. & cæteri scribẽtes. ff. eod. Et nunciãs nouũ opus non habet necesse prætorẽ adire. l. 1. §. nũciatio. vbi glo. et Bart. ff. eod. Nã per manũ, hoc est per Lapilli iactũ nouum opus inhiberi potest. l. de pupillo. 5. §. meminisse. vbi glo. et Doct. ff. eod. Qui autẽ simplici verbo nunciat possessionẽ amittit, si eã habet; Si verò per Prætorẽ; vel per Lapilli iactũ non vtiq; d. §. meminisse. vbi glo. et Doct. & l. 1. §. in operis, vbi glo. in verbo. aduersariũ. et Castrẽ. post alios. ff. eod. Benè põt Prætorẽ adire pro nouo opere nũciando. d. §. meminisse. Sed aliter opere nũciato debẽt litigatores sese Prætoriæ iurisdict. cõmittere. l. 1. §. et post. ff. eod. Cõtradicit glo. ibi in uerbo, cõmittunt declarãdo, idest cõmittere possũt. et ita notat ibi Bar. in 1. notabili.

Verum hoc edictũ non datur, si quis non nouũ opus, sed vetus fulciat. l. 1. §. si quis ædificiũ, vbi gl. in verbo, fulciat, et in uerbo, ne possimus, Bar. et alij in princ. ff. de oper. nou. nũc. Nec minus, si quis Riuos; aut Cloacas purget, vel reficiat. l. de pupillo 5. §. si quis riuos. vbi glo. in verbo, Cloacas, in verbo, reficere, et aliæ seq. et Bart. et alij ff. eod. l. Seruius. 3. §. si quis riuũ. ff. de Riuis. l. 1. §. si quis purganti. ff. de Cloacis. Nec minus accõmodatur, si in re mobili opus fiat; nam datur solũ si in re soli opus fiat. l. 1. §. hoc autẽ il 2. & ibi glo. in verbo, cõiuncta, in verbo ad ea opera, & in verbo, in solo. Bart. in princ. et cęteri vẽs. ff. de operis noui nunc. Minus accomodatur, si in re cõmuni opus fiat, nam Socius Socio opus nouũ nunciare non potest; nisi nomine proprio faciat. l. in prouinciali. 3. §. 1. & §. quod si socius. ff. de oper. nou. nunc. est enim huius edicti beneficium extraordinariũ; & ideo non cõpetit nisi in subsidiũ, & ideo cessat vbi habet locũ ordinarium cõmuni diuidundo; vt hic: d. l. in prouinciali, vbi glo. in verbo, quia possim: et Doct. in princ. ff. eod. Et generaliter Prætor ab hoc edicto cætera quoq; opera excipit, quorum mora periculũ aliquod est allatura. Nã in his contemnendã putauit operis noui nunciationẽ. l. de pupillo. §. si quis riuos, ibi præterea, & ibi: Toties, vbi glo. in verbo, periculũ declarat de cuius periculo sit intelligendũ. & Bart. in princ. ff. de operis nou. nunc. Et nuncians debet iurare de calũnia corã Iudice parte petente. d. l. de pupillo. 5. §. qui opus. vbi glo. in verbo, nuntiare, et Bart. ff. eod.

Et hoc edictum cõpetit ei ad quem pertinet res ipsa. l. 1. §. iuris nostri. ff. de oper. nou. nunc. vbi glo. et Castrẽ. ff. eod. siue consistat in Dominio, siue in seruitute. l. vnica. §. ius is habet. ff. de remissionibus. Itẽ Fructuario loci nomine domini. d. l. vnica. & l. 2. & l. 1. §. fin. ff. de oper. nou. nunc. l. inter seruiẽtes. 14. in fin. ff. de seru. vrb. præd. l. etsi fortè. 6. §. fin. ff. si seruit. vindic. Itẽ superficiario, qui habet vtile dominiũ l. in prouinciali §. si ergo. & ibi Bar. ff. de oper. nou. nũc. Item pupillo tutore authore l. de pupillo. vbi glo. magna. & in verbo, tutore, ff. eod. Sed non cõpetit vno ex socijs. d. l. de pupillo. §. si pluriũ, quia potest vni competere, & alijs non. d. §. si pluriũ. vbi glo. & Bart. ff. eod. Verum si in publico aliquid fiat, omnes Ciues opus nouum nunciare possunt. l. 3. §. fin. vbi gloss. in verbo, omnes Ciues, & in verbo, nam reipub. & Bart. ff. de oper. nou. nunciat. & l. quarta ff. eod.

Nunciatio autem fit cuilibet præsenti, adeo vt etiã fabris, vel opificibus, qui eo loci operantur opus nouũ nunciari possit; et generaliter cuicũq; qui in re præsenti fuit Domini operisvè nomine. d. l. de pupillo 5. §. nunciationem. vbi glo. in verbo, nunciationem factam, & Bart. ff. de oper. nou. nunc. l. etsi 7. §. ff. eod. & l. cuilibet. 11. ff. eod. & sufficit vni nunciatum esse; & nocet omnibus. d. l. de pupillo. 5. §. si plurium. vbi gloss. & Bart. ff. eod.

Et quia nunciatio est in rem, non in personã. l. operis 10. cum lege sequen. ff. de oper. nou. nunc. l. is cui. 23. §. quia nunciatio. ff. eod. sufficit ideo cuicumq; & furioso, et infanti factam fuisse; hoc est cuilibet intelligenti veluti fabro facta, infantem, & furiosum tenet, item absentem, inuitum, & ignorantem. d. l. operis, 10. & l. 11. & l. 1. in fine, §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. & vbique gloss. & potest fieri omnibus diebus, d. §. nunciatio. vbi gloss. in verbo, omnibus, & Bart. in princ. ff. eod. & debet fieri in ipso opere et

& in loco, vel locis vbi opus vel opera fiunt. l. de pupillo. §. nunciationem. & §. si quis forte. & vbique glossæ. & Doct. & §. si in pluribus locis. vbi gloss. ff. eod. Post factum opus frustra fit nunciatio, nisi sit tantum inchoatum nõ perfectum. l. 1. §. 1. vbi gloss. & Bart. ff. de oper. noui nunc. l. Prætor ait 20. §. siue autem. vbi Paul. de Castro. ff. de oper. noui nunc. & ideo qui opus nouum nunciat, in testationem referre debet, si quid operis iam factum est l. non solum. 8. §. qui nouum opus, & §. sed vt probari. vbi glos. Bart. & Paul. de Castro. ff. eod. Et in quo loco. d. l. de pupillo. 5. §. qui nunciat. vbi gloss. & Bart. ff. eod. & qui nunciat nomine alieno tenetur cauere de rato. d. l. 5. §. qui procuratorio. declara vt in gloss. in verbo, satisdabit. Nunciatio enim iã facta finitur morte nunciantis. l. 8. §. morte, quia ex parte nunciantis est in persona. gloss. & Bart. in d. §. morte. Alienatione d. §. morte, itẽ morte, & alienatione nunciati d. §. morte, vbi gloss. & Bart. ff. de oper. noui nunc. Item finitur si lis intra annum non sit finita. l. vnica. C. eod. Sed in Curia Capitolij instantia est biennalis. vt supra c. 81. Finitur si per Prætorem opus nouũ nunciatum fuit; deinde prohibuerit. l. si opus. 16. ff. eod. nam per secundam interlocutoriam contrariam primæ, censetur à prima recessum. d. l. si opus. vbi Paul. de Castro. in 1. notab. Item trãsactione. l. 1. §. inde quæritur. Est enim hoc edictum inductum principaliter in fauorem priuatorũ; ideo super ipso potest pacisci. Bart. in d. §. inde quæritur. ff. eod. Finitur etiam cautione præstita de opere demoliendo, eo casu quo non rectè fuerit nec iustè ædificatum. l. de pupillo. 5. §. si is cui. l. non solum 8. §. si cum possem. l. stipulatio 21. ff. de oper. noui nunc. & vbique Doct. l. si alius 7. §. remissione ff. quod vi aut clam. Sed si quis paratus satisdare, & nuncians non velit satisdationem de opere demoliendo recipere erit nunciatio ex hoc finita per remissionem. l. Prætor ait. 20. §. si quis, & l. 5. §. si is cui. vbi gloss. & Doct. ff. de oper. noui nunc.

Sed antea quam sit aliquo ex dictis, vel forsan alijs modis finita nũciatio iam facta; Is cui nouũ opus nunciatũ est debet abstinere ab opere donec vel caueat, vel remittatur; vel aliter finiatur. l. non solũ. 8. §. sciendum. & §. si cũ possem, & vbiq; glo. & Doct. ff. de oper. nou. nunc.

Sed ipsa noui operis nunciatione denegata; nihilominus legitimæ actiones firmæ manent. lege sciendum. 19. quia licet nunciator succumbat, nõ ideo experiri ordinarias actiones prohibetur. Castren. in d. l. sciendum. ff. de oper. nou. nunc.

Verũ si noui operis nunciatione contẽpta, nunciatus nihilominus opus fecerit cogetur, illud destruere per actionem de opere demoliendo. l. Prætor. 20. vbi glo. 1. & 2. ambo in verbo, Prætor. & in verbo, restituas. l. si alius. 7. §. remissione vbi glo. & Doct. ff. quod vi aut clam. Nisi nunciatio fuerit remissa. d. §. remissione. l. cum procurator. 13. §. si in remissione. ff. de oper. nou. nũc. l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. eod. Et id fiet etiã si iustè sit post nunciationem ædificatũ. d. l. 20. §. ait prætor. ff. eod. Quod enim antea factum est non destruetur. l. 1. §. 1. ff. eod. d. l. 20. §. siue autem. ff. eod. Et datur perpetuò, & hæredi cæterisque successoribus competit. Aduersus ipsum quoque qui opus fecit, vel factum ratum habuit. d. l. Prætor ait. 20. §. hoc interdictum. Nam ex hoc edicto oritur interdictum de opere demoliendo, si fiat contra nunciationem, etiam si iure factũ sit. Castren. in d. §. interdictum. de d. l. 20. quod restitutorium vocatur, glo. in d. l. §. Interdictum in verbo, interdictum. ff. de oper. nou. nunc. Sed si vnus ex pluribus non ædificauit, hic factum sociorum non præstabit, & sic hoc interdicto non tenebitur. d. l. de pupillo, §. si pluriũ ff. eod. Nisi alij de eius voluntate ædificauerint. Tunc enim, & ipse hoc interdicto tenebitur. lege ædibus 18. ff. de oper. nou. nunc. vbi Paulus de Castro in princ. post gloss. & alios. Item hoc interdicto de opere demoliendo tenetur qui opus fecit; qui opus factum ratum habuit l. Prætor ait 20. §. hoc interdictũ. vbi glo. & Castren. ff. eod. Item & possessor tenetur, l. ædibus 18. in fine vbi gloss. in verbo, fiat. Emptor vtique tenetur. l. vlt. Nam hoc interdictum demolitorium est in rem scriptum, & ideo transit in singularem successorem glo. & Bart. in d. l. vlt. ff. de oper. nou. nunc. Item eo tenentur hæredes, & cæteri successores. d. l. Prætor ait 20. §. hoc interdictum ibi planè. & l. cui nouum, 22. & d. l. vlt. & vbique glossa & Doct. ff. de oper. nou. nunc. Sed si esset satisdatum de opere demoliendo; quod fieri non potest nisi post sex dies vigore statuti huius & apparuerit iniustè factũ fuisse, & ita sit iudicatum datur actio ex stipulatu de demoliendo; seu restituẽdo opere. l. stipulatio. 21. §. si quis autem, & §. habet autem. ubi gloss. & Paul. de Castro. ff. de operibus nou. nunc. Nisi id quod factum est faciem operis non habeat, dicta lege stipulatio. §. opus. ubi gloss. & Castren. ff. eod. Et tandem actione ex stipulatu demolitur, ac restituitur boni uiri arbitratu. d. l. stipulatio 21. d. §. opus. ibi siuè autem. ff. eod. & si demolitũ, seu restitutum non fuerit; quanti ea res est, ex stipu-

stipulatu competit actio ad interesse. d. §. opus. vbi glo. in verbo. siuè, & duæ glossæ sequentes, & Castrens. post alios in princ. Stipulatio enim tanti committitur, quanti iudicatum fuerit. d. §. opus. in fine. & l. ex operis. 12. vbi gloss. in verbo, iudicatum, ff. de oper. nou. nũc. & quamuis pro parte opus restitutum sit, Nihilominus in solidum datur actio ex stipulatu, donec totum demoliatur; vel restituatur. l. 2. in princ. & ibi gloss. ff. de Prætor. stipulat. Qui autem satis dedit non potest prohiberi opus facere; & datur interdictum prohibitorium ei qui satis dedit, ne quis prohibeat eum facere volentem donec causa ventilatur. l. Prætor act. 20. §. deinde. & §. hoc interdictum. & vbique gloss. & Castren. in princ. ff. de oper. nou. nunc. Nisi fortè repromissum tantum; non satisdatum sit; vel nisi cautĩo non perseueret. d. §. hoc autem. vbi glo. in verbo non erit. & in verbo, non perseueret, & Paul. de Castro in princ. Sed si nuncians recusauerit satisdationem accipere ei erit imputãdum. d. l. 20. §. deinde. vbi Paul. de Castro. & in §. sequen. ibi aut per te stat. vbi glo. in verbo per te stat. Sed si aliquando stetit per Nunciatorem, quominus satisdetur, nunc non stat. interdictũ cessat d. l. 20. §. si aliquando. vbi glo. in verbo stetit. & aliæ sequentes, notant licere variare; & quod vltima mora nocet. notat ibi Paul. de Castro in princ. ff. de oper. nou. nunc. Et hoc interdictum ne vis fiat ei post satisdationem etiã post annum competit hæredibus, cæterisq; successoribus. d. l. 20. §. fin. vbi gloss. in verbo, hoc interdictum, & Paul. de Castro in princ. ff. eod. Et Procurator qui nouum opus nunciauit, & satis accepit interdicto proposito conuentus ne ius fiat, debet satisdare iudicatum solui, non autem rem ratam Dominum habiturum, ideoq; exceptiones Procuratoriæ ei non sunt opponendæ. l. de pupillo. 5. §. fin. cum legibus sequen. vbi gloss. & Bart. ff. de oper. nou. nunc. & de Procuratore, & de actione ex stipulatu de Rato. vide tex. in l. cum procurator 13. in princ. & in §. si Dominus & ibi gloss. & Paulus de Castro.

De donationibus inter viuos, & causa mortis. Cap. CXLIX.

CVm Reipublicæ intersit, fraudibus, quæ in donationibus frequenter, & facilè committuntur, obuiare: Statuimus, vt donationes quæ inter viuos, etiam inter virum & vxorem reuocabiliter, siue irreuocabiliter, seu mortis causa fiunt, nisi donans in ipsa prima scriptura (quam etiam matricem siue imbreuiaturam appellant) coram Notario & Testibus, manu propria illico, & incontinenti, in actus celebratione se subscripserit; vel si scribere nesciat, aut nequeat, aliũ loco sui ad scribendum adhibuerit: & nisi saltem duo Testes ex quinque, qui in donatione causa mortis adhibentur, & similiter duo in donatione inter viuos, in ipsa prima scriptura, eodem tempore quo donans ipse, se subscribãt, irritæ sint & nullæ, & nullũ ius donatarijs ex eis acquiratur: nullaq; ex eis oriatur, nec exerceri actio valeat; & si iuramentum appositum reperiatur, fraudulenter appositum censeatur: instrumentaq; aliter celebratã, nullam prorsus fidem faciant in iudicio vel extra, nec aliqua alia etiam extrinsecus probatione iuuari, vel adminiculari possint. Quam tamen primam scripturam liceat Notarijs extendere, cum clausulis, & cautelis consuetis, non mutata substantia.

De donationibus inter viuos, & causa mortis. Cap. 149. Gloss.

Donatio dicta est à dono, quasi doni datio. l. senatus 35. §. donatio. ff. de donat. caus. mortis. & donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. l. donari. 29. ff. de donatio. l. donari. 83. ff. de reg. iur. & l. cuius 54. ff. eod. Donatio non connumeratur inter bonæ fidei contractus. l. eum qui 22. vbi gloss. in verbo, non deputetur, Sed est cõtractus stricti iuris nominatus, et ideo ex mora non veniunt vsuræ. d. l. eum qui. vbi gloss. & Bart. in princ. ff. de donat. l. si quis argentum. 35. §. sed si quidem C. de donat. vbi Salycet. Sed quia donationum duo sunt genera: mortis causa, & non mortis causæ. §. 1. Instit. de donat. l. 1. ff. eod. vtramque ideo hoc statutum complectitur tàm in rubro; quàm in nigro; & pro illis faciendis præcisam formã inducit; qua non seruata non intelligitur aliquo modo donatum. quando enim statutum aliquid inducit pro forma, illa est ad vnguem seruanda; vt dixi supra in c. 140. vers. & vbi per Iudicem.

Sed seruata statuti forma donatio valet, & Donatario datur actio ad rem donatam conseruandã; vel consequẽdam. l. arist. 18. §. fin. ff. de donat. l. si quis argentũ 35. §. sed si quidẽ C. eod. Nisi fortè filiusfamilias donauerit. l. filiusfam. 7. in princ. nã iste neq; inter viuos, neque causa mortis etsi habeat peculium non potest sine iusta causa; vel ex permissione Patris donare. d. l. 7.

vbi gloss. & Bart. in princ. ff. de donat. l. contra iuris. 28. §. si filius ibi nam cum verum. ff. de pactis. l. in ædibus. 9. §. penult. ff. de donat. & l. 2. in princ. ff. eod. Limita 2. nisi mente captus donauerit. l. Modestinus. 23. §. finali vbi gloss. in verbo, non posse; quia non potest consentire; & ideo nihil alienare. l. is cui. ff. de verborum obligat. Limita. 3. nisi inter virum, & vxorem irreuocabiliter inter viuos sit donatum per alle gata supra in cap. 135. Limita 4. Nisi nolenti, & inuito sit donatum. l. hoc iure. 19. §. non potest. ff. de donat. intellige directo; secus per abliquum glo. in d. §. nõ potest, in verbo, non potest, & in verbo, acquiri. l. inuito 70. ff. de reg. iur. et l. inuitus. 198. §. fin. ff. eod. Limita quinto si res quæ donata fuit Donatarij non fiat. exemplo l. in ædibus 9. §. fin. vbi glo. in verbo, non potest. et Castren. in princ. ff. de donat. & l. si filius. 14. C. eod. l. sed etsi 15. §. fin. ff. de contrah. empt. Limita sextò. Nisi vxor constante matrimonio dotem donauerit. l. constante 21. vbi gloss. Bart. Bald. & Salycet. C. de donationibus. Limita septimò. Nisi quis spem futuræ hæreditatis donauerit. l. quidam. 30. §. fin. nam per hanc donationem Donator efficitur hæreditate indignus, & donatarius ex ea nihil consequetur. d. §. fin. vbi gloss. & Bart. & l. nam ei. 31. vbi glo. ff. de. donat. Limita octauo nisi donatio sit imperfecta; quia careat aliquo ex requisitis ab hoc statuto; sed superfluum si quid aderit, ex eo non vitiabitur. l. verba. 37. C. de donat. Limita nono si nullis adhibitis testibus non fuerit scripta & à donatore vel alio pro eo scribere ignorante subscripta in matrice; & à Testibus, hoc enim exigit hoc statutum; licet secus sit de iure communi quoad subscriptionem Testium, l. in donationibus. 31. C. de donat. statutum vltra subscriptionem donatoris, vel alterius de eius voluntate exigit etiam subscriptionem testium. ius commune solius donatoris d. l. 31. & l. nec ignorans. 10. ibi nec specialiter subscripsisti. C. de donat. & præsentia Iudicis non æquipollet subscriptioni ab hoc statuto requisitæ, Rota coram Cardinale Blanchetto in Romana de Caris 13. Iunij 1584. Limita decimò, nisi donatio esset immodica, & in actis non insinuata. l. donatio. 25. l. lata. 27. C. eod. l. si quis argentum. 3. §. sed in his omnibus. De iure communi immodica donatio insinuationẽ requirens antiquitus erat donatio excedens solidos ducentos. §. & cum retro. Instit. de donat. Imperator Iustinianus antiquum ius corrigens, statuit eam donationem insinuatione indigere, quæ trecentos solidos excedat. l. sancimus. 34. C. de donat. Tandem idem Imperator hanc suam constitutionem mutans pro trecentis statuit solidos quingentos. lege si quis. 36. §. fin. C. de donationibus d. §. & cum retro. Instit. eodem statutum sub cap. 150. hoc libro 1. insinuationem exigit in donatione ducatus ducentos excedente. Limita vndecimò, nisi donator postea susceperit liberos hoc enim casu totum quidquid largitus fuerit reuertitur in eiusdem donatoris arbitrio; ac ditione mansurum l. lege si vnquam 8. vbi gloss. & Doct. & latissimè præsertim Tiraquell. C. de reuocand. donatio. Limita duodecimò, nisi conditio donationis defecerit; vel causa propter quam facta fuit, non sit secuta l. 2. §. fin. vbi gloss. in verbo, condictione, & Bart. in princ. ff. de donatio. & l. & generaliter 3. vbi gloss. in verbo, Conditio. ff. eodem l. sed si mors. §. fin. ff. eod. sed oportet quod conditio apponatur in continenti ante perfectam donationem non post perfectam l. perfecta 4. C. de donat. quæ sub modo. dixi in tract. de cõditionibus par. 2. cap. 1. quæst. 71. Limita decimotertio nisi donatarius fuerit ingratus erga Donatorem; nam ex illius ingratitudine potest Donator eam reuocare. §. sciendum vbi glo. Instit. de donat. l. vltima. vbi gloss. & Doct. C. de reuocand. donat. vbi quinque dinumerantur. Primò si donatarius donatario atroces iniurias intulerit; Secundò si manus ei intulerit. Tertiò si damnum dederit in bonis donatoris. Quartò si vitæ periculum ei intulerit. Quintò si legi donationis non paruerit, & l. 1. C. eodem l. donationes 9. C. eod. Additur sexta si libertus Donatarius Patrono donatori obsequium non præstiterit. d. l. 1. & vlt. C. de reuocan. donat. Verum præmissa non procedunt pro matre donatrice quæ transiuit ad secũdas nuptias post factam filio donationem; vel quæ inhonestè vixit; hoc enim casu Mater eam non reuocabit ex causa ingratitudinis. l. his solis. 7. vbi gloss. Baldus, & alij C. de reuocandis donat. Verum solus Donator non autem hæredes, & successores possunt hoc iure reuocandi ex ingratitudinis capite donationem vti. d. l. vlt. §. hoc tamen. vbi glo. in verbo instituere. Bald. & Salycetus. C. de reuocãdis donat. ex alio capite, & hæredes Donatoris vti possunt. Limita decimoquartò. Nisi donatarius postea eãdem re donatori retrodonauerit, Tunc n. donationis anteced. instrum. actis sequentib. obesse non põt. sed instrum. donationis sequentis obest antecedẽti. l. si ea 23. C. de bonis mater. Sciendũ est etiam hoc statutũ procedere etiã in donat. præsumpta. Gabr. in cõs. 142. n. 22. lib. 2.

lib.2. In accessorijs ad alios contractus nõ habet locum. Rot. coram Card. Blanchetto in Romana vena ferri die 24. februarij 1592. et non habet locum in donatione facta à patre, vel matre filijs, Sarneu. q. 98. & 99. lib. 1. & supra verum &c.

De donationibus insinuandis.
Cap. C L.

VBicumque donatio, quæ de iure insinuationem requirit, excedit summam, seu valorem ducentorum ducatorum, insinuari debeat infra sex menses à die donationis factæ per acta alterius Notarij actuarij; aliàs vltra dictam summam ducentorum sit nulla, nec renunciari possit solennitati insinuationis legitimè faciendæ: & iuramentum tam in ipsa donatione, quàm in renunciatione ipsius insinuationis censeatur fraudolenter appositum; nec contrarium probari, vel adminiculari possit. Ad validitatem autem actus insinuationis, seu instrumenti de dicto actu insinuationis celebrati, sufficiant duo Testes, etiã quòd se non subscribant.

De donationibus insinuandis.
Cap. 150. Gloss.

Huic statuto correspondet tex. in l. donatio. 25. C. de donat. in l. data. 27. C. eodẽ. in l. si quis argentum. 35. §. sed in his. C. eod. §. & cum retro. Inst. de donationibus. l. sancimus. 34. & l. si quis. 36. §. fin. C. eod. & est seruandum etiam per forenses facientes donationes in Vrbe, Caputaquen. in decis. 206. par. 3. An autem donatio excedens summam à statuto præfinitam; valeat pro summa ducatorum ducentorũ sine insinuatione? & dic quod sic per illa verba, ibi in statuto alias vltra dictam summã &c. quæ irritant, quod vltra datum est; & ita etiã valet de iure communi d. l. sancimus. 34. §. si quid autem. l. vt mihi. 21. ff. eod. §. sed & illud. An in casibus à iure communi exceptis requiratur ex dispositione præsentis statuti insinuatio? Et dic quod non, quia se cum iure communi in hoc conformat ibi vbicũque donatio & cætera: & ideo limitabis insinuationem non requiri in illis casibus, in quibus de iure communi non est necessaria.

Prima itaque limitatio erit si donatio summam ducentorum ducatorum non excedat. ita enim disponitur in statuto. & de iure communi vbi deficit statutum si non excedat summam quingentorum solidorum. tunc enim quamuis non sit actis insinuata nihilominus valet l. si quis argentum. 35. §. sed in his omnibus. l. sancimus. 34. C. de donatio. Limitatio secunda est Nisi plures res, vel summæ diuersis temporibus donatæ summam statuti, vel eo deficiente cõmunis iuris excedant, quia pro istis pluribus donationibus annullandis non fit coaceruatio in vnam summam, diuersitas enim temporum pluralitatem donationum inducit, & ideo quot sunt summæ, tot sunt donationes; & non fit cumulatio d. l. 34. d. §. si quis autem positus post Auth. Item & vbi glos. in verbo, Intelligantur, & ibi Doctor. C. de donation. Quod idem est eadem ratione, si quid annuum sit donatũ, vt vnius, aut alterius anni redditus non excedant legitimam quãtitatem, licet plurium annorum cumulati redditus illam excedant, sine insinuatione subsistunt. d. l. sancimus. 34. §. si quis autem. il 2. post d. Auth. Item & vbi glo. Bald. Salyc. & alij. C. de donatio. Limitatio tertia est nisi donatio ante nuptias facta sit: nam hæc sine insinuatione valet. d. l. sancimus. vbi glo. Bald. & Salycet. in princ. & in §. alias verò, vbi glo. in verbo, etiam nisi. C. de donat. l. minoribus. 17. C. de donat. ante nuptias. & §. 1. vbi Bart. Auth. vt sponsalitia largitas, Rot. diuer. in decis. 125. per totam. par. 1. Limitatio quarta est, nisi donatio in causas pias facta appareat d. l. sancimus. 34. §. exceptis. & §. alias verò. vbi gloss. in verbo, ad quingentorũ, Bart. Bald. & Salycet. C. de donationibus. intellige, & declara, vt in l. illud. 16. C. de sacros. eccles. hac declaratione oblitus valere indistinctè absque insinuatione, tenet Tiraquell. de priuilegijs piæ causæ. priuileg. 24. vbi citat multos. Limitatio quinta est nisi sit facta donatio in redẽptionem captiuorum. l. si quis. 36. C. de donat. Tiraquell. vbi supra. in princ. Limitatio sexta est nisi illis sit donatum, quorum ædes incendio, vel ruina sint consumptæ. d. l. si quis. 36. §. eãdem. vbi Bart. & Bald. in princ. d. l. 36. C. de donatio. Limitatio septima est, nisi Dux, seu Magister militum, militibus donauerit. d. l. 36. vbi Bart. & Bald. in princ. Limitatio octaua est nisi per Imperatorem, seu Imperatori donatum sit. l. sancimus. 34. vbi Bart. Bald. & Salycet. C. de donatio. l. illud. 16. C. de sacros. eccles. §. illud quoque. Auth. vt non fiant pignorationes. Limitatio nona est nisi vsuræ à creditore remissæ vel condonatæ sint l. modestinus. 23. vbi glo. & Bart. ff. de donationibus. Limitatio de-

tio de-

tio decima est. Nisi immodicæ donationis donator sit creditori donatarij delegatus, & creditor agat: nam contra eum non poterit de nō insinuatione excipere, sed poterit agere contra donatarium delegantem. l. purè. 5. §. si eum. ff. de doli mali except. & l. vt mihi. 21. ff. de donationib. Et si donatarius donatore sciente in donato loco ædificauerit non poterit donator agere ex defectu insinuationis ad donationem reuocandam nisi expensas reficiat l. purè. 5. §. si donauit. ff. de dol. mal. except. Nec refert pro ipsa substinenda apud quem Iudicem sit actis insinuata, quia insinuatam fuisse sufficit l. in hac 30. C. de donationib. l. lata. 27. in fine. C. eod. Nisi aliter, vt in Vrbe Constantinopolitana dispositum fuerit l. secundum 32. C. de donatio. sciendum est etiam quod fructus partus, & alia, quæ donator ob moram cum re donata præstare tenetur donationem non augere, vt ex illo augumento insinuatione indigeat, quia attenditur solum summa, seu valor rei donatæ l: in ædibus. 9. §. ex rebus. & l. cum de donatione. 11. ff. de donatio. Limitatio vndecima est nisi mortis causa donatio facta sit, vel facta inter viuos in vltima voluntate sit confirmata. l. donationis. 25. §. si verò specialiter. C. de donat. inter vir. & vxor. l. vltima. C. de mortis causa donationis. Limitatio duodecima est nisi per donatorem fuerit iuramento firmata; Io. And. ad Specul. de instrum. edit. §. porro. in vlt. adiit. Roma. cons. 26. Aret. cons. 47. Alex. cons. 26. lib. 7. Dec. in cons. 239. & 432. Paris. in cons. 33. nu. 45. & in cons. 69. nu. 67. lib. 3. Guid. Pap. decis. 350. Capic. decis. 159. Clar. §. donatio. q. 18. & alij allegati per Seraphinum de priuilegijs iuramenti. priuileg. 73. nu. 3. Sed contrariæ opinionis fuerunt Bart. in l. modestinus ff. de donat. Castren. in cons. 345. nu. 6. lib. 1. Calcan. cons. 25. & alij citati per Seraphin. vbi supr. sub n. 3. ver. contrariam, sed prima est magis communis, vt ibi per eum. Sed an idem sit stante hoc nostro statuto, quod infra sex mēses debeant donationes excedentes summā ducatorum ducentorum in actis insinuari, alias vltra dictam summam sit nulla? & dic quod non, quia iuramentum propter hoc statutum nō tollit defectum insinuationis, vt fuit resolutum in Romana quinquagintamillium coram Decano 23. februarij 1572. Rot. diuers. in decis. 125 nu. 13. & 14. par. 1. Nam donatio excedens legitimam summam & si iurata sit, est nulla à principio propter statutum, & iuramento remoto vtiq; de iure communi est nulla ab initio, Soccin. in cons. 77. nu. 19. lib. 1. Rot. diuers. in d. decis. 123. nu. 13. & 14. Limitatio decimatertia est nisi donatio sit præsumpta resultans ex tacita remissione sine scriptura, Rot. in Romana de Martijs 13. Iunij, & 4. iulij 1601. coram Corduba. Secus si resultaret ex confessione dotis, Gabr. cons. 142. lib. 2. Ruy. in cons. 132. nu. 18. Clar. in §. donatio. quæst. 18.

De contractibus sine certa solennitate non valituris. Cap. CLI.

VOlentes etiam fraudibus obuiare, ne mulieres ex earum simplicitate, & puberes etiam masculi, qui adhuc imperfectæ ætatis existunt, defraudentur: Statuimus, vt Pacta de non petendo, Refutationes, Quietationes, & Donationes, quæ à quibuscunque mulieribus, vel minoribus viginti annis masculis, siue sub patria potestate, siue sui iuris existentibus fient, nullius sint roboris, vel momēti, nisi duobus cōiunctis proximioribus adhibitis, quorum non intersit, etiam medio iuramento approbantibus, non esse in præiudicium earundem mulierum, vel minorum; & si sub patria potestate existant, vocentur ex linea materna, & nihilominus præsentia patris interueniat: & si aliqui coniuncti non existerent, cum curatoris legitimi auctoritate, ac semper cum Iudicis competentis decreto, causa in scriptis illi expressa & insinuata, ac plenè cognita, contrahere debeant: & iuramentum aliàs præstitum, censeatur dolo & metu extortum, & nihil operetur.

De contractibus sine certa solennitate non valituris. Cap. 151. Gloss.

Alio Mediolanensi huic simili statuto magnam, & optimam parauit dotem Io. Stephanus Lambertengus in tract. de contractibus eorum, qui sine certa solemnitate contrahere nō possunt; quæ quidem dos est omnino cum isto communis. Hoc enim statutum etsi loquatur in quatuor tantum casibus, tamen extenditur ad omnes contractus læsiuos, Puteus decis. 164. lib. 1. decis. 7. & 55. lib. 3. Rota diuers. decis. 529. nu. 4. par. 1. & in Romana hæreditatis de Ghisiis coram Gipsio 26. octobris 1588. in Romana cambiorum coram Cardin. Mellino 28. Martij 1593. & in Romana releuationis coram Ortembergo 22. martij 1602. Tiraquell. de legib. connub. Gloss. 3. nu. 105.

Non

Non habet locum si contractus sint sine dolo celebrati inter Ciues extra territorium, Rota diuer. decis. 162. nu.2. & 3. par.1. & in Romana donationis coram R.P.D.Orano 29.martij 1599. & in Romana hereditatis coram R. P. D. Litta. Item nec si sint celebrati in Vrbe, vel eius territorio per procuratorem, & ratificati extra, quia attenditur locus ratihabitionis in quo contractus recipit perfectionem. Gloss.in clemen. si duobus. vbi Ancbar. num.6. Imol. nu. 20. vt lit. penden. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. Gloss.10. nu. 68. Lamberteng. vbi supr. ad fin. tit. nu.216. quaest.68. Rota coram R. P. D. Litta in d.Romana hereditatis 14. martij 1603. vbi d.iura adducebam.

Nec minus habet locum in contractibus modica summa: nam in istis non sunt necessariae solemnitates, quia mulier, & minor pro modica summa validè, etiam sine solemnitatibus obligantur, Bald.in l.sancimus. col.2. C. de donat. sequitur, & alia multa adducit Lamberteng. vbi sup. Gloss.5.nu.2. & seq. & per totam format plures quaestiones ad rem istam pertinentes. Et quid si iurauerint se maiores? Vide Rom. cons. 52. Afflict. decis.322.nu.2. & 393. nu.12. & 13. Dec. cons. 212. nu.3. Ancbar. quaest.16. & 20. Bald.in cons.213. lib.2. de hoc & in proposito nostri statuti, quoties mulier, vel minor sine solemnitate ab eo tradita contraxerint, contractus erit nullus, etiam si minor se maiorem iureiurando asseruerit, minori aetate probata l.1. & 2. C. si minor. se maiorem. de hac re latè Tiraquell.in tract. de legib.connub. glo.8. q. 16. multa pro vtraque parte dicit, & tandem firmat non valere secundum Iac.Belui. in disputatione incipien. lege Perusina, Io.Andr.in addit.ad Spec.de senten.prolat.§.vt autem.col.2.vers.procedendũ. vbi citat Nico. de Matt. pro quo omnes adducunt tex. in l.quid enim. in princ. & §.fin. & in l. prece. ff. de dol. Contrarium quod valeat tenuit Alex. in cons.122. per totum. lib.6. Ancbar. in cons. 226. Abb.in cõs.71. lib.1. Alex. in cons.54. in 3.dub.lib.1. & in cons.38. lib.4. vt res videatur controuersa. & ideo distinguendum puto. Aut enim minor simpliciter sine iureiurando asseruit se maiorem per errorem, & tunc minori aetate probata assertio haec ei nõ nocet. d.l.1. & 2. C. si minor se maiorem dixerit, quod idem erit si fuerit circumuentus, & dolo inductus ad se maiorem affirmandum. l.3. & l.1. vbi Doct. & Castren.C.eod. Aut minor id dolosè affirmat, vt secum contrahentem decipiat, & valet contractus d.l.3. in princ. & §.1. quod intellige quantum ad eum contra quem minor dolum committit, non enim quoad alios. Ang.in d.l.3. vers.vltimo pro intellectu, Castren.col.2. vers.in secundo casu.C. si min. se maior. dix. Sed si ille cum quo minor contraxit sciebat eum esse minorem: tunc licet minor se cum dolo maiorem dixerit, sibi non praeiudicat. Bart. in d.l.3. vbi Castren. C. si minor se maior. Castren. in cons.53. col.2. lib.2. Sed si iureiurando interueniente affirmauit se esse maiorem; & euidenter non constabat esse minorem sibi tunc praeiudicat. d.l.3. C.eod. l.minor. 32. ff.de minoribus 25.annis. l.de tutela.7.C.de in integr.restit.minor. glo.in d.l.3. in verbo, per testium, Bart. circa fin. ver.vlt. nota. Alberic. Angel. Salycet. & alij. An autem idem erit quando contractus est nullus ob non seruatas solemnitates statuti in contractibus minoris requisitas, & sunt opiniones, vt dixi supra, & iuramentum in quo se maiorem affirmat an ei nihilominus praeiudicet, & sunt opiniones, vt per Lamberteng.de contractibus.gloss.8.nu.81. & sequen. Sed quando iuramentũ per minorem praestitum praesumitur à statuto dolo, & metu extortum, & irritatur, vt fit in hoc nostro statuto in fine, res dubio caret, Minorem se maiorem etiam cum iuramento affirmantem sibi nõ praeiudicare, Curt.iun.in cons.118. col.fin.vers. sed quid. & cons.119. col. 3. ver. sed quid fortius, Socein.iun.in cons.3. lib.2. Contrarium tenuit Ancbar. in cons.226. Abb.in cons.71. Castren. in cons. 53. lib. 2. & hanc amplectitur Lamberteng. vbi sup. d.glo.8. nu.92. & seq. & distinctione reuertitur ad primam opinionem. nu.95. & seq. Caputaq.in decis.200. par.3. & in decis. 190. eadem par. 3. quae verissima est in Statuto Vrbis authoritate Papae condito, & confirmato, cum expressa mentione, quod in eis in certis expressis casibus iuramenti validitas restringitur, vt patet in Literis Gregorij XIII. in princ. Statutorum appositis, vt nostro in casu minor nec iureiurando sibi praeiudicet, statuto Papali authoritate ita disponente, vt per Corn. in cons. 121. col.2. lib. 4. & in cons.53. lib.3. & in cons. 99. lib.4. Roman.d.cons.12. Gozzad.in cons.16. col.penult. ver. sexto, & vltimo. qui inquit tale statutum expressè confirmatum à Papa valere, Paris.in cons.97. col.2. ver. nec obstabit iuramentum. lib. 3. Lamberteng. gloss.8. nu.106. Item hoc statutum non procedit si maior, vel mulier deliquerint, quia sine solemnitatibus ex delicto quasi obligantur

l.si

l. si ex causa. 9. §. nunc videndum. ff. de minoribus. 35. annis. l. auxilium 37. §. in delictis. ff. eod. limita nisi negando delictum pœna ipsius delicti crescat. hoc enim casu negatio ei non præiudicat sine solemnitatibus statuti. d. l. si ex causa. 9. sed in processu contra minorem faciendo est ei dandus Curator. l. Clarum. & ibi Bald. & Salicet. C. de auth. præst. Lamberteng. glos. 1. nu. 356. & infra lib. 2. c. 11. Item 5. non procedit statutum contra libertatem per minorem datam seruis sinè solemnitatibus. d. l. 9. §. fin. ff. de minoribus 25. annis l. 2. C. si aduersus libertatem. l. quos retrahi. 3. C. eod. & l. vlt. C. eod. Verum de dolo vtilis actio erit in id quod minoris interfuit. d. §. fin. & d. l. 2. & 3. & l. minor. 48. §. 1. ff. de minor. 25. annis. l. 1. in fine. C. si aduersus libert. l. eleganter. 7. in princ. ff. de dolo malo. Item 6. hoc statutum non procedit quando mulier, seu minor vtiliter contraxerunt. l. 1. C. qui & aduersus quos in integr. l. 1. in fine. ff. de minoribus. 25. annis. Romanus in l. mutum. §. fin. ff. de acquir. hæredit. Alex. in addit. ad Bart. in l. apud Iuliã. §. fin. in ver. dicit statutum. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. Natt. in cons. 173. col. 2. lib. 1. latè Tiraquel. de legibus connub. glo. 8. quæst. 8. & le mort saisit le viu par. 7. declarat. 1. n. 5. Dec. in l. non omnis. §. si pupillus ff. si cert. petat. & in cons. 572. & alij allegati per Lamberteng. de contractibus. finis. nu. 165. & sequen. & nu. 168. dicit communem. Missinger. obseruat. 34. cent. 2. Item 7. non procedit statutum quando minor filius familias non sibi sed Patri contraxit. l. 3. §. sed vtrum. §. de minoribus l. cum mandatu. 23. ff. eod. l. emilius. 38. §. fin. ff. eod. l. 1. C. de filio familias minore. l. 2. C. eod. l. cum non solum. §. vbi autem. C. de bonis quæ liberis. Item. 8. non procedit quando minor filius familias iussu Patris mutuum accepit d. l. 3. ff. de minoribus 25. annis; Nec minus quando realiter, & verè accepit mutuum; quia nemini licet cum alterius iactura ditari. l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. l. sed & ex dolo ff. de dolo. Tiraquel. de legibus connub. glo. 5. nu. 132. & Lambertengus vbi supra. glos. 24. nu. 2. & per totum. Item 9. non procedit in seruo minore cui dominus rem agẽdam commisit. d. l. 3. §. fin. ff. de minoribus 25. annis, nisi fortè agatur de damno tangente ipsum seruum minorem exemplo. l. si tamen. 5. & l. ait prætor. 7. §. non solum. ff. eod. Nec minus in muliere; vel minore nomine alieno contrahentibus, quia non se, sed mandantem cuius nomine contrahunt obligare dicuntur. Imola in l. quamuis. ff. de acquir. possess. Bald. in l. quæsitum. ff. de in ius vocan. Bart. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus caus. in possess. Crauett. in cons. 100. Tiraquel. de leg. cõnub. glos. 5. q. 15. nu. 180. & per totum. Item 10. non procedit hoc statutum si minor cum minore, vel mulier cum muliere contraxerit. l. verum. 11. §. penult. ff. de minoribus 25. annis. l. si minor. 34. ff. eod. Nisi contra quem ex hoc statuto agitur sit factus locupletior. d. l. 11. & 34. l. si apud minorem. ff. de minoribus. l. verum. §. item quæritur. ff. eod. de qua re latè Lamberteng. vbi supra. Finis. nu. 118. vsq; ad nu. 128. Rota diuer. in decis. 557. & 558. par. 1. Item 11. non procedit si minor, seu mulier cõtraxerint cum patre. l. patri. 27. §. fin. ff. de minoribus l. 2. C. qui, & aduersus quos. Tiraquel. in præfatione l. si vnquam. nu. 26. C. de reuocãn. donat. Alex. cons. 106. lib. 1. & cons. 29. lib. 3. Nisi pater nuptias iterauerit, & tutela remissionem à filio filiauè impetrauerit. §. porrexit potentia nostra. auth. 155.

Latè Tiraquel. de legib. connub. glos. 5. nu. 33. & sequen. & in l. si vnquam. nu. 26. C. de reuoc. donat. Lamberteng. vbi supra nu. 100. vsq; ad nu. 116. limitat, distinguit, ac declarat. & stante sequenti Statuto c. 152. prohibente sine Patris consensu contrahere pater non poterit sibi ipsi consentire, & sic contractus non valeret nisi in præiudicium patris. Alciat. reg. 1. præsumpt. 2. de præsumpt. nu. 5. Lamberteng. vbi supra n. 102. facit Caputaq. in decis. 205. per totum par. 3. Viuius opin. 796. num. 5. Item 12. non procedit si Mulier donauerit filijs. Crauett. in cons. 39. nu. 14. post Bald. in cons. 407. lib. 2. Cephal. in cons. 9. lib. 1. cons. 116. nu. 25. lib. 2. controuertitur, & distinguitur per Tiraquel. de legib. connub. glos. 8. q. 12. nu. 110. quem Lamberteng. vbi supra nu. 109. & sequen. Item 13. non procedit si sobriè, & prudenter contraxerit, nec læsus sit in ipso contractu, sed post contractum damnum fatale acciderit. l. verum. 11. §. sciendum. de minorib. l. quod si minor. 24. §. non semper. ff. eod. d. l. 11. §. vnde Marcellus. quod intellige de alio fatali damno, quam iudiciali, & per litem. l. minoribus 6. ff. eod. Lamberteng. vbi supra glos. 3. nu. 8. & muliere, & minore volentibus stare contractui sine solemnitatibus celebrato. Surd. in decis. 179. nu. 17. Item 14. non procedit si mulier, & minor iure communi vsi sint.

l. vlt.

l.ult.C.de in integr.restit.l.nihil consensui.116. §.penult.ff.de reg.iur. Item & 15. non procedit si minor mandato Patris contraxit l.cum mandat. 23.in princ.ff.de minor.l.quod si 24. l.denique 3. §.sed vtrum. ff.eod. cum quo declara nisi ipse damnum sentiat d.§. sed vtrũ. & supra. ver. 9. Item 16. procedere non videtur si alio modo vel alia actione indemnes seruari possunt l. in causa 16. in princ. & §. generaliter.ff. de minoribus l. si curatorem. 3.C. de in integ.rest. minor. l.cum et minores.4. C. si aduersus rem iudic. l. quos retrahi. C.si aduer.liber. l. 1. C. in quibus caus. in integ. rest. neces. non est. l.2.C. eod. l. in minorum.C.eod. quod intellige de omni damno etiam litis l. minoribus.6. ff. de minoribus.

Item 17. non procedit si minor maior factus quod gessit in minori ætate nulliter, ratum postea habuerit. l.2.C. si maior factus ratum habuerit.l.1.C. eod.l.deniq.3.§.si quis.ff.de minor. Lamberteng.vbi supra Finis n. 182.& seq.

Item & 18. non procedit, & auxilio huius statuti non iuuantur nisi accepta restituerint l. intra vtile. 39.§.fin.ff.de min.l.vnica.C.de reputatio.Rot.diuer.dec.111.p.1. Nec minus procedit quando fecerunt, quod expediens erat, vt puta pacẽ, ita Lamberteng. de contract.glos.1. num.348. & sequen. & nu. 336. & sequen.

Item & 19. non habet locum si minor succedens maiori ratione minoris ætatis intendat cõtractum maioris defuncti rescindere: l. cum quidam.§.ex locato. ff. de vsuris. l. non intelligitur §. si quis palam. & §. cum quinquennium.ff. de iure fisci. l.1.C. credit. euict. pign. non debe. l. qui in alterius. ff.de reg. iuris. Ias. in cons. 162. col. 2.lib.4. Roland. cons.99.ante finem lib.1.quod intellige in actu perfecto,& absoluto per defunctum.l.sicut.pro qua solutione est tex. in l. fiscus cum in priuati.ff. de iure fisci vbi glos.& Bart.d. l.sicut.C. de præscript. 30. anno. d.l.cum quidam.§.ex locato.ff. eod. Lamberteng. vbi supra. Finis nu. 262. & sequen. Soccin. in cons. 48.

Item & 20. non procedit si minor, vel mulier succedant ei cũ quo sine solemnitatibus statuti contraxerunt. Dec. in l. fin. col.2. ver. & per istum tex. C. de pactis. Soccin. in cons.48. col.2. lib.1. Tiraquel. de legib. connub.glo.8. q.21.post Bald. Alex. & Ias. quos citat. Item 21. procedere non credimus, si mulier, vel minor se obligauerint pro dote. l. promittendo. ff. de iure dotium. l. fin. C. ad velleianum. Bald. nouel. de dote par.6. priuileg.48. Negusan.de pignor. par. 8. in 1. membro. nu. 26. Natt. in cons. 52. col.penult. & vlt. lib.1. Signor. in cons. 49. col. 2. Calcan. cons. 13. Blanchus de compromissis q.4.ver. causa dotis. Tiraquel.de retract. tit.1.§.1.glos.14. nu. 91. & sequen. Paris. cons.81.nu.9.lib. 3. vel pro donatione propter nuptias. Caputaquen. in decis. 199. par. 3. Puteus decis. 160. lib. 3.

Item & 22. non procedit si contrahant cum Ecclesia, Caputaquen. in decis. 172. nu. 9. & decis. 194. par. 3. Viuius opin.796.nu.1.Cott. in decis. 366. Lamberteng. glo. 1.nu. 14.

Item & 23. non procedit in obligatione necessaria.Caputaq. in decis. 199. lib.3. per cons. Roman. 394. & Corn. in cons.254.lib.1.Alex. cons.215. lib.6. Soccin.cons. 80. col. fin. lib.4. Tiraquel. de legib. connub. glos. 8. quæst. 23. per tex. in l. alienationes.ff. famil. erciscun. l. qui posuerunt. ff. de manu.testam. Signor.in cons. 49. alios citat Lamberteng. glos. 1. nu. 1. & 2. per totum.

Item 24. non procedit fauore illius mulieris quæ virili veste induta contraxit cum ignaro sui sexus. glo. in l. si decipiendi.ff. ad S.C. velleia. Alex. in cons.122. lib. 6. Tiraquel. de legib. connub. glos. 8. nu. 135. & 142. & 143. Nam Deuter. c.22. præcipitur mulieri, ne viri habitum induat, & è conuerso, & si secus fecerit mulier ad decipiendum non iuuabitur hoc statuto per mox allegata. Nisi ille cum quo contrahit sciat esse mulierem; quia sciens non decipitur. l. nemo videtur. vbi glo. & doct. ff. de reg. iur. l. 1. §. vsque adeo ff. de iniur. Tiraquel. vbi supra d. nu. 142. & 143.

Item 25. non procedit si huic statuto fuerit per æquipollens satisfactum; sed regula est in contrarium quod non possit per æquipollens seruari. Ias. in cons. 97. Alex. in cons. 22. lib.6. Tiraquel. de legib. connub. glos.7. nu.188. Potest bene abundantius seruari eius forma adhibendo plures cõsanguineos; vel consensus potest à requisito consanguineorum numero per æquipollentia verba præstari. Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum. col. 2. ff. de acquir. hæredit. Tiraquel. vbi supra. nu.94. & est tex. in l.3. vbi glo. ff. de author. tutor. Bald. in cons. 290. lib.3. per tex. in l. etiam.ff. de aut. tutor. Lamberteng. glos. 7. nu. 89.

Item 26. non procedit in donatione causa mortis. Soccin.in l. 2. ff. de legat.1.Soccin.iun. ibi nu. 60. Rubeus in cons. 27. controuertitur apud Lamberteng. glos.23. nu.2. & sequen. & Viuium opinione. 796. nu. 3. & sequen.

Item

Item 27. non procedit hoc statutum si consanguinei non velint sine rationabili causa consentire; quia si sine recusent Iudex prouidebit cum alia solemnitate in eorum defectum à statuto ascripta; & illa deficiente sunt à Iudice cogendi consentire. Butr. in c. cum consuetudinis. de consuetud. Abb. in c. nullus. de iure patron. & in c. quod Dei timorem. circa fine. de statu monach. Bart. & Alex. in l. si cum dotem. §. eo tempore. ff. solut. matr.

Item 28. non procedit in hermafrodito maiore. Bald. in d. l. omnes Populi. col. 9. vers. quid si statutum. ff. de iust. & iur. Anchar. in repet. c. canonum statuta. vers. venio ad quartum. de constit. Item 29. non procedit in muliere sine solemnitatibus huius statuti acceptãte tutelam filiorum. Bart. & alij in l. 2. ff. de legat. 1. Alciat. reg. 1. præsum. 52. nu. 7. de præsumpt. Alberic. in tract. statutor. quæst. 100. Bald. in cons. 105. lib. 4. Angel. in l. filius familias. circa medium. ver. quæro. ff. de his qui sunt sui. Sed cum hoc statutum comprehendat omnes contractus ex quibus mulier lædi potest: de hoc valde dubito, & pro resolutione videatur. Tiraquel. de legib. connub. glos. 5. nu. 133. & 181. & Lamberteng. glos. 3. nu. 24. & sequen. vsq; ad 27.

Item 30. non procedit in contractu celebrato per mulierem tutricem suorum filiorum legitimè deputata, si tutorio nomine cõtrahat. Alex. in l. quæsitum. in fine. ff. de in ius vocan. de quare latè Lamberteng. glos. 3. nu. 27. & sequen. vsq; ad nu. 38.

Item 31. non procedit vb. modica solemnitas fuit omissa, Tiraquel. de iudic. in rebus exiguis. nu. 11. sed cum sit inducta pro forma est etiam in minimo seruanda. idem Tiraquel. vbi supra nu. 12. quando enim statutum inducitur ad obuiandum fraudibus, vt istud ibi in princ. volentes etiam fraudibus obuiare &c. dicitur fauorabile. Felin. in c. de quarta. col. 5. in fine. versic. & si est aliqua dispositio. de præscript. & dicitur conforme iuri naturali, secundum quod fraus est prohibita, Bald. in Auth. ingressi. nu. 24. in fine. C. de sacros. eccl. est ad vnguem seruandum, vt sæpè dixi etiam in vtroque foro, vt probat Soccin. in cons. 97. col. 2. lib. 1. Alex. in cons. 119. nu. 20. ac alij allegati per Caputaquen. in decis. 216. in princ. & nu. 11. parte 3.

Item & 32. non videtur procedere in transactione facta in vrbe inter forenses; sed contrarium est verius; quia seruatur etiam inter forenses in vrbe contrahentes. Dec. in cons. 283. col. 6. Gozzad. in cons. 49. nu. 13. in transactione de necessitate sit refutatio in statuto comprehensa. Caputaq. in decis. 195. in princ. & nu. 5. parte 3.

Item 33. non procedit in alienatione facta per minorem; vel mulierem ex præcepto Testatoris. l. 1. in princ. l. magis puto. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. l. 1. & l. penult. C. quan. decreto opus non est. Tiraquel. de legib. connub. glo. 8. nu. 148. & sequen. & nu. 194. Alex. in cons. 64. lib. 2. Paris. cons. 85. col. fin. lib. 3. Roland. in cons. 99. col. penult. lib. 1. Item 34. non procedit quando mulier quietat ex causa necessaria. Rota in Romana Domus seu concordiæ. 5. Iunij 1595. coram bonæ mem. Cardinale Seraphino, pro hoc faciant allegata supra ver. Item & 23. Item 35. non procedit in donatione remuneratoria. Rota in Romana Vineæ; & bonorum coram Robusterio 21. Iunij 1568. Item 36. non procedit in refutatione iuris de præsenti non competentis. Rota diuer. in decis. 228. in m. scriptis D. Alexandri Falciani. Item & 37. non procedit in donatione præsumpta resultante sine scriptura ex tacita remissione. Rota in Romana de Massis 13. Iunij & 4. Iulij 1601. coram Corduba. Secus in donatione resultante ex confessione dotis. Gabr. in cons. 142. lib. 2. Item 38. non videtur procedere in contractu Iudei maioris annorum tredecim, quia ex l. Mosaica Masculi post 13. fœmina post 12. annum habentur pro maioribus; quæ lex est inter ipsos seruanda. Cald. in cons. 10. & in cons. 30. Natt. in cons. 621. Barbat. cons. 15. col. 2. lib. 1. Soccin. in cons. 72. in fine lib. 1. Fely. in c. Iudei il 2. de Iudeis. Tiraquel. de primog. q. 66. nu. 32. contrarium in terminis tenet Surd. in decis. 133. nu. 2. & sequen. per tex. in l. Nemo Iudeorum. C. de Iudeis. Barbat. cons. 29. lib. 3. Corn. in cons. 260. in fine lib. 3. Paris. cons. 2. nu. 29. lib. 4. Rolan. cons. 25. lib. 3. Becc. cons. 84. An autem ius dicendi de nullitate contractus ob non seruatas huius statuti solemnitates transeat ad hæredes. & dic vt per Lamberteng. de contractibus ad finem. quæst. 88. nu. 265. & sequen. & vide infra c. 154. de læsione in fine vers. an autem ius agendi &c.

De contractibus prohibitis cum filijsfamilias.
Cap. C L I I.

AVctoritate Sanctissimi Domini Nostri Papæ, in hac parte nobis specialiter attributa

tributa, statuimus, vt Filijfamilias Romani Ciues, vel incolæ, etiam Clerici ex nullo contractu possint se, aut sua bona quoquo modo obligare, etiam si cum alio Filiofamilias contrahant, & liquido constet, bona & pecunias pro quibus se obligauerunt, ad eos cum effectu peruenisse. Sed contractus & obligationes ab eisdem, & eorum fideiussoribus, etiam principaliter obligatis, factæ, nullius sint roboris vel momenti, etiam si contractus prædicti, quouis iuramento, quod dolo & metu extortum esse censeatur, & nihil operetur, obligatione camerali, censurarum, aut mandati executiui, siue termini susceptione, vel quocumq; alio arctiori vinculo fuerint roborati. Nec si ipsi Filij familias quandocunque sui iuris effecti fuerint, huiusmodi contractus vnquam robur aliquod accipiant, aut conualescant. Excipimus autem si ijdem Filijfamilias de consensu & voluntate, aut mandato patris, vel Aui, in cuius potestate sunt, contraxerint, vel si acceptam pecuniam, in rem patris, vel Aui, seu in id quod oneribus patris, vel Aui incumbit, verterint; aut si Mercatores, negocijs præpositi, institoresuè sint, aut à patre seorsum habitent, & publicè pro patribusfamilias habeantur; & reliquos casus quib. Filijfamilias ex causa mutui de iure cōmuni sine iuramento, non obstante Senatusconsulto Macedoniano, obligantur.

De contractibus prohibitis cum Filijsfamilias. Cap. 152. Gloss.

Alexand. in cons. 125. num. 10. lib. 1. dicit huiusmodi statutum non valere contra iuramētum; sed cum sit conditū authoritate Papæ cum expressa iuramenti restrictione; vt dixi supra; valet, & seruatur. Roman. in cons. 12. Grammatic. in decis. 12. num. 9. & 10. & alij allegati supra in cap. 151. & habet sinpatiam cum Macedoniano; licet omnes obligationes filiorum familias annullet; nam aliquas Macedonianū admittit. Non enim procedit Macedonianum, quando quis mutuum dedit alicui; quem filiumfamilias esse ignorabat. l. si quis 3. in princ. ff. ad S.C. Macedon. l. Iulianus 19. ff. eod. sed non procedit in ignorantia supina, d.l. 3. & d.l. 19. & ignorantia vnius non prodest alteri, l. item si filius 7. §. non solum, & S. item si duos, ff. eod. Secundo non procedit si minor ætate filiofamilias maiori mutuam pecunia dederit, d.l. si quis 3. S. proinde, & in eo, ff. ad Macedonia. l. regula est, 9. §. 1. ff. de iuris, & facti ignor. l. Verum 11. §. fin. ff. de minoribus 25. annis, tunc enim minori cōtra filiumfamilias maiorem, erit subueniendum, etiam hoc statuto non obstante; quia de hoc casu non dicit ergo. Tertiò non procedit Macedonianū si filiusfam. filiofam. pecuniam crediderit. d.l. 3. §. Proinde, in fine. ff. ad Macedon. sed cōtra disponit hoc statutū ibi etiā si cū alio filiofam. contrahant. Quartò non procedit Macedon. si libertus in fraudē patroni crediderit filiofam. l. si libertus 6. cum duabus legibus seq. ff. si quid in fraudem Patroni. Quartò non procedit Macedonianū quando publicè Paterfamilias credebatur is cui creditum est, d.l. si quis 3. ff. ad Maced. l. 2. C. eod. vel se patremfamilias asseruit cum iuramento, l. qui cum eo 10. ff. de re iudic. l. apud Celsum, 4. §. contra senatusconsulti, ff. de doli mali except. quicquid enim dixerint Roman. in d. cons. 52. & Grammatic. in d. decis. 12. validè erit obligatus hoc statuto non obstante, quia replicatio de dolo sicut impedit exceptionem Macedoniani etiam latis in eo sententijs per text. in d.l. apud Celsum. §. contra ibi. eamque nocere debere, ff. de doli mali except. ita impedit exceptionem huius statuti; Nam filijfamilias fraudolenti, & dolosi amittunt omne iuris beneficium, l. sed etsi, §. interdum in fine, & l. eum qui. ff. quod cum eo. vbi Doct. Verum quia regula est pro filiofamilias, & habet intentionem fundatam in Senatusconsulto Macedoniano, & in hoc statuto, l. 1. ff. ad Macedonia. §. illud. Instit. quod cum eo, qui in aliena potest. Ideo dicens habitare seorsum à Patre, & pro Patrefamilias publicè haberi, necesse habet id tanquā regulæ exceptionem probare. Roman. in cons. 123. num. 94. Alexan. cons. 79. num. 5. lib. 7. Dec. in cons. 142. num. 4. Et cum exceptio ista data à statuto duo copulatiuè requirat, vnum quod filij habitent seorsum à patre; alterum quod publicè habeātur pro patribusfamilias, vtrumq; ideo est probandum; vt statuto locus non sit, l. si hæredi plures, ff. de condit. Instit. l. si is qui ducenta, S. vtrum, ff. de rebus dubijs. Et habitans in Domo Paterna vtens mobilibus, & vtensilibus, & ab eo recipiens alimenta, & si pater ab eo absit non dicitur seorsū à Patre habitare. Surdus in decis. 35. num. 16. Et publica reputatio pro patrefamilias requirit probationem plurium actuum cum pluribus, & diuersis personis, qui cadere non possint in eo; qui non sit paterfamilias l. 3. in princ. vbi Bart. num. 3. ff. ad Macedon. l. 2. C. eod. latè Bald. in l. 1. num. 1. 2. & 6. C. eod. Et probatio publicæ reputationis fit per famam; quia fama est id, quod publicè dicitur Bald. in d. l. 1. n. 1. Dicitur

enim quis se gerere pro Patresamilias, quando id omnibus notum est, aut maiori parti Ferro in consuetud. Burdegale. tit. de statu et iure perso. §. 1. in fine; Requirit etiam hac publica reputatio vltra plures actus, cursum longi temporis. Bald. in l. 2. num. 5. C. si aduersus rem iudic. & ita obtinui in Romana nullitatis contractus 21. Iunij 1604. coram R.P.D. Ludouisio. Quinto non procedit quãdo filiusfamilias institor alicuius contraxit, l. item si 7. §. Interdum ff. ad S.C. Maced. Fulgos. in cons. 75. col. fin. Lamberteng. glo. 1. nu. 380. & glo. 18. nu. 1. & 2. quod & explicitè excipit statutum ibi. Aut si mercatores, negocijs præpositi institoresvè sint, &c. Sextò non procedit in milite filiofamilias, l. filiusfamilias, 7. §. fin autem C. ad Maced. quod intellige si in Castris degat. Septimò non procedit si castrense peculium habeat, l. 1. §. fin. Cum l. seq. ff. ad Macedon. Septimò non procedit in filiafamilias, sed contra est tex. in l. sed si. 9. §. hoc senatus. ff. ad Macedo. sed contradicit non procedere in filiafamilias, Fulgos. in cons. 75. col. 2 Alex. in cons. 29. col. 3. lib. 3. in cons. 234. col. 1. lib. 6. Dec. in l. 1. nu. 17. ff. de reg. iur. Tiraq. de retractu tit. 1. §. 1. glo. 9. nu. 191. Octauo non procedit quando contrahit ex causa necessaria l. in pupillo. 47. §. fin. ff. de solut. l. 2. C. ad Macedon. l. Macedoniani. 5. C. eodem. quod declara nisi modum necessitatis excesserit l. itẽ si 7. §. quod dicitur. ff. ad Maced. l. alienationes ff. fam. ercis. l. qui potuerunt ff. de manu. testa. l. cum fidei. ff. de fideicõm. libert. l. 1. ff. de fundo dota. l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. l. tutor qui. ff. de admin. tut. vbi generaliter probatur quod probibitio alienandi non comprehendit causam necessariam, Tiraquellus de legibus connub. gloss. octaua quæst. 23. & alij quos citat Lamberteng. gloss. 1. numero 1. & 2. quod & supra fuit obseruatum in capit. 151. Nono non procedit quando filiusfamilias contraxit pro sorore dotanda. l. si filius. 17. ff. ad Macedon. l. item si. 7. §. sed si filius. ff. eodem. Caputaquen. in decis. 199. par. 3. cum allegatis supra. capit. 151. ver. Item 21. Quod idem erit si contraxerit pro dotanda filia, l. profectitia, 5. §. si filiusfamilias, ff. de iure dotium. Decimò non procedit quãdo filiusfamilias cum iussu Patris, vel consensu contraxit. l. Macedoniani, 5. §. fin. C. ad Maced. l. 2. C. eod. l. si permittente 4. C. eodem, & ita explicitè excipit statutum ibi excipimus autem &c. & supra capit. 151. ver. Item 8. Declara nisi Pater posteaquam iussit mutauit voluntatem ante contractum, & intimauit volenti contrahere cum eius filio l. si tamen 12. ff. ad Maced. Vel nisi Nepoti in Aui potestate constituto, iussu vel consensu Patris creditum sit l. filium. 14. ff. eod. & ita dicit statutum ibi in cuius potestate sunt. Vndecimò non procedit si Pater filium negociationi præposuit, vel mercem peculiarem exercere sit passus. l. itẽ si. 7. §. interdum ff. ad Macedo. quod excipit etiam explicitè statutum ibi, aut si mercatores, &c. Duodecimò non procedit quando fideiussor de voluntate patris pro filio intercessit l. sed si. 9. §. non solum, ff. ad Maced. quod, & admittit statutum ibi excipimus autem &cat. Quod idem videtur dicendum patre sciente, & non contradicente, l. si tamen, 12. ff. ad Macedon. Decimotertiò Macedonianum non procedit quando alia res quam pecunia numerata credita sit, nisi fortè adhibita fraude frumento, vel oleo dato vt illis distractis pecunia vteretur d. l. Item si. 7. §. mutui, ff. ad Macedon. l. 3. §. is autem ff. eod. l. 3. C. eod. l. si quid, 13. ff. eod. & d. l 7. §. 1. statutum nostrum loquitur de omni contractu cuiuscumque rei celebrato ibi ex nullo contractu per verbum vniuersale negatiuum. Decimoquartò non procedit quando quis à filiofamilias esset stipulatus, postea patrifamilias effecto crediderit, & tradiderit quod antea erat stipulatus l. si quis 3. §. fin. & l. 4. & 5. ff. ad Macedon. quod & hoc statuto non obstante procedere arbitror, etsi contractus celebrati à filijsfamilias postea effectis sui iuris ex dispositione statuti huius non conualescant; quia procedit in illis contractibus, qui omnem perfectionem habuerunt de tempore quo erant sub potestate facit, text. in l. contra 6. ff. ad Macedo. vbi glossa, & Bartol. Decimoquintò non procedit quando ex contractu filiusfamilias locupletior sit factus, sed reprobatur per text. in l. sed si. 9. §. hoc senatus, ibi. nec interest ff. eod. Sed hoc non negat expressè hoc statutum, ideo credimus teneri, ac obligatum eatenus quatenus locupletior factus appareat per tex. in l. Pupillus obligari, §. Pupillus, ff. de author. tutor. quod procedit etiam in mutuo, l. naturaliter, & ibi Bart. & Ias. ff. de condictio. indeb. & in commodato. l. 3. ff. commod. & in receptione solutionis debiti, §. at ex contrario. Instit. quibus alien. licet, & in receptione precij venditionis. l. fin. C. de vsu. pro empt. & cum institoria actione agitur, l. verum & l. sequent. ff. de Instit. actio. Et in actione negociorum gestorum. lege tertia, §. pupillus, & lege si pupilli

in

in princ. ff.de negoc.gestis l.litis cõtestata ff.eod. & l. 2. C. eod. Est enim generale, vt non possit quis cum aliena iactura locupletari l. nã hoc natura.ff.de condict.indeb.l.iure naturæ,ff.dereg. iuris,l.sed & ex dolo,in princ. et §.penult.ff.de dolo l.fin.ff.de alea.l.3. §.si seruus pupilli.ff.de Tribut.actio.l.si me,& Titium.ff.si cert.petat. l.si vir, §. quod legaturus ff.de donat.inter virum & vxor.l.si quis,§.fin.ff.de instit.act. l.1. §.si cum impubere, & l.3. §.penult. ff. de petit. hæred.& est tex.omnium optimus.in l.apud Celsum.§.si quis,ff.de dolo malo.vbi generaliter dicitur procedere in omni persona,& ita in terminis statuti huius,voluit Tiraquel.post alios quos citat. de legibus connub.glo.5.num.132. Quando autem dicatur locupletior factus tradit glos. in l.3.ff.commod.& glo.1.in d.l.in pupillo,ff.de solut. & Bart.in l.1.§.fin.in fine, ff.commoda. & in d.l. in pupillo, glo.in §.at ex contrario,in verbo,locupletior. Instit. quibus alien.licet,vel non. Dec.in l.certi condictio.§.quoniam,col.1. ff.si cert.petat.glo.in l.fin. in verbo,locupletior. C.de vsucap. pro empto.vbi Ang.Bald.& Salycet. Decimosexto non procedit quando pater ratum habuit contractum filij, vel partem soluit. l.si filius 7.in princ.et §.penult.C.ad Macedon. quod non negat hoc statutũ; dum excipit si quod ex contractu percepit in rem Patris verterit,ibi excipimus autem. Decimoseptimo non procedit quando Pater certior factus de contractu filij, ei non contradicit, si mandato Patris fecisse asseruerit,l.si filius 16.ff.ad Maced. Decimooctauo non procedit quando filiusfamilias effectus sui iuris debitum antea factũ agnouit. l.2.C.ad Maced.quod non negat statutum,etsi prohibeat conualescere quando sunt filijfamilias sui iuris effecti ibi. Nec si ipsi,&c. & ratio est quia intelligitur ipsis, in cuius fauorem est inducta nullitas volentibus, gloss. in l. eleganter, vbi Bart. Bald.& alij.ff.de dolo malo, Tiraquel. de legibus connub.glo.8. num.93. & in l.si vnquam: in verbo reuertatur,num.16.et num.392. C.de reuocand. donat. vbi declarat, & distinguit, quod idem facit Surdus in decis.108.num.4. 7. & 11. Rota diuer.in decis.133.num.12.par.2. Surdus in decis.179.nu.17.& 18.& sequen.& melius in decis.69. Duo proponebantur. nu.22. & sequent. vbi respondet ad cons.128. Aretin. & ad alios sub num.27. vsque in finem. Declara tamen non procedere si fortè effectus maior debitum per ignorantiam agnouerit. l.vlt.ff.ad Macedon. Decimonono non procedit si ex contractu filijfamilias Pater commodum reportauerit, vtputa quia in ipsius patris rem quod filius accepit versum sit, l.item si.7.§.proinde & l.si filius.17.ff.ad Maced.quod nec negat statutum ibi, vel si acceptam &c. Sed in rem patris vertisse non videbitur si pecuniam acceptam patri pro debito proprio soluit, patre ignorante. d.l.item si 7.§.proinde in fine. ff.ad Macedon. Sed dubitatur an hoc statutum procedat in filiofamilias sexagenario, & quidem procedere affirmat Soc.in cons.23.col.4.lit.4.quia cũ prohibeatur se obligari sine patris consensu videtur prohiberi ob patris præiudicium;non ob suam ipsius imbecillitatem,secundum Castren.in l.item qui in potestate, ff.de testamen. Alexan.in consil.106.lib.1. Lamberteng.glo.3.sub nu.26. & gloss.18.num.2. Vigesimo non procedit in obligationibus quæ ex delicto seu quasi contrahuntur, per allegata supra,in c.151.ver.item 4.& Curt. iun. in l.si vnus, §. pactus ne peteret colum.12.ver.quarto limitatur. ff.de pact. Boer. in consuetud.Bitur.tit.1.§.4.Cassaneus in Burgun. rub.4.§.1. glo.in verbo contraulz. col.4. ver. Sexto limita Ferro in consuetud.Burdega. tit.de statu & iure perso.§.3.col.6. Quod tamẽ est intelligendum quoad pœnam corporalem vel quoad pecuniariam vsque ad legitimam stante constitutione quod pater pro delicto filiorum teneatur vsque ad legitimam,Bald.in l.furiosum. in fine C.qui testa.fac.poss.de qua re latè Lamberteng.glossa 1.nu.352.& seq. Nam valet statutum quod pater pro delicto filij teneatur ad legitimam, Alex.in l.lex Cornelia.num.8.ff.de vulgari.Ias.in auth.nouissima,nu.8.C.de inoff. testa. Gomes. in §. actiones.num.24. Instit. de action. Didac. lib.2.resolut. c.8.nu.8. Marsil. sing.362.& 481.Viuius cõm.opin.in verbo,statutum disponens,& quoad peculium ipsius filijfamilias, vt per Roman. & Alex.in l.non solũ, §.si de vectigalibus,ff.de nou.oper.nunc.Ias.& Gomes.in d.§. actiones. Illud tamen certum est quod in confiscatione non venit peculium profectitium. Ruy.in cons.24.n.5.lib.5.Curt.in consil.59.num.12. Soccin.iun. in cons.77. num.6. libro 2. Qui idem dicunt in peculio aduentitio, Paris.in consil.157. numer.1.libro 4. Didacus vbi supra, num.7. Cappella Tholosan. in decisio. 120. Idem concludunt scribentes in peculio Castrense; seu quasi. Alexand.in l.3.§.si filius nu. 3. Dec.num.4. ff. quod quisque iuris Paris. d. consil.157.numer. 36. Didac. vbi supra. Bossius de bon. public. num.71. Vigesimoprimo non procedit hoc statutum in cessione iurium: Baldus in consil.289. quæstio ista, libro tertio.

contra Parisi. in conf.83. Pro resolutione per totum lib. 3. Vigesimosecundo non procedit si & quando alieno nomine contrahit, Tiraquel. de legibus connub. gloss. 5. quæstio. 15. cum alijs allegatis supra d. c. 151. vers. item 9. Lamberteng. glo. 1. n. 377. et 378. alios citat, et declarat procedere quoad obligandum mandantem non se ipsum. Imol. in l. quamuis in fine. vbi Aretin. Angel. ff. de acquir. posses. Tiraquel. vbi supra, num. 180. Vigesimotertio non procedit si cum patre ipso filius contrahat, per allegata supra c. 151. ver. item 11. et per allegata per Lambertengum ad finem, nu. 100. & sequen. limitat ac declarat ex Tiraquello, de legibus connub. gl. 5. n. 33. et sequen. Vigesimoquarto non procedit in rei communis diuisione; verum quia cui non est permissum contrahere, & alienare, est vtiq; probibitum ad diuisionem prouocare, exemplo l. si pupillorum, & l. inter omnes, ff. de rebus eorum, & l. fin. C. de fundo dota. & ita generaliter notauit Imol. in c. nulli. in fine, de rebus eccles. non alienan. sequitur Opizo. in repet. l. filiusfamilias, §. Diui. nu 112. ff. de legat. 1. Tiraquel. de legibus connub. glo. 5. n. 216. Contrarium videtur posse substineri exẽplo feudi alienari probibiti sine domini consensu; quod tamen possit sine eo diuidi. c. 1. §. præterea ducatus, de probib. feud. alien. per Frider. Bart. in l. & ideo, ff. de condict. furti. Bald. in l. si familiæ col. 2. & ibi Salycet. C. famil. ercis. Calder. in cons. 52. Alex. in cons. 189. col. 2. lib. 2. Corne. in consil. 252. lib. 1. & in cons. 24. lib. 2. Item exemplo empbiteuta vtiq; alienare prohibito sine Domini consensu; quod possit sine eo diuidere, notat. Bart. in d. l. & ideo, l. fin. C. de iure emphit. c. potuit, de locato. Bart. in l. cum bi. §. si vni, circa medium, ff. de transact. in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 10. vbi Castren. col. 2. Alex. col. penult. Aret. col. penult. Ias. nu. 117. Ripa, nu. 88. ff. de verb. obligat. idem Bart. in cons. 58. Specul. de locato § nunc aliqua. ver. 72. quæritur, nu. 93. Alber. de statutis, p. 1. q. 110. Roman. in cõs. 182. Alex. in cons. 189. lib. 2. Corne. in d. cons. 252. lib. 1. & d. cons. 24. lib. 2. Ias. in cons. 54. lib. 3. Ruyn. cons. 63. lib. 1. Cephalus cons. 59. num. 33. & 34. lib. 1. Capel. Tholos. q. 75. Et exemplo probibitorum alienare ex Testatoris præcepto, qui tamen possunt inter se diuidere l. voluntas C. de fideicommis. quem Bar. ad hoc allegat. in d. l. et ideo; & exemplo rei litigiosæ de iure alienari probibitæ, toto tit. ff. de alien. Iudic. mutan. caus. facta. Tamen diuidi potest, l. fin. C. de litigiosis §. 1. Auth. cod. & probibita cessione, vt in l. per diuersas, C. mandati; non est probibita diuisio Alberic. vbi supra d. quæst. 110. quia in ea non præstatur laudemium, vt dicit ibi Alberic. Contrarium consuluit Roman. in cons. 182. in 2. dubio. Vt ideo res videatur in nostro proposito valdẽ dubia. Ideo puto sic definiri posse; Aut diuisio fit de fructibus, vel gratia commodioris Cultura Agrorum, & non procedit, & talis diuisio substinebitur sine eius solemnitatibus siue versemur in casu statuti cap. 151. siue huius statuti, cap. 152. quia huiusmodi diuisio est minoribus permissa sine Iudicis decreto, glo. in l. Lucius & Titia. & ibi Bald. ff. famil. ercis. Bald. in l. 1. in fine, ff. de rebus eorum, Cuneus in l. inter omnes, C. de predijs minor. Ioan. And. ad Specul, in rub. de curat. Idem in Vasallo, Bald. in l. cõmuni diuidundo, in 1. lectu. ff. communi diuid. Idem in Ecclesia, glo. in l. iubemus. in verbo, diuidere, sequitur Cuneus Bart. Bald. Salyc. Castren, num. 3. & 4. C. de Sacrosanct. Eccles. Imol. in c. nulli in fine, de rebus eccles. non alienan. Soccin. Iun. in cons. 79. lib. 1. Aut diuisio est facienda quoad proprietatem & dominium; & tunc procedit statutum, & talis diuisio facta à minore, muliere, filiofamilias, non seruata statuti forma est nulla, l. si pupillorũ, ff. de rebus eor. l. inter omnes, C. de præd. mino. Ioan. And. ad Specu. vbi supra, & non possunt se inuicem ad diuisionem prouocare, d. l. si pupillorum, & d. l. inter omnes. ex generali regula quia alienare probibiti de qua supra: Et prouocati ab alijs non possunt sine solemnitatibus statuti diuidere per supra deducta, etiam quod alij non subiaceant statuto quia maiores, & extra patriam potestatem, Bart. in l. cum bi §. si vni. circa medium, ff. de transact. Castren. ibi nu. 4. & in cons. 432. lib. 1. Verum prouocati mediante persona eorũ Tutoris si pupilli fuerint, tunc facta diuisio subsistit sine statuti solemnibus, glo. in d. l. inter pupillos, ff. de author. tutor. Bal. in l. 1. C. si aduer. transact. & in l. 1. ff. de rebus eorũ, & in l. quoties, C. de fideicom. Lamberteng. glos. 1. nu. 36. alios citat, quod idem est si maiores sint ad diuisionem prouocati mediante persona curatoris, per mox allegata. Ita enim cum Pupillis, & minoribus legitimè agitur. l. 1. C. de in litem dando tutore, cum alijs allegatis supra in c. 49.

Vigesimoquinto hoc statutũ non procedit in filijsfam. forensib. nã etsi præcedẽti c. 151. ẽt inter forenses procedere affirmauerimus in ver. itẽ et 32. Tamẽ hoc statutũ expressè disponit, vt filijfam. Rõ. Ciu. vel Incolæ ex nullo cõtractu etc. vt sit necessaria una qualitas à statuto apposita, vel

quod

quod sint Ciues Romani, vel Incolæ. per allegata supra in c.41. Bart. in l.1. §. ait prætor. ff. ne quid in flumine publico. Felyn. in c.2. de rescrip. Afflictus decis. penult. num.16. Ias. in cons.163. nu.3. lib.2. Decius in cons.520. nu.11. Bero. in cons.29. n.29. lib.2. Ripa in cons.78. n.1. Natta in cons.474. nu.31. Alex. in cons.172. num.5. lib.2. Cephal. in consil.256. in fine. Menoch. in cons.74. n.15. Beccius in cons.12. nu.14. Nam ista noua qualitas adiecta filijsfamilias; quod debeant esse Ciues, vel Incolæ, quoad filiosfamilias istam qualitatem habentes statutum inducit quid diuersum à Macedoniano c.1. de feudo nõ haben. propr. natur. Afflictus in decis.113. n.5. Camer. in c. Imperialem ver. et alia ratione in conuincibili fol.247. & in princ. ver. bis planè rationibus, fol.19. Qualitas enim adiecta enti, illud reponit in diuersa specie, & nouam facit dispositionem. Bart. in l. si quis posthumo. §. si filium. in fine, vbi Ias. num.51. ff. de liber. & posthum. Mars. sing.520. Crotus consil.50. num.8. Gomes. §. in personam nu.16. Instit. de actio. Menoch. in cons.35. num.13. & de arbit. q.11. num.13. Vt filijfamilias forenses istam qualitatem Ciuilitatis, vel Incolatus non habentes tanquam diuersi à Ciuibus; vel Incolis sub hoc statuto modo aliquo non comprehendantur. Sed bene procedit in filijsfamilias hebreis in Vrbe commorantibus per allegata supra, in capit.145. & infra in c.158. ver. an hoc statutum procedat contra Iudeos, & supra c.151. in fine facit Surdus in decis.133. num.2. et sequen. Procedit etiam in contractu pacis, quoniam in eo mulier, minor, & filiusfamilias debent seruare solemnitates statuti, vt in alijs; quia in contractu pacis, vt in alijs possunt ledi; quod intellige si pro obseruatione pacis apponatur pœna, nam sine pœna sola pax non est contractus, & non comprehenditur sub statuto. Abbas in consil.108. li.2. Lamberteng. de contractibus glo.1. nu.346. & sequen. & in dubio expedit fieri pacem, vt per Lamberteng. vbi supra nu.348. vbi citat Cynum in l.1. C. de in integ. restitut. mino. Bald. & alios, & quod expedit, ac vtile est potest sine solemnitatibus fieri vt sup. in c.151.

De contractibus illicitis, & Ciuantijs nuncupatis. Cap. CLIII.

OMnes contractus, qui vulgo Ciuanza, Rompicollo, seu stoccho, nuncupãtur, quocumque velamine, arte, vel malitia excogitari possint, palliatos prohibemus, & annullamus: ita vt ex illis nulla actio, siue cõtra principalem, siue contra fideiussores, etiã si vt principales se debitores constituerint, oriatur, nec intentari possit: Iuramentumq; desuper præstitum, dolo & metu præstitum præsumatur, & nihil operetur. Declaramus autem quòd vbicumque res mobiles, seu semouentes ad tempus vendantur vltra tertiam partem iusti pretij, aut si in toto, vel in parte penes venditorẽ, aut interpositam personam remaneant, aut ab eo, vel per interpositam personam redimãtur, vel si cum bonis pecuniæ sint admixtæ, præsumantur contractus, ciauantiæ, & stocchi, & cõtra eos possit, & debeat quilibet Iudex ordinarius, in suæ iurisdictionis subiectos inquirere, & culpabiles repertos punire, tàm in amissione datorum, quæ cõmodo accipientis cedant, quàm in pœna ducentorum scutorum auri, vice qualibet condemnare: quorum tertia pars denuntianti, reliquum Fisco illius Curiæ, per quàm inquiritur, applicetur. Proxenetæ autem siue Mediatores, quorum in his culpa maxima versatur; prima vice pœna simili puniantur, quam si intra mensem non soluerint, publicè fustigentur, secunda verò ad triremes, per triennium damnentur.

De contractibus illicitis, & Ciuantijs nuncupatis. Cap. 153. Gloss.

Si omne quod licet non est honestum; vt notauimus supra, c.143. Illicitum quod est, erit turpe, & punibile; etsi ex l. penul. ff. ex quibus caus. infam. irrogetur contra dicat Blanchus de indicijs post homicidium. n.228. vt disposuit Imperator, in §. sancimus. Auth. de incestis, & nefarijs nuptijs vbi glo. in verbo, illicitas, & Bart. in princ. vbi imponit pęnã contrahentibus illicitas nuptias, quod idem faciunt statuentes hic contra facientes contractus illicitos, quia vt dixi illicitum est punibile. Nam et in sacris paginis Leuit. c.25. legitur. Ne decipias proximũ emendo, vel vendendo, neque fallas eũ verbo, Exod.22. Peregrinum neque verbo, neque mercando decipias. Difficultas consistit in cognoscendo contractũ illicitum, et quidẽ Iudex debet attendere pro illicito dignoscendo ad illius circumstantias, videlicet, quis, quid, vbi, quibus, auxilijs, quomodo, quando. Vel secundum Arist. li.3. Ethicorũ c.2. scilicet quis, quid, circa quid, in quo, gratia cuius, quomodo, & qualiter. Nam contractus duobus modis redditur illicitus. Aut ex obiecto; aut ex circunstantia, vt patet exemplis, quę ponit Conradus de contractibus. quęst.51. col.3.

ver. prima conclusio. & col. 5. ver. secunda conclusio, vsque ad quæst. 52. Nam vendentes res defectuosas sunt moderandi S. Thom. 2. 2. q. 18. artic. 3. de qua re latè Conradus vbi sup. q. 54. Debet enim venditor considerare quãtus sit rei suæ valor eatenus quatenus cognoscat, quãtum precium licitè exigere valeat, vt declarat idẽ Conradus vbi supra, in quæst. 56. Nam est illicitum vendere mercem pro prçcio, quod excedat illius valorem l. 2. C. de rescind. vẽdit. quod admittit Conradus vbi supra in q. 57. per totam, et vers. quarta conclusio; quod idem procedit contra emptorem ad fauorem venditoris. d. l. 2. & ibi Doct. C. de rescinden. vendit. & Cõradus vbi supra, in q. 58. vers. prima cõclusio, Cepolla de simulatione contractuũ. nu. 233. & sequen. Est etiam illicitum vendere carius habita fide de precio ad certum tempus soluendo, vt concludit Conradus vbi sup. q. 59. per totàm. & in ver. Corollarium secundum, & vers. Arguitur primò, c. consuluit. 10. ver. & an negociator. de vsuris. c. in Ciuitate. 6. eod. Est etiam illicitum vẽdere pro centum Petro; & continuò easdẽ res ab alio à Petro trãsmisso emere minori pracio; vel alio non dissimili modo posito per Conradum vbi sup. q. 68. in princ. Hos omnes illicitos contractus quocumque velamine, arte, malitiaq; palliatos hoc nostrum statutum annullat, inter quascumque personas celebrati fuerint. Nam, & de iure cõmuni, quia simulati non subsistunt l. 1. C. plus valere quod agitur, l. 2. l. emptione 3. l. si quis 4. C. eod. l. quamuis 4. C. si quis alteri vel sibi sub alterius. l. cum propria. C. eod. l. multũ interest. 6. ibi quod si emisti. C. eod. si quis alteri, vel sibi l. si ancillam 7. C. de contrahen. emptio. l. si cum 17. C. ad S. C. Velleianum l. cum ea. 21. C. de transactio. ac pro infectis habentur, vt in dictis iuribus disponitur, & in d. l. 21. ibi pro infectis habitis, & latissimè per eadem, & alia iura probat. Cepolla in tract. de simulatione contractuum à principio vsque in finem, & numerò 29. & sequent. Simulatio autem non solum probatur per testes, Instrumenta, confessionem, & per alias ordinarias probationes, vt firmàt Cepolla de simulatione contractuum nu. 29. & sequent. Rota diuer. in decis. 806. num. 4. par. 1. Sed et etiam per coniecturas, & præsumptiones tripliciter à priori, à posteriori, & ab vtroque simul. Baldus in l. multum, nu. 2. ver. sed quomodo C. si quis alteri vel sibi, quem ibi sequuntur alij. Rota diuers. d. decis. 806. nu. 4. & 5. & Cepolla in d. suo tractatu dinumerat. vigintisex præsumptiones à num. 35. vsque ad nu. 175. ex quibus probatam esse affirmat. quas reassumit Mascardus de probationibus conclus. 438. nu. 11. & sequen. vsque ad conclusionem 449. exclusiuè, latissimè, & Menochius præsumptio. 122. lib. 3. de præsumpt. Pedemont. in decis. 42. Surdus in decis. 34. et in decis. 23. numero 17. Nam regulariter Instrumentũ simulatum non præsumitur, quia instrumento standum est donec aliter probetur l. cum precibus. ff. de probat. Rota diuers. in decis. 69. num. 2. par. 2. & in decis. 219. num. 2. per consilium Bart. 65. Alcia. in l. cum ea. num. 2. de transact. & alij citati per Mascardum in conclus. 438. & per Menoch. in d. præsumptio. 122. & ideo; qui simulatum dicit, id debet probare, vel per ordinarias probationes; vel per coniecturas, et præsumptiones. Bart. d. cons. 65. sed antea docere debet concludenter de causa simulationis, sine qua nunquam simulatio solet committi, vt docuit Bart. in d. cons. 65. et latè post alios firmat Mandellus in cons. 9. num. 1. 7. & 8. & in consil. 97. num. 24. & 28. Rota diuer. in decis. 69. num. 2. par. 2. Nam originalis causa multum facit ad præsumendum contractum feneratitium; & simulatum, vt post Odofredum tradit Bald. in l. emptione, post princ. C. plus valere quod agitur, quos sequuntur Roman. in consil. 423. n. 12. & in sing. 368. Dec. in cons. 167. num. 2. versic. nam originalis causa. Curt. iun. in l. 2. § mutui datio. num. 20. in fine. ff. si certum petat. Bologn. ad Ioan. de Anania in consil. 58. propè finem. Cepolla vbi supra, num. 15. in præsumpt. 1. in fine. Cotta in verbo, pactum de retrouendendo. Quæ quidem causa debet esse proxima contractui non remota, quia si sit lõgè post mutuum celebratus contractus venditionis; ex eo enim mutuò non præsumitur venditio simulata si non fuerit facta protestatio quod intendebat esse pignus si contingeret dare in solutum vel vendere Domum, uel aliud pro mutuo, ut post Butrig. tradit Bart. in l. pacta nouissima num. 2. C. de pactis. Bald. num. 6. Angel. nu. 3. Castren. num. 7. Alex. num. 3. Castren. num. 7. Alexand. num. 4. Dec. num. 10. Purpurat. numero 25. idem Bart. in l. item quia §. fin. nu. 2. & 3. Bald. num. 5. Ang. num. 1. Fulg. num. 8. Iacob. nu. 2. ff. de pactis.

Nulla actio contra principalem; & fideiussores, etiamsi vt principales &c. *Si quis pro aliquo fideiussit tenetur pro eo in id; quod sub eius fide datum; seu creditum fuit, lege prima. §. sed aut proprio. ff. de actio. & obligat. §. 1. Institut. de fideius. & §. tua tantum. l. si quis*

57. §.

57. §. si nummos in fine. vbi gloss. & Castren. ff. de fideiussor. l. si à Colono. 59. vbi glossa, et Castren. l. si ita. 55. vbi glo. & Bart. in princ. ff. eod. l. si fideiussor. 10. C. eod. hoc statutum annullat obligationem principalis; & fideiussoris & bene, ita etiam facit ius cōmune. Nam si quis pro inutili ac inualida ipsius rei principalis obligatione fideiusserit nō tenebitur; sicuti non tenetur principalis ipse. l. cum lex. 47. vbi glos. & Paulus de Castro. ff. de fideiussoribus. & potest opponere exceptionem ex persona principalis etiam ipso inuito. l. si stipulatus. 16. vbi glos. & Bart. & l. sequen. vbi Paulus de Castro. ff. eod. l. ex persona. 33. vbi Castren. ff. eod. Surd. in decis. 301. num. 8. & 13. quod probatur etiam exemp. l. si sub conditione. 3. vbi disponitur quod si sub conditione impossibili stipulatus sim fideiussorē non posse adhiberi vbi ita notat glos. Dyn. Castren. & alij. ff. de fideiussor. & exemplo. l. 1. §. si quis ita. in fine. ff. de verbor. obligat. l. si quis. 57. §. si nummos. & in princ. ff. de fideiussor. Nisi reus principalis sit saltim naturaliter obligatus. S. 1. instit. de fideiussor. l. 2. vbi glos. & Castren. ff. de fideiussoribus tunc enim erit obligatus & fideiussor dicta l. 2.

Item nisi fideiussor sit obligatus principaliter, & in solidum, quia tunc non gaudet priuilegio rei principalis. Alex. in cons. 32. col. penult. vers. tertio principaliter. lib. 4. Mohed. decis. 2. alias 223. de fideiussoribus; tunc enim dicitur Correus; vt per Surdum post alios in cons. 327. nu. 32. & sequen. lib. 3. Contra videtur Anchar. moder. in q. 36. nu. 2. par. 1. Sed hoc statutum occurrit istis difficultatibus ibi etiā si vt principales debitores se constituerint. & sic stat semper cum regula supra firmata in ver. nam si quis &c. Quod idem erit si pro pupillo, furioso, vel simili, qui obligari non possit quis fideiusserit. l. is cui. ff. de verb. oblig. l. si à Deo. 70. §. si à furioso. ff. de fideius. reiectis exceptionibus, quæ dantur quando isti saltim naturaliter sunt obligati de quibus supra. quia statutum nostrum illas nō attendit, & stat solum regula prædicta, & liberat vtrumq; ab illis obligationibus principalem scilicet, & fideiussorem etiam uti principalem in solidum obligatum. Facit etiam pro isto statuto id quod dicitur quod fideiussor non potest aliter quam Reus in plus obligari in minus ue l. grecè. 9. §. illud. vbi glo. & Bart. ff. de fideiuss. §. fideiussores. Instit. eod. Vnde per statutum liberato principali ab illicitis cōtractibus, benè fecit liberare etiam fideiussores, ne in plus, quam principales ipsi tenerentur: Nam eorum obligatio accessoria est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest, quam in principali re. d. §. fideiussores. Inst. de fideiussor. l. fideiussores. 10. ff. eod. l. stipulatus 7. l. grecè. 9. §. item accepto. §. idem Iulianus. ff. eod. vbi in minus accedere potest d. §. fideiussores.

Iuramentum. *confirmat contractum regulariter iuramentum l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus, & facit vt si non valeat obligatio, vt agitur valeat, vt melius valere potest l. cum pater. §. filijs matrem. ff. de legat. 2. Hyppol. in rubr. de fideiussor. nu. 4. Ang. in d. §. fideiussores. in fin. instit. de fideius. Mohed. in specie in d. decis. 2. aliàs 223. de fideiussoribus. Didac. in c. Raynald. §. 3. nu. 10. ver. quarto iuramenti religio. de testam. Rota diuer. in decis. 366. n. 45. par. 1. quia habet vim clausulæ omni meliori modo, Bero. in c. in præsentia. nu. 99. de probat. Paris. cons. 14. nu. 18. lib. 1. Alex. in cons. 29. in fin. lib. 7. Matthes. sing. 56. Rota diuer. in decis. 125. in fin. par. 1. & in decis. 107. nu. 6. par. 1. Verum cum iuramentū debeat habere tres comites, videlicet veritatē, iudicium, & iustitiam. c. animaduertendum. 32. q. 2. c. quarto. de iure iuran. glo. in auth. quod eis C. de nuptijs. Crauett. in cons. 229. & contractus de quibus in hoc statuto contineant iniustitiam, & simulationem; & ideo de iure dicuntur nulli; & à statuto annullantur, sequitur quod iuramentum super eis præstitum nullius sit momenti quia non debet esse vinculū iniquitatis. d. c. quanto. & c. inter cetera. 22. q. 4. arg. tex. in l. illicitas. de off. præsidis. Imola in l. nemo potest, & ibi Ias. ff. de legat. 1. Mohed. in decis. 4. alàs 286. de empt. & vendit. Nec ideo confirmat tales contractus à lege improbatos. Abb. in c. super eo. nu. 4. de vsuris. Aufrer. in Tholos. decis. 382. Calcaneus in cons. 19. in fin. Corn. in cons. 179. col. penult. in princ. cons. 193. col. 2. lib. 4. per tex. in c. significāte. de pignor. in c. 1. & in c. debitores. de iure iuran. Didac. variar. resol. lib. 1. c. 4. nu. 5. & ita est prorsus affirmandum quando lex seu statutū, vt hic, præsumit eū dolo seu metu extortum; tunc non potest contractum illum validare. Bart. quem alij sequuntur in l. omnes populi. col. 8. nu. 24. ff. de iust. & iur. Alex. in cons. 151. col. 3. & 4. lib. 7. in cons. 59. lib. 1. in cons. 38. lib. 3. Corn. in cons. 135. col. 2. lib. 1. Nam dolus tollit iuramenti vires, & nō obligat. c. quamuis. de pactis in 6. Paris. in cons.*

cons.26.nu. 64. lib.3. l. dolus.C.de rescindi. vẽdit. Bologn. in cons. 44. col.4. in fine. Et cum isti contractus de quibus in statuto sint illiciti, & nutriant peccatum non validantur iuramento.c.2. de pactis in 6. & c. non est obligatoriũ. de reg.iur.in 6.Dec.in cons. 536.nu.16.Gozzad. in cons. 3. nu. 29. & ideo non potest dici in hoc exorbitans, quia statuit quod iura communia disponunt.

Inquirere. *Nam etiam sine accusatione officio Magistratus celebrantes istos contractus sunt puniendi. c.cum in diocesi.15.de vsuris.& vt de similibus cõtractibus constare possit sunt inquisiti cogendi edere libros rationum. clemẽt. 1.§.caeterum.de vsuris.& si fuerint reperti culpabiles, & ideo condemnati eis non conceditur appellatio c. quam perniciosum. 11. de vsuris. Lesio autem in hoc statuto declaratur vltra tertiam iusti pretij ibi declaramus autem &c. cũ de iure debeat esse vltra dimidiã l.2. vbi Doct. C. de rescindenda vendit. sed quia in similibus contractibus sufficit, quod sit circa dimidiam vel in dimidia iusti pretij, vt voluit Cepol. de simulat. contractum nu.109. Bero. in cons.90. nu.20. lib. 1. dicit quod quando lesio est circa dimidiam, licet non sit in dimidia, nec vltra, nihilominus dicitur enormis; quod idem putat Menoch. de arbitr. q. 70. nu. 27. quia quod uix est, id tamen est.l. uix est. & ibi glo.ff.de iudic. declaratione statuti huius sumus ab ista controuersia redempti; & debet lesio esse vltra tertiam.*

Denuncianti. *est in multis locis statutũ, quod qui malefactorem denunciauerit habeat præmium, vt hic. Sed dubitatur an statutum verificetur in complice denunciante; Et quod non verificetur decidit Bart. in l. 3. §. si ex stipulatu.ff. ad Syllan. sequitur Ang. in l.4.§.si sibi.ff. de condict. ob turpem causam. Anania in c. qui cum fure. nu. 8. de furtis. Aliquando & Iudex statuit præmium capiẽtibus malefactores, quod facere potest.l. Barsatoram.C.de fideiussor. vbi glo. & Doct. Sed hoc non procedit in officiali, qui illud facere tenetur ex debito sui officij. Post decis. Boer. Mont. in tract. de auctor. Magistratus Consi.nu.146. Bossius de captura.n.76. per glo. in l.2. C. quibus ad libert.proclam. non licet l. non omnes.§.fin. ff. de re milit. l.1.& 2. C. ex quibus ser. pro præm. lib. accip. Alberic. in 4. par. statuter. q.47. Ang. in l.1. post Bart. ff. quod quisq; iuris. Bart. in l. 1. C. de salar. præst. lib.11. Et debet tale præmium solui primo de bonis delinquentis si adsint, sin minus de bonis illius ad cuius iniuriam vindicandã hoc fit. si neutrius bona sufficiant vltimo loco solui debet de bonis fisci. ita Bart. per illum tex. in l. lege cornelia.ff. ad Syllanianum. Angelus de maleficijs in verbo, quod fama publica, ver.13. & ibi addentes Io. Fab. in l.minimè. C. de appellat. & in rubr. C. de cust. reorum. addentes ad Tholos. decis. 263. & de denunciatoribus maleficiorum; qui constituuntur in locis, scribunt post alios Bossius in tit. de denunc. Clar. in §.fin.q.7.& an condemnentur in expensis, si reus absoluatur: tradit Gratus in cons. 97. nu.2. lib.1. Guid. Pap. in decis.182. Catald.de syndicat. q. 182. Principes, & cæteri omnes, quibus Prouinciarum vel Ciuitatum mandata est administratio, & cura; solent delatoribus, (quos denunciatores vulgus appellat) pro eorũ delatione, præmia constituere; & quando illa certa non sint, dubitatur quod nam præmium sit constituendum. Angel. in l. lex Cornelia. §. si quis liberum. ff. de iniurijs. dixit esse Iudicis arbitrio, quod idem dixit Marsil. in l. quæstionis modum.nu.51. de quæstionibus. l. 2. C. de falsa moneta. vbi glos. & Salic. in fin. Lex Papia constituit hos delatores, qui offensas in Principem præcipuè specularentur; & illis dimidiam illatæ mulctæ statuit. Claudius Nero (teste Suetonio in illius vita c. 10.) Legis Papiæ præmia ad quartas reuocauit. qua de re quadruplatores dicti sunt. Istis delatoribus Romani Imperatores aliquando mirum in modũ fauerunt; aliquando eosdem contempserunt, ac pœnis affecerunt. teste Budeo in adnotat. Pandect. ad l. ab accusatione.ff.ad. S. C. Turpillianum, & Alexandro ab Alexan. lib.4. dierum Genialium c. 22. & aliqua affert Cuiacius in interpret. tituli. C. de delatoribus. lib.10. & & lib. 7. obseruationum c. 28. & fusius Brissonius lib. 3. antiqui iuris ciuilis c. 19. ad quos placet relegare lectorem. Et Martialis ad Cæsarem, quod expulerit delatores. ita ait.*

Turba grauis paci, placideq; inimica quieti;
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Tradita Getulis, nec cæpit arena nocentes:
Et delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Ausonia profugus delator ab Vrbe.
Impensis vitam Principis annumeres.

Proxenetæ autem siue mediatores. *mediatores ad malum non solent puniri eadem pœna; qua principalis ipse secundum Salicet. in l. 1. C. de rapt. virgi. quod est intelligendum de nudo auxilio, & fauore. Petr. à Pla. lib. 1. delic. c.16. nu. 15. & si non dedissent causam delicto.*

Gratus in conſ.52.nu.3.lib.2.aliàs ſecus.Bart. in l. is qui opem. nu.5. & in l. in furti. §. ope. ff. de furtis. Corn. in conſ.8. lib.3. Dec.in c.1. nu. 12. de off. deleg. Aym. in conſ.220. nu.12. Soccin.in conſ.188.n.7. lib.2. Boer. deciſ.167. Sed iſti Proxenetæ, & mediatores, vt plurimum dant cauſam illicitis iſtis contractibus, ideo & bene ab hoc ſtatuto pro prima vice pari pœna puniuntur, qua principalis delinquens punitur.

Sciendum eſt etiam; quod pœna ex cõtractu illicito: & ſi applicetur Fiſco, tamen cauſa dicitur Ciuilis. vt per Bald. in l. fin. ver. quæro. C. de litigio. Alex. in l. prętor. ff. de ſepul. viol. & in addit. ad Bart. ibi Fely. in rubr. de re iudic. nu.1. Duenas lib. reg. 315. Maranta in 4. par. diſtinc. 1. nu.39. fol. 52.

De Læſione. Cap. CLIIII.

IN omnibus contractibus & negocijs, vbi quis maſculus; ſeu fœmina reperitur læſus, vltra tertiam partẽ eius quod agitur, procedi poſſit ad reſciſſionem, & iuramentum ſimiliter cenſeatur doloſè extortum, & nihil operetur.

De Læſione. Cap. 154. Gloſſ.

Si minoris, vel pluris vera æſtimatione res aliqua vendita ſit, diſtracta, contracta, vel permutata, contractus de iure ſubſiſtit. l. in cauſæ. 16. §. idem Pomponius. ff. de minoribus 25. annis. l. item ſi. 22. §. fin. ff. locat. & conduc. & vbiq; Gloſſa, & Doctor l. ad reſcindendam. 4. C. de reſcinden. vendit. l. ſi voluntate. 8. §. hoc enim. C. eod. l. venditor. 11. l. quiſquis. 15. C. eod. Niſi fortè minoris dimidio iuſti pretij res vendita, diſtracta, contracta, vel permutata fuerit. d. l. ſi voluntate. 8. in fine. ibi. niſi minus dimidia iuſti pretij &c. & eſt tex. famoſus in l. 2. ibi minus autem pretium eſſe videtur, ſi nec dimidia pars veri pretij ſoluta ſit. C. de reſcinden. vendit. vbi glo. Bart. Bald. & alij poſt quos latiſſimè Cagnol. hoc ſtatutum vltra dimidiam iuris communis, reuocat ad tertiam, ita vt læſus vltra eam in obolo poſſit contractum reſcindere. Nam vltra dimidiam iuſti pretij deceptus dicitur emptor, qui nec dimidiam partem pretij acceperit, vltra tertiã; qui nec duas tertias integras iuſti pretij acceperit. In emptore verò alia ratio eſt, is enim non poteſt decipi vltra dimidiam, vel tertiam iuſti pretij, præterquam ſi plus duplo vel triplo emat. Oldendor. in actione 1. claſſ. 4. ſpre. Sed in æſtimando valore rerum, vt dignoſcatur an adſit læſio vel ne? attenditur tempus celebrati contractus: nam ſi pretium poſtea auctum, vel diminutum ſit cedit damno, & commodo emptoris. d. l. ſi voluntate. 8. in fine. ibi. niſi dimidia iuſti pretij, quod fuerat tẽpore venditionis &c. C. de reſcinden. vendit. vbi gloſ. & Doctor. & ideo ad effectum reſcindendi contractum ex capite læſionis, oportet probare valorem rei de tempore contractus. d. l. & in fin. l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fiſci c. ad aures vbi gloſ. in verbo, tunc, de rebus Eccleſ. non alien. Crauett. in conſ.11. nu.17. idem Crauett. in conſ. 151. nu.7. citat concordantes, & in conſ.184. nu.4. Cagnol. in repetit. l. 2. nu. 213. & ſequen. C. de reſcind. vendit. Gabriel. lib. 3. de empt. & vendit. concluſ.1. num.47. citat concordantes. Rota diuer. in deciſ.18. nu.4. par.2. Guid. Pap. in deciſ.157. ver. & iſta eſt communis. Gratus. in conſ. 142. nu. 3. & 29. lib.2. Quod procedit etiam quando agitur de valore beneficij, qui eſt probandus de tempore prouiſionis. Oldrad. in conſ.58. Caputaq. in deciſ. 330. par.3. Sed quando agitur de valore rei euictæ attenditur tempus euictionis non autem tempus contractus. l. ſi controuerſia. l. ſi cum quæſtio. l. empti actio. C. de euict. l. ſi etenim lis. §. pen. de act. empt. Bald. in l. ſi traditio. C. eod. Rot. coram Cardinale Blanchetto in Burgi ſancti ſepulchri bonorũ 13. maij. & coram Cardinale Seraphino die vlt. ianuarij 1597.

Et iuramentum ſimiliter. *& dic vt ſupra c.153. ver. iuramentum. Nam quando adeſt læſio vltra tertiam, quæ à ſtatuto ſubrogatur in locum læſionis vltra dimidiam dicitur enormiſſima, et non ſeruatur tunc iuramentũ, Alex. in conſ.47. lib.2. Afflict. deciſ.91. nu. 12. Socc. in conſ.90. col.2. nu.12. lib. 4. Quia læſio enormiſſima æquiparatur dolo ex propoſito interuenienti, Bald. in conſ.213. lib. 1. in conſ. 280. eod. lib.1. Soccin. in conſ. 263. col. 3. & col. 6. lib. 2. Corn. in conſ. 161. col. 3. lib. 3. Gratus in conſ. 88. nu.4. lib.1. qui quidem dolus ſemper in omni actu videtur exceptus. l. creditor. §. lucius. ff. mandati Pedemont. in deciſ.33. & in deciſ.41. in primo artic. & re ipſa dolus datur, data enormiſſima læſione. per allegata ſupra. l. omnes. §. lucius. ff. quæ in fraudem credito. l. ſi ſuperſtite. in fin. C. de dolo. & Rota diuer. in deciſ. 74. nu.2. par.1. & dolus dans cauſam contractui. ipſum cõtractum annullat. Cremen. in l.2. nu.12. C. de reſcind. vendit. In-*

gne. in l. contractus. nu. 108. ff. de reg. iur. Rota diuer. in decis. 192. nu. 4. par. 2. & in decis. 102. n. 3. & 4. & per totam par. 2. etiam quod sit iuramento roboratum, l. dolo. C. de inutil. stipulat. Gratus in cons. 24. lib. 2. Gabriel. de arbitr. conclus. 3. nu. 39. & alij supra citati.

Censeatur dolosè &c. *Appellatione doli venit tam verus, quàm præsumptus etiam de iure; vt genus continet suas species. l. semper in generalibus. ff. de reg. iur. Bald. in l. 2. C. de iure aureo. annul. & ideo dolus præsumptus, vel re ipsa contingens æquiparatur vero, & ex proposito. l. si quis cum aliter, & ibi Doct. ff. de verbor. obligat. & non purgatur ex fatua credulitate, vel alia causa iniusta. Angel. Imol. & Cuman. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appell. Angel. in l. Plagij la 2. C. de Plagiar. Alex. in cons. 103. nu. 13. & 14. lib. 1. Veronen. in cons. crimi. 24. nu. 9. Curtius in cons. 55. n. 12. vt tam verus, quàm præsumptus tollat vires iuramenti; vt illo non obstante agi possit ad rescissionem. c. quamuis de pactis in 6. c. cum contingat. de iure iuran. Dec. in cons. 45. n. 1. & in cons. 180. n. 4. Didac. in d. c. quamuis. par. 3. §. 4. nu. 3. de pac. in 6. & ita dictat statutum.*

An autem sit necesse ab isto iuramento dolo extorto, vel ab alio illicito, & extorto per metum petere absolutionem. & dic quod sic; quia competit actio ad talia iuramenta relaxanda: exemplo. c. 1. c. peruenit. 2. c. si vero aliquis. 8. c. verum 15. c. sicut. 29. de iure iurando glo. in d. c. 8. in verbo, propriũ, Ficbar. in addit. 2. ad Vill. e. 90. & l. 1. Dec. in cons. 180. col. 5. dicit non esse necessariam absolutionem; quia non obligat. l. decem. ff. de verb. obligat. l. non potest videri. ff. de reg. iur. Corneus in cons. 6. in princ. lib. 1. Tutius tamen erit eam petere quicquid dixerit Bald. in l. fin. C. de non numer. pecun. Corneus in cons. 11. col. 7. lib. 3. & alij citati supra. hoc enim probatur. in c. per venerabilem. in fine. ibi. nec valet &c. de elect. Ancbar. in cons. 34. col. 3. facit etiam quia regula est quod in omni dispositione; quæ inducit aliquem effectum ipso iure, semper requiritur declaratio. Bald. in c. 1. §. 1. quibus modis feud. amitt. Ias. in l. 2. col. 8. C. de iure emph. Capic. decis. 112. & decis. 121. nu. 24. Grãmat. decis. 15. nu. 7. & decis. 105. nu. 60. Dato itaq; quod iuramentum non teneat ipso iure, quia inualidum, non ideo iurans potest venire contra tale iuramentum nisi prius petita absolutione. Mars. in cons. 9. nu. 4. Corn. in cons. 293. lib. 4. quia iurans esset Iudex in causa propria agendo ante obtentam absolutionem, quod non licet toto tit. ff. ne quis in sua caus. Iudic. ita nuncupatim tradit Gratus in cons. 30. nu. 18. & sequen. lib. 1. nisi fortè enormissima læsio esset iam detecta, quia tunc non erit necessaria absolutio. Rota diuer. in decis. 102. nu. 9. par. 1. Et cum ista opinio sit securior pro anima, est intrepidè amplectenda. c. iuuenis. de sponsal. & ita seruatur in Curia. An petita, & obtenta absolutione causa sit tractanda corã Iudice Ecclesiastico qui eam dedit, vel seculari. & sunt opiniones; Nam Bald. in l. ordinarij col. 1. C. de rei vendic. Castren. in cons. 210. col. fin. lib. 2. Viuius in verbo, Iudex Laicus, dicunt quod sit tractanda corã eodem Iudice Ecclesiastico, qui relaxationem dedit. Contrarium tenent Imol. & Fely. in c. 1. col. 6. nu. 22. de iure iuran. quia petita absolutione à iuramento suspenditur ipsius iuramenti virtus, nec disputatur amplius de periurio, sed solum de iustitia, & meritis ipsius contractus; quæ est causa profana; & ideo est corã Iudice tractanda; vt dicit ibi Fely. Bolognett. in l. si quis maior. nu. 78. C. de transact. Corn. in cons. 210. col. 2. lib. 4. Pedemon. in decis. 78. Quando enim dubitatur an sit concedenda propter diuersas Doctorum opiniones, & tunc non potest concedi per inferiorem à Papa. Imol. in c. contingat. in 3. memb. in fin. de iure iuran. Corn. in cons. 71. col. 2. lib. 3. Sciendũ est etiam in hac materia; quod hæres non tenetur eam petere, ex quo reatus periurij ad illum non transit. Alex. in cons. 129. col. fin. lib. 6. Corn. in cons. 27. col. 4. lib. 4. Dec. in cons. 203. col. fin. Bologni. in cons. 45. col. 2. Gabriel. de iure iurando. conclus. 6. in princ. Rota diuer. in decis. 102. nu. 19. par. 2. Et iuramento per relaxationẽ, et absolutionem sublato agitur ad rescissionem contractus, etiam si nullus sit iuramẽto remoto. Abb. in c. cum contingat. col. 12. de iure iuran. Corn. in cons. 6. col. penult. in fin. lib. 1. d. cons. 71. in fin. lib. 3. & in cons. 287. in fin. lib. 4. quod etiam videtur sentire, Guid. Pap. in decis. 226. Grat. in cons. 71. col. 2. lib. 1. Gabriel. de minor. conclus. 5. nu. 3. Quot enim sunt vincula tot debent esse liberationes. Sed contra quando remoto iuramento cõtractus remanet nullus; quia solo iuramento substinebatur, non autem alio iure, non fit necessaria alia sententia, tenuit Afflict. in decis. 322. circa finem. Soccin. in l. hæc scriptura. ff. de condit. & demõ. Crauett. in cons. 7. nu. 7. Didac. in d. c. quamuis. in 2. par. §. 1. de pactis. in 6. & Variarum resol. c. 4. vt nõ sit necessaria alia sententia

tentia rescissoria eo solo in casu quando sublato iuramēto cōtractus substinetur alio iure ex quo sit seruandus; ita sunt secundum istam distinctionem intelligendi allegati Doct. & similem distinctionem facit Abb.in d.c.eum contingat. & in cons.12.nu.6.lib.2. & alij supra citati & vbi in eodem contractu sunt plura iuramenta tot debēt esse relaxationes, & absolutiones quot inibi adsunt iuramenta; aliàs non intelligeretur absolutus. Grāmat. in cons.25. post Bald.in repetit.l.2.col.35.ver. quoad primam.ff. de iure iuran.Roman.in cons.326.& in cons.387. dicit quod absolutus ab vna excommunicatione, nō intelligitur absolutus ab alia propter quā de iure poterit vitari tanquam excommunicatus; Idem dicitur de restitutione in integrum; quæ dari debet aduersus renunciationem de illa non petendo, & deinde alia restitutio in negocio principali. Io. de Amicis in cons.33.nu.19. Quia tot debent esse remedia quot sunt impedimenta. Roman. in d. cons. 326. col. 2. & facit tex. in l.de pupillo §.si pluribus.ff. de oper. noui nunc.& in l.si domus.ff.de seruit.vrb. præd. glos. in c.eum pro causa. de sentent. excommu. c. ex tuorum. de auctor. & vsu palij. Gratus in cons.23.nu.13. lib.2. & pariter videmus quod sublata vna obligatione remanet alia.l. Celsus. ff. de arbitr. c. cum dilect. de dolo, & contu. Corn.in cons.2.col.fin.lib.3. cum similibus.An autem ius agendi ad rescissionē contractus transeat ad hæredes, & videtur quod non cum sit personalis. Hostien.in summa tit.de donatio.§. qualiter. ver. hæ autem reuocationes.arg.tex. in l.fin. in fine vbi latè Ripa q.61.C. de reuoc. donat. latè Tiraquell.in l.si vnquam in verbo, susceperit liberos,nu.211.C. de reuocan. donat. secus si sit hoc ius reale quia transmittitur. c.priuilegium vbi Dyn.& alij de reg.iur.in 6.l.quia tale vbi Bart. & alij ff. solut. matrim. Immo vtrumq; siue sit personale, siue reale transire dicit tex. in l. non solum. vbi glos. & Bart. ff. de in integ. rest. l. hæredes, & ibi Doct. C. ad S. C. Velleianum; Nec obstat quod dicitur personale priuilegium nō transire ad hæredes,quia non procedit quando obligatio est iam formata. secundum Bald. in auth. quas actiones col. antepenult. ver. sed tu dic. C. de sacrosan. eccles. illud enim quod dicitur priuilegium personale non transire ad hæredes procedit pro tempore futuro, non autem pro præterito,ita Bart. in d.l. hæredes.C.ad S.C.Velle. Quod maximè procedit quando de præterito competebat exceptio peremptoria; vel actio rescissoria. Bart. in d. l. quia tale.ff. solut.matr. Rota diuer. in decis. 102. nu.18. ver. at secus est. par.2. Signo. in cons. 120. in fin. per tex.in l.qui testamentum. ff. de probat. & in l. fin. §. 2. ff. de his quæ in fraudem credit. Capolla. in cons.57. col.2. Tiraquel. de vtroq; retractu.§.1.glos.18.nu.24. Io. de Amicis in cons. 33.nu.39.& 40.Calcan. cons.126.nu.3. Ruy. in cons. 194.n.11.& 12. lib.1.qui licèt loquantur excipiendo; idē vtiq; erit agendo per mox allegata, & per Lamberteng.de contractibus.ad finem.quæst.88.n.265. & sequen.vsq; ad nu. 269.

De fideiussoribus. Cap. CLV.

QVi pro alio fideiusserit, etiam si beneficio Authen. Præsente. C. de Fideiuss. tacitè vel expressè non renunciauerit; possit (antequā principalis debitor excutiatur) conuenire,& cogi implere promissa.

De fideiussoribus. Cap. 155. Gloss.

De iure communi non potest conueniri fideiussor nisi prius discusso principali. Auth. præsente, & in corpore vnde sumitur C. de fideiussoribus;& propterea prius est discutiendus principalis quam fideiussor, & antequam deueniatur ad tertios possessores pignorum. Auth. hoc si debitor C. de pignor.Guid. Pap. decis.432.Paris. in cons.50. col.5. lib.1. quod amplia, limita, & declara, vt per Gabriel. lib.3. de fideiussoribus conclus.1. latissimè. Ex dispositione huius nostri statuti;non obstante beneficio d.auth. præsente C. de fideiussoribus potest conueniri fideiussor antequā principalis debitor excutiatur. Immò plus ex dispositione sequentis statuti. c. 156. possunt simul ex eadem re, vel disiunctim ad libitum creditoris cōueniri fideiussores;Rursus de iure communi non potest fideiussor agere contra principalem antequā pro eo soluat. l. lucius titius. §.fin. ff. mandati; & id facere potest pro sua indemnitate obtinenda. §. si quid instit.de fideius. l. si pro ea. 10. C. mandati.Limita 1. nisi fuerit condemnatus, hoc enim casu etiā antequam soluat agere potest d. l. si pro ea. ibi & neq; condemnatus.C. mandati. l. si fideiussor.6. C. eod. l. fideiussor. 41. ff. de fideiussoribus, vel nisi breui condemnandus sit. Surd. in cons.367.nu.19. Limita 2. nisi fideiussor pecuniam creditori obtulit; obsignatam deposuit. l. qui mutuam.56. §. fideiussor.ff. mandati. l. fideiussor. 64. ff. de fideiussoribus.& d. §. fin. Limi-

Limita 3. Nisi fideiussor debitorem suum creditori cui fideiussit delegauerit. l. qui debitorē. 18. ff. de fideius. l. inter causas. 26. §. abesse ff. mandati Limita. 4. Nisi fideiussor, vel alius in gratiam ipsius creditorem aliqua obligatione liberauit. d. l. inter causas. 26. §. si is qui. ff. mandati. Limita quinto nisi creditor fideiussori debitum remiserit. l. idemq; 10. §. fin. ff. mandati. Limita. 6. nisi alius pro fideiussore soluerit. l. si vero. §. 1. ff. mandati. l. si is qui. 50. ff. eod. l. hæredem. 14. ff. eod. l. vranius. 71. §. fin. ff. de fideiussor. Limita. 7. nisi vxor creditrix fideiussori promiserit, doti futurum ei id quod ex causa fideiussionis debet secutis nuptijs confestim agere poterit. l. Iulianus. 47. ff. mandati. Limita. 8. nisi fideiussor hæres creditori extiterit. l. si el. 11. ff. mandati, sed id faciet ex persona creditoris. l. hæres. 21. §. fin. ff. de fideiussor Limita. 9. nisi fideiussor creditori pecuniam credi mandauit d. l. Vranius. 71. §. fin. ff. de fideiussor. Limita 10. nisi sit obligatus per Instrumentum vti principalis, & in solidum. Galles. ad formam Cameræ de persona petente executionem nu. 5. fol. 117. Surd. d. cons. 367. nu. 20. & in decis. 94. nu. 5. Limita 11. nisi diu steterit in obligatione; quod intelligitur Iudicis arbitrio glos. in d. l. Lucius d. §. fin. ff. mandati. l. si pro ea. C. eod. Limita 12. nisi actum sit, vt ad tempus teneatur, elapso tempore agat. d. l. si pro ea. ibi neq; ab initio. vbi glo. & Doct. Limita 13. nisi principalis debitor cæperit bona sua dilapidare. d. l. si pro ea. ibi neq; bona eum dilapidare &c. C. mandati. l. indebitum. ff. de condict. indeb. & est tex. in c. fin. de fideiussor. facit Afflict. in decis. 241. nu. 3. & sequen. Limita. 14. nisi agat actione negociorū gestorum, vt conseruetur indemnis; vel vt liberetur; non vt sibi soluatur. l. si tibi mandato; & ibi Bart. in fin. ff. mandati. Bald. in d. l. si pro ea. C. eod. l. ex mandato. 20. in fin. ff. eod. & in alijs casibus de quibus per Doctores in d. l. si pro ea, & per Salicetum post alios. hoc nostro statuto c. 157. disponitur contra ius commune; quod possit fideiussor ad libitum agere, vt extrahatur de fideiussione vno ex modis in statuto cōtētis arbitrio principalis propter alternatiuam, vel in qua electio est debitoris l. plerumq; ff. de iure dotium. Bald. in l. quoties. C. eod. Natt. in cons. 650. n. 4. Afflict. in decis. 397. Negusantius de pignor. 1. me. 5. par. nu. 7. Surd. in cons. 225. nu. 6. omnes post Cyn. & alios in l. fin. §. & si præfactam. C. de iure deliberandi in d. c. 157. nota hec verba.

Fideiussores *fideiussor vocatur, qui alieno nomine obligatur l. 1. §. sed aut proprio. ff. de actio. & obligat. §. 1. instit. de fideiussoribus. l. si hæreditatem. 32. ff. mandati. §. tua tantum instit. de mandato.*

Expromissores *Expromissor obligatur solus; & est reus principalis, & datur à fideiussore, qui per eum liberatur. l. vt res. 53. ff. de contrah. empt. & l. quid si. 10. ff. de pignor. act. in quo differat à fideiussore dixi de differentijs indiuiduorum in verbo fideiussor; & mandator. hoc statutū expromissoribus eandem tribuit agendi facultatem pro eorum indemnitate; quam tribuit fideiussoribus.*

Principales aut eorum hæredes. *aduersus principales datur actio fideiussoribus; vt ab eis indemnes seruentur. §. si quid. instit. de fideiussor. l. si is. 57. §. si nūmos in fine. ff. de fideiuss. & sicut hæredes fideiussoris sunt ex eius fideiussione obligati §. fideiussor. instit. de fideius. l. potest. 4. in fin. ff. eod. l. si tibi. 8. C. mandati ita & hæredes principalis sunt obligati ex eius persona seruare indemnem fideiussorem; ac illius hæredes. l. hæredem. 14. ff. mandati. l. si vero 12. §. 1. ff. mandati.*

Indemnes *hoc est sine damno. Indemnitatē repromittere; & de indemnitate cauere nostri dicunt; satisdato, vel simplici, & nuda promissione cauere alicui, indemnem eum seruatum iri ex eo negotio quo de agitur. l. 16. §. idem quærit ff. ad S.C. Velle. & sic indemnitatis cautio l. 14. in fin. ff. ad Trebell. Indemnitatem prestare l. penult. ff. de magistr. conuenien. de hac promissione obligatione vel fideiussione, ac illius effectu tradunt Angel. in l. cum procurator. nu. 1. ff. de fideicomm. Dec. in cons. 551. nu. 7. Ruy. in cons. 187. nu. 2. lib. 1. Paris. in cons. 76. nu. 21. lib. 3. & in cons. 16. nu. 124. lib. 2. & in cons. 109. nu. 38. lib. 1. Osasc. in decis. 48. nu. 8. Surd. decis. 94. nu. 7. vide Alberic. in dictionario in verbo indemnitatem.*

Idoneus *Fideiussor idoneus non dicitur, qui non possidet immobilia. Doct. in l. 2. & in l. sciendum. ff. qui satisdare cogan. glo. in §. suscepto Auth. de exhib. reis. Specul. de satisd. §. dicto. ver. sed si scholaris. Bald. in c. coram. col. vlt. de offic. deleg. Alex. in cons. 160. lib. 5. & illa debet possidere in loco iudicij, nec sufficit quod alibi habeat, vt de fideiussore inquit glossa in d. §. suscepto Doct. in l. si fideiussor. ff. qui satisd. coga. & in l. 1. ff. si quis in ius voc. non iuerit. Bart. in l. fin. C. de princip. agen. in reb. lib. 12. Castren. in l. qui filius. ff. qui satid. cog.*

Et vbi

Et vbi lex, vel statutum facit mentionem de idoneitate; tunc Iudicis arbitrio cōmittitur declaratio qualiter, & quomodo idoneus quis dicatur. Bald. in l.vniuersa colum.vlt..vers.statuto Pistorij C. de precibus Imper. offeren. & in cons.472.lib.3. Ias.in l.sancimus,num.3.versic.secundo mirabiliter. C. de verb.signif. Beccius cons.1.num.27. An autem valde diues teneatur ad istas idoneas cautiones? & videtur quod non, sed sufficit quod obliget bona sua, l.quicumque, & ibi Bart. C. de fundo patrim. lib.11. l. de creationibus, C. de episcop. audie. l.1. §.si magistratus, ff. de magist. conue. l.1. ff. de cust. reis l. filio in fine ff. vt lega. nomi. caue. l.omnes, vbi Baldus, C.de Episc. & Cleric. Castren.in l.1. ff. qui satis, cogan. & l.diuortio. §.interdum ff.solut.matrimon. vbi dicit quod vbicumque ex legis, vel statuti dispositione aliquis tenetur satisdare, releuatur quando ipse est idoneus, & soluendo, idē voluit Bar. in l.priuatæ C. de muri legalis, lib.10. Roman. in cons.67.nu.4. Alex.in cons.37.nu.12.lib.2. Ias.in l.1 num.18.ff.qui satisd.cogan. Felyn.in cap. adhęc circa medium de senten.excommun. Sed contrariū videtur velle tex.in l.1.in princ. ff.vt legat.nomi.caue. & in l.minor.§.fin.ff.de procurat.Alex.in d.l.1.nu.12. ff.qui satisd.cogan. repræhendit Castren.idem Alex.in l.diuortio, §.interdum ff. solut.matr. & ibi Aret.allegat tex. quem dicit huius quæstionis decisiuum, in l.minor 25.§.fin.cum lege sequen. ff.de procurat.& ibi Bald.quod puto verum stante statuto, & ita firmat ibi Bald. facit in simili quod notat Alberic.in l.ex prædijs, C.de euict. quem sequitur Rubeus in l.non solum, §.morte,n.463. ff.de oper.nou.nunc.

Similiter similiter idest æqualiter, §. veniet Auth.de nuptijs, §.huic,auth.de Monachis l.non omnes in princ. ff. de re milit.l.2. ff. pro suo §. similiter. Instit.de excusatio.tuto. l.Clemens Patronus de hæred.Instit.aliquando ponitur nominaliter, idest simili modo, §. nostra Instit. de exhæred.liber.aliquando pro sicut l.1. §.sed etsi quis C.de latin.liber.tolle. & denotat similitudinem ad pręcedētia. Dec. in cons.646. nu.2.& 3.dicit quod post copulam exponitur similiter, idest sicut in superiori casu, vt hic.

Possit quoque, verba ista possit quoque, & debeat; inducunt necessitatem. Marcus Mantua in cons.187.num.2. Felyn.in cap.nam concupiscentiam numer.5.de constit. Hyppol.consil.51. num.61. & in cons.60.num.4. & 5. Paris. in consil.11. num.8.lib.4. & est text.in l.Prætor. in princ.ff.de eden.l.1. §. 1.ff.quod quisque iuris Bart. in l.3.in repet. C.de pignor. & est glo. in Clement. attendentes in verbo debeant, de statu Monach.Bart.in l.creditores,C.de pignoribus. Abbas, in capit.1. de desponsat. Impub. & in cap.intelleximus, de Iudic.Gemin. in capit.non solum, il 2. de appellatio. in 6. Et quod coniuncta cum verbo possit vt hic importet necessitatem est text.in capit.1. Vt eccles.benefic. in d.Clementina 1. vbi glossa de statu monacho. Alexand. in cons.222. in fine lib.2. Mantua d.cons.187. num.2. & iure merito, est enim iurisdictio potestas de publico introducta, cum iuris dicendi; & æquitatis statuendæ necessitate, gloss.& ibi Bart.in l.1.ff.de iurisdictio.omn. iudic. gloss.magna circa medium in §.iurisiur. Auth.de defensoribus Ciuitatum. Alciat. lib.2. dispunct.capit.24. in fine. Quare hallucinatur Accur. dum iurisdictionem à iurisdictione dictā putat, ex quo infert, absurdum hoc est, Merum Imperium sub iurisdictione contineri, cum potius ipsa iurisdictio sub Imperio compręhēdatur, vt patet in l.3. ibi mixtum Imperium, cui etiam iurisdictio inest. Accur.sententiam Bart. & alij multi sequuntur, cum tamen si quis diligenter aduertat, non dicatur iurisdictio à ditione, sed à dictione, nam per c. scribi solet, nec considerant ditionem, siue potestatem iuris non esse apud Iudicem, qui tamen dicitur habere iurisdictionem, sed apud solum Principem. Iudex verò habet iurisdictionem, hoc est necessitatem iuris dicendi; Qua de re etiam ius dicens appellatur. l.1. ff. de iurisdict.omn. iudic. & l. si conuenerit, ff.eod. & infra. ff.si quis ius dicenti non obtemper. Nam cum Iudex iurisdictionem exercet, dicitur ius dicere, vt in d.l.1. & l. conuenerit vbi gloss. Plautus in Bacchide, itur illinc iure dicto. Cicero ad fratrem. Sit summa in iure dicendo seueritas. Liuius, lib.2. Ius decretis pecunijs dicere, & alias dicitur iurisdictio facultas, atque potestas iurisdicendi. Nam ius dicere, est praeesse iuri dicendo, & legibus gubernare, ac iustitiam ministrare, quod idem est quod supra extat diffinitum.

Barones, est nomen vulgare, & accipi pro insigni, ac generoso homine scribit Alciatus. libro 5. Parergon capitulo decimosexto. Hos ita diffinit. Baldus in cap. innotuit de electione vt sint, qui merum Imperium atque mixtum habent in aliquo Castro Principis concessione. Baro propriè accipi debet de eo, qui perfectè, & verè Baro. est Alciatus in consilio 222. numero 1.

N Commu-

Communitates, *Communitas quid sit, & an repræsentet personas, vel potius repræsentetur, tradit Bart. in l. 1. §. fin. ff. acquir. possess. cap. 1. 15. distinct. Abbas in c. fin. de procuratat. Fely. in capit. dilectus colum. 2. & 3. de Simon. & vide infra capit. 194. in fine, vbi agatur de Repræsalijs.*

Vt simul contra fideiussorem, & Principalem procedi possit. Cap. CLVI.

Liceat creditori, habenti debitorem & fideiussorem, ex eadem re vel causa in specie vel quantitate obligatos, contra quem voluerit, procedere: & iudicio contra vnum cœpto, & pendente, contra alium experiri; & vtrosque simul, donec sibi de suo credito integre fuerit satisfactum, conuenire.

Vt fideiussor petere possit se à fideiussione eximi. Cap. CLVII.

Fideiussores, aut expromissores, qui se obligauerint pro aliquo, possint compellere principales, aut eorum hæredes, vt eos extrahant de fideiussionibus, vel expromissionibus pro eis factis, vel dẽt eis fideiussores idoneos, de cõseruando eos indemnes; & hæc fieri possint, etiam antequam fideiussor vel expromissor sit condemnatus: vel si diu non steterit in obligatione, vel etiam si principalis non dilapidet bona sua: Et contra dictos principales, & hæredes Senator, & eius Iudices procedant ad petitionem fideiussorũ vel expromissorum, summariè, vt superius de causis summarijs dictum est. Et si soluerit fideiussor, non obstante temporis longinquitate, similiter principales, & eorum hæredes cogere teneantur, vt conseruent soluentem indemnem; & per eundem Iudicem, per quem ad instantiam creditoris proceditur contra fideiussorẽ, vel expromissorem, eodem modo & forma procedatur, ad fideiussoris instantiam contra illum pro quo intercessit, si fideiussor voluerit. Possit quoque & debeat Senator, & illius Iudices mandare Dominis locorum & Communitatibus, in quibus dicti debitores degunt; vt eos, ad eundem fideiussorem releuandum indemnem, seu ad illum extrahendum vt supra, sub pœna debiti cogant & compellant: quibus cessantibus, contra ipsos Barones, & Communitates exequi debeat pro debito prędicto.

De præscriptionibus. Cap. CLVIII.

Si creditor ex causa mutui, depositi, vel cuiuscumque generis contractus, per annos sexdecim negligens fuerit in petẽdo debitum, etiam si creditor ipse habeat hypothecam generalem, vel specialem, tacitam vel expressam, si corporalem, actualemque creditor ipse pignoris, & hypothecę possessionem adeptus non fuerit: vel nisi in quolibet casuum prædictorum de iudiciali vel extraiudiciali interpellatione creditor legitimè docuerit; pręsumatur iuris pręsumptione facta solutio, nisi contrarium per creditorem legitimè probetur, vel nisi contraria præsumptio præponderans, ac præualens adducatur: & durante præsumptione prędicta, instrumenta quæcumque, tàm publica quàm priuata, & codices quarumcumque rationum, quibus de iure, vel ex quocumque priuilegio fides adhibetur, necnon scripturæ, & cautiones quæcumque, etiam viuentibus debitoribus, post cursum sexdecim annorum, nullam omnino faciant fidem, nullumque sortiri possint iuris aut executionis effectum: exceptis dotibus, donationibus propter nuptias, tributis, & censibus Cameræ Vrbis debitis, ac censib. quibusuis alijs personis super bonis stabilibus, vel illis æquipollentibus, venditis vel cõstitutis, & eo quod supra de fideiussoribus dictum est: in quibus quidem casibus pręsumptio prędicta non obstet. Creditor autem in vim chirographi, aut schedulæ siue apochæ priuatæ, si per decennium post mortem debitoris in petendo debitum in dicta apocha contentum, negligens, vt supra dictum est, fuerit: etiam si anni sexdecim à die confectionis apochæ, lapsi non sint, similiter solutio facta pręsumatur: nec vigore huiusmodi apochæ, post dicti temporis lapsum, & moram, quicquam amplius ab hæredibus debitoris petere possit.

De præscriptionibus. Cap. 158. Gloss.

Huic statuto amplam dotem tradidit Bouius in tractatu de statutaria vrbis præscriptione, ad quem erit pro indigentijs recurrendum. Sciendum itaque est pro introductione ad materiam, quod omnis actio aut tẽporalis est, aut perpetua, idest vsq; ad triginta annos cõpetens. §. 1. et toto tit. Instit. de perpetuis, et teporalib. actionib. Sanè actionum temporalium aliæ anno finiuntur,

vt de

vt de prætorijs iam dictum est in d. §. 1. aliæ breuiori, aliæ lõgiori tempore; breuiori quidem, vt actio redhibitoria, quæ post sex menses expirat, l. sciendum 19. §. fin. ff. de ædilict. edic. l. ædilic. 38. ff. eod. Longiori tempore actiones competentes aliæ biennio finiuntur, vt actio de dolo. l. optimum 8. C. de dolo. aliæ triennio, vt vendicatio rei mobilis bona fide ab alio possessę, aliæ quadriennio, vt nunciatio bonorum vacantiũ; aliæ quinquennio, vt querela de inofficioso testamento. Itaque singulæ actiones temporales certũ à legib. tempus habent definitum intra quod competant, & post quod excludantur temporali præscriptione, quibus autem actionibus nullum certum tempus est à lege præfinitũ, olim eæ perpetuæ erant hodie vero vsque ad triginta annos durant, l. sicut in rem 3. C. de præscript. 30. vel 40. anno. Hinc sumpta occasione dubitatur de quibus actionibus præscribendis disponatur per hoc statutum? & quia eam examinat Bouius in d. suo tractatu glo. 23. in verbo, & sublatam esse actionem, per totam, ad eum relego lectorem; & concludit quod hæc statutaria sexdecim annorum reducit præscriptionem iuris communis 30. vel 40. vt hæc sexdecim sit in illarum 30. & 40. locum subrogata, per Bart. in l. sequitur, §. viam, ff. de vsucapio. Alex. Ias. Ripa. & alij in l. nemo potest ff. de legat. 1. Corneus in consil. 277. lib. 4. Paris. in cons. 66. nu. 92. lib. 3. Bouius vbi supra glo. 1. num. 34. & 35. & vt talis debet recipere omnes limitationes; quæ dantur contra præscriptionem 30. vel 40. annorũ, quia subrogatorum idem est iudicium, l. si eum, §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. §. fuerat. Instit. de actio. c. Ecclesia. il 1. vt lite pẽde. Euerar. loco. 93. etiam in correctorijs, et pœnalibus vt ibi per eum, § reliquũ Auth. de hæred. & falcid. Aret. in rubr. ff. de acquir. possess. in fine, & debet recipere alias limitationes; quas tradit Bouius in glos. 19. in verbis contra omnes creditores. numer. 137. & sequen. vsque in finem d. glossæ inter quas ab ipso statuto ponitur dos, & donatio propter nuptias ibi exceptis dotibus &c. super quibus verbis est glo. 3. ipsius Bouij in d. tractatu, quod extendit etiam ad dotis fructus ibi numer. 32. & 33. Puteus in decis. 93. lib. 1. et sicut prescriptio 30. vel 40. annorum fuit introducta non fauore possessoris, sed in odium creditoris negligentis, qui non curat vti iure suo Dynus in c. possessor. de reg. iur. in 6. Ita & hanc statutariam sexdecim annorum esse inductam in odiũ creditoris est iudicandum, quia in illarum locum est subrogata. Limitationes itaque iuris communis hæ sunt, & prima nisi de iure publico, publicaque vtilitate agatur, l. præscriptio 5. vbi glo. & Salyc. C. de operibus publicis, glos. in c. cum non liceat, de præscript. & quidem hoc statutum loquitur inter priuatos, vt ad res publicas non possit extendi immò illas excipit ibi exceptis censibus Cameræ; licet procedat contra fiscum l. iustas. 6. vbi glo. & Doct. C. de iure fisci lib. 10. de qua re tradit Peregrin. de Priuileg. fisci, lib. 6. tit. 8. per totum latissimè. Contrariũ indistinctè tenet Bouius super hoc statuto glossa 19. nu. 212. & sequen. Limitatio secunda est, nisi actio sit personalis, l. neque 5. vbi Bald. & Salycet. in princ. C. quibus non obijcitur longi temporis præscript. sed corrigitur per tex. in l. 1. §. adhæc cum nihil. vbi glo. & Salyc. C. de annali except. Limitatio 3. est nisi pignoraticia actione ad reddendum pignus agatur, l. neque 9. in princ. vbi Bal. & Salyc. C. de pignoraticia actio. et in l. quominus, 11. C. eod. l. si rem, §. omnis, ff. eod. Alex. in cons. 106. lib. 5. Aret. in cons. 108. Limitatio 4. est nisi actio in iudicium semel fuerit deducta, et reus interpellatus, l. vlt. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, ita enim etiam temporariæ actiones efficiuntur perpetuæ, d. l. vlt. vbi glo. Bar. Bald. et Salyc. omnes in princ. l. omnes actiones, 181. ff. de reg. iur. l. 1. in fine C. de præscript. longi tempo. l. 2. C. eod. l. nec bona fide 10. C. eod. l. 1. §. exceptis, C. de annali except. l. si possessio 4. C. quibus non obijc. long. præscript. l. comperit. 6. C. de præscript. 30. anno. l. cum notissimum, 7. C. eod. quod intellige, & declara vt per Bouium in glo. 21. in princ. n. 1. & sequent. & per Surdum in decis. 5. per totam dicit quibus actibus interrumpatur, & quod statutaria præscriptio semel interrupta non reuiuiscat dicit Rota diuer. in decis. 88. nu. 2. p. 1. & interrupta ab vno ex Correis prodest alijs, & nocet si rei credendi, vel debendi sint respectiuè. l. fin. C. de duobus Reis. vbi glo. Bald. Ang. & alij Rota diuers. in decis. 112. p. 1. Put. decis. 512. nu. 2. lib. 2. Verum si post nouissimam interpellationẽ quadraginta anni excesserint erit ex lapsu tanti temporis præscriptio inducta, d. l. vlt. §. quod nos corrigentes, & §. fin. vbi glo. Bart. Bald. & Salyc. d. l. 1. §. exceptis, C. de annali except. An autem citatio, & oblatio libelli absque litis contestatione præscriptionẽ interrumpant? et dic vt in l. 2. C. quã libellus Principi datus. et vt in l. sicut 3. §. nec sufficiat, C. de præscr. 30. ann. quod non nisi annalis actio sit l. 1. C. quando libel. Principi datus, glo. in d. l. sicut, in verbo precib. Limitatio 5. est nisi quis rem de cuius præscri-

ptione agitur medio tempore tenuerit, ex hac enim possessione dicitur præscriptio interrupta. l.cum notissimi, 7.§.imò & illud, vbi glo.Bald. & Salycet.C.de præscrip.30.anno. Limitatio 6. est nisi debitor medio tempore debitum agnouerit, vel cautionem renouauerit, aut aliam dederit, vel pecuniam constituerit, nam ex istis præscriptionem interruptam esse constat, d.§. Imò, & illud, ibi sed & si, vbi gloss. Bald. & Salyc. l.item illa verba 18. §.quod adÿcitur ibi proinde, ff.de constit.pecun.l.vlt. C.de duobus reis stipulan. Limitatio 7.est nisi actor experiūdi potestatem non habuerit, l.1.ff.de diuer.tēpo.præscr. l.2.§.pen.ff.de Iudic.l.cū solito, 8.§.fin. C.qui bonis ced.possunt.l.2. C.de annal. except. l.vlt. C.de episc. audientia, est.n.regulare quod contra non valentem agere nō currat præscr.ut probāt allegati per Bouiū vbi supra glo.19.n.254. & sequen. siue impedimentum veniat ex persona rei qui non possit conueniri, l.2. C.de anna. except.& l.vlt.C.de episc.audient.Siue ex persona actoris, qui non possit reum conuenire, l.1. §.proinde ff.de diuer.temp.præscript.l.si possessio 4.C.quibus non obÿc.long.tēp.præscript.l.ab hostibus.6.& l.1.& 2.C.eod.dummodo id facto suo non eueniat d.l.2.C.eod.Siue ex re ipsa quia sub conditione debita; conditio adhuc non euenerit. Bouius vbi supra, per text.in l.vbi autem, ff. de in diem adiect. & notatur in l.2. §.si sub conditione ff.pro empt. & in l.necessario, §.si pendente, ff.de peric.rei venditæ Paris. in cons. 92.n.24.lib.3. quod idem erit si de iure agere non potuerit, l.1.§.fin.C.de annali except. l.sicut 3.§.quæ ergo, ibi.ex quo competere iure cœperunt, vbi gloss.in uerbo facultatem.Bar.Bald. & Salyc.C.de præscript.30.anno.& exēplo l.cū notissimi, 7.§.illud autem, vbi gloss. & Salyc. C.eod.Verū si eius auctor experiri potuit; quanquam ipse antecessam actionem ab auctore non potuerit, nihilominus cōputatur ei tempus, quo eius auctor potuit agere, & coniungitur cum tēpore quo ipse agendi facultatē habuit; quod procedit quocumq; titulo ipse auctori suo successerit, l.si hæres.70.§.fin.ff.ad S.C. Trebell.nam inchoata contra auctorem currit contra successorem; etiam minorem, l.non omnia & l.etiam, ff.de minor. vbi Bart.col.1. & in l.si prædio ff. de in diē adiect. l.Aemilius, ff.de minor.l.apud Iulianum §.1.ff.ex quib. caus.in posses.eat.l.2. C.si adue.vend.pigno.glos.& Doctor.in l.fori si cum. C.de restit.milit.Bart.& alÿ in l.fin.C.in quibus caus.rest.in integ.non est necess.Natta in cons.492.num.2.Rolandus in cons.10.num.14. lib.2.Anchar.moder.q.59.lib.1. An autem minor succedens maiori contra quē est præscriptio inchoata, & demum contra minorem perfecta restituatur? & sunt opiniones, vt per Oddum de restit.in integ.q.90.art.2.num.11.& q.88.artic.4.in princ.& n.51.dicit communem esse pro negatiua quàm sequitur Surdus decis.4.nu.16. & 17. Quando verò est interrupta tunc tempora ante interruptionē decursa; non coniunguntur cum temporibus decursis post interruptionē. Soccin.seu.in cons.118.nu.4.6. & 8.lib.4. Limitatio 8.est nisi creditor fuerit minor vigintiquinque annis de iure communi; viginti ex dispositione statuti de qua supra, c.47.nam durante minori ętate non currit præscriptio l. non est incognitum. C.quibus non obyc.long.temp. præscript.l.vlt.C.in quibus caus.rest.in integ.nō est neces.l.3. §.nam cum ad eos, C. de præscriptio. 30.anno.l.cū notissimi, 7.C.eod.controuertitur, & distinguitur apud Bouium glo.19.nu.33.& sequen. Limitatio 9. est nisi propter ignorantiā actum non fuerit, quia contra scientem non ignorantem currit, §.rursus sancimus Auth.vt sponsalitia largitas. l.sicut 3. in fine, C.de præscrip. 30.anno.controuertitur apud Bouium gloss.19. in princ. Ruyn.cons.54.lib.5. Limitatio 10. est nisi fructus, census, vsuræ compensatiuę aliquot annis solutæ sint, vel annuū illud, quod petitur, l.si quis 8.§.fin.& d.l.cum notissimi, 7.§.in his etiam vbi glo.Bart.Bald. & Salycet. C.de præscript. 30.anno. faciunt allegata per Bouium d.glo.19.nu.216.& sequen. l.plures, & ibi Doctor. ff.de fide Instrum. Bart.in l.naturaliter, col.6. vers.quęro quid si.ff.de vsucapio.Sicul.in c.illud col.5.in fine ver.fit interruptio. de præscriptio.Floria.in l.vna est via, ff.de serui.rust. prędiorum. Limitatio 11. est nisi præscriptioni fuerit renunciatum, sed controuertitur, & magis reprobatur per allegatos per Bouiū, glos.29. num. 19. & sequen. pro quibus accessit Surdus in decis.2. num.7. & per totam. Contradicit in dec.64.n.33. Limit.12. est nisi nouissimus dies non sit cōpletus, l.in omnib. 5.ff.de act.& oblig. l.vbi lex 101.ff.de reg.iur. secus est in vsucap. in qua sufficit momentū nouissimę diei cessisse, l.in vsucap.15.ff.de diuer.tempor.præscrip.l.in vsucapionibus, 6.ff.de vsucapio. Limit.13. est nisi reus intra tēpus negocia actoris gesserit. l.si negocia.31.ff.manda.l.si autem, 7.ff.de negoc. gestis, l. & qui natura.18.ff.eod. l.Tutor. 69. ff.de fideiussor. nam isti negociorū gestores cum nunquam habeant veram possessionem nunquā præscribunt l.etiā §.si quis, de petit.hæred.l.ma-

lè agi-

fe agitur. C. de præscrip. 30. anno. Bald. cons. 12. lib. 1. & cons. 386. lib. 5. Limit. 14. est nisi agatur actione reali. quia in ea non habet locũ statutaria præscriptio. Bald. in §. 1. n. 3. Aret. n. 16. Iaſ. nu. 99. Instit. de actionibus Rom. cons. 201. n. 2. & 3. Gratus cons. 41. n. 7. Gabr. de præscrip. cõclus. 4. n. 17. Dida. vari. resol. c. 14. n. 1. Rim. Iun. in cons. 37. n. 67. Rota diuer. dec. 727. nu. 5. p. 1. Limitatio 15. est quã dat statutum ibi exceptis &c. de qua per Boui. in glo. 3. & gloss. 4. Omnes propositas limitationes, & alias per Bouium, & alios allatas excludit præscriptio quadragenaria. l. omnes, 4. C. de præscript. 30. vel 40. anno. l. vlt. in fin. C. in quib. cauſ. rest. in integ. non est necessaria, Nisi tributum, vel functio publica petatur, l. comperit, 6. C. de præscr. 30. anno. Limitatio 2. est nisi ecclesia agat, sed hoc iure nouo mutatum est, & contra eam præscribitur quadraginta annorũ spacio c. de quarta, 4. c. illud 8. & c. quia indicante, 9. de præſc. nisi ecclesia vacauerit d. c. de quarta, hoc enim tempus vacationis detrahitur, d. c. de quarta, et c. auditis, 15. de præscrip. Limita 3. nisi sit quadragenaria ab Ecclesia interrupta, d. c. auditis, & c. illud, 8. §. fin. eod. Limita. 4. nisi belli tempus intercesserit, c. ex transmissa 10. eod. Limita 5. nisi schisma intercesserit, c. cum nobis 14. eod. Limita. 6. nisi ecclesia cõtra ecclesiã præscribat tunc enim triginta anni sufficiunt, 16. q. 3. c. placuit, § cæterum declara vt ibi. Limita. 7. nisi aduersus Ecclesiam Romanã præscribatur, huic enim sola centenaria nocet, c. ad audientiã 13. c. cum nobis 14. & c. diligenti 17. de præscr. c. si qui 2. eod. in 6. c. cum dilecta. 4. §. quia vero, de confirmat. vtili, hac de ecclesia. Auth. quas actiones C. de Sacrosanc. Eccleſ. & tantũ tempus nocet Romano Imperio, & Principi habenti iura Imperij. Bald. in l. 2. C. commun. de vsucapio. vbi etiam Angelus, Alex. in cons. 84. col. 2. lib. 1. Fely. ind. c. ad audientiam col. pen. Brunus in cons. 45. n. 6. & 7. Pedemon. dec. 69. n. 13. Rolandus in cons. 4. n. 42. lib. 3. Sed quod contra Imperatorem præscribatur spatio 30. vel 40. anno. cum dist. quam faciũt doctores, firmat Boerius in decis. 264. n. 20. Guid. Papa dec. 416. & Surdus decis. 1. per totam, & n. 7. & sequen. Limitatio 8. est nisi Curialis sua Curia vindicetur istis enim quadragenaria non obstat, l. præscriptionem 5. C. de præscr. 30. anno. vbi glo. & Bald. Limitatio 9. est nisi Ciuitati donatũ; aut testamento relictum sit. l. vt inter. 19. C. de sacrosanc. eccleſ. Limitatio 10. est nisi ille, qui præscriptione vult vti, rem ex causa conductionis, vel procuratorio nomine possideat, l. 2. vbi gloss. Bart. Bald. & Salic. C. de præscriptio. 30. anno. Rota diuerſ. dec. 427. n. 4. p. 1. declara nisi dubitetur vtrum in perpetuũ, an ad tempus res fuerit conducta, quia tunc per quadragenariã possessionem præsumitur emphyteusis, seu locatio in perpetuum. l. comperit, 6. §. ideoq; iubemus, vbi Salyc. C. de præscrip. 30. anno. l. vlt. C. de fundis patrimon. lib. 11. l. ita emphyteutici 11. C. eod. Limitatio 11. est nisi cũ actor aduersario absente; infante, vel furioso constituto experiundi potestatem non haberet, & de hoc corã Præside, vel Episcopo, vel testibus solemniter sit protestatus, l. 2. §. sin autem, C. de Annali except. Limit. 12. est nisi non dum agere potuit actor, nam ex eo tempore quadragenaria non cõputatur. d. l. cum notissimi, 7. § illud autem. vbi gl. Bar. Bald. & Salyc. C. de præscrip. 30. anno. Limitatio 13. est nisi quid annuum sit solutum aliquot annis; isti enim anni in quadragenaria non computantur. l. si quis 8. §. fin. vbi Salyc. C. eod. Limitatio 14. est nisi actione pignoraticia ad reddendum pignus agatur, l. neque 9. C. de pignor. act. de qua supra in Limitatione 3.

An hoc statutũ procedat contra forenses extra forũ Capitolij, et Bart. in l. 1. n. 15. ver. de his, C. de Sum. Trin. & fide Cath. dicit quod non quia est decisoriam, Caputaq. in decis. 207. n. 3. p. 3. Bouius glo. 19. nu. 137. & sequen. Secus in foro Capitolij vbi viget hoc statutum, Bart. vbi sup. vbi etiam Purpuratus nu. 157. Caputaq. d. decis. 207. n. 4. Verum quando allegatur tãquam vigens in loco in quo forensis cõuenitur, et illud potuit forensis verosimiliter ignorare, tunc succurritur forensi per restitutionem in integrum aduersus dictum statutum. Innocent. in rubr. de constit. vbi Io. And. & Butr. Alex. in consil. 37. n. 20. lib. 2. Aret. cõſ. 21. Caputaq. in d. dec. 207. nu. 5. p. 3. & corã R. P. D. Lancellotto in Ianuẽ. pecuniaria die 10. Iunij 1580. Immo cũ sit decisorium non ligat forensem, nec etiam in foro Capitolino, vt per Bouium vbi sup. nu. 146. & sequẽ. nisi gaudeat beneficijs statutorũ, & soluat onera personalia & sit Curialis, & vtatur statutis pro se, ita Bouius vbi supra, num. 138. & sequen. nu. 164. & sequen. & n. 168. Sed quod liget forensem, qui iudiciũ in vrbe introduxit, firmat Rota diuerſ. in decis. 602. num. 1. par. 1.

An autẽ liget Clericos? & est distinguendũ, aut. n. statutũ disponit in rem, aut in personam, si in personam, eos nõ ligat defectu potestatis statuentium, Soccin. in consil. 288. Parif. conſ. 40. num. 24. lib. 3. Doct. in c. animarum de constit.

Felyn. & Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ, eod. Ancharan. in cons. 258. Soccin. cons. 46. numer. 3. & cons. 71. lib. 4. Mohed. decis. 4. alias 173. de constit. Si disponat in rem, & est distinguendum, aut res est ecclesiastica, vel patrimonialis sibi data in titulum beneficij, & non ligat Clericos, glo. in cap. Episcopus. in fine de praben. Dec. & Felyn. in d. c. Ecclesia S. Mariæ, aut res aliundè prouenit ex hereditate Patris, vel alterius, seu aliter ab alio sine titulo beneficij, & sunt opiniones, vnam tenent Oldrad. in cons. 17. Felyn. & Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. Tiraquel. de vtroq; retract. §. 32. nu. 8. Signor. in cons. 21. alteram tenent Soccin. in cons. 65. nu. 6. lib. 3. Guid. Pap. decis. 77. & alij citati per Bouium de statut. glo. 19. nu. 211. & de hoc statuto quoad bona prædita non est dubitandum; quia fuit authoritate Papæ conditum, & ideo ligat etiam Clericos, Rota diuer. decis. 452. nu. 1. p. 1. Mohed. d. decis. 4. de constit. & Bouius indistinctè etiam sine Papæ auctoritate, vbi supra, num. 210. & sequen. Et quando Clericus vtitur statutis pro se, debet vtique illis pati ab alijs vti contra se, Bouius vbi supra num. 210.

An hoc statutum procedat contra Iudæos in Vrbe commorantes, & dic quod sic vt per Dec. Felyn. & alios in c. 1. de constit. Bald. in l. spadonem, §. iam autē, ff. de excuss. tutor. Rocchus de Curte. de consuetudine 9. sect. nu. 36. & 44. Soc. in cons. 71. n. 2. lib. 1. & in cons. 119. n. 16. lib. 4. Quod procedit non solum inter ipsos Iudæos, sed & etiam inter Iudæos & Christianos, ita quod vnus contra alterum præscribat. Roman. in cons. 489. num. 3. per gloss. in cap. porrò 16. q. 3. c. dispar. 23. q. vlt. faciunt allegata supra in c. 145. ver. & hoc statutum ligat.

An hoc statutum procedat contra instrumentum iuratum? & videtur quod sic per allegata supra in c. 153. versic. Iuramentum, & alibi. Sed contrarium est verius, quia iuramentum perpetuat actionem, vsque ad quadraginta annos, & habet vim litis contestatæ, quæ præscriptionem interrumpit, Bart. in l. nam & postea, §. si is qui ff. de iureiuran. Imol. in l. naturaliter ff. de vsucapio. Angel. in l. cum notissimi. §. immo, C. de præscript. 30. anno. Soccin. iun. in cons. 54. num. 7. lib. 1. Tholos. decis. 220. & ibi addentes. Surdus in decis. 3. num. 1. 13. & 15. & in decis. 64. n. 33. Rota in Romana pensionis Domus die 16. Ian. 1598. coram R. P. D. Lancellotto, nisi statutum tollat fidem Instrumentis in quibus iuramenta continentur, vt fit in hoc nostro statuto ibi. & durante præsumptione prædicta, instrumenta quæcumque, tàm publica quàm priuata &c. nullam fidem faciant, quod per statutum fieri posse non dubitatur, vt per Castrens. in cons. 61. lib. 2. Alciatus, in c. cum contingat. num. 149. de iureiuran. Alexan. in consil. 170. nu. 1. & 2. lib. 7. Soccin. in cons. 97. n. 5. lib. 1. & in cons. 120. num. 19. lib. 1. Mars. sing. 700. Roland. cons. 43. nu. 3. & 4. lib. 3. Put. decis. 15. de constit. Mohed. decis. 226. Rota diuersorum in decis. 104. nu. 2. par. 2. tunc enim non constat de iuramento, & procedit hæc statutaria præscriptio, Rota in d. decis. coram R. P. D. Lancellotto. vers. & quamuis statutum, & ita debet intelligi decis. Put. 16. de const. & Mohed. 227. quas citat Bouius in glo. 19. num. 125. Item nisi iuramentum præsumatur à statuto metu, & dolo extortum, vt supra in d. c. 153. ver. Iuramentum, & alibi.

De præscriptione pensionum Canonum, & Censuum. Cap. CLIX.

DOminus rei ad modicum vel longū tempus locatæ, vel proprietarius rei, in emphyteosim, vel ad censum concessæ, & census empti vel quomodolibet constituti, non possit petere pensiones, canones, aut census, nisi pro decem proximè præteritis annis tantum; & pro reliquis vltra decem annos sibi satisfactum præsumatur, nisi de interpellatione iudiciali, aut præscriptionis interruptione legitimè doceat. Sed & si conductor, aut censuum vel canonum debitor, per continuum triennium præteritum pensionem, canonem, vel censum soluisse demonstrauerit, præsumatur pro toto præterito tempore satisfecisse, & molestari nō possit.

De præscriptione pensionum, Canonum, & Censuum. Cap. 159. Gloss.

In annuis præstationibus an sint de iure necessariæ tot præscriptiones, quot sunt annuæ præstationes, vel vna tantum præscriptio sufficiat? hūc quæst. mouet glo. in l. cum notissimi §. in his C. de præscrip. 30. vel 40. annò. et in ea sunt opiniones, Prima Vltramontanorum quam cōmunem dicunt fuit, quod tot requiratur præscriptio quot sunt annuæ præstationes; vt testatur Paul. de Castro. in l. si plures, §. fin. C. de fide Instrum. Guido Papæ dec. 406. in fin. Capella Thol. decis. 342. & ibi addentes. Alia Citramontan. opinio fuit, quod vnica pro omnib. annis præscriptio sufficeret, eamq; vtiq; cōmunē asseruerunt, addentes de præsumpt. in 4. par. princ. q. 4. Paris. in

c. au-

c. auditis circa finē de præscript. & in hanc Citramontanorum opinionem inclinauit Rota, vt per Puteum in decis. 259. nu. 1. vers. & in hanc. dixit tamen non procedere in illis annuis præstationibus quæ cessant per restitutionem sortis principalis; vt sunt census fructus dotis, & similes, quia pro istis omnibus non potest agi à principio, vt in futurum soluantur; quia potest contingere quod per restitutionem sortis non debeātur; & ideo in istis tot debent esse præscriptiones, quot annue præstationes. vt per Ias. in l. vbi autem non apparet. §. qui sortem. ff. de verb. oblig. quod idem est in legatis annuis conditionalibus in quibus non est nata actio ante euentum conditionis l. cedere diem. ff. de reg. iur. & per consequens nec præscriptio; quod idē est in stipulatione fructuum census dotis, & similibus; quæ pro primo anno est pura pro alijs cōditionalis si sors, seu dos nō restituatur, vt dicūt Doct. Saliran. glo. ibi de mente Bart. in d. l. vbi autem apparet §. qui sortē. & Ias. expressius. ff. de verbor. obligat. Puteus in d. decis. 259. in fin. lib. 1. Rota coram bo. me. R.P.D. Iusto in Romana Dotis die 23. Iunij 1600. Pro pleniori intelligētia huius quæstionis vide Guid. Pap. in d. decis. 406. cum duabus sequen. Boer. in decis. 336. Bouius de statutaria vrbis præscriptione. glos. 3. nu. 30. & glos. 19. nu. 220. & sequen. latius.

Fuit aliquando dubitatum an hoc statutum procedat in contractu iurato: & videbatur dicendum quod sic, quia statutum præcedens. c. 158. vtiq; contractus iuratos comprehendit; vt ibi notauimus; & ita fuit alias resolutum in terminis statuti antiqui lib. 4. c. 18. de præscript. person. act. vt tenuit Rota in Romana dotis coram Marsicano die 22. Aprilis 1541. vt per Mohe. in decis. 5. de præscript. Fab. decis. 9. lib. 1. Put. decis. 116. lib. 1. & 16. de consilt. Caputaq. in decis. 413. lib. 1. in manuscriptis: Quod eo maximè videbatur ita dicendum, quia hoc statutum venit consequutiuè ad præcedentem; vt contenta in illo censeantur in hoc repetita iuxta tradita per Bart. in l. seio. §. caiæ. ff. de fundo instr. & alias inseruiret de vento; quia semper apponitur iuramentum.

Rursus cum sit confirmatum à Papa comprahendit etiam obligationem iuratam per tradita per Gabr. de statutis conclus. 11. nu. 8. in fin. Verum istis non obstantibus contrarium est verius; quia statuta disponentia quod creditor excludatur à suo credito nisi infra certum tempus illud petierit, vt facit hoc nostrum statutum non procedunt in contractu iurato, cum iuramentum non veniat in generali dispositione nisi de illo sit facta mentio. glos. in c. non decet. in ver. effectus de elect. in 6. per tex. in c. constitutus. de rescriptis vbi Fely. nu. 5. Io. And. in reg. quod semel. in fin. de reg. iur. in mercur. Alex. in cons. 37. nu. 24. lib. 2. Corn. in cons. 328. col. 4. lib. 1. in cons. 180. col. 1. in fin. lib. 3. Gratus cons. 41. nu. 14. lib. 1. Gabr. de statutis conclus. 11. in princ. & de iure iuran. conclus. 5. in princ. Seraph. de priuileg. iurament. priuileg. 22. nu. 53. Nam cum iuramentum perpetuet actionem; & habeat vim litis cōtestationis, quæ præscriptionem interrumpit. l. nam & postea. §. si is qui & ibi Bart. num. 3. Rom. nu. 4. Ias. nu. 5. ff. de iureiuran. Fely. in c. fin. nu. 7. de præscript. Mars. sing. 141. cum alijs allegatis supra in præcedenti c. 158. quos recenset aliosq; citat Lamberteng. de contractibus ad finem nu. 13. & 14.

Non obstat quod in præcedenti firmauerimus illud statutū procedere etiā contra Instrumēta; iurata quia id euenit ibi ob sublatā fidē Instrumento ex quo probaretur iuramentum, si fides ei non esset sublata, sed si aliunde probaretur iuramentum non esset locus, d. statuto; & sic patet responsio etiam ad illud quod dicitur, quod hoc statutum veniat consecutiuè ad illud; quia cum in hoc non adimatur fides scripturis non est inferendum de vno ad aliud; nec censetur repetita qualitas, cū sint capita omni respectu prorsus separata. Bart. in l. seio. §. caiæ. nu. 2. ff. de fund. instr. Ruy. in cons. 176. nu. 8. vers. ad illud autem. lib. 2. cum alijs allegatis per nos in tract. de condit. par. 2. c. 1. q. 18. & 19. & in c. 6. q. 7. Nec inseruit de vento hoc statutum; quia locationes quandoq; fiunt per apochas priuatas sine iuramento; non autem semper per Instrumenta iurata. Non obstat Confirmatio Apostolica ex certa scientia quia intelligitur, quando per statutum tollitur iuramentum, vt sæpe dixi in c. 151. & in c. 152. nō quando nulla habetur mentio iuramenti in eo; quia confirmatio intelligitur in terminis in quibus statuta loquuntur, cuius natura est, vt addat robur confirmato, non autem quod extendat vlterius illud ad id quod in eo non continetur. l. Aurelius §. testamento. ff. de liber. leg. Bald. in l. nominationes in fine C. de appellat. Corn. in cons. 22. nu. 1. lib. 3. Alex. in cons. 122. lib. 4. Ruy. in cons. 158. nu. 1. lib. 1. & in cons. 111 nu. 18. lib. 5. Dec. in rubr. de confirm. vtili vel inutili nu. 2. & 3. Io. Tomasius Conciuis meus sub nomine

mine Berous q.5.nu.2. Sciendum est etiam non procedere in tributis, & censibus debitis Cameræ Vrbis; ista enim præstationes annuæ Tributorum, & censuum, sex canonum Cameræ debita excipiuntur per statutum. c.158. ibi exceptis dotibus &c. Quando enim soluuntur in signum superioritatis Principi supremo, nec de iure communi præscribuntur l. comperit C. de præscript. 30. anno, & ibi Bart. Butrig. & Salicet. qui dicit quod possunt præscribi quoad dominium; non autem quoad solutionem canonis idem tenet Angel. in l. iubemus. C. de fundo patri. lib. 12. Io. And. in c. constitutus. de relig. Domi. vbi etiam Anchar. Abb. in c. ad audientiam de præscript. Quod procedit in Papa, & alio Principe non recugnoscente superiorem in temporalibus, in spiritualibus enim adest nullus ita Doct. in allegatis locis. Secus autẽ est in inferioribus, quia contra eos præscribuntur. Abb. in cons.102. lib.2. Ias. in l. Imperium. ff. de iurisdict. omn. iudic. Soccin. in cons.86. nu.13. lib.1. Paris. in cons.25. nu.20. lib.4. vt puta quando quis probaret se aliquando interpellatũ fuisse, vt solueret tributum, & non soluit l. cum simus. C. de agr. & censi. quemadmodum etiã præscriberetur si appareret de conditione, & renunciatione l. hæc autẽ. ff. de seruit. vrb. præd. vel quando adest bona fides scientia, & patientia, immò etiam sine scientia illius contra quem præscribitur. Alex. in cons.136. lib.2. in cons.36. lib.5. Corn. in cons.162. lib.3. & in cons.268. lib.4. Rubeus in cons.21. num.7. Alex. cons.6. lib.1. Fely. in c. de quarta. de præscript. Dec. in cons.85. contradicit Bart. qui exigit scientiam vtriusq; præscribentis scilicet, & illius cõtra quem præscribitur. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publ. Alex. in cons.56. lib.5. Lauren. Silua. in cons.1. nu.165. & sequen. currit etiã in illis casibus in quibus de iure communi currit contra rempublicam. Bald. Salic. & Paulus de Castro in l. fin. C. de sacrosan. eccles. Aret. in cons.154. Alex. in d. cons.16. lib.5. Paris. in cons.35. nu.27. lib.1. Bart. & Paul. de Cast. in l. licitatio. §. eorum. de licitati Alex. in cons.30. lib.5. Paris. in cons.25. n.28. lib.1.

De præscriptione spolij. Cap. CLX.

Actio spolij vltra annos triginta non detur, nisi de spolio cum violentia doceatur.

De præscriptione spolij. Cap. 160. Glos.

Est controuersia apud Doctores an remediũ c. redintegranda. 3.q.1. sit imprǽscriptibile, vel potius aliqua præscriptione tollatur? Tenẽtes negatiuam esse impræscriptibile fundãt se primò in d. c. redintegranda ibi in illis verbis, quacumq; temporis conditione, ex quibus colligunt hoc remedium nullo tempore præscribi. deinde ducuntur auctorite glossę in c. sollicite. de restit. spoliat. quæ vult. quod hoc remedio perpetuo agi possit. Tertio auctorite. Rotæ, quæ sæpius hãc opinionem est amplexa in occurrentibus causis, teste Caßadoro in decis.6. de restit. spoliat. Puteo in decis.158. lib.1. Mohed. in decis.15. de restit. spolia. Simonetta in decis. 60. Caputaq. in decis. 296. lib.1. quarto hæc opinio videtur habere rationem odij rationabilis, quo digni sũt illi; qui aliorum bona, & possessiones inuadunt, qui nulla ideo tut. sunt præscriptione; quæ neq; dari potest post lapsum tempus mille annorũ, si ab initio spoliator fuit dolosus, vel violentus, vt notant omnes in d. c. redintegranda, & in d. c. sollicite, & est omnium Canonistarum receptissima opinio.

Tenentes affirmatiuam ducuntur argumentis, & illis vrgentissimis; ac validissimis grauissimorum Patrum auctoritatibus. Primo enim ducuntur in hanc sententiam; quia vtroq; iure tam Ciuili quàm Canonico omnes actiones tolluntur quadragenaria præscriptione; vt de iure ciuili probat tex. in l. sicut. & in l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. ann. auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. de iure Canonico probat tex. in c. ad aures in c. ad illud in c. quia indicante de præscript. in c. placuit il 1. & in c. post quingentos 16. q. 6. cum alijs allegatis supra in c.158. ver. omnes propositas. Limitatio 2. quibus accedant. Ruy. in cons.103. nu.7. lib.5. Ias. in cons. 115. nu.27. lib.4. Crauett. in cons.294. Roland. in cons. 72. nu.20. lib.2. Et ratio est quia leges abhorrẽt rerum dominia semper in incerto manere. l.1. ff. de vsucap. l. cũ notissimi. C. de præscript. 30. annor. §.1. instit. de vsucapio. ac litium immortalitatem l. properandum. C. de Iudicijs & l. fin. vbi glos. in verbo finis. ff. pro suo. Secundo cum temporis præscriptio tollat dominium; quod est maximi præiudicij: teste Bart. in l. rem alienam. ff. de pignor. act. multo magis tollere debet actionem hanc possessoriam leuioris præiudicij, vt arguit Castren. in cons.205. nu.3. lib.1. Soccin. in l. rẽ qua nobis. nu.18. ff. de acquir. posses. Paris. in cons.

conf. 155. lib. 1. Balbus de præscript. 4. par. princ. q. 20. nu. 1. Roland. in conf. 72. nu. 19. lib. 2. & in conf. 6. nu. 8. lib. 3. Et cum in hoc remedio probare sufficiat duo extrema videlicet antiquissimam possessionem actoris, ac præsentem possessionem rei; & illa possit probari per testes etiam de fama, & de audisu, qui quidem in antiquis admittuntur, & sæpè eueniat, quod propter antiquitatem, ac sinistros casus belli, incendij, Pestis, Inundationis, & similium, instrumenta quibus possessores sese tueri possent sint deperdita, aut vetustate corrosa, atq; consumpta, Profectò ex tali huius remedij perpetuitate infinita facilè, veri domini proprijs bonis iniustè priuabuntur atq; finite in graue totius Reipublicę præiudicium, vt per Mohed. in decis. 17. de restit. spol. & per Sarmen. de Redditibus Eccles. par. 1. c. 4. nu. 11. & Select. interpr. lib. 2. c. 13. nu. 2. Et quod est valde absurdum quod possessorio remedio adeo priuilegiato circa qualitatem probationum tollatur dominium legitime præscriptum, & inutile reddatur contra omnes iuris regulas, quibus perpetuo traditum est petitorum absorbere possessorium, & hic nihilominus contrarium succedit. Tertio si dinumeremus auctores hanc opinionē sequentes, non potest negari respectu numeri, ponderis, & grauitatis illorum hanc esse magis communem, vt testatur Gabriel. de restit. spoliat. conclus. 5. n. 64. Contard. de moment. possess. §. 4. Limitat. 2. nu. 26. & sequen. Pontanus de spolio lib. 3. c. 2. nu. 91. Decian. in conf. 63. nu. 2. lib. 5. Crot. conf. 47. nu. 29. lib. 1. Honded. conf. 82. nu. 49.

Non obstāt verba illa à tenentibus negatiuā ponderata in d. c. redintegranda. 3. q. 1. vbi quacunq; temporis conditione, quæ reguntur ab illis verbis sequentibus in fine positis, perdidisse noscantur, quia referuntur potius ad qualitatem amissionis, quam ad quantitatem temporis l. 1. §. deniq; ait. ff. de aqu. plu. arcen. l. testium in princ. ff. de testibus Rebuff. in l. cōditionales. 62. vers. quarto ff. de verb. signific. & nos de condit. par. 1. c. 1. nu. 25. & nu. 30. vel potius ad temporis qualitatem quam quantitatem, vt sensisse videtur ibi Archidiac. dum ait. quod ibi forte erat guerra, vel metus latronum, nemo audebat ibi morari; quod idem post Belamer. & Io. de Turre Crema. firmat Contar. d. §. 4. Limit. 2. nu. 28. Castren. in conf. 105. nu. 3. par. 1. Galles. de exercit. Iuris Ciuilis lib. 3. nu. 56. Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 422. & ita sensisse videtur Gratianus Compilator dum in summario huius canonis ait ablata quacumq; conditione in eodem loco vnde subrepta fuerant reuocanda esse, sublata illa dictione, temporis, quæ legitur in textu, & hūc germanum sensum appellat Grauat. ad Vestr. lib. 7. c. 3. nu. 41. de quo etiam Cicero de Natur. Deor. quem sequor. in d. tract. de condit. par. 1. c. 1. nu. 16. Quod suadetur etiam ex eo quia, & si contra Ecclesiam spatio 40. annorū præscribatur c. de quarta. 4. c. illud 8. & c. quia indicante. 9. de præscript. cum alijs allegatis supra in c. 158. d. Limitat. 2. post ver. omnes propositas. Tamen propter qualitatem tēporum vacationis, belli, schismatis, & similium non præscribitur, vt probaui in d. c. 158. post d. limitationem. 2. positam post d. vers. omnes propositas per tex. in d. c. de quarta & in c. auditis 15. de præscript. in c. ex transmissa. 10. & in c. cū nobis. 14. eod. Nec est verosimile, quod Pontifex vna dictione, illaq; prorsus ambigua, voluerit totam materiam præscriptionum tot, & tantis vigilijs elaboratam subuertere; vt tradit glos. in c. 1. §. præterea. in verbo præscriptione de Capitulis Conradi, vbi illa verba nulla obstante præscriptione intelligit de decennalli, vel viceunali non autem de triginta, aut quadraginta annorum ne tota materia præscriptionum multis vigilijs excogitata, & tandem composita radicitus euellatur, dominia rerum stent semper in incerto, & totus orbis infinitis illisq; immortalibus litibus inuoluatur, hanc glossam communiter approbatam esse constat ex traditis per Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 12. & cum Summi posteriores Pontifices in c. ad aures. in c. illud. & in toto tit. de præscript. per trigenariam, & quadragenariam præscriptionem omnem actionē prorsus excludant, sequitur, quod quando verba illa canonis redintegranda 3. q. 1. temporis perpetuitatem; atq; infinitatem significarent, quod esset absurdum, vt dixi, esset ei per nouas constitutiones omnem actionem per quadragenariā submonentes prorsus derogatum; nec esset seruanda. c. in istis. §. leges. distinct. 4. & c. vlt. §. hac & si eadem distinc. 4. & in c. quis ignoret 32. q. 4. Non obstat glos. & eam sequentes in c. sollicita. de restit. spol. dum dicit, quod ad damnum siuè pœnā perpetuo agi potest, quia nulla conditio temporis opponi potest. c. redintegranda. 3. q. 1. quoniam sublato fundamento illius canonis quo vtitur tollitur etiam opinio glossæ. Et cum vtatur dictione perpetuo debet intelligi, vt non excludat præscriptionem 30. vel

vel 40. annorum, quoniam in spatio tanti temporis includitur perpetuitas, & perpetua actiones spatio 30. & 40. annorum præscribuntur. instit. de perpet. & tempor. act. & si semper, quandocunq; ac perpetuo agere posse sit inter partes conuentum; quia per ista verba siuè prolata à lege, siuè ab homine nō tollitur longi tēporis 40. annorum præscriptio, vt voluit Bald. in cons. 309. col. 2. lib. 1. Faber. Signor. Ang. Fely. Balb. Afflict. & alij quos sequitur Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 7. & sequen. Ias. Curt. Iun. & Iacob. in l. petens. C. de pac. Didac. var. res. lib. 1. c. 9. nu. 1. & 2. Alciat. cons. 369. nu. 10. Ruy. cons. 111. nu. 2. lib. 1. in cons. 150. nu. 7. lib. 4. Gabr. in cons. 144. nu. 26. lib. 2. Ceph. cons. 40. n. 6. in cons. 43. nu. 12. Crauett. in cons. 71. nu. 1. Roland. in cons. 21. per totum lib. 2. Menoch. in cons. 201. nu. eo quia, vt dixi legis, seu pacti perpetuitas spatio 40. annorum includitur iuxta d. cons. Bald. 303. lib. 1. sequutum in Rota in Reatina tenuta. 13. Aprilis 1579. coram Card. Lancellotto. & die 12. decembris 1588. coram Cardinale Pamphilio. Nisi velimus intelligere, quod loquatur contra violentos, & dolosos spoliatores; quia pro istis nulla currit præscriptio c. fin. de præscript. cum alijs allegatis per Contardum in limitat. 2. num. 34. & 35. & in hoc ius canonicum discrepat à iure ciuili, quo non tamen violenti male fidei possessores 40. annorum spatio præscribunt. l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. annrum Hieroni. Zannetti. de differen. inter ius canonicum, & ciuile. nu. 75. & sequen. & Baptista de S. Blasio differen. 174. & est tex. in l. si quis emptionis C. eod. Azzo ibi in summa, Azzo. vbi supra. & Prosdo. de comi. de differ. iuris ciuilis. & canonici nu. 51. & sequen. c. potest. 16. q. 3. Rubeus cons. 13. nu. 14. Ceph. cons. 235. in fin. lib. 2. Bero. in cons. 56. nu. 25. lib. 3. Alex. in l. pomponius. §. cum quis nu. 23. ff. de acquir. posses. Aym. de antiquitate tempo. 4. par. vers. materia ista nu. 89. & ita disponit hoc nostrū statutum ibi; nisi de spolio eum violentia doceatur. Excepto enim casu malæfidei in materia præscriptionis nulla est differentia inter ius canonicum, & ius ciuile, vt notant Abb. & alij in d. c. de quarta, de præscript. Minus obstat quod secundum aliquos præscriptio fuerit inuenta propter dominium; non propter possessionem; quia hoc est falsum, vt probat tex. in c. iubemus. 16. q. 3. & in l. fin. C. de edic. Diui Adr. tolle. & in l. comperit. C. de præscript. 30. annorum Immò possessio est longe debilior; & tempore minori amittitur Innocent. in c. querelam vbi Bella. nu. 10. de elect. Soccin. in l. rem quæ nobis. q. 8. ff. de acquir. posses. Contard. vbi supra d. limat. 2. nu. 31. Vt quasi de re clara, & à iure decisa disposuerint statuentes actionem spolij vltra annos triginta non dari per supra deducta, non tamen est superfluum propter varietatem opinionum de quibus in princ. cum per eū tollatur illa ambiguitas à Doctoribus excitata. vt in simili dixit Alex. in cons. 17. nu. 7. vers. nam operatur. lib. 2. Crauett. in cons. 25. n. 31. Bece. in cons. 34. in fin. per tex. in l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. in l. 1. ff. de edilic. edic. Rota diuer. in decis. 741. nu. 10. par. 1. Immò & si disponeret idem quod ius commune nō ideo dicitur supefluum, quia sublato iure communi statutum staret firmum. Corsettus sing. matrim. tl 2. nu. 2. & renunciando iuri simpliciter non renunciatur statuto idē disponenti Orian. tract. de interpr. statut. nu. 2. & quamuis disponat idem quod ius commune nihilominus dicitur statutum. Bald. in l. 2. nu. 2. C. quæ sit long. consuet. Abb. in rub. de regular. nu. 4. Bero. in cons. 65. nu. 7. lib. 2. Berach. in verbo statuta vers. 7. Orian. vbi supra. nu. 1. & 2. Galli. tract. statut. lib. 16. c. 1. nu. 2. & 3.

De Cessione bonorum, & inducijs quinquennalibus. Cap. CLXI.

AD cessionem bonorum, vel ad quinquennales inducias non admittantur, nisi qui se fatalia damna, calamitates & fortuitos casus, vel alia aduersa, post contracta debita incurrisse docuerint; & tunc de consensu maioris partis creditorum. Lusores autem, dilapidatores, fraudatores omnes, & qui scientes se soluendo non esse, multiplicia debita contraxerunt, omnino excludantur: in electione vero alterius ex beneficijs prædictis, illi præferantur, qui se veros creditores esse, delato calumniæ iuramento, legitimis documentis, vel per idoneos Testes docuerint. Chirographarios autem creditores, nisi scripturæ tempus contineant, & sint trino, vel saltem bino Teste notatæ, numerum facere nolumus; omnibus collusionibus, fictionibus, & fraudibus, quas debitores, & creditores ex mutua intelligentia machinari solent, penitus exclusis. Deprehensi autem in aliqua fraude, fictione, vel mendacio, indigni omnino habeantur. Quicumque verò petierint se admitti, interim

terim dum petunt, etiam si in vim Apostolici rescripti id petant, non audiantur; nisi publice & palã biretum viride ita discoopertũ, quod ab omnibus videri possit, in capite deferant nec Iudex aliter, nec in vim commissionis, nec litis pendentiæ, possit inhibere; & facta inhibitio non teneat: & tam is, qui ad cessionem, quàm is, qui ad quinquennales inducias fuerit admissus, dictum biretum portare debeat; alioqui ipso iure priuilegio priuatus censeatur, & mandata etiam aliàs contra eos relaxata, sine nouo decreto & citatione, contra eosdem, si sine bireto viridi reperti fuerint, executores quicunq: exequi possint. Is verò qui ad quinquennales inducias admissus fuerit, si idonee cauerit de soluendo, in fine dilationis, seu termini huiusmodi, ad dicti birecti dilationem non teneatur.

De cessione bonorum, & inducijs quinquennalibus. Cap. 161. gloss.

Si debitor bonis cesserit, conuentus postea à creditoribus tuebitur exceptione cessionis ex dispositione statuti huius, & §. fin. instit. de replicat. & in l. ex contractu: 3. vbi glo. Bar. & Paul. de Castro. C. de bonis auth. iudic. posside. & l. item si vnus. 17. ff. de recept. arbitris. Non enim cessione liberatur, sed facit, vt non possit in carcerem detrudi. l. 1. vbi Bart. & Castren. C. qui bonis cedere possint. Limita 1. nisi lusores, dilapidatores, fraudatores, & scientes se soluendo non esse multa debita cõtraxerint, isti enim ad beneficium miserabile cessionis nõ admittuntur, vt in statuto. §. lusores. Limita. 2. nisi prius debitum agnouerit, vel condemnatus fuerit. l. qui cedit. 8. vbi glos. & Doct. ff. de cessio. bono. glo. in l. 1. in verbo. liberati. C. qui bonis cedere possint. Limita 3. nisi cessio fiat ob publica munera vitanda. l. propter. 3. vbi gloss. & Paul. de Castro. C. eodem Limita 4. nisi creditores quinquennales inducias cõcedere sint parati; hoc enim casu debitores non sunt ad bonorum cessionem admittendi l. cum solito. 8. vbi glo. Bart. & Paul. de Castr. Quo in casu standum est maiori parti creditorum inspecto cumulo debiti; si par sit cumulus debiti standum erit, maiori parti creditorum inspecto numero personarum, vt deciditur in d. l. cũ solito. & notant ibi glos. Bart. & Paul. de Castr. in princ. C. qui bonis cedere possint. Limita 5. nisi is qui vult cedere sit debitor fisci. Cyn. in l. 1. C. eod. Bart. in l. cum autem. ff. ad l. iuliam. peccul. Guid. Pap. decis. 211. ver. un debitor fisci. Verum si post factam cessionem debitor ad pinguiorem fortunam deuenerit poterit in quãtum facere poterit cõueniri l. is qui 4. vbi glos. & Doct. ff. de cess. bonor. l. si debitor. 7. ff. eod. §. fin. instit. de action. quod intellige nisi cesserit cum ignominia, vt infra: Agere tamen amplius non potest l. item si vnus. 17. ff. de recept. arbitr. Bene et licet pœnitere, & cessionẽ reuocare. l. is qui 3. vbi glo. & Doct. ff. de cess. bono. l. quem pœnitet. 5. ff. eod. l. 2. C. qui bonis cedere possint. vbi glo. Bart. & Castren. quod intellige non dum distractis facultatibus. d. l. 2. ibi nec dum distractis vbi glo. in verbo distractis. C. qui bonis cedere possint. d. l. 5. ff. de cessio. bono. & l. si prius. 8. in fine C. de distract. pignor. inuitus autem nemo cedere bonis est cogendus. auth. Ne quis cogatur bonis cedere. Et facta cessione à Patre non sunt inquietanda bona filij emancipati l. si Pater tuus vbi Butrig. Salycet. & Castre. C. qui bonis cedere possunt. Nec è contra. l. cũ filij fam. vbi Bar. & Salyc. C. eod. & potest cessio bonorum de iure communi solo verbo, & sine aliqua solemnitate fieri l. vbi glos. & Paul. de Castr. C. eod. Secus est vigore statuti huius, quoniam qui petunt admitti ad cessionem bonorum; seu quinquennalem dilationem in vim statuti; debent deferre palam; & publicè in capite birrettum viride; nisi illi qui ad quinquennales inducias admissi sunt idonee cauerint de soluendo in fine dilationis; quo in casu ad delationem dicti Biretti nõ tenentur. Sed si ad cessionem admissi detulerunt Birrettum viride; & postea ad pinguiorem fortunã deuenerint in aliquo non tenentur, vt est glos. in c. sicut dignum. §. hi quoq; in ver. si habent. ibi nisi pro eo iam substinuisset pœnas corporales. de homicidio Guid. Pap. dec. 343. per totã.

Exceptio cessionis an prosit fideiussoribus cedentis? & cum competat cedenti contra omnes creditores, etiam quod ante cessionem non egerint. l. is qui. 4. §. fin. ff. de cess. bonor. & impediat executionem l. 1. C. qui bon. ced. possunt. Ias. in §. fin. instit. de actio. Rebuff. super const. lib. 1. de senten. execut. artic. vlt. glos. 1 vers. octauo. videtur competere etiam fideiussoribus, sed contrarium est verius quod fideiussoribus non prosit. §. fin. instit. de replicat. & est tex. vbi glo. in l. vbicunq; ff. de fideiuss. vbi Dyn allegat tex. in l. à debitore. §. quod si stipulator in fin. ibi fideiussorem manere obligatum. ff. de fideiussoribus Guido Pape in dicta decis. 211. in fin. vers. sed ax cessio.

An

An autem possit huic beneficio cessionis bonorum renunciari cum iuramento? Simpliciter enim sine iuramento renunciari non potest. arg. l. alia. §. eleganter. & ibi Dyn. ff. solut. matr. Cyn. Bart. & Cuma. in l. 1. C. qui bonis ced. poss. Cum iuramento autem potest renunciari per regulam quam ponit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. facit à simili. c. debitores. de iureiuran. Specul. de renunc. §. 1. ver: item est beneficium, sequitur. Aret. in §. fin. instit. de act. Contratrium dicit fuisse decisum Guid. Pap. in dicta decis. 211. & ibi addentes in verbo contrarium.

Quinquennales enim conceduntur vel à creditoribus. l. cum solito. 8. C. qui bonis cedere possunt. Vel à Papa in Vrbe arg. eorum quae notat Innocen. in c. inquisitioni. de sentent. excom. c. veniens de iureiuran. c. si duobus de appellat. Staphil. de literis gratiae. fol. 170. vbi dicit non dari à Papa Clericis in odium laicorum arg. c. nouit. de iudic. glos. in c. si clericus laicum. de foro competen. & alibi Principes possunt cōcedere alicui dilationem annalem, biennalem, triennalem; & ad summam quinquennalem ad soluendū suis creditoribus l. 2. vbi Doct. C. de precip. Imp. offeren. l. si debitori. vbi Castren. ff. de iudic. Anchar. in cons. 37. alij Magistratus praeter Principes, quia alijs praeiudicant has dilationes concedere non possunt. Archid. in c. peruenit. 16. q. 1. glo. in sum. 25. q. 2. & in similibus concessionibus solet apponi clausula recepta tamen ab eodē supplicāte cautione; quae clausula intelligitur de iuratoria si aliam dare non poterit, vt in rub. & l. 1. ff. qui satisd. cogan.

Ad cessionem bonorum; vel ad quinquennales. *Possunt quinquennales concedi debitoribus fatale damnum passis, vt supra ratione belli, ignis, incendij, naufragij, & similium ita dictat statutum, & rubr. ff. de incend. rui. naufr. vel ex alio quocumq; aduersae fortunae casu; qui etiam à sapientissimis non potuit praeuideri. l. quae fortuitis. C. de pignor. act. & ob id vocantur casus improuisi l. 1. C. de sicar. & vniuersis hominibus alicuius ciuitatibus damnū belli, vel aliud perpessis conceditur, vt per Afflict. in decis. 377. Princep.*

Sed sine fraude, collusione, machinatione, ac fictione est impetranda, vt in d. statuto. Sed si quis fraudem alleget, eam probare debet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. actor. C. eod.

Sed impetrata non nocet omnibus creditoribus impetrantis, vt patet in d. l. quoties. C. de precib. Imper. offere. & primo non nocet creditoribus ratione delicti, quoniam isti hac dilatione non obstante poterunt debitorem conuenire. Guliel. de Cun. in l. si ex parte. §. quamquam. ff. quod cum eo. l. si rerum. de re iudic. Rom. sing. 179. quid si titius, quia reatus impedit ne delinquens beneficio quinquennalis vti possit. arg. l. 1. C. vbi Senat. vel Claris. Secundo non nocent creditoribus futuris. arg. l. aurelius. §. titius. 1. ff. de liber. legat Clementin. fin. de rescriptis Guid. Pap. decis. 109. rescripta annalia. facit Clement. 1. de censib. c. fin. de rescript. Tertio non nocet creditoribus habentibus rem iudicatam exequutam l. seruo. §. cum praetor. ff. ad trebell. Guid. Pap. decis. 97. Pro conseruatione. Staph. de literis instit. l. 2. C. de vsur. rei iudic. l. debitor. ff. de iudic. Quarto non nocet domino; quia vasallus non vtitur hoc beneficio contra Dominum. Iacob. de Bello visu. in c. 1. de vasallo qui contra constit. Lotharij in glos. facit tex. in l. incola. ff. de ad municip. aliàs priuabitur feudo c. vna. quibus modis feud. ammittat. Ias. in l. 2. nu. 24. C. de iure emphyt. Alex. & alij in l. 1. ff. si cert. petat.

Quinto idem erit in locatione, & emphyteusi, & in alijs oneribus personalibus. glos. in l. cū fructuarius ff. de vsufruc. vbi Doct. Spec. de locat. §. nunc autem. ver. 129. Masuer. de solutionibus. §. item dilato. Sexto idem erit in debito iurato; quia constitutio vna aliam tollens non refertur ad iuratam glo. in c. cum non deceat. in verbo effectus de elect. in 6. quod idem est de clausula non obstante per d. glos. Alb. in c. 1. col. 2. de his quae fiunt à maior. par. c. Rō. sing. 7. & in cons. 517. & in cons. 404. & in cons. 336. Alex. in cons. 27. lib. 1. & in cons. 205. lib. 2. Immò talis tribus modis est periurus, Primum non soluendo, secundo Iudicem interpellando, tertio Principi supplicando l. si quis maior. C. de transact. Si tamen Princeps secularis motu proprio quinquennales concessisset non esset periurus arg. c. venientes de iure iur. l. fin. ff. qui satis. cogan. & ibi glo. l. 2. C. de petit. bon. sub lib. 12. Lucas de Penna in l. 1. col. 3. C. qui milit. poss. lib. 12. & in dubio praesumitur concessa ad postulationem Alex. in d. cons. 203. lib. 2. verum habita relaxatione ac dispensatione à suo Praelato comprehenduntur etiam debita iurata, vt notat. in c. debitores. de iureiuran. & ideo solet apponi clausula dispensationis à Papa; & ab alijs suis Praelatis ab solutionis. Septimo non nocet creditoribus pauperibus non valentibus expectare; quia tunc

bene

bene ordinata charitas incipit à seipso l.præses, C.de ser. & aqua, sed iste qui dicit se pauperem debet probare se pauperiorem, impetrante Afflictus d.decis.377.Princeps,& qui dicantur pauperes relinquitur arbitrio Iudicis, vt dicit glo. in auth.præterea, C.vnde vir & vxor. Octauo non nocet creditoribus ex causa mercedis personalis laboris, l.in seruorum, ff. de pœnis. Nam Deut.c.24. Diuinitus saucitum est,quod Mercenario eodem die merces rependatur, in affirmatiuis præcepto, 200. in Negatiuis præcepto 240.Ne remaneat merces merceuarij apud aliquem in crastinum. Nono si semel data fuit eidem, & ab eodem fuerit alia secuuda impetrata non facta mētione primæ,tunc secunda;quia subreptitia non nocebit creditoribus, c.super literis, de rescriptis. Decimo non nocet Principi illam concedenti, nec fisco eius, l.nec damuosa, C.de præc.Imper.offer.vbi Io.Faber.l.cum possessor.§.fin.ff.de censi. arg.c.petitio.de iureiur. Gemin.in c.deinde,col.2.distinct.26. & notat. in l.Paulus, §.fin.ff.de pignor. Vndecimò idem erit in debitis pijs pro anima, & ecclesijs, quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis, auth. multo magis, C.de Sacrosanct.eccles. & l.sancimus,C.eod. Angel.in cons.24.& per notata in cap.ecclesia S.Mariæ.de constit. Hoc idem videtur dicendum in debitis Pupillorum, quia ecclesia, fiscus, & pupillus æquiparantur. cap. 1. de in integ.restitut. in 6. & quod statuitur in vno ex parificatis,idem in alio statutum esse videtur, capit. de mulct. de præbend. l. 1. C.quan.Imperat. inter pupilli. Boerius in decisio. 296. Duodecimo non nocet dotibus, siue agatur de ipsa soluenda, siuè repetenda ne mulieres remaneant indotatæ vt per text. in l. 1. ff. solut.matrimon. firmat Masuer. de solutionibus, §.Item nec debitis fauore studij,Doctor. in dicta l. 1. Decimotertiò non nocet creditoribus occasione mercium venditarum, quando venditor exterus est, ne detur materia delinquendi l.conuenire, ff. de pactis dotal. & quia quando emptor recipit merces exteri intelligitur eo animo recipere, vt statim precium soluat, l. in omnibus, ff. de Iudic. & quia exteri non sunt molestandi, Auth.omnes peregrini, C. commu. de success. Ideo merx vendicari poterit, per l.Aurelio §.1. ff. de liber. leg. Decimoquarto non nocet creditoribus occasione pensionis Domorum. Ias. & alij in §.item Seruiana Institut. de actio. & in l. postquam ff. de pactis. Decimoquintò non nocet creditoribus ex causa depositi. per text. in l.penultima iuncta auth. ibi posita, C. depositi, l.fin. C. eod. Boer. decisio. 296. Decimosextò non prodest Artificibus qui factum quod facere possunt promiserunt, quia quinquennali non obstante compelli possunt, lege si in præcio. §.penult.& ibi Baldus, ff. locati. Cuneus in l.1.C.de cess.bon. Decimoseptimò non prodest fideiussoribus. Cynus, Baldus & Salyc.in dicta lege quoties.C.de precibus Imper. offeren. cum distinctione; Nam priuilegium personale non egreditur personam, §.sed & quod Institut. de iure natur. l. quia ff. solut. matrimon. Sed si reus comparens ad defensionem fideinsoris opponat de dilatione sibi concessa, tunc proderit etiam fideiussoribus Petrus de Bellapertica in l. cum filius 49. numer.28. ff. de verborum obligat. Cynus in d. l. quoties, quem sequitur ibi Baldus in fine,idem Baldus in l.tam mandatori num.8. C. de non numer.pecun. Aret.in cons.33.num.2. in fine, & num.3. Cuccus de morator. num.135.versic.responde. Quod idem procedit in sequestratario, vt latè per Surdum in decisio. 301. Decimoctauo non prodest emptoribus rerum comestibilium in emporio, seu mercatu, Boerius, d.decisio.296.quia statim solutio fieri debet de emptis ibi si à parte non sit dilatio concessa l. 2. ff.de nundinis,l.in omnib.de Iudic. Quinquennalis dilatio incipit currere à die data l. sancimus.C.de diuer.rescript.Verum hac quinquennali dilatione non vtetur debitor sine delatione Birretti viridis nisi idoneæ cauerit, ita dicit statutum in fine,& est tex.in l.vniuersa.C.de precibus Imper.offeren. Potest tamen Principes hāc cautionem remittere ex causa; vt tenent Cynus Alber.Bald.& Salyc.in d.l.vniuersa.vbi etiam Ias.Ioan.de Anania in cons.82.viso statuto,& istæ dilationes sunt à Principe concedendæ quando debitor passus est notabile damnum, propter quod soluere non valeat, Nam si fuerit Diues, non debet dilationem hanc obtinere, sed tenetur soluere, vel bonis,seu foro cedere debet, vt ff.de cess. bon. & C. qui bonis cedere possunt. Et ideo contra istas quinquennales potest opponi de subreptione, & obreptione, cap.super literis,de rescriptis, Item quod nullum; seu modicum damnum passus est l.scio, ff. de restit. in integ. Item quod dolo amisit bona sua,ea alienauit,& dissipauit,ita disponit hoc statutū,in §.lusores & is qui dolum allegat illū probare debet, l.quoties, §.qui dolo.ff.de prob.et qui dicit vēdidisse debet probare id factū fuisse paulo ante impetrationē; vel post per tex. et ibi glo.in §.Tutor. Instit.de auth. Tuto.Doct. in l.1. C.de iure fisci, lib.10.

Item opponi potest, quod creditores, vel maior pars non consentit, l. maiore, C. de pactis, l.8.C.qui bon.cedere possunt. Item potest opponi quod illi qui consentiũt sunt ficti creditores, & simulati, ita dicit statutum ibi illi verò præferantur, & possunt pœna falsi puniri. Ang. de malef. in glo.falsario, ver.quæritur. Bart.in l. creditor. vbi glo.& Salyc.C.de falsis facit Bal. in cons.220. lib.3. & ideo est probandum plenè esse veros creditores. Item de falsa causa, toto tit. si ex falso instru.l.pen.C.de transact. Item quod impetrans mortuus sit, & ideo heredibus non prodesse l.Neratius ff.de reg.iur.nisi ipsa dilatione pendente mortuus fuerit, tunc enim proderit etiam heredibus.Doct.in c.cum venissent, de Iudic. c.significauit, de rescript. Effectus autem quinquennalis dilationis primus, ac præcipuus est, vt ipsa pendente nihil debeat innouari, sicut appellatione pendente, vt patet in rubr. ff. nil noua appell. pend. l.siue pars, C. de dilatio. Vital.in claus. nil nouari, & si nouatum fuerit reuocabitur tanquam attentum. Boer. in d.decis.296.col.2. per text.in l.fin. C. qui bon.ced. possunt, & si debitor habens dilationem fuerit captus erit relaxandus sine cautione de repræsentando, & Aduersarius veniret condemnandus in expensis, & interesse. Bald.in l.per diuersas. q.15.C.mandati. Ista enim dilatione pendente debitores cõgrua securitate lætãtur, c.fin. de treug. & pace, ac veteri prærogatiua l.vna, C.de priuileg.Vrb.Constant.lib.11.& vsuræ, et interesse contra eos non current, l.non solũ, §.illud ff.de liber.leg. Alberic.& Doct.in d.l.quoties, C.de precibus Imperat.offeren.distinguũt, hãc (indistinctè) tenuit D.Galganettus genitor meus in quãdã causa; in qua dicebat quod quãdo quis per impotentiam nõ soluit debitum; non potest conueniri pro interesse lucri cessantis, per notata per Beatum Antoninum Archiepiscopum Florentinum in 2.p.sua summæ in tit. de Auaritia fo.29.ver.quod de pena apposita; quẽ sequitur Afflict. decis.20. col.2. Secus tamen erit in interesse damni emergentis, Afflict d.decis.20. quem sequitur Rota Ianuen. in decis.99.nu.3. est etiam sciendũ in proposito statuti huius quatenus attinet ad cessionem bonorum, quod cedẽs bonis non desinit esse Dominus suorum bonorum, ante distributionem factam inter creditores, vt notatum mihi reliquit D. Galganettus genitor meus in suo Repertorio in quo asserit esse casum in l.is qui, & ibi Bart. ff.de cess.bonor. l.legis Iuliæ.4. C.qui bonis cedere possunt. Capella Tholos. in decis, 134.

De pactis cum altero ex debitoribus in solidum. Cap. CLXII.

SI creditor plures debitores habens, ex eadem causa insolidum obligatos, cum vno ex eis, pro certa debiti parte consequenda paciscatur, illud idem pactum in reliquorum fauorẽ fecisse censeatur, & obseruare teneatur.

De pactis cum altero ex debitoribus insolidum. Cap. 162. Gloss.

Hoc statutum tractat materiã de duobus reis promittendi, seu pluribus; Nã reorum alij sunt stipulandi; alij promittendi, vt constat in §.1. Instit.de duobus reis stipulan.et in l.1.ff.de duobus reis constit. Si enim duo pluresvè sint rei stipulandi singulis in solidum cõpetit actio; si duo pluresvè sint rei promittendi, aduersus singulos in solidum actio datur, §.ex huiusmodi Instit. de duobus reis l.2.l.3. §.vbi duo, ff.eod. l.1.2. & 3.C.eod. Limita.1.nisi non sit adiectum singulos in solidum stipulatos esse, aut promisisse, & sic reos vel stipulandi, vel promittendi in solidum esse.l.reos promittendi, 11.§.cũ ff.de duobus reis. In dubio enim plures intelliguntur viriliter stipulari, et obligari nisi aliud actum sit, vt notat Bar.in d.§.cum talibus, in princ.l.exprimere 3.C.eod.§.1.Auth.eod. Limita.2.Nisi non eodem tempore, sed diuerso stipulati sint, vel promiserint, Nam interuallum temporis inter interrogationem & responsionem impedit respõdentem obligari, l.si ex duobus, 12.vbi glo. & Bart.in princ.ff.de duobus reis. Nisi modicũ temporis interuallum interueniat, hoc enim, nec actus medius non cõtrarius reorum cõstitutionẽ non vitiat, l.duos reos 6. §.duo rei, vbi glo.in verbo, modicũ. Bart.in princ. ff.de duobus reis. Limita.3. nisi alter ex promissorib. obligari nõ possit, tunc.n.erit obligatus ille, qui potest obligari d.l.si ex duobus, §.si à Titio, et pupillo.ff.eod. exẽplo.l.vir vxori.17.§.fin.et l.seq.ff.ad S.C. Velleian. Limit.4.nisi id quod in stipulationem deducitur in singulis personis propriũ intelligatur, vt Dos vsusfructus, et similes. Quoniam disparitas rei debitæ, vel causa debendi impedit duorum reorũ constitutionem, l.si id quod. 15. vbi glo.& Bart.in princ.ff.de duob. reis. Limita.5. Nisi res, quæ alterius stipulatoris est in stipulationẽ deducatur, d.l.si id quod, §. idẽ ait, vbi gl.in verbo, idẽ, et in verbo, debeãtur. Limita.6. Nisi cũ apud duos deponeretur, vnus etiã culpã promiserit, alter non, nã imparitas culpæ ab initio vitiat cõstitutionem duorum reorum. l.eandẽ, 9.§.sed si quis, vbi glo.& Bart.in princ.

ff. de

ff. de duobus reis secus tamen erit cum ambo culpam promiserint, & alteri eorum postea per pactum culpa sit remissa, d. §. sed si quis, ibi non idem probandum, vbi Bart. Limit. 7. nisi duob. interrogatis vnus tantum respondeat, l. duos 6. in princ. ff. eod. Nam ex duobus interrogatis; vel interrogantibus, qui respondet obligatur; & cui respondetur quæritur obligatio, & ab vno tantum ex correis potest accipi fideiussor. ita notat Bart. in d. l. duos, ff. de duobus reis. Limit. 8. nisi alter quoque promittendi reus præsens sit, & sit soluendo, §. scimus quidem c. 99. Auth. de duobus reis. Limita. 9. nisi creditor à singulis partem virilem acceperit, l. si creditores, vbi glo. & Doct. C. de pactis. Limit. 10. nisi creditor singulos reos promittendi pro parte velit conuenire, l. in duobus 3. §. vbi duo ff. de duobus reis. Potest enim à quolibet Correorum insolidum peti; & etiam pro parte, & vna solutio sufficit, si perfecta ac integra sit d. §. vbi duo, & ibi Bart. in princ. l. reos 11. vbi Bart. dicit quod duo rei possunt inuicem fideiubere; & potest Actor actionem diuidere quoad quantitatem, & quoad modum petendi, ff. de duobus reis. Verum vno reorum promittendi in solidum liberato liberatur & alter. Nam actio hæc idem facit, vt videantur constitui duo rei debendi, & credendi, & vnius petitione; & acceptilatione tollitur obligatio l. 2. vbi glo. & Bart. ff. de duobus reis. Nisi fortè persona tantum liberetur, non autem obligatio tollatur, l. fin. ff. eod. l. nisi 22. ff. de pactis, & sic pactum factum cum vno ex pluribus insolidum obligatis prodest etiam alijs iuris communis, & statuti huius dispositione, nisi personale sit; quia statutum vult pactum alijs prodesse, si cum vno ex eis pro certa debiti parte consequenda pacisatur, & sic quod pactum sit reale, vt personale remaneat in dispositione iuris cõmunis, qua cautũ est soli personæ cũ qua factum est prodesse, non autem alijs Correis d. l. fin. ff. de duobus reis, & d. l. nisi 22. ff. de pactis.

De pęnis conuentionalibus non exigendis.
Cap. CLXIII.

VBicumque debitor, siue promissor fuerit in mora vel culpa adimplendi promissa, eo vsque pœnæ cõuentionales peti possint, quantum actor iurauerit sua interesse, taxatione Iudicis præcedente; & si fuerit in obligatione interesse taxatum, & iuramentum vel assertorium, vel promissorium in obligatione & instrumento appositum, dictũ iuramentum (quantum ad interesse conuentum & taxatũ) censeatur metu & dolo extortum. In reliquis verò, & quo ad dictum interesse per Iudicem taxandum, iuramentum in suo robore permaneat; exceptis pœnis in compromissis, pace, securitate, aut tregua appositis, quæ omninò exigi possint à non obseruante.

De pęnis conuentionalibus non exigendis.
Cap. 163. Gloss.

An de iure cõmuni pœna conuentionalis debeatur? & sunt opiniones, Prima est affirmatiua quod debeatur etiam, quod non constet aliter de interesse eam petentis, per text. in l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verb. obligat. §. alteri Instit. de inutil. stipulat. l. cum pęna, ff. de Arbitris Corradus de contract. q. 85. Corn. in cons. 153. ver. circa quartum, lib. 1. Præcipuè quando ille offenditur cui est facta promissio. Dynus & post eum Bar. in l. 2. §. si in facto, circa med. ff. de verbo. obligat. Soc. in cons. 253. nu. 12. lib. 2. Angel. in cons. 157. in princ. ver. tertiò quia. Summa Angel. §. pœna, n. 12. vbi Limit. in Clericis, quod etiam tenuit Soc. in d. cons. 253. n. 13. Sũma Angel. in verbo vsura, il 1. num. 31. & fuit opinio Innoc. in c. suã de pœnis, & Abbat. in c. dilecti, de Arbitr. sequitur Rebuff. in l. vnica, numer. 267. C. de senten. quæ pro eo quod interest. Vbi intelligit quando non est adiecta quantitati, n. 571. Curt. iun. num. 58. Cagnol. nu. 110. Nam pœna adiecta quantitati non debetur tanquam adiecta in fraudem vsurarum, l. rogasti, §. si tibi. ff. si cert. petat. Doct. in d. c. dilecti de Arbitris, in d. c. suã, de pœnis Alex. in cons. 49. lib. 4. Rebuffus d. l. vnica, n. 270. et vt exigi possit ita debet constare de implemento eam petẽtis Rota diuer. in decis. 237. nu. 2. par. 2. & in decis. 238. nu. 1. par. 2. Secunda opinio est negatiua quod scilicet non debeatur, nisi eatenus quatenus concurrat cum interesse, Rota diuer. in decis. 371. par. 1. & alij allegati per nos in tract. de condit. par. 2. c. 5. q. 24. Hoc nostrum statutum adhæret huic secundæ negatiuæ opinioni, et disponit non deberi, nisi in quantum intersit petenti moram passo. Immo quia quandoque in obligatione taxatur certũ interesse, & iuratur per promissorem tantum loco interesse daturũ si non obseruauerit promissa, asserendo tanti interesse stipulãti; tantumque se daturum iureiurando promittens in casu inobseruãtiæ promissorũ. Nã quando interesse est certum in genere à principio, põt etiã à principio taxari ad certã quantitatẽ, vt concludit post alios Caccialup. in l. cunctos populos n. 8. C. de Sum. Trin. et fide

Catho. Rebuffus in d.l.vnica,n.618.Cagnol.in l.curabit,nu.57.C.de act.empt.et in d.l.vnica. n.51.Surdus in dec.259.nu.16. alios citat, & non est necesse tunc illud probare,et in dec:260. n.23.et valet pactum quod de dãnis,et interesse ac eorũ quantitate stetur iuramento dãnum passi; vt voluerunt Dyn.Bart. & alij, in l.fin. ff.de prætor.stipulat.Bald.& Alber.in l.iusiurã dum quod ex conuentione, ff. de iureiuran. vbi Ias.col.2.Signor.in cons.157.col.2. Abb.in d.c. dilecti col.fin.de foro compet.Doct.in l.vnica C. de senten. quæ pro eo quod interest, vbi Cagno. n.114.Seraph. de priuil. iuramenti priuil. 31. n.8.& seq. alios citat; Præsertim quando nõ est appositum contractui mutui.sed alijs contractibus.Bald.in cons.166.in 1.dubio lib.1.Rebuffus in d.l.vnica,n.277. & 278. Surdus in d.decis. 259.n.7.& seq. Per hoc statutum tollitur facultas taxandi interesse à principio,& iuramentũ siuè assertorium siuè promissorium,quantum ad interesse conuentũ & taxatum vult censeri metu,& dolo extortum;ibi etsi fuerit in obligatione interesse taxatum. Pactum verò quod de dãnis,& interesse,ac illorum quantitate stetur iuramento damnum passi non annullat; sed dimittit in dispositione iuris cõmunis,nec minus annullat iuramentum in reliquis in obligatione promissis, ibi in reliquis verò,& quoad dictum interesse per Iudicem taxandum &c. et quidẽ benè,ne damnum passos dimittat in periculo,ac discrimine propriè conscientiæ,vbi de facili labũtur homines sine Rectore. Verum in promissionibus de euictione potest apponi pœna dupli ex dispositione iuris cõmunis,& statuti vt patet supra, in c.120. Item pœna conuentionalis potest apponi, & exigitur in compromissis,in pace, securitate,ac tregua à non obseruante vt disponit hoc statutum ibi,exceptis pęnis in compromissis, pace,securitate,aut tregua appositis, quæ omninò exigi possint à non obseruante, quod etiã de iure permissum est,l.1.vbi glos.& Bart.ff.de iure fisci Felyn. in cap.vergentis nu.1. in fine de hæretic.Aug.& Alex.in l.Insulam, §.fin.ff.solut.matr. Ias.in l.qui Romæ, §.Flauius. n.17. ff.de verb.obligat. Cagnolus in l.id quod nostrũ n.7.ff.de reg.iuris. Immò quãdo in compromisso est apposita pœna statur laudo metu pœnæ, et nõ appellatur, l.diem proferre, §.stan. ff. de Arbitris l.1.C.eod.Blanchus de Compromissis q.10. n.2.& seq.& de pœna in instrumento pacis apposita,quod exigatur, & apposita in instrumento securitatis, & Treguæ si studiosè fractæ fuerint, disponit etiam statutum c.25.& 26.lib.2.

De obligatis ad factum. Cap. CLXIV.

IN obligationibus facti, vbi quis potest factum promissum adimplere, possit præcisè ad factum cogi, de quo stetur Iudicis arbitrio: aliàs teneatur ad interesse, iuxta iuramentum principalis, Iudicis taxatione præcedente, vt in proximo capite dictum est; his, quæ de venditoribus morosis supra tradidimus, semper saluis.

De obligatis ad factum. Cap. 164. Glo.

In obligationibus facti vbi quis factum promissum potest adimplere,possit præcisè cogi ad factum,de quo stetur Iudicis arbitrio, hoc disponit statutum per prædicta verba,& est iuri consentaneum,vt quis cogatur præcisè facere,quod promisit,si id facere põt, Ber.in cons.155.n.18. lib.1.& in cons.15.n.68.lib.3.Surd.in cons.52. n.17.Maximè si id facere promiserit cum iuramento.Ripa,in l.2.§.mutui datio.n.28.ff.si certũ petat. post gl.in l.si pecuniã in verbo necesse ff.de condict ob cau. vbi Bald. eam notat.idem Bald.Butr.et Abb.in c.veniẽs de iureiur. Imol. in c.per uestras.de Arb.Ias.latè in d.l.si pecuniã in princ. Soc.in cons. 90.n.10.li.4. Dec.in c.1. col.9.de Iudic.Gozz.ad.cons.100.col.fin.Neguf. de pignor.in 1.mẽb.1.p.n.9. Cagnol.in l.si quis maior.n.98.C.de transact.Natta in cons.426. n.4.Roland.in cons.6.n.32. & seq.lib.1. Ceph. in cons.480.n.7. Seraph.de priuil.iuram. priuil.74.n.1.et seq. Nec sufficit implere per equipollens,glo.in d.l.si pecuniã vbi Bald.& alij, & præcipuè Ias.n.23.citat concordantes.Tamen si ille qui facere promisit id facere minimè poterit, tenebitur ad interesse,quod præstando erit liberatus, l.stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. ff.de verbor.obligat. l.si quis ab alio,in fine, vbi Alex.& Ias.ff.de re.iu. idem Ias.in l.quoties n.34. C. de rei vxor.act. Ang.in cons.238. in fine. Alex.in cons.212.n.18.lib.6. Fabia.de empt.& vendit.in q.5.princ.ver.quarto quæritur. Dec.in cons.502.n.8. & in cons.593.nu.2. Rota diuer.in decis.113.n.2.p.2. Quod tamen non admittitur in vẽditione vbiq; perfecta l.nõ est possibilis,vbi oẽs, C.de rescind.vendit.Ceph. in cons.393.num.35. & in cons.407. num.52. dixi de differentijs indiuiduorum, litera P. in versiculo 27. verbo. Permutatio, & emptio. Nec minus in feudo, quia Dominus necessario debet rem tradere Vasallo.c.si autem cõtrouersia. tit.

ſia, tit.qualiter iur.deb.vaſal.cum alijs allegatis per Ardizzonum, de feudis, c.41.per totum. In alijs enim intereſſe ſuccedit loco eius quod erat faciendum, ſeu præſtandum, & reputatur vnum, & idem, l.ſtipulatus eſt opus, ff. de fideiuſſ. Bart.in d.l.ſtipulationes, num..40. in fine, ff.de verb.oblig. Aret. in conſ.83.nu.3. Dec.in c.1.n.22.circa finem de Iudic.& in l.certi condictio in princ. n.7.ff.ſi cert.petat.& in conſ.2. n.7.& 8.Bart.in l.1.col.1.ff.de act.emp.Butrig. in l.Vinum, nu.55.vbi etiam Curt.iun.in fine, ff.ſi cert.petat. Immo,& pœna ipſa ſi ſit promiſſa, vel veniat ex diſpoſitione legis ſuccedit loco rei ſecundum Petr. & Cynum, in l.petens C. de pactis. Iaſ.in l.cum proponas la ſecunda, nu.8. C.de pactis. Barbat. in conſil.74.col.12.lib.3. Dec.in d.l. cum proponas, num.8.

Sed ſi quis promiſerit factum alienum etiam cum iuramento liberabitur faciendo poſsibilia, vt ille faciat, vt dicit gloſſ. in cap. ex reſcripto de iureiur. Afflict.deciſ.295. per totam Grammat.in deciſ.101.n.80. & ſequen. Seraph.priuileg.74.n.22.& 31. Maranta in diſputat.7. nu.10.& 19.poſita poſt finem praxis Crotus in l.4. §.Cato.nu.97.ff.de verb.obligat. vbi dicit probari in c.gemma de ſponſ. Habet enim iuramentum vim clauſulæ, ſe facturum, & curaturum. Rom.in l.ſtipulatio iſta habere licere.ff.de verb.obligat. & antea Bald. in l.fin. C. de non num.pecun. Abb. in c.ex reſcripto in fine de iureiur. Aret.in conſ.28.col.3.& pro concordantibus Seraph. in priuileg.87.in princ. Pariſ. in conſ.209.n.11.lib.1. Rimin.in conſ.103.n.13. Et qui promittit ſe facturum, & curaturum; quod alter faciat, liberatur faciendo quidquid poteſt, vt ille faciat, l. ſi vehenda, §.fin. ff.ad l. Rhod.de iactu. Aret.in conſ.42.col.4. Abbas,in c.gemma circa finem,de ſponſ.Fely.in c.teſtimonium col.8.de teſtibus. Gabr.de pactis, cõcluſ.2. in princ. Maranta d.diſput.7.num.16. & 20. Seraph.d.priuileg.87.n.11. Ratio eſt quia promiſſio facti alieni eſt nulla ſine iuramento l.ſtipulatio iſta,§.2.ff.de verb.obligat.§.ſi quis aliũ Inſt. de inutil.ſtipulat. Pariſ. in conſil. 135. in fine,lib.4. & iuramentum importat promiſsionem facti proprij,hoc eſt facturum,et curaturũ. Cor.in conſ.220.col.fin.lib.1. Afflictus,in deciſio.295. Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante,col.2.in 9.effectu. Inſtit. de actio. Pariſ. in d.conſ.109. n.11.& 21. Maranta in d.diſput.7.n.6.Riminald.d.conſ.103.n.13.Seraph.d.priuil.87.n.2. Si verò poſsibilia non fecerit;& in mora non faciendi poſsibilia ſit conſtitutus;tũc tenebitur ad intereſſe. Bald.in c.1.§.ad hæc,nu.3.hic finitur lex Feder. Aret.in conſ.142.col.4.ver.Si verò fecit. Alex.in conſ.157.n.2.et ſeq.li.6.& in conſil.148.li.7.Soc.reg.327.Ruy.in conſ.132.n.2. li.1.& in conſ.136.n.11.li.5.Rolãd.in cõſ.63. n.48.li.4.Curt.iun.in conſ.74.n.7.Alciat.in l. quod te n.45.ff.ſi cert.petat.Ripa,in l.4.§.Cat. nu.59.ff.de verb.oblig. Bertazol.clauſ.4.glo.6. per totã & 7. Sed an idẽ erit ſi quis promiſerit cũ iuramento factũ alienum,vt puta Titiũ ratificaturũ; ſi fuerit ſuperaddita clauſula aliàs voluit teneri de proprio,& promiſit; an ſi hoc in caſu ſufficiat diligentia, & conatus contra Titiũ? et videtur quod non ſufficiat;et quod ideò teneatur de proprio obſeruare in euentũ quod Titius non ratificauerit,ita.n.in hunc contrariũ euentum videtur promiſſum, et tenebitur promiſſor. Soc.in conſ.288.n.31.lib.2.Abbas, in conſ.43. li.1. Dec.& Cagnol.in l.impoſsibiliũ,ff.de reg. iur.& quidẽ ad intereſſe; vel ad pœnã Soc. vbi ſup. Dec.in l.fin.§.fin.n.11.ff.ſi cert.petat.et in conſ.313.col.fin.et in conſ.323. et in conſ.439. col.2. Pariſ.in cõſ.16.n.122.li.2.et in cõſ.109. & conſ.110.latiſsimè,lib.1.& in conſ.76.lib.3. Crauetta in conſ.272.n.13. Corne.conſ.62.col. fin.lib.3.Contrariũ firmat. Gabriel.in cõſ.131. Prima quæſt.n.5.et ſeq.li.2. quia illa promiſsio alias de proprio attendere, et obſeruare promiſit,intelligitur ſub cõditione, ſi nõ curaret, quod Titius ratificet l.diuortio ff.de neg.geſtis. Nam hæc materia ſtrictiſsima eſt, & illa clauſula alias de proprio,eſt referenda ad promiſsionem, quod faciet ratificare; etſi non faciet poſſibilia tunc tenebitur & ita debet interpretari l.veteribus, ff.de pactis,l.quidquid aſtringendæ.ff.de verb.obligat. Pariſ.in conſ.120.nu.44. & 61. lib.1.in d.conſ.109.& 110.eod.lib.1.cum alijs allegatis per Gabr.d.conſ.131.nu.5.& 6.lib.2. Maranta in diſput.8.n.20. & 23.& ſeq. Bertazzolus,d.clauſula 4.glo.9. Sed quando vltra dictam clauſulam eſt dictũ alias de ſuo proprio &c teneatur eundẽ conſeruare indẽnem,tunc conatus, & diligentia non excuſat ſic promittentem, ſed in caſu non ratificationis tenebitur ad intereſſe; vel ad pęnã ſi ſit appoſita. Soc. d.conſil.288.5.q.ver.tertio principaliter.Dec.in d.l. fin. §.fin.nu.11.ff.ſi cert.petat. & in conſ.313. 323.& 439.Pariſ.d.conſ.16.n.122.lib.2.et in conſ.109.lib.1.& in conſ.76.lib.3. Crauetta in conſ.272.n.13. quos Bertazolus vbi ſupra glo. 10.Quod admittit Gabr.in d.conſ.131.ſub n.6. ver. Quãuis igitur,lib.2. quia tunc verba ſunt clara, vt dicit ipſe. Sed quando ſunt dubia,

vt possint interpretari, vt pœna, & obseruatio intelligatur promissa, in euentum non adhibita diligentia, tunc diligentia, & conatus sufficit pro excusatione, vt in alio promissor non teneatur, vt declarat Dec. in d. cons. 313. col. fin. Paris. in cons. 110. nu. 60. & 63. lib. 1. Afflict. decis. 295. Gomes. in §. in personã Instit. de actio. Boer. decis. 3. num. 16. Grammat. in decis. 102. nu. 110. Gabr. d. cons. 131. num. 7. Ferrettus in cons. 128. lib. 1. Abbas in cons. 90. lib. 1. Quia verba dubia sunt interpretãda in præiudicium stipulatoris, qui legem apertius potuit dicere, l. veteribus, ff. de pactis, l. stipulatio ista, §. in stipulationibus ff. de verbor. oblig. glo. in cap. in præsentia, vbi Doct. de probat. Bald. Ang. Castren. Salyc. & Ias. in l. non hoc, C. vnde legiti. Alexan. in cons. 2. num. 6. lib. 4. Et in cons. 197. lib. 2. Paris. in cons. 117. nu. 6. lib. 1. Riminal. cons. 679. num. 9. Corneus in cons. 116. num. 9. lib. 1. Et contra eum qui se fundat in eis, & ad cuius commodum sunt principaliter prolata glo. & Alberic. in d. l. veteribus Arcbid. Imola. Roma. Ias. & alij, quos citat Beccius, in cons. 101. nu. 91. & seq. Corne. d. cons. 116. num. 9. lib. 1. Tiraquel. de retract. consaug. §. 1. glos. 16. nu. 4. Ias. in cons. 39. num. 2. lib. 1. Paris. in cons. 54. num. 62. lib. 1.

De potentioribus molestantibus Ciues in eorum possessionibus. Cap. CLXV.

AD obuiandum insolentijs quorundam, præsertim verò Baronum, qui adeò publicè vel occultè plerunque molestant habentes possessiones in eorũ Terris, Castris, & Territorijs, vel illis contiguas, aut vicinas, vt earum domini nec eas quietè possidere, nec ex eis fructus liberè colligere possint: Statuimus, vt Senator, constito ei per depositionem trium Testium, etiam extraiudicialiter, ex eius officio examinandorum, ac famam hominum ibidem conuersantium, vicinorum, seu custodũ, de quibusvis perturbationibus, seu inquietationibus, illico mandet eisdem Baronibus, aut Vniuersitati, seu personæ molestanti, sub aliqua graui pecuniaria pœna, vt ab huiusmodi perturbationibus, seu inquietationibus & molestijs desistant, cautionemq; idoneam de desistendo præstent; & casu quo non desistant, ita vt dominus rei, vlterius non conqueratur, seu dictam cautionem non dederint, Idem Senator per omnia iuris & facti remedia, cogat ad desistendum; & huiusmodi pœnam impositam exigat, sub pęna quinquaginta ducatorũ auri per eum, quoties requisitus fuerit, & cessauerit, incurrenda, & in eius syndicatu retinenda. Et si bona prædicta per annum iusto pretio non locari, aut nec liberè coli potuisse, per supradictos modos probatum fuerit, præsumatur facto & culpa eorundem supranominatorum factũ fuisse; & Senator procedere debeat vt supra. Quòd si ex causa harum perturbationum seu molestiarum dicti Barones aliquẽ Ciuem, ad vendendum eius bona, in eorũ districtu existentia, sibi aut filijs, aut vxoribus, vel familiaribus, seu seruitoribus ipsorum, coegerint, vel induxerint, & venditor querela proposita, per quattuor viros, idoneos Testes de publica fama, deponentes, id probauerit, Senator & illius Iudices, pretio emptori restituto, summariè, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta, reducant venditorem in possessionem bonorum prædictorum, ac ipsos Barones in futurum ad cauendum vt supra, de vlterius non molestando, compellant.

De potentioribus molestantibus Ciues in eorum possessionibus. Cap. 165. Gloss.

Vt huic statuto locus sit duo agens ex eo necesse habet probare, Primum se possedisse tempore molestationis turbationis; & impedimenti illati, vt docuit Bart. in l. 1. §. vlt. nu. 18. ff. vti possid. & in l. vnica, §. 1. num. 3. C. eod. Alex. in cons. 92. nu. 4. lib. 1. & in consil. 136. num. 7. lib. 2. Faber. in §. retinendæ num. 19. Instit. de interdict. Ripa, in l. naturaliter, §. nihil cõmune, nu. 156, ff. de acquir. posses. Rebuffus, super Constit. tom. 3. tit. de mater. posses. art. 2. glo. 3. n. 14. Bello in cons. 11. n. 3. Rimin. in cons. 219. n. 5. li. 1. Nisi reus ipse probet se medio tempore possedisse; quia tunc præsumitur continuatio, nõ molestia, nec turbatio, etiam tempore litis contestata, nisi actor probet se etiam tempore litis contestata possedisse. Hostien. in c. cum ad sedẽ, de resti. spol. Io. Faber. vbi supra Orian. in rubr. de caus. posses. & propr. col. 8. vers. secunda conclusio. Afflictus decis. 394. nu. 1. & 2. Rebuffus vbi sup. art. 7. glo. 1. n. 8. Gratus cons. 50. n. 34. lib. 1. Papien. in forma libelli pro posses. Turbat. in verbo hodie tenet, n. 2. Paris. in cons. 136. n. 4. lib. 4. et in cons. 112. n. 72. lib. 1. Osascbus in decis. 43. in fine, & debet actor probare possessionẽ rei hoc in casu esse clandest. respectu suæ, vt obtineat. Bart. in d. l. 1. §. vlt. nu. 18. ff. vti possidetis. Barb. in cons. 25. col. 1. li. 4. Soc. in cõs. 54. num. 15.

num. 15. lib. 4. Iaſ. in conſ. 6. in fine lib. 1. & illa clādeſtinitas eo ipſo dicitur probata, quod Reus non probat poſſeſsionē ſuam Actoris antiquiorē, vel eam ab alio obtinuiſſe, vt declarat Bart. in d. §. vlt. nu. 18. & præmiſſa procedunt in caſibus in quibus lis non conteſtatur, tunc enim probanda eſt poſſeſſio illius temporis, quo lis conteſtanda fuiſſet, vt declarat Bald. in diſputatione. Accuſatus de vi turbatiua col. pen. ver. primo caſu quem ſequitur Alex. in conſ. 88. nu. 3. lib. 5. Soccin. in l. ait prætor. §. ſi iudex in fin. ff. de iudic. Et hoc remedium ideo non conceditur ſpoliato, cum poſſeſſione illa careat in qua non poteſt manuteneri, vt per Caſtren. in conſ. 234. col. 2. lib. 2. Bertr. in conſ. 51. n. 4. 1. par. lib. 2. Faber. in d. §. retinendæ. nu. 16. inſtitut. de interdic. Cuiac. ad recept. ſenten. Pauli lib. 1. tit. 11. latè Maſcardus concluſ. 1191. lib. 3. de probat. & conclu. 1192. Secundum quod actor probare neceſſe habet, eſt ipſa moleſtatio, ſeu turbatio. glo. in l. ſi duo. §. 2. ff. uti poſſid. & in c. licet cauſam. de probat. Alex. d. conſ. 88. nu. 3. lib. 5. Corn. in conſ. 113. nu. 2. lib. 1. Faber. in d. §. retinendæ nu. 22. inſtit. de interdic. Papien. citato loco. Bald. in d. c. licet. nu. 31. & in d. diſputat. Accuſatus, col. pen. verſ. non ergo. Soccin. Iun. in conſ. 146. lib. 1. Maſcard. concluſ. 1390.

Quibus modis præmiſſa ſint probanda de iure tradit Papien. in forma libelli pro turbatiua. in verbo hodie nu. 6. & 7. de qua re latè Menoch. de retinenda remed. 3. n. 560. & ſequen. vſq; ad n. 588. & Maſcard. latè concl. 1178. & ſequen. vſq; ad concluſ. 1191. lib. 3. de probat. & d. concluſ. 1390. per totam. Hoc ſtatutū exigit depoſitionem trium teſtium ex officio, & extraiudicialiter examinandorum ac famam hominum ibidem conuerſantium, vicinorum; ſeu cuſtodum; alijs legitimis probationibus non excluſis. Nam ex iſtis probationibus priuilegiatis vult ſtatutum poſſe procedi contra Barones turbantes Ciues in eorum poſſeſsionibus; quod fieri poteſt per ſtatutum arg. eorum quæ deducit Miſsinger. obſeruat. 5. cent. 1. multo magis ex probationibus alijs legitimis, & non priuilegiatis per regulam ſi de quo minus ergo, & de quo magis, de quibus per Doctores in locis ſupra citatis. Quot autem modis turbatio poſſeſsionis contingere poteſt? & quidem multis; & varijs dicendum eſt, adeo vt uix cōprehendi ac dinumerari poſsint; cum plura ſint negocia quam vocabula. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. & ita reſpondit Bart. in conſ. 112. Quidam accuſatus nu. 1. Rebuff. ſuper Conſtit. Tomo. 3. de mater poſſeſ. artic. 1. gloſ. 2. duos. & viginti dinumerat turbationis poſſeſsionis modos, hos repetit; aliosq; ex ſuo ingenio adducit Menoch. de retinen. remed. 3. q. 62. nu. 467. & ſequen. vſq; ad nu. 504. hos Rebuff. & Menoch. recenſet, & nonnullos alios ex ſe adducit Maſcardus in d. concluſ. 1390. per totā lib. 3. de probat. vt nullum alium nouum modum excogitare potuerim, & illos hic repetere iudicaui ſuperfluum.

Summariè ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta. *de uiribus iſtius clauſulæ tradit tex. in extrauagan. ad reprimendum vbi gloſ. & Bart. clement. ſæpe vbi glo. & Doct. de verb. ſignificat. & in cap. dilecti de iudic. Iaſ. in l. inſtituta. ff. de iuſtit. & iur. Corn. in conſil. 243. lib. 4. Angel. in l. leuia. num. 3. ff. de accuſat. Marant. de ordin. iudic. diſtinc. 9. n. 8. eſt enim maximi momenti ad lites abbreuiandas. Bertran. in conſ. 152. nu. 6. par. 3. Rom. in conſ. 519. nu. 4. Rota in nouis. deciſ. 2. de reſcriptis Oſaſc. deciſ. 1. nu. 20. & remouet omnes ſolemnitates, ac ordinem iudiciarium tollit. Dec. in conſ. 449. nu. 21. Rimin. in conſ. 387. nu. 2. lib. 2. & conſ. 162. nu. 2. lib. 1. Rota in nouis deciſ. 1. de verb. ſignif. & deciſ. 2. de reſcript. Nam ſola clauſula ſola facti veritate inſpecta. eſt tantę efficaciæ, vt iudex poſſit manu regia inſpecto iure gentium iure ciuili remoto procedere Grammat. deciſ. 19. nu. 4. & quod poſſit iudicare ſuper probato licet nō petito Ruy. conſ. 5. nu. 12. lib. 4. & quod poſſit credere perſuaſiue licet non concludenti probationi. Grammat. conſ. 77. nu. 16. & contrarietas non vitiat proceſſum cum iſta clauſula factum. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 181. ff. de acquir. poſſeſ. & eſt maioris importantiæ quam clauſula ſummariè ſimpliciter, & de plano. Bertran. in conſ. 110. nu. 5. par. 3. & facit vt actor obtineat ſi vnam cauſam deduxit & aliā probauit. Pariſ. conſ. 131. nu. 14. lib. 1. & tollit ſolemnitatem libelli. Bellon. in conſ. 63. num. 10. & 11. & quid ſi ſit poſita in ſtatuto. Blanchus de compromiſ. q. 1. nu. 77. & facit quod ſufficiāt probationes leuiores, & veroſimiles Bald. in l. ſolam. q. vlt. C. de teſtibus. Dec. in conſ. 505. nu. 8. & in conſ. 699. in fine Crauett. in conſ. 73. nu. 23. & tantum ſignificat quantum clauſula ſine figura iudicij, & ſic minuit iuris ordinem; ac formā iudiciarij ordinis excludit. Dec. in c. dilecti de iudic. Roman. ſingul. 787. Rota in nouis deciſ. 33. quando committitur, & in de-*

in decis. 115. In vim commissionis Rebuff. de sentent. execut. artic. 9. glos. 2. nu. 4. tom. 1. super constit. alios huius clausulæ effectus ponit Pedemont. in decis. 2. & per clausulam summariè simpliciter de plano sine strepitu, & figura iudicij intelligitur datus terminus procedendi secundum terminos clement. sæpe de verborũ. signif. Abb. in c. 2. de confir. Crauitt. super ritu. vic. 288. Sed quando ponitur solum clausula summariè simpliciter, & de plano, intelligitur commissa secundum terminos clement. dispendiosam. de iudicijs.

Et omnes istas clausulas concedit solus Papa, vel Princeps in sua iurisdictione, legatus, vel alius non concedunt, vt per glos. Sing. in c. fin. de hæret. in 6. Nam iudiciorum ordo est à iure positiuo introductus l. prolatum. C. de senten. & ideo non potest tolli ab inferiore; qui positiuo iuri derogare non potest clement. ne Romani. de elect. Rebuff. vbi supra. artic. 9. glo. 2. nu. 13. glos. in d. clement sæpe, & ibi Cardin. q. 11. & 12. de verb. signif. & in d. clement. dispendiosam in fine de iudic. Alex. in cons. 106. n. 12. lib. 2. Maranta in 4. parte distinct. 9. nu. 3. Pedemontani in decis. 1.

Ac ipsos barones in futurum ad cauendũ de vlterius non molestando, compellant. Et de iure communi, à Prætore, vel iudice ordinario ad postulationem eius, qui molestiam, offensionẽ, læsionem inique ab alio metuit cautio de non molestando conceditur per tex. in l. denunciamus. C. de ijs qui ad eccles. confug. vbi Bart. & Doct. & in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præsidis facit tex. in l. sanctum. ff. de rerũ diuis. Fely. in rubr. de tregua, & pace nu. 10. Rip. in rub. de damno infecto. nu. 7. & sequen. est enim metus expectatio mali teste Cicerone in Thus. cui semper oportuno remedio est per superiores occurendum; vt sæpè pro bono pacis; ac publicè quietis totius status Ecclesiastici in Sacra Consulta obtinuit ordinationes R.P.D. Io. Antonius Fucciolus eiusdem Sacræ consultę à secretis primus, vir quidem probus, pacis, quietis, iustitiæ, & æquitatis integerrimus cultor. Molestia vero est malum præsens inferens metum de futuro, cui per cautionem est occurrendum per allegata iura. Iustus autem metus est, non vana hominis suspicio, vel quilibet timor, sed talis, qui in virum constantem cadere possit. l. 3. §. armis. & §. sequen. ff. de vi & vi armat. l. metum. & l. sequen. ff. quod metus caus. l. vani timoris ff. de reg. iur. l. metus ff. ex quibus caus. maior. l. interpositas. C. de transact. veluti terror armorum, vt in iuribus allegatis, vel minæ ab eo prolatæ, qui eas executioni mandare potest, & consueuit, vt possunt potentiores. l. famosi. §. 1. ff. ad l. iul. maiest. vbi Bart. nu. 2. glos. vlt. in d. l. metus. Doct. in l. 1. C. si quis imperat. maledix. Alex. in cons. 16. nu. 9. lib. 3. & in cons. 165. nu. 4. lib. 5. Ias. in l. 1. C. de seru. fugit. Hercula. in tract. de cautione de non offendendo c. 1. nu. 11. Et iustus metus varie infertur, vt puta per insidias, inimicitias, minas, corporis cruciatum, alijsq; modis, qui iudicis prudentiæ; & arbitrio committuntur, vt est tex. in l. 3. ff. ex quibus caus. maior. d. l. interpositas. C. de transact. vbi Doct. glos. in c. cum dilectus. quod metus causa. Alex. in d. cons. 156. num. 4. lib. 3. & in cons. 99. nu. 7. eod. lib. Et est in triplici differentia, Primo concussionis, qui per minas potẽtioris infertur. l. 1. ff. de concus. Dec. in cons. 219. nu. 1. & sequen. glos. in c. fin. in verbo metu regio. qui Clerici vel vouentes Afflict. decis. 69. Dec. & Alex. vbi supra. Deinde impressionis, qui fit per carcerem. Postremo violentiæ suspicionis, qui ex inimicitijs apertis suboritur iuxta doctrinam Bald. de pace iura. firmam. §. item sacramenta. nu. 1. Cautio quoq; de non offendendo est quadruplex, Prima enim est quæ datur à re rei. de qua in toto tit. ff. de damno infec. Secunda quæ a re persona præstatur. l. bona. §. qui damna. ff. de damn. infect. Tertia, quæ a persona rei l. si super possessione. C. de transact. de qua loquitur hoc nostrum statutum. Quarto quæ datur à persona personæ ad quam pertinet tex. in d. l. denunciamus. & alia iura allegata supra, & pertinere potest dispositio statuti huius, vt patet ex illius primis verbis, & videndus est Bart. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. nu. 2. Hercul. vbi supra. c. 2. nu. 1. 7. & 13. Ratio autẽ quia præcedentibus probationibus de quibus in statuto abstringuntur Barones cauere; est quia nemo præsumitur aliũ offendere velle nisi causa appareat. Bart. in l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pęnis. Felyn. in rub. de tregua, & pace nu. 10. ideoq; est probanda, vt disponitur in statuto.

Et in illis probationibus faciendũ statutum nullam exigit citationem partis; quinimo illas ex officio ac extraiudicialiter accipit, & illis acceptis Iudex illico præcipit, quod desistant; & cautionem de desistendo præstent, vtiq; sinè citatione, nam & de iure iudicem à præcepto nulla preuia citatione incipere posse notissimum est. vt est tex. in l. si eum seruũ. §. fin. ff. de fideicommis.

commiss. liber. & in l. recusare. ff. ad S. C. Trebell. in l. aequissimum. ff. de vsufr. & l. de pupillo. §. meminisse ff. de noui oper. nunc. vbi Alex. num. 4. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi Decretum. nu. 7. ff. de off. procons. Ang. in §. curare. num. 10. instit. de act. Hypolitus sing. 30. ta sois Roman. in cons. 212. num. 3. Praesertim in istis praeceptis, cum nihil disponant; aut praecipiant, quod in praeiudicium eorum quibus mandatur, vergat futuram nanque molestiam, & offensionem sub poenis inhibent; atque prohibent, & sic cessat ratio l. de vno quoque ff. de re iudic. & l. nam ita diuus. ff. de adopt. Ita & cautio damni infecti; damnum nondum factum, sed quod veremur continet. l. 2. ff. de dam. infec. l. praetor ait. §. hoc edictum. ff. eod. Ita actio aqu. plu. arcendae futurum damnum respicit l. arboris. §. in hoc iudicium. ff. de aqu. plu. arcend.

Sed quia talia praecepta subditis contra dominum de iure non conceduntur, quia praesumptio est pro Magistratu. c. ad nostram. de appellat. c. absit. 11. q. 3. c. praesentia. de renunc. c. sicut nobis in fine. de senten. & re iudic. l. 2. C. de offic. Ciuil. Iudic. ibi quod non arbitramur. Alciat. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 15. num. 1. Ideo statuentes de hoc non ignari cognoscentes hunc suorum Ciuium, & aliorum in Terris Baronum immobilia possidentium indigentiam, auctoritate Summi Pontificis statuerunt, & subditis contra Barones talia praecepta esse concedenda, si de molestia, & impedimento per Barones illatis extraiudicialiter Senatori costiterit. quoniam inique; & aliter solito subditos tractare non debent, sed debent beneuole, cum eis agere, more antiquis recepto, & à maioribus veluti per manus ipsius tradito §. dominorum instit. de his quae sunt sui, vel aliae iuris. An. §. dispicimus & l. 2. §. dominorum. ff. eod. vbi Bald. nu. 1. l. 1. C. de emen. seru. l. fin. C. quemad. Ciuilia, mun. lib. 10. tex. est sing. in l. cum satis. §. caueat. C. de agric. & cens. lib. 11. Ias. sing. respo. lib. 1. c. 3. nu. 82. Natt. in cons. 614. nu. 9. & 11. Specul. de exact. num. 3. & de denunciat. num. 33. Boer. in decis. 132. per totam. Bald. in §. publici latrones nu. 2. de pace tenen. Roman. in cons. 37. nu. 1. Guid. Pap. decis. 62. per totam. Grammat. decis. 104.

Cum itaq; talia praecepta nullius sint praeiudicij, vt dixi, sunt per Senatorem cum facilitate concedenda contra illos Barones, qui inique minari, minas executioni demandare solent, & possunt molestare, & impedire vti; & frui possessionibus in eorum territorijs existentibus per iura supra allegata. Sapè etenim huiusmodi praeceptis multi metu poena in officio retinentur; qui aliàs ruptis iustitiae habenis, nihil pensi habentes perfricta fronte omnia pro sua libidine per fas, atq; nefas auderent, & attentarent: Nam.

Oderunt peccare boni virtutis amore;
Tu nihil admittens in te formidine poena.

Nam effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis aemula, mater litium, materia iurgiorum; ita sine freno temperantiae exarsit terminos, vt nisi iustitia refrenaret excessus, concordia hominum exularet à mundo. Ideo lex prodita est, vt appetitus noxius regulis constringatur, per quas genus humanum, vt honeste viuat, alterum non laedat, ius suũ vnicuiq; tribuat informatur. haec enim legis sunt praecepta. l. legis ff. de legib. §. Rex pacificus. in prooem. decret. vbi Bald. nu. 2. c. 1. & c. factae sunt autem leges. distinc. 4. c. 1. de homic. in 6. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 1. C. ad l. iul. repetund. l. quoniam C. ad l. flauiam de plagiar. Duabus enim rebus potissimum respublicas contineri etiam Philosophi existimauerunt poena scilicet & praemio. l. virtutum. C. de stat. & imag. & Gellius Noct. actic. lib. 20. c. 1. praeclare dixit. accerbitatem plerumq; vlciscendi maleficij bene atq; caute viuendi disciplinam esse. Et melius est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare. l. 1. C. quando liceat vnicuiq; sine iudic. se vindic. l. fin. C. in quibus caus. re stit. in integr. nec. non sit. Nam & Ouid. de remed. amoris ait.

Principijs obsta sero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.

Et Persius Sat. 5. *(mebat.*

Helleborum frustra cum iam cutis aegra tu-
Poscentes videas, venienti occurrite morbo.

De iurisdictione Iudicis, seu Capitanei Appellationum, & nullitatum Vrbis, & de illius Notario.

Cap. CLXVI.

IN hac Alma Vrbe, sit vnus tantum Iudex Appellationum, qui eligi debeat, vt supra de illius electione dictum est; & cognoscat de omnibus appellationibus causarum tam ciuilium quàm criminalium, & mixtarum, à sententijs, & grauaminibus per Senatorem, & illius Iudices, & quoscunq; alios Iudices, & officia-

officiales Capitolinos ferendis, & inferendis; & de causis nullitatum quarumcunq; sententiarum, laudorum, arbitrorum, & arbitratorum, & eorundem reductione, & de alijs omnibus, de quibus virtute præsentium Statutorum cognoscere potest,& iurisdictio illi tribuitur. Ad cuius Tribunal, scribere debeat vnus Notarius,prout hactenus fieri consuetum est, & ius de mane reddat, sedendo in Palatio Cōseruatorum, per horas duas,tempore alijs Iudicibus ad sedendum, & ius dicendum deputato: cęteris verò diei horis partibus informare volentibus, se exhibeat; & studeat causas quanto citius expedire: qui & in sui officij ingressu iurabit, vt supra de eius iuramento dictum est.

De iurisdictione Iudicis, seu Capitanei Appellationum, & nullitatum Vrbis; & de illius Notario. Cap. 166. Glossa.

Iudex Appellationum nuncupatur Romani Populi Capitaneus, quia antiquitus ex lege valeria de prouocatione lata, condemnati à Iudicibus appellabant ad Populum; qui eorum appellationum causas cognoscebat teste Liuio lib. 3. & lib. 10. & Dionisio lib. 10. Quæ quidem lex fuit ter ab eadem familia lata, & repetita, Primum à Publio Valerio Publicola, Deinde à Lucio Valerio statim post xij. tabul. leges. Postremo à Marco Valerio. Et ratio fuit, quia plus paucorum opes, quam libertas populi poterant eam legem supprimere, vt dicit Liuius lib. 10. & ideo ne prorsus in desuetudinem abiret, prout euenit antea decem virali potestate, fuit sæpe renouata fuit tandem Imperio euersa; & hodie non est amplius in vsu in vrbe; Licet in multis Italiæ Ciuitatibus obseruetur. Sed loco Romani Populi appellatur ad Capitaneum; qui ideo Romani Populi Capitaneus appellatur, quia ipse causas appellationum loco populi cognoscit, quas antiquitus Romanus Populus cognoscebat, vt supra c. 15. vers. quamuis autem, & Valeria Publicolæ nomen indictum fuit, quod leges populares tulisset, populumq; coleret. Prima itaq; lex fuit, vt à Consulibus ad Populum prouocatio esset, ne ve sine iussu Populi in caput Ciuis Romani animaduerti posset; sola eis relicta est coercitio, vt in vincula duci iuberent. Secunda ne quis Magistratus Ciuem Romanum aduersus prouocationem verberaret, aut necaret; quod demum confirmatum extat per legem 13. in xij. tabulis scriptam. Liuius vbi supra. Hottom. de Magistratibus Romanorum. c. Consules. §. lege lata. dicit statim post primum Consulatum Vrbis Regibus expulsis hanc primā legem latam fuisse ergo prima suppressa paulatim in desuetudinem abijt. Sed & altiorem etiam à iure Diuino, & naturali originem traxit, vtroq; enim iure semper permissa fuit, vt per S. Thom. 2. q. 69. artic. 3. Iacobatius de Concilio lib. 9. artic. 12. n. 194. & lib. 10. artic. 1. nu. 57. c. cum speciali. de appellat. Ferrar. de appellat fol. 64. tom. 5. nu. 7. Alex. in cons. 113. viso themate. lib. 5.

Ex his itaq; patet quam sit vetus appellandi vsus, cum per primam legem fuerit introductus statim post primum consulatum. quod cognouit I. C. in l. 1. in princ. ff. de appellat. post quam à iure Diuino, & naturali antiquiorem originem sumpsit. Ne itaq; contingat dubitare ad quem sit appellandum, cum appellādum sit gradatim medio non omisso l. Imperator. 21. ff. de appellat. volunt. Statuētes quod in hac Alma Vrbe sit vnus tantum Iudex Appellationum ad quem sit appellandum. Vt ideo sit par non inferior, quia ad inferiorem non appellatur l. 1. §. si quis in appellatione ff. de appell. c. anteriorum 2. q. 6. & c. placuit eadem 2. q. 6. §. illo, videlicet Nouella 23. & ratio cur non appellatur ad inferiorem est, quia minor contra sententiam maioris non restituit l. minor autem 18. ff. de minor. 25. ann. c. inferior 21. distinct. & inferior factum superioris non iudicat c. cum inferior de maior. & obed. Ideoq; pro substantia est, vt appellatio non fiat ad minorem eo Iudice à quo appellatur, sed ad superiorem d. c. anteriorum. Notat tamen Abb. in c. exposuit nobis nu. 5. de dilatio. quod consuetudo potest inducere, vt appelletur ad parem, quod est contra gl. in c. 2. de consuet. in 6. & non videtur verum quod Abb. dicit. quia in quantum dicit posse appellari ad parem ex consuetudine, tunc consuetudo facit eum maiorem. Et sicut consuetudo potest dare iurisdictionem priuato, in alios priuatos. c. cum contingat eum ibi natat. de foro competen. sic potest dare iurisdictionem pari in parem faciendo eum maiorem, vt ita appellatio veniat diffinienda; quod sit inuocatia auxilij superioris Iudicis, seu potestatis, ad emendanda facta inferioris.

Supe-

Superior, vel maior dicitur hic ratione administrationis quam habet, non autem ratione dignitatis, vt per Bart. in l. 1. §. si quis in appellatione, & ibi glos. in verbo consules ff. de appellat. Nam potest quis esse maior ratione administrationis; & minor dignitatis, & è contra, vt Cardinalis non Episcopus maior est Episcopo administratione, sed non dignitate, quia Episcopatus est culmen dignitatum. c. venerabilis. de praeben. c. quamquam. 2. q. 7. glos. in c. 2. de praebendis in 6. in verbo, dignitatẽ. Superior rursus hic dicitur ratione eius; qui iudicauit; non autem litigantium; qui forsan iurisdictionis aliena in eum consenserunt, & ideo appellãdum est ad superiorem illius Iudicis in quem consenserunt, non autem ad superiorem litigantium, vt notat Specul. lib. 2. par. 1. tit. de competen. Iudic. act. §. 1. nu. 12.

Cęterum non sufficit appellare ad superiorem nisi talis sit proximus Iudici à quo appellatur; & ideo generalem hic figimus regulam, & appellationem esse faciendam ad proximum immediatè superiorem in potestate seculari, vel ecclesiastica positum, iuxta tex. in l. si quis, & in l. Imperatoris. 21. ff. de appellat. in l. additos. 29. C. eod. l. 5. de iurisd. omn. iudic. Specul. de appellat. §. 4. nunc tractemus. nu. 1. c. placuit. & c. anteriorem 2. q. 6. c. ad reprimendam. de off. ordin. c. si duobus. c. dilectis. de appellat. c. quia cognonimus. 10. q. 3. & hoc est quod vulgariter dicitur gradatim esse appellationem faciendam, nempe, vt nõ omittatur proximè superior, & perueniatur eo omisso ad alium post illum superiorẽ c. si quis. 2. q. 6. c. Roman. de appellat. in 6. c. 2. de consuetud. in 6. Rota in nouis in decis. 371. facit. Roman. in cons. 532. Maranta par. 6. actu 2. nu. 368. & sequen. fol. 532. vbi affert decem limitationes à num. 369. vsq; ad num. 380.

Ex hac regula gradatim appellandi; sequitur quod si simpliciter appellatum sit nõ expresso ad quem; appellatio nihilominus valeat, & facta censeatur ad proximum superiorem, Specul. de appellat. §. nunc tractemus. ver. quid si dicat. Io. Faber. in l. pracipimus. de appellat. Io. And. in c. vt debitus. de appellat. Ias. in l. Roma. §. scia nu. 9. ff. de verb. obligat. quia in generali sermone ordo iuris praesumitur insertus arg. l. Gallus. §. quidam rectè. & ibi glo. ff. de liber. & posthu. l. talem. 51. in princ. ff. de hered. instit. Immò iste modus appellandi vbi non est certus superior, est tutior, quia forsan posset errari in appellando superiorem certum, qui non esset competens. Bald. in l. cum proponas. de bonis auth. iudic. possid. l. 2. ff. de appellat. Huic errori prouidetur per hoc statutum in quo datur certus superior Iudex appellationum Vrbis.

Quid si Iudex Ordinarius à quo appellatum est efficiatur Iudex appellationum; vt puta Collateralis efficiatur Capitaneus, an de ead. causa appellationis possit cognoscere? Hanc quaestionẽ examinant Pileus Modien. in quaest. iuridica 124. & Bartholomeus Brixien. in quaest. dominicali. 54. & pro affirmatiua primo dicitur quod si Archiepiscopus, vel superior cui successum est uineret posset sine dubio de causa cognoscere; Ergo, & ipse qui in eius locum successit eodem iure vtetur. l. qui in ius. ff. de reg. iur. Nam mutatione Iudicis, seu subrogatione alterius non mutatur Iudicium. l. mortuo. 6. ff. de iudic. l. proponebatur. 76. ff. eod. Secundo quia non debet inspici qualis fuerit olim persona; sed qua nunc est c. ferrum. 50. distinc. l. si seruus in fine. ff. de adimen. legat. Tertio quia dignitas; seu potestas publica facit, vt etiam filius sit Iudex in causa Patris. l. in priuatis. ff. de iudic. Quarto quia omnibus modis Proconsul curat ne cuiusuis causa deterior fiat facto alieno. l. 1. ff. de alie. iudic. mutan. caus. facta. c. si Episcopum 16. q. 6. & sedes maioris dignitatis non potest sua auctoritate minui facto eius, qui ad eam vocatur, est enim potius habenda ratio altioris dignitatis, quam personarum arg. l. item. ff. quod cuiusq; vniuersit. nomi. Et in superiori sede constitutus cognoscit potius tanquam alia persona; quam cum esset in inferiori, vnde ad eũdem non videtur facta appellatio c. à collatione. 11. de appellat. in 6. vbi appellatur ab Episcopo; qui fuit in Capitulo tanquam Canonicus, ad eundem Episcopum tanquam Superiorem. Quinto quia finitur iudicium, quando datus Iudex suscipit Imperium eius, qui iudicare iussit l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Sexto nullo iure id vetatur, ergo permissum esse censetur. arg. l. mutus. §. 1. ff. de procur. Septimo quia id quod dicitur recursum non debere fieri ad eum à quo appellatum est in c. 2. de appellat. in 6. in c. fin. de consuetud. in 6. Intelligitur si in eodem statu permanserit. l. cum quis. ff. de solut. l. post datum. ff. de procurat.

Pro negatiua dicitur Primo quod à Iudice ipso ad eundem Iudicem non valet appellatio. c. 2. de appellat. in 6. c. fin. de consuetud. in 6. Nec ab eodem Iudice causa ad eundem recurrere debet. l. eos qui C. de appellat. & considerratur

ratur

ratur eius persona; vel eius factum, & verosimile est nolle suam sententiam corrigere, vt sit ideo suspectus de hoc semper pro eadem causa vbicumq; sedeat Iudex arg. l. fin. C. de assessor. quia nimium erubescenda sententiæ variatio l. fin. C. de modo mulct. suspecti enim Iudices caueri; ac declinari possunt. l. apertissimi. C. de Iudicijs l. si pariter C. de liber. caus. c. quia suspecti 3. q. 5. & qui Aduocatus, & Consultor fuit effectus Iudex suspectus reijcitur. c. postremo de appellat.

Secundo Iudex semel officio functus de causa iudicare iterum non potest l. Iudex posteaquam. ff. de re iudic. c. in literis. in fin. de off. deleg. & videtur pro hoc tex. expressus in c. ad hæc. de appellat. vbi si in vna causa à Iudice appellauerim possum in alia coram eodem conueniri, nisi personam eius recusauerim, & possum reijcere testes, quos alias in alia causa reieci l. producti. ff. de testam. & c. placuit. §. item in criminali 4. q. 3. Pileus Modicen pro concordia opinionum in d. q. 124. existimat posse hunc superiorem Iudicem appellationum effectum de causa cognoscere, melius facturum si alij deleget cognoscendam; quod idem concludit Bartholo. Brixien. vbi supra, & ambo allegant l. prætor. ff. de iurisdict. omn. iudic. alioquin dicunt posse vti suspectum recusari facit. c. si quis contra de foro competen. huius sententiæ fuit glos. in d. c. ad hæc, in verbo, tanquam suspectum, de appellat. exemplo. c. peruenit. 11. q. 1. c. cũ speciali. de appellat. & c. si quis contra clericum. de foro cõpet. Speculat. de appellat. §. 4. nu. 21. & pro istis facit c. 184. & 185.

Iudex appellationum Vrbis ex dispositione statuti huius cognoscit de omnibus appellationibus causarum tam ciuilium, quàm criminaliũ; & mixtarum, à sententijs, & grauaminibus per Senatorem, & illius Iudices; & quoscumq; alios Iudices, & officiales Capitulinos ferendis, & inferendis, & sic etiam per Conseruatores; & Iudices ab eisdem Conseruatoribus deputatos; quia Conseruatores veniũt appellatione officialium; & Iudicum Capitolij, de quorum omniũ sententijs; appellationibus ab eis interpositis dicit hoc statutum; vt nihil à cognitione Iudicis appellationum excludat. l. 1. vbi Doct. ff. de legat. 1. l. à procuratore. C. manda. glos. in c. solita. de maior. & obedie. & in c. 2. de obser. ieiun. Specul. de sindico ver. quid si aliquo, & deposito. §. 10. ver. item pone, & quod sint illa verba, vniuersalium omnium cõprehẽsiua probat. c. si Romanorum. 29. distinc. l. si seruitut. ff. de seruit. vrb. præd. l. damni. §. emptor. ff. de damno infecto l. si cui omnes. in princ. ff. de legat. 1. Paris. in cons. 22. nu. 29. lib. 2. Dec. in cons. 11. nu. 13. in cons. 113. & in cons. 427. nu. 1. Ruy. in cons. 135. nu. 3. lib. 1. Crauett. in cons. 294. nu. 1. & 2. & in cons. 308. nu. 5.

Et in specie, vt dixi prima lex post primum consulatum Regibus expulsis fuit lata de prouocatione à Consulibus ad Populũ, in cuius locum est hodie Iudex Appellationum Vrbis; qui Romani Populi Capitaneus appellatur; & Conseruatores præmissa non ignorantes amatores Imperij ac iurisdictionis Populi; appellationes ab eis interpositas non admittant; nisi ad eorum Capitaneum dirigantur, & si quidam Conseruator nescius sui iuris noua petens, vt ipse nouus erat ex priuilegio ciuis tentauerit introducere contrarium, quod non potuit obtinere.

Et de causis nullitatum *nullitas incidenter potest deduci coram omnibus Iudicibus Capitulinis coram quibus causa principalis vertitur. Sed principaliter coram solo Iudice Appellationum; & nullitatum Vrbis, ita colligitur ex hoc statuto in rubr. & §. & de causis nullitatum. Nam ad officium Iudicis appellationum spectat de causis appellationum, & nullitatum quarũcumq; sententiarum cognoscere, vt dicit sequens statutum. c. 167. in princ. hac enim de causa vocatur Iudex Appellationum, & nullitatum Vrbis, vt ille solus principaliter de illis cognoscat, non alius nisi incidenter, vt dixi, ita dictat statutum, & ita consuetudo obseruauit; quæ est optima legum interpres. l. semper. vbi Dec. n. 9. Cagno. nu. 6. ff. de reg. iur. l. si de interpretatione. ff. de legibus. Roland. in cons. 73. nu. 5. lib. 2. Nam obseruantia subsecuta declarat, & interpretatur, secundum Bald. in c. 1. in princ. ver. & ideo quando tit. feudo sine culpa non amittendo, & vera est illa interpretatio quæ sumitur à practica, à qua non est recedendum, vt dixit idem Bald. in cons. 472. col. 2. lib. 1. Dec. in cons. 131. in fine, & in cons. 2. col. 7. Alex. in cons. 17. nu. 7. lib. 1. Ias. in l. rem quæ nobis. in 1. notab. de acquir. possess. Bald. in l. illud. ff. de excusat. tutor. Practica enim magnam offert vtilitatem, cum videatur rerum magistra. c. quam sit, de elect. in 6. c. statutum de rescriptis. Roland. in cons. 2. num. 7. & 8. lib. 2. & in cons. 32. num. 22. eod. lib. 2.*

Et iurisdictio illi tribuitur. *hoc statutum per ista verba, dat Iudici appellationum merum & mixtum Imperium, Bart. in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. Iudic. Abbas in c. quod sedes. col. 2. de of-*

de offic.ordinar.& ibi Fely.col.3. Bald.de pace constant. in verbo in Iurisdictione. Paulus de Castro in cõs.134.col.3.in princ.Vbi dicit,quod nomen Iurisdictio,est nomen generale comprabendens merum,& mixtum Imperium tanquã iurisdictionis species,iuxta plenè notata per Doctores in d.l.Imperium ff.de iurisdict.omn.iudic. & per gloss. in §.nulla. Auth. de defensor. Ciuitatum & cum sit iurisdictio potestas de publico introducta cum necessitate ius dicendi, & æquitatis statuendæ,l.1.ff.de iurisdict.omn.Iudic. quod conuenit mero, & mixto Imperio ergo & diffinitum habebit in se merum, & mixtum Imperium iuxta notata in l.1.§.1.ff.de dolo. Alex.in l.1.ff.de off.eius cui mand.est iurisdict.& in cons.35.col.1.lib.4.Ias.in d.l.Imperium col.6.in fine Caccial.num.6.Valas.n.34. Dec.nu.26. Purpurat. n.61. Paris.in consil.8. col.1.lib.1. Dec.in c.licet causam,col.1.in fine, de probat. Curt.Iun.in d.l.1.nu.53. ff.de offic. eius.Papien.in forma libelli actionis confessoria in ver.plenam,col.2.ver.ad propositum.Didac. practic.quæst.fol.11.col.4.in princ.ver.at vbi simpliciter. Alciat.in d.c quod sedes, nu.27. de off.ordin.& num.29.facit Oldrad.in cons.252. Io.Andr.post Dyn. in addit.ad Specul.de iurisdict.om.iud. in ver.Pastoralis.

Et ius de mane, *Et ita etiam seruatur de iure communi, §.sedebunt autem Auth.de Iudicibus, & vt nullatenus.*

Et studeat causas quantocitius expedire, *Celeritas est Iudiciorũ Nouerca; ideoq; posteaquã sederit in Tribunali,& Domi causas audiuerit;studeat citius eas expedire iuxta tex.in l.properandum,C.de Iudicijs.Consideratur enim Mens et consensus hominis. Ex consensu dicta; aut facta;ex dictis factisvè cõtractus,vel quasi obligatio. Ex obligatione actio, ex actione forma,seu facultas agendi;ex forma agendi Iudicium, ex iudicio sententia, ex sententia executio. Ab executione reipublicæ salus,& Priuatorum quies,ad quã quantocitius deueniendũ est.*

De officio eiusdem Capitanei appellationum.
Cap. CLXVII.

AD officium Iudicis Appellationum spectat, de causis appellationum, nullitatum,& iniquitatum,quarumcumq; sententiarum,Iudicum in præcedenti capite dictorum, arbitriorum siuè arbitramentorum,cognoscere; & querelas & appellationes,quæ repręsentantur coram eo,& an sint recipiẽdæ, accuratè perspicere; & si ab interlocutoria & in Vrbe,parte citata, aliàs statim,significare & inhibere Iudici, à cuius sententia,siuè grauamine appellatum,querelatumvè fuerit,ne cõtra appellantẽ & eius bona aliquid innouet, vel attentet, ad pęnam eius arbitrio moderandã; & inde acta & processum primæ causæ recipiat, & inspiciat,vtrum debito tempore fuerit appellatum, & querelatum: & si viderit quòd infra tempus à Statuto præfixum,nõ fuerit appellatum,seu querelatum,seu appellatio, & querela præsentata,interloquẽdo pronunciet appellationem vel querelam non esse recipiendam, vel esse desertã.Si vero facta fuerit debito tẽpore appellationis repræsentatio, querelatio & prosecutio, actis transportatis, & partibus auditis,pronunciet,benè vel malè iudicatũ,appellatum,seu querelatum,prout ex actis viderit conuenire. Vbi verò cognouerit primã sententiam condemnatoriã infirmandã, pronuntiet bene appellatũ,& malè iudicatum,& partem appellantem absoluat; & si viderit primã sentẽtiam absolutoriam infirmari debere,pronuntiet benè appellatum,& malè iudicatũ; & partem, quæ fuit absoluta, condemnet. Possit etiã & debeat,si opus fuerit,in parte infirmare,& in parte cõfirmare,sicut in diuersis capitulis sentẽtiæ viderit expedire. Possit quoque primam sententiam addendo,corrigendo,minuendo vel modificando,reformare. Possit prętere a,si viderit primam sententiam fuisse nullam, pronunciare superuacuò appellatum, & causam adijcere, quia sententia est nulla; & si de eius nullitate appareat euidenter,tunc ipsemet Iudex appellationum,ea nulla declarata, iterato pronũciet super appellatione prędicta; & intelligatur totam causam appellationis & nullitatis esse deuolutã ad eundem Iudicem, ita vt totam causam possit & debeat reassumere,vigore appellationis interpositæ,& eam terminare, intra tempus à Statuto præfixum: quam,si non terminauerit,pęnam vigintiquinque aureorum incurrat,de eius salario sui syndicatus tempore retinendam.

De officio eiusdem Capitanei appellationum.
Cap. 167. Gloss.

De Iudice appellationũ,ac illius iurisdict.multa dicta sũt sup.c.5.et c.proximo præcedẽti 166 Nũc appellatione interposita dicendũ est de eius officio. Et quidẽ si à sententia diffinitiua appellatum sit, non habet necesse videre an ex causa fuerit appellatum; quia à diffinitiua etiam sine

causa expressione potest appellari, tunc.n.sufficit dicere appello a sententia iniqua;quod secus obseruatur si fuerit appellatum ab interlocutoria; in qua causa grauaminis est exprimenda, et Iudex appellationis videre debet an fuerit talis,quæ probata,esset legitima, & sufficiens, & ita sola allegatio probabilis causæ sufficit absq; eo quod probetur,ad effectum,vt appellatio tanquã legitima admittatur, et iurisdictio Iudicis appellationis fundetur, l.cũ quædam, §.1.ff.de iurisdict.om.iudic.Specul.de appellat.§.de offic. Postea verò debet de veritate causæ cognoscere per legitimas probationes per appellantẽ faciendas,et secundũ eas debet iudicare benè,vel malè appellatũ,c.vt debitus,et ibi Dec.de appellat. Specul.de appell.§.nunc dicamus,n.5.vbi dicit quod quãdo causa allegata est legitima,licet falsa,tamen appellatio est admittenda quousq; constet de eiusdẽ causæ ueritate,vel falsitate.Ipsaq; falsa reperta debet causam remittere ad Iudicẽ a quo appellatũ fuit, vt ille in causa procedat, d.c.vt debitus in fine de appell.et c.cũ in Eccles. de off.deleg.c.insinuãte,de eo qui mittit,in possess.causa rei seruã.c.cũ venissent in fine 2.q.6. in fine Specul.vbi supra §.de officio num.10.

Et in causa appellationis proceditur sũmariè, vel ordinariè,si principalis causa sũmaria,vel ordinaria fuit;quoniã per appellationẽ non mutat suam naturã Dec. in c.cũ episc.n.6.de offic. ordinar. et infra c.178.ver.et proceditur via. Sed cõtra Bouer.singul.in verbo appellatio,n.1. Sed in quocumq; iudicio tàm ordinario, quàm summariò personæ semper legitimæ debent cõparere Bart.in l.2.ver.serius C.de edic.diui Adr. tollẽ.et in extrauag. ad reprimẽdũ ver.figura.

Et antequã inhibeat Iudicis a quo,ne in causa in qua appellatũ extat procedat,debet sibi liquere causam ad se esse deuolutã per appellationis instrumentũ in tẽpore præsentatũ,ex quo in primis cõstare debet in tẽpore à lege,vel statuto appellat.interpositã fuisse,ex qua exercitiũ suæ iurisdict.dicitur exoriri,c.super literis de rescrip. c.Rom.§.si verò,vbi glo.in verbo nõ præsumat. de appellat.in 6. Deuolutio.n.causæ appellationis ad superiorẽ multis modis impeditur. Primò quando non est appellatũ, vel nõ est appellatum infra decẽ dies de iure cõmuni infra octo de iure statuti, c.168.tit.intra quantũ tempus appelletur,post interlocutoriã,vel diffinitiuã d.§.Si verò.Spec.de appellat. §.de offic.ver.penul.Sed si constat appellatũ fuisse,ritè, et rectè appellatũ præsumitur secundũ Osaschũ in decis.25.n.2.vt asserens contrariũ id teneatur probare. Secũdò si appellationi est renunciatũ tacitè, vel expressè, nam appellans renunciat appellationi,si post vocẽ appellationis emissam litigat corã Iudice à quo de eadẽ causa in qua appellauit, c.gratũ, & ibi Abb.de off.delegati,c.quod ad consultationem de re iudic. Tertiò quando obijcitur ex iniusta, vel minus legitima causa appellatũ ante sententiam diffinitiuã,& dicitur ex eo talẽ appellationem non esse admittendã d.c. Romana, §.quod si obijciatur,de appellat.in 6.tunc enim deuoluitur solum cognitio causæ propter quã legitimè ac iustè appellatum esse dicitur; vt mox dixi Quartò quando dicitur appellatum à sententia diffinitiua in casib. à iure prohibitis, vt puta à notorio; vel ab eo quod,quis in iure confessus est,vt in d.c.Romana §.si autẽ & in alijs casibus de quib. per Spec. de appellat. §.in quibus in princ.Papien.fol.81.col.3.Quintò si dicatur nõ esse appellatum in scriptis eo casu; quo in scriptis appellandum sit,glo.in d.c.Romana,§.si verò. Ideoq; antequã inhibeat debet super istis obiectis partes appellatas audire, & cognoscere an sit impedita deuolutio, vel ne; vt in d.c.Romana vbi Anchar.col.2.Archid.col.3. in similibus obseruaui mandare supersederi; & supersessoria pendente audire partes appellatas, et appellantes, & postea vel remittere,vel inhibere, vt mihi à iure fuit persuasum.

Nam videre an appellatio sit admittenda,vel ne spectat ad Iudicẽ appellationis. Bart. in l.1. n.3.ff.nil noua.appell.pẽden.in l.Chyrographis, §.habet n.1.ff.de administ.tut.& curat.nõ autem ad Iudicẽ à quo, glo.magna,in Clem.de dolo,et contum.vbi Card.q.4.d.l.1.in princ.ff.nil noua.appe.pẽd.vbi Bart.col.1.ver.Quæro quis Iudex Castren. in cons.23. Soccin.in cons.565. ver.ex quibus apparet,lib.2.Immò eam põt admittere etiã, quod à Iudice à quo admissa non fuerit. Bart.in d.l.Chyrographis, §.1. in 1.notab.ff.de administ.tut. Card. vbi supra d.q.4. Quando.n.admissa fuit à Iudice à quo,debet ẽt admitti per Iudicem ad quem.Bald.in l.3.C.de appellatio.et in l.post sententiã,n.7.C.de senten. Roland.in cons.77.n.1.lib.2.cum alijs allegatis per Contardũ,ad l.1.C.si de moment.Limit.13. per totã cum declaratione, volente vel nõ reclamante parte appellata,vt ibi per eũ;Nam quando super ea est processũ corã Iudice appellationis tũc poterit pronũciare super ipsa appellatione,et iustitia sentẽtia. Innoc.in c.cũ dilecta de rescr. in c.cum Bertoldus,de re iudic.quem sequuntur Butr.& Imola,in d.cap.cum dilecta. Abbas in c.cum contingat,col.2.de off.deleg.Bald.in l.illicitas,

licitus, §. veritas. ff. de off. præsidis. Roman. in l. admonendi, ver. nono fallit, ff. de iureiur. Fely. in c. inter cæteras, de re iudic. Quod idem erit si probatio nõ admittenda admissa fuerit, nã nihilominus valebit. Bald. in l. certi condictio §. quoniam ff. si cert. pet. ut. vbi etiã Alex. col. 3. Bald. & Salycet. in l. fin. C. de non num. pecun. Bart. in l. inter stipulantem §. 1. ff. de verb. oblig.

Statuẽda itaq; in proposito erit regula, ei qui non rectè iudicatum esse dicat appellationẽ esse concedendam, §. nostros tamẽ, §. appellationes, §. illo custodiendo, et §. nã si per prouocationem Auth. de Iudicib. et vt nullatenus etc. In omnib. enim quis potest appellare, nisi expressè probibitum inueniatur. glo. in l. qui restituere 68. ff. de rei vindic. Spec. de appell. §. 2. in princ. Ias. in auth. adhæc C. de Iudic. Phil. in rubr. de appell. col. 4. in fine Nam cum appellatio sit quedã defensio nemini ideo debet denegari. Soc. in consil. 195. col. 3. lib. 2. & est text. in l. 1. in princ. ff. de appellat. & in c. cum speciali, §. porrò, eod. tit. Vinius opin. Appellatio admittitur, et quod ab actib. etiã extraiudicialibus possit appellari est tex. et ibi Phil. in c. bonæ memoria de appell. vbi Abbas. et in c. si Romana eod. Et in maiorib. & minorib. causis tàm Ciuilibus, quàm Criminalibus est appellatio admittenda, l. & in maioribus, C. de appell. l. litigatoribus, C. eod. et in d. Auth. De Iudicib. §. nostros. Item à tota sententia; vel à certo eius artic. si diuersa capitula cõtineat appellatur, l. etiam si à Patre, de minor. 25. ann. arg. l. 1. §. Trebatius, de aqua quotid. & æstima. Nam in edicto probibitorio inclusio vnius probibiti est permissio non expressi l. cum prætor. ff. de Iudic. l. 1. & l. ex eo. 18. ff. de testamen. l. quæsitum, §. idem respondit ff. de fundo instruc. Vt è contra quod in vno conceditur in alijs negatur l. maritus, C. de procur. l. cum ita, ff. de condit. et demon. Nisi in permissis, et probibitis eadem esset ratio per quam fieret extensio ad non compræhensa l. per sanctionem l. non possunt ff. de legibus.

Et duos principaliter operatur effectus appellatio suspensiuũ videlicet, & deuolutiuũ, suspendit. n. iurisdictionẽ Iudicis à quo quantũ ad illã causã attinet. Abbas in c. super eo. de appell. Dec. in rubr. eod. n. 19. et præsumptionẽ; quę aderat pro sententia c. cũ ad sedẽ, de restit. spol. & c. veniẽtes de iureiur. Bar. in l. furti, §. sed si furt. n. 1. ff. de his qui notan. in fam. & in l. 1. §. fin. ff. ad Turpill. et in l. illud, n. 1. ff. de appell. & in l. ante sententiã n. 2. ff. de appell. recip. et reponit iudicatũ in eo statu in quo erat post litẽ cõtestatã. Bart. in l. ita demũ n. 2. ff. de procur. et facit cessare officiũ Iudicis à quo Bart. in d. l. 2. C. de appell. & in l. his qui n. 5. C. eod. non autem litis contestationẽ extinguit. Dec. in rub. de appellat. nu. 21. Et deuoluit causam ad superiorẽ, c. cum contingat. de off. deleg. c. per tuas de senten. excõmunic. Abbas in rubr. de appell. col. 2. et appellans per eã se protectioni Iudicis appellationis submittit. Innoc. in c. ad audientiã vbi etiã Abb. de appell. Guid. Pap. de appell. n. 1. fo. 57. Cui Iudex debet esse fauorabilis; quia est magis fauorabilis appellatio quã sententia Dec. in c. inter cætera. n. 13. de appellat. Bald. ad Specul. de appell. ver. in dubio Lancell. de Attenta. c. 12. n. 118. Abbas antiquus, in c. dilectus de appell. & in c. si à Iudice de appell. in 6. l. diximus ff. de excusat. tut. intellige in principio; in medio est par, in fine autẽ est fauendũ sentẽtiæ, si id acta patiatur, vt notant mox allegati Doct. et est tex. in l. Herẽ. §. Caia ff. de euict. et ideo in principio debet Iudex interpretari; quod potius procedat, appellatio, quã non. c. vt debitus, vbi glo. in verbo rationabili causa, de appellat. Archid. in c. 1. & in c. si à Iudice de appellat. in 6. Spec. de appell. §. nunc dicamus ver. 1. et ver. circa hoc, Bart. in l. 1. col. 2. ff. nil noua appellat. pend. Bald. in l. de statu, ff. de testam. latè Alex. in cons. 113. Viso Themate, lib. 5 per totũ. Debet itaq; Iudex appellationũ videre in quibus causis vel actionib. & à quibus actibus appellare liceat, vel non; & quidẽ vt dixi supra generaliter in omni causa est appellatio permissa nisi expressè reperiatur probibita, l. & in maiorib. C. de appellat. Lanfr. in c. quoniã contra de probat. Dec. in c. pastoralis, n. 27. de appellat. Specul. de appellat. §. quibus cum alijs allegatis supra; sed de singulis causis specialiter est inspiciendum pro mea instructione, ac meorum in officio successorum;

Appellari itaq; põt à sentẽtia lata super alicuius ætate, l. 2. C. quã prouoc. non est necesse Doct. in l. is cui, ff. de verb. oblig. Itẽ in causa aliena. l. 6. §. 5. C. de appellat. Item in causa alimentorum ad effectum deuolutiuũ, non suspensiuũ Põtan. de alimentis c. 19. n. 6. & 7. Lancell. de Attentatis. Limitat. 24. n. 5. 6. & 7. Remig. de Go. de charitat. subsidio q. 52. nu. 2. Bald. de Dote p. 9. priuil. 7. n. 2. Caputaquẽ. in decis. 118. p. 1. Surdus de Alimentis, tit. 8. priuileg. 96. fo. 337. tit. 1. q. 120. n. 13. et tit. 8. priuileg. 60. n. 19. 5. & seq. per totũ, vbi distinguit atq; declarat. An appellari possit in causa Attẽtatorũ sunt opiniones, vt per Lãcell. de attẽtis c. 28. n. 98. et in præfatio. n. 92. et q. 25. n. 38. et 39. dicit quod sic, et

quod nō ſecundū aliquos dicit idem Lancell.d.c. 28.n.44.et 49. et retenta affirmatiua cū limitat,vt n.99.et 100.Appellare nō licet in beneficio Auth.Bona dānatorum C.de bonis proſcript. Ant.Nicol.de Concord. glo..n.133.fo.197.Tomo 18.In Beneficialib.ſemel appellatur Nicel. vbi ſup.n.141. Et ſi appelletur extraiudicialiter ſufficit quod intimatio fiat in eccleſia Lācel. de Attent.Limit.3.n.38. In cauſis minimis,et breuioribus de iure Ciuili non appellatur. Auth. niſi breuiores,C.de ſenten.ex breui. recitan. & ex ſtatuto c.96.in cauſis à decē ducatis infra nō datur appellatio.Secus eſt de iure canonico. Abbas,in c.de appellat. In cauſis capitalibus poteſt appellari,et appellans tūc debet remitti ſub fida cuſtodia cū actis,et ſententia,et libellis dimiſſorijs l.30.C.de appellat.l.6. C. ſi reus vel accuſ. mor.fuer.et l.6.§.3.C.de appell. In cauſis requirentib. celeritatē appellatio non admittitur,nec executio impeditur Spec.de appell. §.in quibus, ver.8.Bart.in l.4.§.hoc autem,ff.de dāno infecto,et in l.fin.et ibi Alex.de appell.recipi. Lancell.de attēt.c.28.n.56. et an Iudex à quo poſſit in caſib.exigentib. celeritatē præfigere appellāti terminū ad appellationem finiendā tradit Fely. in c.2.col.1.de re iudic.Itē in cauſis cenſuū non admittūtur appellationes. Bonin.de Cenſib.art. 79.n.112.Foller.de cōtrac.Cenſ.n.48.et n.44. declarat. In charitatiuo ſubſidio nō appellatur. Gigas de penſio.q.95.Surd.de alimētis tit.8.priuil.60.nu.9.In cauſis cōmiſſis facultati Iudicis non appellatur, fallit, vt per Felyn.in c.except. n.3.5.et 6.de except.Si aliquis prodigus;vel inhabilis iudicetur datur appellatio Doct.in l.is cui ff.de verb.oblig.Ratione cauſę appellabilis inappellabili cōiunctæ appellare licet.Bal.in cōſ.126. li.3.Sed remota in vno capite de cōnexis intelligitur remota ab alijs. Abb.in c.2.requiris de appell.In cauſis Crim.generaliter appellat. de iure admittitur Bart.Ang.Fulgo.et Imo.in l.non tātū,ff.de appell.Ang.de Maleſ.ver.præsēte d.Caio.in princ. Bart.in l.qui vlt.ſupplicio,ff.de pœnis.Dec.in c.cum ſit Romana,n.28.de appellat. c.liceat.2.q.6. c.in occultis 2.q.6. Myſſing.obſer.42.Cēt.4. Brunus à ſole in conſ.Crimin.cōſ. vnico,n.204.Ferrar.de appell.n.59.110.122. et 123.Tholoſ.de appellat.lib.2.c.7.& 8. Sed in ſpecie in crimine Barattariæ cum æquiparetur Crimini leſę maieſtatis non appellatur Nicell. de concord.glo.n.149.fo.197.7.18.An à ſentētia laſa in cauſa falſitatis poſſit appellari tradit Bart.in conſ.22.n.2.lib.2. Condēnatus in cauſa Hæreſis non auditur appellans, c.vt inquiſit.de hæret.in 6. In crimine leſæ Maieſtatis nō appellatur,l.conſtitutiones vbi Bart.ff.de appell.Guido Papæ de appell.n.88.Nicel.vbi ſup.nu.144. Gigas de Crim.leſæ Maieſt. q.913.n.4.Redoa. de Symonia c.6.n.13.et extrauag. ad Reprimēdū in verbo facin. l.ſi quis, §.hi autem oēs ff. de iniuſto teſt. Tria,n.Crimina ſunt prorſus ab appellatione excepta,Hæreſis,Symonia,et leſæ Maieſtat.iux.notata per gl.in c.1.de teſt.in 6.Archid.in c.Felicis de pœnis, in 6.Gigaſ.vbi ſupra q.13.n.1.et ſeq.diſtinguit, et tādem dicit in Crim.leſæ Maieſt. eſſe dandā per gl.in l.Pānonius,§.Rei.ff.de acquir.hæredit.Lancell.de Attent.ampliat.5.n.10.Boſſ.de appell.n.2.Sed intellige niſi de eo conſtet.Minus valet appellatio condemnati pro crimine falſæ moneta,l.1.et ibi Doct.et Salyc.C.de falſa moneta Spec.de appell. §.In quib.ver.29. In cauſa Criminali,vbi imponitur pœna mortis,mēbri mutilationis,et exilij,Delatus victus,et confeſſus nō auditur appellans,quia non datur ſententia,ſed Iudex procedit ad executionē c.Roma.§.fin.autem,& c.cū ſpeciali de appell.et c.quicūq; 2.q.6.§.ſunt ēt, Bart.in l.ſi qua pœna,ff.de verb.ſignif.Maſuer. de appell.Clarus,q.94.Minus appellat condemnatus pro Crimin.proditionis,Gigaſ.d.q.13.n.9. Nec condēnatus de Raptu Virginis l.1.§.Si autem, C.de Raptu.Nec Seditioſus de ſeditione cōdemnatus.Nicellus,de concord.glo.n.139. Nec condēnatus de crim.Symoniæ,Redoa.de Symon. p.4.c.6.n.12. In actione dāni infecti an appelletur,et quod non dixit Spec.de appell. §.in quibus,ver.Sed nūquid,et de off.omn.iudic. §.Iudicis officium ver.Sed an in eiſdem,l.fin.de appel.recipi,vbi Bart.et Alex.Rom.in ſing.in verbo appellatio. quia cauſa celeritatem deſiderat Bart.in l.4.§.hoc autem,ff.de dāno infec.In cauſis in quib.infertur dānum irreparabile appellatur. Cucchus de mentien.circa poſſeſ.n.344. In cauſa decimarum non appellatur. Guido Papa ſing.382. Bellen.de charit.ſubſid.q.55.n.1. & eſt tex.in c. tua nobis vbi glo.de decimis. l.abſtinēdū et ibi Doct.et Ang. C.quor.appell.nō recip. glo.in Clem.diſpendioſam de Iudic.Feder.de Senis,cōſ.81.Laicus de prædio Rebuff. de Decimis q.10. num.35. de hac re Myſſing.obſeruat.10. Cent.5. In cauſis dilationem non recipientibus non datur appellatio Rebuff. de priuileg. ſcholar.priuileg.6. num.2. & eſt text.in l.fin.ff.de appellatio.recipien. vel non vt puta,vt excommunicatus abſoluatur, cap.qua fronte de appell. c.ſacro. de ſenten.excom. Ne teſtamentum aperiatur; Ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur,

tur, ne frumentum in subsidium militiæ transmittatur, ne fiat id quod edicto perpetuò continetur, ne pignus à creditore vendatur; vel ne Cadauer sepelliatur, cum similibus de quibus, in l.1. & toto tit. ff.de appellatio. recipien. vel non l.fin. ff.eod. l.quisquis, C. quorum appellat. non recip.cap.ex parte, de sepult.l.fin.& Auth. nec ante, & auth.item qui Domum, C.de sepul. viol.& pro hac opinione facit tex.in c.qua fronte de appellat. in cap.ei qui. §.definitum, & §. si quis, & sequen.2.q.vlt. §.meminimus, Auth. vt cum de appel. l.vlt.ff.de rescind. appell. Pro contraria facit, tex.in c.consuluit, & in c. peruenit, de appellat.in c.post appellationem, §.appellatione interposita, 2.q.6. & l.1. §.1.ff.nil noua.appell. penden. In causa dotis an appellatio impediat executionem? tradit Io.Bosche.de Nuptijs, lib.6.n.38.& supra, c.85. Sed quando dubitatur an sit danda appellatio, vel ne, in dubio conceditur vt dixi supra per Innocen. in cap.sacro. & in cap.cessante.de appellat. A sententia lata in duello datur appellatio. Lancell. de attent.ampl.10. Iacob.de Castill. de Duello. c.11.n.4. Paris de Puteo de re milit.rubr.an à senten.lata in duel.n.1. In causis executiuis appellare non licet, nisi modus excedatur, l.ab executore, ff.de appellat.l.ab executione. C.quorũ appellat.Galles.ad formam Cameræ in sum.qq. post proces.inciden.n.6.& 7. Nicel.de Concor. glo.n.37.& n.74. Tholos.de appell.lib.2.c.11. fol.161. A sententia de exhibendo non licet appellare, nisi sit in ea appellans condemnatus ad interesse, si non exhibeat. Bart. in l.creditor.§. iustus ver.vltimo nota.ff.de appellat.Specul.de appellat. §.quibus sub ver.quinto, & ratio est quia nec in possessorio appellatur l. quisquis C. quor.appell. Nisi exhibitio trahat secum rem actori restitui l. Iulian.3.§.1.§.idem, §.quantum, & §.vlt. ff.ad exhiben. l.sed si hæreditas, l.Celsus, per totam, & l.2.ff.eod. A sententia lata in causa feudali licet appellare. Caccial. de feudo art.6.nu.47.et colligitur ex tex.in c.fin. vbi Aluar.tit.quo tẽpore miles.Aluar.in c.1.tit. apud quẽ, vel quos. Innoc.in c.caterũ.de Iudic. Clar. §.feudũ q.90. Dec.in d.c.caterum n.98. 102.& 103.104.& 267.Fely.nu.20. In causa fiscali si sententia sit lata contra fiscũ appellatur, l.22.C.de appellat.Secus si pro fisco lata sit. l.4.C.quor.appellat.Nec à sententia lata super debito fiscali appellatur, l.abstinendũ, et l.fin.C. eod.Nicell.de concor.gl.n.5. et c.vlt. §.quoties de appell.c.9.per totũ.fo.151. A sententia de soluẽdo tributa nõ appellatur, l.abstinendũ, et l.fin. C.quor.appell.declara.vt in fin. A sentẽtia lata in crimine hæresis nõ appellatur c.vt inquisit.de heret.in 6.Arch.et Io.And.in c.felicis, de pęnis, in 6.Ang. de malef. in verbo appellante col. 3. A sentẽtia lata in hypothecaria appellatur, nõ aũt lata in Saluiano.Bart.in l.1.n.4. ff.de Saluia.inter. Negusant.de pign.p.8.mem.1.n.2. A sentẽtia lata in causa status ingenuitatis, & libertatis, nõ appellatur l.ingenuum, ff.de statu hõ.l.res iudic.ff.de reg.iur. Sed in causa libertatis est contra text.in l.si is quẽ. C.de liber.caus. & in l.2.§.si is.ff.quando appellan. A sententia lata in causa iniuriarũ appellatur Philip. Frãc.in c.peruenit, de appell. A sententia declaratoria talẽ incidisse in pœnã legis, vel Canonis appellatur, licet à pœna legis Canonis vel statuti non appelletur, l.si qua pœna, ff.de verb.signif.c. quia nos.de appell.glo.in c.cupientes. §.quod si per in verbo priuatos, de elect.in 6. quia declaratoria est sentẽtia hominis nõ iuris, et potest per eũ inferri grauamẽ, pœna legis est iuris executio non habens iniuriã, et ideo nõ appellatur, l.iniuriã, ff.de iniurijs. c.erit aũt lex, dist.4. Phil.in d.c.peruenit, de appell. A sententia lata in interdicto quorũ bonorũ non appellatur. Bart.in l.1. C.quorũ bonorum, et vide sup.c.91. et declara vt ibi. Sed appellatio in casu à iure prohibito, si Iudex ei detulit facit attẽtata. Lãcell.de attẽt. Limit.53.n.55.et 56. In causa maioratus si cõcedatur sequestrũ non datur appellatio à tali sequestro. Melch.Palaez.Maior.p.3.q.7.n.1. et 4. Appellare licet in maioribus, et in minoribus causis tã Ciuilibus quàm Crimin. l.et in maioribus, C.de appell.l.non tãtum, et l.fin. §.iussus. ff.eod.l.additos 29.et l.si quis 30.C.de appellat. Tholos.de appell.lib.2.c.7. per totũ, fol.138.& c.8. dicit in quibus causis denegatur, Fallit. in 23. casibus secundum Marsil.in l.1. C.de rapt. Virg.n.138. Fallit.in 80.casibus quos ponit Lãcell.de off.Pretor.§.2. de appell.n.7.et seq.Fallit, in 22.casib. secundũ Carrer.in praxi Crim. l.obseruare, n.43.vsq; ad n.101. Limitat 120. modis Nicell.in concord.glossarũ, iuris Ciuil.& Cano.concordia.6.Licet Soc.assignauerit solum limitat.32. in reg.24. In matrimonialib. licet appellare. Bart.in l.fin.col.vlt. ver.idem ff.de appell.Gaill.obseruat.112.li.1. A sententia lata in actione metus appellatur. Bart.in l.si cum exceptione §.hæc autem, col.2. ver.item quæro. ff.quod metus caus. Appellatio de iure canonico admittitur ẽt in minimis. Dec.in c.de appell.tit. de appell.n.1.& in c. causam quæ.n.24. de Iudic. Quod idẽ uidetur de iure Ciuili, ut per Dec. in d.c.de appel.n.2.dũ ex Cic.in orat.pro Cęcin. id cõstare dixit Romanos tãta prudentia fuisse,

vt omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum iura statuisse, persecutosque fuisse. Alij dicunt contrarium, & text. in l. & in maioribus C. de appellat. intelligunt, & in maioribus, idest in criminalibus, & in minoribus idest in ciuilibus, l. 3. ff. de pęni. iudic. l. litigatoribus C. de appellatio. sed res est valdè controuersa vt per Doctor. in locis allegatis, ab hac controuersia sumus à statuto cap. 96. redempti, vbi à decem ducatis infra probibetur appellari. Possunt tamen summæ cumulari pro appellatione obtinenda, l. si idem cum ff. de iurisdict. omn. iudic. l. fin. §. fin. C. de appellat. l. si quis, 10. §. 1. ff. eod. & attenditur petitio non sententia, vt dixi in d. cap. 96. & alibi; etsi agatur de annua quamuis minima infra decem ducatorum præstatione appellatio conceditur propter tractum successiuum Dec. in cap. ex parte, nu. 7. de appell. A sententia lata in causa momentanea possessionis non datur appellatio. l. vnica. C. si de momen. possess. fuer. appellat. amplia declara, & limita vt per Contardum ibi. Tholos. de appell. lib. 2. cap. 5. fol. 129. A sententia lata in causa moneta falsæ non appellatur, l. 1. C. de falsis. Appellatio non datur contra id quod ex cursu naturæ debetur. Nicell. de concord. gloss. num. 124. A sententia lata in causa nobilitatis datur appellatio. Ioan. Arzæ de Nobil. Hispan. p. 2. 3. princ. cap. 2. num. 8. In criminibus Notorijs non conceditur appellatio Gabriel. de relaxat. Carcerat. q. 2. num. 5. c. cum sit Romana in fine, de appellat. & c. peruenit, & c. cõsuluit, & c. reprahensibilis eod. cap. ex literis de spons. c. quam perniciosum de Vsuris. Dec. in d. cap. cum sit Romana, num. 33. Nec minus in factis Notorijs per prædicta iura. A sententia declarante factum notorium appellatur. Fely. in cap. cum non ab homine colum. 5. in fin. de Iudic. & alijs casibus quos notat Carrer. in princ. Crimi. l. obseruare in princ. num. 44. & glo. Abb. Dec. & alij in c. cum speciali, §. porro de appellatio. Roman. in cons. 300. de materia Tholos. de appellat. lib. 2. capit. 26. fol. 263. A sententia lata de Nũmis Principũ non appellatur Dambaud. in praxi Ciuili, c. 234. num. 2. A sententia lata in Iudicio nunciationis noui operis an detur appellatio tradit Bart. in l. fin. ff. de appellat. recip. Appellatio à sententia declaratoria proficiscente ab obligatione Camerali executionem non impedit, nec suspendit. Galles. ad formam Cameræ, de processu num. 43. A sententia lata in causa pensionis appellatur, nisi sit reseruata pro alimentis. Gigas. de pensio. q. 95. nu. 1. 3. & 5. Appellatio super relat. periti nõ admittitur, arg. l. 1 ff. de appell. recipien. c. qua fronte de appell. c. sacro de senten. excom. in 6. A sententia lata in pia causa non appellatur Bellenc. de subsid. charit. q. 55. nu. 2. Nicell. de concord. glo. num. 39. A sententia lata in possessorijs non appellatur. Bart. in l. ante sententiam num. 4. ff. de appellat. recip. in l. quisquis, C. quor. appell. Bart. in l. 2. n. 3. ff. de appellat. recip. Contardus in l. vnica, C. si de momen. possess. appell. vbi ampliat, declarat, & limitat. Priuatus in negocio quod habet cum Principe potest appellare, l. 4. C. quor. appellat. Vbi appellatio est probibita per rescriptum Principis, vel alias; non conceditur. l. 1. in fine, vbi glo. & Bart. ff. à quibus, appell. non licet. de materia latè Tholos. de appell. lib. 2. c. 20. per totũ fol. 241. Appellatio in publiciana admittitur; quia petitorium, non possessorium dicitur. Bart. in l. eum qui. §. sed etsi quis, ff. de public. Bal. in l. pen. col. 3. ver. vtrũ publiciana, C. si à non competen. Iudic. In redhibitione debiti publici, vel priuati, euidentis, & conuicti non appellatur, l. 4. C. quor. appell. In causa reductionis ad Arbitrium boni viri appellatio nõ admittitur. Nicell. n. 46. In iudicio possessorio ex remedio l. fin. C. de edic. Diui Adr. tolle. non licet appellare, d. l. vnica C. si de momen. possess. Abb. in c. cum ad sedẽ, n. 30. de restit. spol. Paul. de Castro. Alex. & Ias. in d. l. fin. super gloss. in verbo missus, vbi etiam Bald. 16. col. Condẽnatus ex remedio l. si quis in tantam C. vnde vi an, et quando possit appellare; docet Bal. ibi n. 9. Contardus Limitat. 2. §. 3. n. 18. Faber. in §. recuperandæ n. 6. Instit. de interd. In saluiano interdicto non appellatur. Bart. in l. 1. in fine ff. de Saluia. interdic. & in l. 1. in fine, C. eod. Ias. in §. itẽ Seruiana Instit. de actio. Negus. p. 8. m. 1. n. 3. de pignor. Appellatio non impedit sepulturã Cadaueris. Bellenc. de charit. subs. q. 55. num. 5. & 6. In casibus in quib. perpetuũ silentium imponitur non appellatur. Nicell. de Concord. glos. n. 100. & 101. A sententia lata in causa Simoniæ non appellatur. Nicell. vbi supra, nu. 145. In caussis spiritualib. an appelletur? tradit. Bellenc. de subsid. clar. q. 55. nu. 2. A sententia lata in spolio de iure Ciuili non appellatur. Pontan. de spolio. lib. 4. nu. 39. Secus de iure Canonico. nu. 41. A sententia lata in causa studij non admittitur appellatio Nicell. n. 4. vbi supra. Tholosan. de appellat. lib. 2. cap. 40. fol. 255. Nec in causa charitatiui subsidij. Bellenc. d. q. 55. A sentẽtia lata in caussis summarijs potest appellari, licet præiudicium per aliud iudiciũ possit reparari. Matth. in l. 1. C. si de momen. possess. nu. 4. A sententia lata in Syndicatu nõ appellatur secundum

cundum Nicel. de concor. glo. nu. 68. infra. c. 177. A sententia lata super falsitate testamenti licet appellare l. 1. C. de bon. possess. secund. tab. A sententia lata in iudicio rei vendic. licet appellare. Doct. in l. qui restituere. ff. de rei vendic. Generaliter ab omnibus causis non licet appellare sine aliqua specificatione; quia requiritur specificatio quadam. c. inter cętera. & c. consuluit. de appellat. Et generaliter ab omni sententia est appellatio permissa, nisi reperiatur probibita. glos. in d. l. qui restituere. ff. de rei vendic. Nam si denegetur absolutio excommunicato eam petenti poterit appellare. Bertach. de epis. par. 1. n. 72. & si absolutio ei concedatur non poterit aduersarius appellare. Lancell. de attent. c. 12. nu. 106. Innocen. in c. per tuas. col. 2. de senten. excom. Philip. in c. qua fronte de appel. A sententia lata super absolutione ab obseruatione Iudicij licet appellare. Bald. in l. 2. col. 4. vers. octauo quaritur. C. de epis. audien. & notatur in l. barum. ff. si seruit. vendic. Lanfran. in c. quoniam contra vers. item à sententia de probat. Bald. in l. titia. ff. de accusat. vbi Bart. nu. 5. A sententia absolutoria lata in iudicio criminali non appellatur. Maran. in Specul. c. de appellat. nu. 312. Appellatio ab omni actu extraiudiciali conceditur. Bart. l. 1. §. solent. nu. 1. ff. quan. app. sit in l. res. n. 1. & 7. ff. de appellat. recip. Bart. in l. fin. ff. eod. Innocen. in c. cum olim. de caus. posses. & propr. Bald. in l. qui ad ciuilia. de appellat. Ab actu facto secundum Leges, & Canones non appellatur. c. consuluit il 3. de appellat. Appellatio à nõ admissione admittendorum valet. Bald. in l. quamquam. C. de excus. tut. A futura adificatione an liceat appellare? tradit Bart. in l. fin. ff. de appellat. recip. A sententia de destruendo ædificatum appellatur l. 12. §. 7. C. de adific. priuatis, Ab æstimatione cõmissa conscientia alicuius non appellatur. Rota in nouis. decis. 418. incip. fuit dubitatum A reuocatione allegationis an appelletur. Bald. cons. 305. lib. 2. Item ab annotatione bonorum licèt appellare. l. 2. & ibi Bart. C. si penden. appell. mors inter. Appellari non potest à sententia, quando apostoli non petuntur. Lancel. de attent. limit. 50. nu. 140. A decreto de aperiendo testamentum clausum, & ne aperiatur appellare non licet. l. quisquis. C. quor. appel. vbi Bart. Spec. de appellat. §. in quibus. ver. 8. nisi causa exprimatur Bart. in l. fin. col. 2. ver. aduertendum. ff. de appellat. recipien. l. quisquis. C. quor. appellat. Ab admissa appellatione, quia Iudex ei detulit appellare licet. Lanfranc. in sua praxi. tit. de appellat. Bald. in l. fin. C. ne liceat in vna caus. ter prouoc. Io. Monac. in c. cupientes de elect. in 6. & è contra si admittenda non fuerit admissa appellatur, Bart. & Doct. in l. fin. C. quor. appellat. nõ recip. c. si metropolitanus. 6. q. 4. A sententia dicente appellationem desertam appellatur. Lanfr. in praxi de appellat. nu. 67. declara, vt per Bald. in l. 2. C. de epis. audien. & per Gail. obser. 138. nu. 4. lib. 1. Ab actu, quem quis semel approbauit appellans non auditur. l. abeo. C. quom. & quan. iud. l. fin. C. de temp. appel. l. ad solutionem. C. de re iudic. Tholos. de appell. lib. 2. c. 27. fo. 264. Ab arbitrio Iudicis appellatur. Alex. post Castren. in l. videamus. §. 1. de in litẽ iuran. A pœna arbitraria, vtiq; appellatur. glos. in c. super his. in verbo arbitrium de accusat. Bart. in l. si qua pœna. col. 2. vers. vltimo ego. ff. de verb. signif. & in l. quid ergo. §. pęna grauior. penult. col. ver. vltimo legis istum. §. 1. ff. de infam. Bald. c. 1. col. 7. ver. & scias. de milite vasal. qui cont. & in Margarita ad Innocen. in verbo appellatio. ver. 27. Innocen. in c. 1. de rescript. Ab arbitro elect. super suspictione Iudicis appellatur. Ioan. Andr. in c. ab arbitris. & in c. cum speciali de appellat. Spec. de appellat. §. nunc tractemus. ver. scilicet ad quem. Ab arbitrio, vel à sententia arbitri iuris quod liceat appellare. c. ab arbitris de off. deleg. in 6. Abb. in c. pastoralis. de rescrip. glos. in l. 1. vbi Doct. C. de arbitris. Alex. in l. fin. ff. de appel. recip. Quod non liceat appellare. l. diem proferre. §. stari, & ibi Doct. de arbitris. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Specul. de appellat. §. in quibus. vers. 16. Thol. de appell. lib. 2. c. 12. per totum fol. 175. Sed ab arbitrio eius ad quem recursum fuit, vt bonum virum non licet appellare. Innocen. in c. præsenti de rescript. Angel. in l. arbitro. qui satisd. cogan. In commissis Iudicis arbitrio appellare licet si cognouit vt Iudex. glo. in c. super his. de accusat. l. si qua pęna. & l. illud. ff. de verbor. signif. facit tex. in c. 1. de dilatio. Alex. in l. 1. col. 20. ff. solut. matri. A sequestro pecuniæ facto potest appellari secundum Petr. Pecbi. de iure sisten. c. 34. num. 1. & seq. c. dilecti. il 2. de appellat. Inno. & Io. And. in c. vt debitus eod. Specul. §. 1. eod. Ab assignatione loci non tuti licitum est appellare. Abb. in c. ex parte. de appellat. Item ab assignatione congrue portionis appellatur. Rebuff. de congr. portio. nu. 79. A sententia lata in iudicio attentatorum cum causa expressione appellatur. Lancell.

de at-

de attent.c.28.n.68.& n.23. Itē & ab attento rū non reuocatione n.90. Ab attestatione nō appellatur. Innocen.in c.cum olim.de caus.posses. & propr. A denegata audientia licitum est appellare. Bald. ad Specul. de dilat. ver. sententia. l.3. C. de excus.tut. l. titia. de accusat.nisi sit deneganda de iure. c. rursus. in fin.11.q.3. c. in nomine. 23. distinct. Appellatio à monitione ad sententiam, & sic à diffusione citationis non admittitur.Bart.in l.2. ver. quarta & vltima, & ibi Ang. C. quomo. & quan. Iudex. Ceppolla caut. 98. A sententia Banni lata in contumaciā ex forma statuti licita est appellatio. Bald. in l.2. col.4.q.3.C.de epis. audie. Bart.in l.2. col.5.ff. de appel. recip. Bald. ad Specul.de appell. ver. titius appellauit. & notat. in l.1.ff. de requir. reis. Appellatio non est interponenda à denegatione beneficij. c. bonæ.& c. fin. de postul. prælat. l.1. §.quod ait. de aqu. quotid. & æst. l.2. C. sæpius in integr. rest. post.Sed interposita à denegato beneficio iuris subsistit. Abb. antiquus in c. sollicitudinem.de appellat.Bald. in margarita ad Innocen. in verbo,appellatio, ver. 13. Specul. eod. §. in quibus ver. ad huius. Appellatio à sententia capitali valet etiam interposita per extraneum, nisi à iure sit prohibita. l. non tantum. vbi Bart.& Doct.ff. de appellat. Bart. in l. additos. C. eod. A principali capitulo sententiæ sufficit appellare, vt valeat appellatio. l.3.& ibi Bald.C. si penden. appell. Ab iniusta carceratione datur appellatio.Bart. in l.2. col. 4. ver. an liceat appellare. ff. de appell. recip. Bald. in l. 2. col. 3. vers. quæro. C. de epis. audi. sed non suspendit executionem. Bart. in l. ab executore. nu. 3. C. quor. appel. non recip.Lancel.de attenta.Limitat.33.n.4.5. & 6. Appellare à citatione quando quis possit. Bart.in l. ante.nu.12. de appell. recep. ff. Tholos. de materia. lib.2. c.15. per totum fol. 211. de appellat. A citatione per edictum extra casus permissos est licita. Bart. in extrauagan.ad reprimen.ver. per edicta. Alex.in l.2.ff.de appellat. recip. Contra Io. de Imola in l.4.§.prætor. & ibi Alex.ff. de damno infec. Quando citatur non citandus potest appellari per eum.Canonistæ in c. præterea.de dilat. Bald. in l.2.C. de epis. audie. Bart. in l.2.ff. de appell.recip.Et quando quis est citatus ad locum non tutum appellatur. Dec. in c.ex parte. nu. 6. & 8. de appella. etiam si causa sit commissa appellatione remota. Phil. in d.c. ex parte.de appell. vbi Dec. & locus debet esse tutus omnibus interuenire debentibus. glo.1. in d.c. ex parte. c.si non coniugij. 23. q.2.glo. in c. bonæ. in verbo,securè. de elect. Appellatio à citatione verbali non permittitur; à reali sic. Bald. in l.2. col.3. vers. primo quærit, & ver. venio ad citationem.C. de episcop. audie. Bart. in l.2. col. 4. vers. primo an liceat. ff. de appellat. recipi. Lanfran. in c. quoniam contra in verbo, Appellationis, vers. & vt perfectus de probat. & notatur in c.præterea de dilatio. Sed si verbalis contineat breuem terminum ad comparendum erit licita appellatio. Spec. de citatione. §.2. in fine. Item à citatione omissa appellatur. Bald.in l.ab executione C. quor.appe. non recip. A collatione facta à Canonicis appellatur ad Episcopum. c. à collatione.de appell.in 6. A comminatione Iudicis licet appellare. c. cum cessante. & ibi Innocen.& Doct.de appellat. Bald. in d. l.2. col. 3. ver. sed aduertatis. C. de episc. audie. & notatur in l. si quis prouocatione.C. de appellat. Specul.eod. tit. §.1. ver.& intellige. Quod est verum etiam post decem dies; vel octo iuxta dispositionē statuti datos ad appellandum, cum talis comminatio non habeat vim sententiæ. Innocen. & Doct.in c.2. col.4. de integ. rest. Phil. in d. c. cessante Paulus de Liazar.in clem.causam.de elect. & quod notatur in c. ad aures. de tempor. ordin. Spec. de appel. §. in quibus. ver. 37. intellige & declara de his quæ pertinet ad eius iurisdictionem l. fin. §. 1. ff. quod metus caus. & toto tit. C. comminat. vel episc. & program. c. cum super de offic. deleg. A commissione appellatione remota,& sententia illius vigore lata non appellatur pro friuola causa. l. 1. in fine. ff. à quibus appell. non licet c. super eo. de appellat. & c. pastoralis. de off. delegat. & c. super quæstionum eod. A commissione de exequendo, si non dicatur incipiendo à minus damnosis licitum erit appellare. Bart. in l. à diuo pio.§.in vendi.nu.8. ff.de re iudic. Item si causa non committitur in loco propinquo partibus. Dec.in c. cum te. n.13. de offic. deleg. A sententia lata super competentia, vel incompetentia Iudicis licitum est appellare. Bart. in l. ante sententiam. nu.15.ff. de appella. recip. Bald. in l. 2. C. de epis. audie. Salicet. in l. post sententiam.C.de senten. & interloc. glo. fin. in auth. habita. C. ne filius pro patre vbi Bart. & Ang. Aret. cons. 106. & est tex. in c. significante. de rescriptis, & supra. c.41. Nisi fiat contra verum contumacem. Innocent. in c. præterea. de dilat. Nisi esset discordia inter duos Iudices, & superior pronunciauit vnum competentem Ant.del bene sing.13. Verum est appellandum in scriptis cū insertione

causæ

causa alias appellatio non tenet. c. cordi. de appellat. Mysing. obser. 35. cent. 3. Cor. cons. 98. lib. 4. A mandati cõcessione licèt appellare. Bart. in l. fin. C. de iure reipub. lib. 11. Masuer. de appellat. nu. 42. A pronuncia quod quis habeatur pro confesso appellatur. supra c. 68. fol. 110. sub nu. 20. Moron. de fide treg. & pac. q. 35. n. 12. A sententia Iudicis Ecclesiastici confirmata à Iudice Laico non appellatur. auth. si quis. C. de episc. audient. Sẽtẽtia iusta lata ex aliqua falsa expressa causa est per Iudicem appellationum confirmanda. l. fin. & ibi glo. ff. quod cum eo Guid. Pap. de appellat. nu. 12. Appellans ab interlocutoria petens ab eodem Iudice contrario Imperio reuocari; Si Iudex illã confirmet etiã post lapsum tempus à die prima ad appellandũ, poterit ab ista confirmatione appellare. Innocen. in c. fin. de noui oper. nunc. Guid. Pap. de appellat. nu. 37. Appellatio à confirmatione vel consecratione Episcopi an valeat. tradit Spec. de appellat. §. restat. ver. sed quid dices. Doct. in c. vt debitus. de appellat. in c. quamuis de elect. in 6. Card. in clemen. causam. de elect. A sententia confiscationis bonorum datur appellatio. l. 6. C. si reus vel accus. mor. fuer. etiam facta executione pœna corporalis. Bald. in l. 1. col. 7. C. ne ex delic. defunc. & in l. constitutione. ff. de appellat. A sententia conscientiali, vbi causa conscientiæ alicuius fuit commissa non licet appellare. glos. in c. statutum. §. insuper. de rescript. in 6. Bald. in l. 2. C. de hære. Nicell. de Concor. glos. nu. 63. Quod immò possit interponi, licet Iudex à quo nõ teneatur ei deferre. glos. in c. 1. de cor. viti. & in cleme. 1. §. præcipimus. in ver. oneramus. de iure patron. Bald. in l. 2. col. 2. vers. item sclas. C. de sent. ex breuil. recit. & in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cleric. Bertach. in verbo æstimatio ver. 10. & in verbo. conscientia. vers. vlt. facit. Lancell. de attentat. limitat. 10. nu. 2. 3. 4. & 13. A sententia lata de partuim consensu secundum consilium sapientis appellare licet. Bart. in l. si conuenerit. vbi etiam Alex. ff. de re iudic. & in l. ex consensu. ff. de appellat. Nisi lata sit in ipso die contractus de partium cõsensu. Bald. in c. P. & G. col. 3. ver. quæro pone. de offic. deleg. Fely. in c. si diligenti. col. 2. de for. competen. Ang. in cons. 197. col. 1. & 2. Cotta in verbo appellari. Appellari potest à denegatione consilij sapientis. Ang. in cons. 188. Pacin. Scala de consil. sapi. lib. 4. c. 15. Sed à sententia lata de consilio Principis non appellatur. Paci. Scal. lib. 3. c. 15. vbi supra. Nec à pronuncia de Principe consulendo. Bart. in l. 1. §. quæsitum. nu. 5. ff. de appellat. d. l. 1. §. huic. Gregor. Thol. de app. lib. 2. c. 3. fo. 109. Appellatio à sententia lata contra consuetudinem an valeat? tradit Bart. in tit. de pace constan. §. nos Romanorum. col. 12. ver. sed nunquid valeat. Appellatio à contractu non valet. l. 1. & ibi Bald. col. 1. oppos. 3. C. de arbitr. Nicell. de concord. glos. nu. 196. A sententia lata per contradictas licet appellare vera contumacia appellantis non obstante. Gambar. de author. lega. lib. 10. nu. 92. A contumelia per Iudices illata est appellatio licita l. 30. C. de appellat. A denegata copia articulorum, & aliorum iurium datur appellatio. Spec. de inquisit. §. 1. ver. item si petit, & in §. nunc tractemus. vers. hac igitur. Item à denegatione copiæ relationis. Spec. de relatione. §. qualiter. in princ. Appellatio à correctione futura nõ valet. Spec. in d. §. nunc tractemus. ver. quid si prælatus. & de appellat. §. in quibus. ver. 11. a correctione. c. porro de appellat. declara, vt per Innocen. ibi & in c. reprehensibilis de appell. & est tex. in c. ad nostram. de appellat. c. ad audientiam, & ibi Doct. de appell. Nicel. de concor. glo. n. 79. Lancel. de attentat. Limit. 6. nu. 16. Bald. in margarita appellatio. ver. 42. Nec minus à correctione excessuum, vel morum facta à Iudice seculari. Specu. de inquis. §. 1. ver. Item quod est sibi. Hostien. in summa de appel. Bald. vbi supra ver. 43. Tholo. de app. lib. 2. c. 10. per totum. fo. 153. Quis Tutor seu Curator nominatus non appellat. l. 13. in princ. ff. de excus. tut. Nep. de except. artic. 24. nu. 33. A declaratione dicti sui ambigui facta per Iudicem nõ appellatur. glo. in l. quidquid astringendæ, & ibi Ang. ff. de verb. oblig. Secus si declarat factum alienum. ita declarat Ang. in l. qui cum se. ff. de re iudic. Soccin. regula. 40. Nicel. de concord. glo. num. 102. Pac. Scal. de cons. sapi. lib. 3. c. 1. & supra ver. A sententia declarante factum notorium. A decreto officio Iudicis super alimentis præstandis interposito non appellatur, sed à sententia alimentorum iure actionis petitorum sic. Bald. ad Spec. de senten. ver. à decreto. Spec. de appel. §. in quibus. ver. 8. quæro. & supra ver. Item in causa alimentorum. A decreto conuentionali Iudicis appellatio nõ datur, sed restitutio in integrum. Bald. in l. 1. l. fin. C. de contrb. empt. per l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. A decreto ordinis puta Conseruatorum an possit appellari. tradit. Bart. in l. 1. §. soleat. nu. 2. ff. quando appell. vbi alij Doct. A decreto perpetuo non appellatur. c. 29. de ap-

de appellat. A primo decreto non appellatur. Nicel. de concord. glo. nu.41. & n.128. Bald. in l. 2. C. de epis. audie. A secundo decreto licet appellare. Bart. in l. si finita. §. si fore. in fine. ff. de damno infecto. & in l. 2. col. 7. ver. sexto quaro de appellat. recip. Bald. in d. l. 2. q. 9. & 10. & in l. consentaneum. col. 4. ver. quaro nunquid. C. quomod. & quand. & in l. ignorare col. 1. C. de rest. milit. Bald. in margar. Ecclesia. ver. 7. Ang. cons. 46. l. fulcinius. §. fin. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. Appellatio à commissione causa appellationis nō valet. Bald. & Doct. in l. cum post C. de senten. & interloc. om. Iudic. A sententia de demoliendo nouū opus post nunciationem factum non datur appellatio. Lancel. de attent. c. 28. nu. 78. Ab appellatione admissa licet appellare. Bald. in l. fin. C. ne liceat in vna causa ter prouocar. Io. Mona. in c. cupientes. de elect. in 6. Mysing. obser. 55. cent. 3. Hostien. in c. dilecto. §. procurator. & in c. ex parte. §. ideoq; de appellat. A sententia deportationis licèt appellare. l. 6. C. si reus vel actor, sed non retardat executionem ex constitutionibus Sūmorū Pontificum. A depositionē ordinis gradus, & dignitatis, appellatur, & illius executio suspenditur glo. in c. sepè de appellat. glo. 8. q. 4. in summa. l. chyrographis. §. 1. ff. de adminis. tuto. l. ex iudiciorum. ff. de accus. Bald. in d. c. quoniā contra. col. pen. de probat. A descriptione bonorum sine causa facta licet appellare. Bart. in l. post contractus nu. 19. ff. de donat. & in l. vlt. nu. 6. C. de annon & tribut. A declaratione deserta appellationis licet appellare. Bart. in l. 2. col. penult. ver. vlterius. 14. quaro. C. de epis. audie. Innocen. in c. constitutus col. 1. de appellat. A sententia detentationis appellatur. Nicell. de concord. glos. nu. 31. & 43. A deuio, & obliquo ad rectum, & regulatum appellatur. Iacobat. de concil. lib. 10. artic. 1. nu. 29. A sententia diffinitiua appellatur. l. creditor. 28. §. iussus. ff. de appellat. A dignitate iniuncta licèt appellare. l. 4. C. de appellat. A dignitate recusata non licet. Bart. in l. Barbar. col. 3. in repet. ff. de off. prator. A dilatione nimis magna, vel breui licet appellare. Bald. in l. 2. col. pen. C. de epis. audie. & in l. 1. C. de dilat. Spec. de dilatio. §. videndum. ver. item nota. Bart. in l. ante sententiam. nu. 24. ff. de appellat. recip. Castren. cons. 25. Bald. c. 1. col. 7. de milite vasa. qui cont. est. c. ad petitionem de accusat. Innocen. in c. 1. de dilat. Guid. Pap. sing. 32. n. 4. A discordia consanguineorum in maritanda puella appellatur. l. 1. l. vidua & l. in coniunctione C. de nuptijs Bart. in l. fin. col. vlt. ff. de appell. recip. A discretione Iudicis admittitur appellatio c. statutum de rescriptis in 6. Io. Andr. in c. 1. de iuram. calu. Bald. in l. fin. col. 2. C. de iure dot. A sententia discussionis datur appellatio. Bart. in l. à Diuo pio. §. si in venditione. & ibi Alex. ff. de re iudic. Alex. in l. fin. ff. de appell. recip. contra tenet Bald. in l. 3. C. quando fiscus, vel priuatus. Si quis in bonis vltra modum à Iudice grauetur poterit appellare. l. 3. C. de appellat. Ab edicto Iudicis de Armis non portandis nō appellatur. Guid. Pap. de appellat. nu. 39. Ab electione non licèt appellare, vt Principes soli sint in culpa electionis, si malam fecerint. c. cum à nobis de elect. Bertach. de epis. par. 1. nu. 71. Nicel. de concor. glo. nu. 92. c. constitutus de appellat. Ab emptione futura potest appellare possessor. Phil. Franc. in c. bonæ memoriæ. in fine de appellat. Appellatio à pronunciā super exceptionibus an admittatur. tradit. Specul. de appell. §. in quibus ver. ab his autem dicit quod sic. glo. & Card. in Clemen. fin. de appellat. Ab exceptione non admissa appellatur. c. dilecti de appellat. c. vt debitus eod. c. ex parte, & ibi Doct. eod. Bald. in l. post sententiam col. 2. & ibi Ang. C. de senten. Spec. de libel. concept. §. 1. ver. tantus, & de except. §. viso. ver. quidam autem. Dec. in d. c. ex parte. nu. 9. & 10. de appellat. Appellatio à non admissa exceptione, quod est appellatum omisso medio valet. Rota in nouis decis. 387. Item si tres. A beneficij exceptione reiecta appellatur. Lancell. de attent. limit. 2. nu. 6. A sententia lata super exceptione dilatoria quando liceat appellare. Bart. in l. ante. nu. 17. ff. de app. recipi. A reiecta exceptione contra executionem opposita quando appellatur. Aret. in l. ab executione. C. quor. appe. non recip. Cæpoll. caut. 91. A reiecta exceptione de iure licita appellatur. Spec. de except. §. dicto. ver. hoc tamen fallit. quia à beneficio iuris denegato appellatur. l. 2. C. si sapius in integ. rest. post. l. si quis prouocatione. C. de appellat. A reiecta exceptione opposita contra guarentigiam an liceat appellare. vide Bald. ad Specul. de appellat. ver. scilicet nunquid à tali. A reiecta exceptione incertitudinis libelli appellatur. c. significantibus. 49. eod. tit. reprobatur. per c. cum sit. §. si vero. c. super eo. 12. de appellat. c. qui scit. §. fin. 2. q. 6. & c. non ita & c. si quis nisi causa rationabilis corā iudice à quo ante sententiam appellatur ab appellante fuerit expressa. c. vt debitus. 19. de appell.

pell. c. Romana. 3. §. cum autem eod. in 6. & secundum istam distinctionem videtur intelligendum. c. vlt. de dolo. & cont. in 6. A reiecta exceptione ne in ius vocetur vltra duas dietas datur appellatio. c. olim. 7. de except. A reiecta exceptione litis pendentia datur appellatio. Lancel. de attent. limit. 2. nu. 66. 67. & 68. 69. & 70. A reiecta exceptione mandati insufficientis, & litis pendentie appellatur. c. significauit. 48. de appellat. A reiecta exceptione opposita contra Procuratorem, contra Iudicem, & contra Rescriptum auditur appellans, Bart. in l. à procedente ver. quaro quid si Index C. de dilat. vbi allegat. Spec. de except. §. fin. ver. si proponit. Idem erit si Iudex nō pronunciet, sed causa cognita super exceptione ad vlteriora procedat, quia tacitè reijcit, & auditur appellans à tacita reiectione. Bald. in d. l. à procedente. in 3. notab. Ang. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit Castren. in cons. 25. Glos. & Card. in Clemen. fin. de appellat. c. ex parte & ibi Doct. de appellat. Bart. in l. eius. qui ff. de app. recip. l. arbitrio. ff. qui satisd. cogan. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. Spec. de except. §. 2. ver. & nota. Et si Iudex. ter monitus non pronunciet super exceptione poterit appellare. arg. c. 1. de suppl. neg. prælat. Abb. in c. ex parte de appellat. Quando exceptio admittitur sub conditione si probatū fuerit, nō datur appellatio. Lancel. de attentat. limit. 50. nu. 146. A reiectione expræssa omnium exceptionum auditur appellans, quia à beneficijs per Iudicis iniuriam denegatis datur appellatio. l. 1. in fine. C. de in integ. restit. l. si quis prouocatione. C. de appellat. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. & à beneficio excusationis denegato datur appellatio. l. 1. §. si quis tutor. ff. quan. app. sit. l. tutores §. tutor. datus. ff. de administr. tutor. A reiectione exceptionis recusationis Iudicis appellatur. quia ex dispositione statuti. c. 184. est dandus consultor Iudice suspecto allegato.

Ab excessu modi in exequendo licèt appellare Guid. Pap. de appell. n. 59. Ferrar. eod. n. 377. latè Contardus in l. vnica. C. si de moment. possess. limitat. 19. per totam. Rota diuer. decis. 100. nu. 8. par. 1. A sententia excommunicationis vtiq; auditur appellans. Bart. in l. fin. C. si à non compet. Iudic. Innocen. in c. nouit. de appell. & in c. per tuas. de senten. excommu. col. 1. ver. defert. Spec. eod. §. in quibus. ver. 17. & ver. 35. Io. de Lignano de Cens. Eccles. §. 28. nu. 5. sed non suspendit effectum, vt secum non trahat executionem; sed transfert negocium ad superiorem, Io. de Lignano vbi supra. Et si conditionalis sit sententia. Bertach. in verbo excommunicatio. Lancel. de attent. limit. 50. nu. 176. & 177. & suspendit executionem, vt interim non sit appellans excommunicatus. Lancell. de attent. limit. 21. nu. 31. etiam si postea impleatur conditio. nu. 32. & est tex. in c. præterea de appell. Item ad eundem effectum appellatur à sententia declarante incidisse in excommunicationem; Card. in Clem. 1. §. 1. in fine de sequestrr possess. Fely. in c. cum non ab homine. col. 5. in fin. de iudic. Abb. in d. c. per tuas. Ab executione an, & in quibus casibus possit appellari, tradit Innocen. in c. nouit. de appellat. Bald. ad Spec. de appel. in verbo Iudex. de senten. ver. an opposita. Capoll. caut. 90. & 91. Et regulariter ab executione non licèt appellare. l. ab executore. ff. de appellat. vbi Bart. & Doct. l. ab executione. C. quor. app. Innocen. in d. c. nouit. in ver. possit. Fely. in c. quod ad consultationem. col. 9. Castren. cons. 25. & 325. Ang. in cons. 115. limita nisi modus excedatur. Mathe. in l. ab executione. nu. 1. & 4. C. quor. app. Nicel. de concord. glos. nu. 37. & nu. 74. Guid. Pap. de appellat. nu. 50. & 51. Contard. de moment. Limit. 19. alios citat. & quando dicatur excedi modus, & qualiter tradit. Hostien. in c. quod ad consultationem de re iudic. Bald. in d. l. ab executione, & exceditur re, tempore, loco, & causa. l. si quis prouocatione, & l. quoniam Iudicis. de appellat. Bald. in Margarita appellatio. ver. 35. & ab omnibus appellatur sed est excessus exprimendus. Doct. & Petr. de Sun. in l. si quis. C. de appellat. & alij supra citati. etiam si dubitetur an sit excessum aliquo modo. Ita And. & Gemi. in d. c. quod ad consultationem de re iudic. Ab executione census non appellatur ad impediendum executionem. Feller. de contr. cens. nu. 42. & 44. Nec minus ab executione collectarum. l. abstinendum. & l. fin. C. quor. appella. Ab executione facti appellatur; non ab executione iuris; nisi modus excedatur. Dy. & Ray. sing. 138. Ab executione iniuriosa appellatur. l. si quis prouocatione. C. de appellat. l. 5. C. quor. appellat. A sententia executoriali quādo in ea aliquid de nouo deducitur licèt appellare. Lancell. de attent. limit. 50. nu. 35. nisi in prima sententia fuisset appellatio prohibita idē ibi nu. 35. Appellatio ab executore ad quem fiat tradit Bart. in l. à diuo pio. §. 1. q. pet. ff. de re iudic. Bald. & Alex. in d. l. ab executore. ff. de appella. Abb. in d. c. quod ad consultationem. de re iudic. Appellatio prohibita à statuto ab

execu-

executione Instrumentorum nō intelligitur prohibita tertio comparenti pro suo interesse, Abb. in c. super ea. de off. deleg. Appellatio ab excessu aliàs licita non conceditur contra executionem cameralis obligationis, & quare. Gallesf. ad formam Camerę. q. post processum inciden. n. 12. Si in executione Iudicij ordo non seruetur licèt appellare. Innocen. in c. proposuit. col. 2. ver. ab executore enim. de concess. praeben. Bald. ad margar. in verbo. executio ver 10. Surd. cōs. 39. Neuiz. 77. Roland. cons. 32. n. 14. lib. 4. Si executor sit suspectus appellatur ab eo. c. super. §. verum. de offic. deleg. Sed procurator ab executione sine speciali mandato non appellat; nec ab excessu. Roland. in cons. 43. n. 11. lib. 1. Mysing. obseruat. 32. cent. 3. & est appellatio in scriptis interponenda cum expraessione causae excessus. Bart. in d. l. ab executore. Dec. in d. c. nouit de appellat. nu. 13. Roland. d. cons. 43. Lancell. de attent. limit. 53. nu. 38. & sequen. Rom. cons. 41. Innocen. in c. pastoralis col. 2. de off. deleg. Mysing. obser. 32. cent. 3. An ista appellatio faciat attentata; Laucell. de attent. limit. 53. n. 8. & sequen. dicit quod non. Nam suspendit executionem solum in ea parte in qua exceditur. Abb. Butr. & Imol. in d. c. quod ad consultationem de re iudic. Castren. cons. 335. & res mobiles sequestrantur, & fructus rei immobilis, Bart. in l. ab executione. nu. 1. C. quor. app. & in l. ab executore. ff. de appellat. de hac re Canar. de execut. Instr. nu. 86. A pronuncia de exequendo an possit appellari; tradit Lācell. de attent. limit. 53. nu. 14. Ant. Canar. vbi supra. nu. 85. Dec. in c. nouit. nu. 6. de appellat. Anan. in cons. 26. Corn. cons. 71. lib. 1. Capic. decis. 34. Grat. cons. 16. lib. 2. Ruy. cons. 80. lib. 5. Alex. cons. 95. lib. 2. Roland. cons. 43. nu. 5. lib. 1. Alex. in cons. 113. lib. 5. Crauett. in cons. 273. A praecepto de exibendo datur appellatio, quando qui exibere tenetur non habet facultatem exibendi. Nicell. de concord. glos. nu. 106. Marant. in Specul. par. 6. de appell. nu. 331. Io. de Amic. cons. 147. nu. 3. Contard. de momen. limit. 14. nu. 3. Appellatio à condemnatione expensarum potest interponi, nisi sit probibita in causa principali. Specul. de execut. sent. §. nunc. videndum. ver. quid igitur. Innocen. & Doct. in c. fin. quod met. caus. & in c. quod ad consultationem. col. 2. de re iudic. vbi Fely. col. 1. Bart. in l. à diuo pio. col. 2. ff. eod. Lancell. de atteut. c. 28. nu. 132. A taxatione vide infra c. 173. Ab omissa condemnatione expensarum licèt appellare. Ang. & Imol. in l. fin. §. fin. ff. de appellat. nisi ipse victus appellauerit, quia prodest victori quoad expensas. l. fin. C. quor. appell. Rota in nouis decis. 356. Guid. Pap. de app. nu. 42. & stante statuto. c. vlt. non licèt Iudici absoluere victum ab expēsis. Ab expulsione propter strepitum prope scolas expulsus non appellat. Bart. in l. 1. §. ita vt. n. 4. C. de stud. liber. lib. 11. Capic. decis. 58. in fine. Ab iniuria facti datur appellatio. l. si quis prouocatione & ibi Bart. C. de appellat. Spec. de app. §. in quibus. ver. itē lex. Nicel. de concor. glo. n. 147. Sed à facto proprio, vel procurato nō appellatur. l. generaliter. §. 1. C. de rebus cred. & iure iur. Nicel. de concor. glo. n. 84. c. offerat. 3. q. 3. c. cū olim de caus. poss. & propr. c. à Iudicibus. 2. q. 6. c. cū olim. 3. c. super quaestionum. §. verū. de offic. deleg. A non facto quando non residet in potestate Iudicis non appellatur. Dec. in c. ad hec. nu. 2. de appellat. A formatione dubij pro consilio. Bald. in Phili. in c. intimasti. de appellat. per l. fin. ff. quando appel. sit. A sententia sortis non appellatur. Dec. in rub. de appell. nu. 39. Paris. de Puteo de re milit. rub. vlt. n. 2. Sebast. Med. de fortuit. casibus par. 2. q. 10. nu. 142. Tholol. de appell. lib. 2. c. 19. per totum fo. 227. A sententia lata pro fisco appellatur l. lata. 22. & ibi Doctor. C. de appellat. Tholo. vbi supra c. 9. A sententia lata super fructibus non appellatur quando non potest appellari in causa principali. Lancel. de attent. c. 28. nu. 132. A gestis per maiorem partem creditorum Capituli, vel vniuersitatis an liceat appellare; tradit Spec. de appel. §. in quibus ver. 26. non potest. vbi dicit quod non. Contra dicit Abb. in c. 1. col. 1. de his quae fiunt à maior. par. cap. & de materia Spec. de appel. §. 2. ver. 22. A quouis grauamine, vt ab interlocutoria iniusta appellatur. l. generaliter. §. si Iudex. C. de rebus. cred. Dec. in c. super. nu. 16. de appel. Soccin. de Iudic. n. 15. Mandos. de monit. q. 35. nu. 2. c. si duobus de appellat. Gregor. Tho. de appel. lib. 2. c. 4. per totum. fo. 117. A grauamine assessoris appellatur. Innocen. in tract. de except. rub. de except. contra asses. A grauamine iudicialiter comminato appellatur. Moron. de fide treu. & pac. q. 111. nu. 10. c. cessante de app. l. non ignorat. C. de fru. & li. expen. & ab extraiudiciali futuro grauamine appellatur. c. bonae de appell. c. cum nobis. de elect. sed quomodo; dic vt ibi per Doct. Ab extraiudiciali grauamine appellatur de iure infra decem, ex statuto infra octo dies à die scientiae. Feder. Schench. de appell. nu. 43. Guid. Pap. eod. nu. 4. Sed ap-

pellatione

pellatione deserta amplius non auditur. Nicell. de concord. gloss. num. 149. Sed à futuro grauamine Iudicis regulariter non appellatur, cap. vt debitus, de appellatio. l. ante sententia tempus, C. eodem Ang. in cons. 188. Ab illato, vel comminato secus, c. dilecto, & c. cum causam, de appell. glo. in c. 2. eod. Innoc. in c. significauerunt, de testibus. Guido Papa sing. 585. Ioan. And. in cap. super eo. il 1. de appell. Limita vt per Phil. in c. vt debitus. de appell. Rota in decis. 316. incip. possessor beneficij, & per Fely. in d. c. vt debitus col. 6. & per Diaz. reg. 42. Ab irreparabili futuro grauamine appellatur. Dec. in c. ecclesia S. Mariæ n. 158. de constit. Nicel. de concord. glo. num. 31. A grauamine legis non appellatur. Guido Papæ de appell. nu. 36. Nec à grauamine statuti Bart. in l. si secundum legē, C. de iure reipub. lib. 11. & in l. omnes populi, in q. 5. princ. ver. vltimo quæro, ff. de iustit. & iure. Paris. de puteo de Syndic. de exces. baro num. 24. Nec à grauamine sublato appellatur, c. cum cessante. 60. & c. si à Iudice, 10. §. fin. de appellat. in 6. l. quod iussit, ff. de re iudic. Intellige secundum Spec. de except. §. viso. ver. propositis, Respectu vnius grauaminis illati potest appellari ab eo, et a quolibet futuro. Dec. in c. consuluit, num. 1. de appellat. Hercul. de attentatis, c. 23. n. 17. Quomodo sit appellandum tradit Boer. de Card. seu potesta. legat. num. 49. post Bart. in l. scire oportet. §. scire, num. 1. ff. de excus. tuto. c. inter cætera 2. c. consuluit 18. de appell. Schench. eod. tit. nu. 2. & 3. & est facienda in scriptis c. post. §. forma 2. q. 6. & c. cordi de appellat. Ab honore publicè delato licet appellare, l. 1. §. 2. et 3. ff. quan. appellat. Ab oneribus, & honoribus ecclesiasticis non appellatur. Nicell. de concord. glo. num. 77. Appellatio à pronūcia super idoneitate alicuius an sit permissa? Spec. de except. §. viso ver. quidam, & quod sic super idoneitate fideiussoris dicit Bald. & Alex. in l. arbitro. qui satisdat. coga. Ab impedimenti declaratione appellatur. Archid. in c. cupientes, de elect. in 6. Guido Papæ de appellat. nu. 76. Ab incertitudine libelli non declarati licet appellare. cap. significantibus, & ibi Doct. de appell. Ab indictione purgationis Canonicæ licet appellare. Decia. in tract. Coira Tō. 1. c. 48. nu. 38. A mala informatione Papæ appellatur. Io. de Selua. de benef. par. 3. q. 8. num. 15. Ab inhibitione appellatur. Mandos. de inhibit. quæst. 74. nu. 12. Ab infirmatione sententiæ latæ à Iudice appellationis licet appellare. Auth. si quis C. de epis. audie. Contra inhibitionem Principis non appellatur, l. 1. ff. à quibus appellat. non licet. capit. pastoralis. de appellatio. Sed ab omni iniquitate licet appellare, etsi nemo cogatur appellare, gloss. in l. hoc edictum, §. 1. ff. quod quisque iuris Bart. in l. & in multis, num. 1. C. de appellatio. Ab innouatione à Iudice facta regulariter appellatur. Phil. in capit. significante de appellatio. quod Limita vt per gloss. & Doct. ibi. Ab inquisitione instituta in casu non permisso appellatur. Baldus in l. 2. quæst. 4. C. de episc. audi. Nicell. de concord. gloss. num. 128. Zanchus de hæret. cap. 29. num. 3. Ab institutione præsentati an appelletur. Lancell. de attent. limit. 49. num. 1. & 2. Appellatio ab interdicto ecclesiastico an admittatur, & quid operetur, tradit Innocen. in capit. ad hæc de appellat. vbi dicit quod non, Spec. eodem §. in quibus ver. 17. non appellatur, & ver. si dices, Clement. 1. vbi glos. & Cardin. in 4. opposit. de senten. excommunic. & vide supra appellatio ab excommunicatione. Ab omissa taxatione interesse in possessorijs licet appellare. Bart. in l. creditor. §. iussus, ver. vltimo nota. ff. de appellatio. Appellatio ab interlocutoria fit propter iniquitatem Iudicis tantum, capit. interposita. in fine, de appellatio. Alexand. in l. ait prætor. de minor. Interlocutoria quæ sit, vide infra capit. 173. Appellatio ab interpretatione sententiæ subsistit. glos. Bart. & Doct. in l. ab executione, C. quor. appellat. & in l. ab executore, ff. de appellat. l. 4. §. 1. ff. de appellatio. Baldus in l. quicumque, colum. 7. C. de ser. fugit. per l. 2. §. postea ne diutius, ff. de orig. iur. Ab vltimo iudicio non appellatur Iacob. de Concil. lib. 10. artic. 1. nu. 16. Quando iusiurandum iniustè defertur potest appellari, Phanuc. de iureiur. par. 3. cap. 3. num. 1. Et à delato per Iudicem Baldus in Margar. appellatio. ver. 34. & potest interponi, etiam elapso tempore ad appellandum. Lancell. de attent. Limit. 50. num. 175. Quando causa est decisa per iuramentum delatum; vel relatum non appellatur, Bart. & Doctor. in l. generaliter. §. sed iuramento, C. de rebus cred. Abb. in cap. fin. de iureiur. Nicell. de concor. glo. nu. 131. A iuramento in litem non appellatur. Bart. in l. in actionibus nu. 26. ff. de in litem iuran. vbi Ias. in fine secus, de iure Canonico, Maran. par. 6. de appell. num. 339. Tholos. lib. 2. capit. 13. A denegata iustitia appellatur si pluries petita fuerit, & non obtenta. auth. statuimus, C. de episc. & cleric. l. qui Romæ, §. Seian. ff. de verb. oblig. Masuer. de appellat. num. 40. Rom. sing. 429. Mysing. obseruat. 24. cent. 2. obseruat. 55. 57. et 58. cent. 3. de materia plura dicit.

Appellatio contra ius nō admittitur c. consuluit de appellat. l. iniuriarum, ff. de iniur. cap. quia nos. de appellat. l. si qua pœna, ff. de verbo. signif. A legitimatione Bastardi licet appellare. Bald. in l. eam quam, col. 9. C. de fideicommis. Lauden. de legit. num. 15. A legitimatione personarum in iudicio facta licet appellare, cap. ex parte, & ibi Doct. de appellat. facit l. arbitro. ff. qui satisd. cog. Bart. in l. 2. col. 5. ff. de appellat. recip. Bart. et Bald. in l. à procedente, C. de dilat. Spec. de except. §. viso ver. quidam autem, quia tale grauamen reparari non potest in definitiua. l. ita demum, de procur. auth. habita, C. ne filius pro patre, Bald. in l. intra vtile, de minor. Bart. in l. 2. ff. de appellat. A pronuncia esse procedendum super libello inepto, & obscuro licet appellare, l. 3. 5. & 7. ff. de appellat. Bald. in l. 2. q. 5. de episc. audie. Bart. in l. 2. col. 7. ff. de appellat. cap. significantibus de libell. oblat. A libelli reiectione appellatur, Spec. de lib. oblat. §. 1. ver. quo facto. A denegato libello petito appellatur Spec. de compar. in ter. in fine, & de citatione, §. iam de citatione. ver. sed pone. A sententia data pro libertate appellatur. Bola. de restit. in integ. c. 25. num. 1. & sequen. A licentia concessa decarcerandi appellatur, l. 3. vbi glo. C. de appella. sed valet captura, vt notat. in l. eos, C. de appellat. l. 1. §. fin. C. vt omnes tàm Ciui. quàm Crim. l. si cōtra. de appellat. A literis & rescriptis Principis an appelletur? glo. in l. appellandi §. 1. quæsitum, ff. de appellat. Ab assignatione loci non tuti licet appellare. Abb. antiqu. in c. ex parte, de appell. Innocen. in c. fin. de oper. noui. nunc. et vide supra à citatione ad locum non tutum. A sententia maioris partis, & ab eo quod facit maior pars capituli vniuersitatis, vel creditorū non licet appellare, cap. 1. de his quæ fiunt à maiori par. cap. Spec. de appellat. §. in quibus n. 19. Sed minor pars creditorum ex iusta causa potest appellare Franc. in c. bonæ memoriæ. q. 9. de appell. per tex. in l. maiorem, ff. de pactis. A mandato facto de declarando an scriptura sit sua non appellatur, Bald. in cons. 325. lib. 4. A mandato de residendo appellatio est frustratoria. Lācel. de attent. Limit. 18. nu. 1. & 5. A mandato de exequendo concesso parte non citata appellatur. Lācell. de attent. Limit. 53. nu. 41. & vide ab executione. A mulctæ impositione appellatur, Mysing. obser. 43. cent. 3. et obseruat. 41. cent. 4. & obser. 4. Tholos. de appellat. lib. 2. cap. 6. fol. 133. A muneribus Ciuilibus impositis appellat, qui habet vacationē l. 4. 7. & 11. C. de appellat. Item à munere publico delato. l. 1. in fine, ff. quan. appell. Sed finitur morte appellantis. Matthes. in l. si pater. C. si penden. appell. A negligentia Iudicis post litem contestatam an possit appellari? tradit Ias. in l. fin. colum. 2. in princ. C. vt litē pend. vbi dicit quod sic. facit Gayl. obser. 141. num. 10. libro 1. A nominatione ad munera licet iusta sit licet appellare, l. 11. C. de appellat. sed est perficienda intra duos menses, l. 1. C. de temp. appellat. Appellatio à nominatione officij valet, l. ad scribatū vbi Doct. C. de appell. Ab actu nullo, seu nullo decreto appellatur. Vāt. de nullit. tit. corā quo possit, nu. 4. Lancell. de attent. ampl. 6. n. 2. & licet soleat dici quod à sententia nulla non sit necessaria appellatio. l. 1. ff. quæ senten. sine appell. rescin. glo. in c. per tuas, de senten. excom. tamen consilium vtile est quod appelletur, vt dicit glo. in d. c. per tuas, quam sequuntur Raph. Angel. & alij in d. l. 1. Quia si sola nullitas proponitur, & non videtur non impedit executionem sententiæ l. 4. §. condēnatum, ff. de re iudic. vbi Bart. & Doct. Secus si appelletur, & simul de nullitate dicatur, toto tit. ff. nil noua. appell. pen. glo. et Doct. in l. 1. C. quan. prouoc. non est necesse. Bart. & Doct. in l. si expressim, de appellat. An appellatio valeat à nunciatione noui operis? tradit Bart. in l. fin. ff. de appellat. recip. A futura occupatione quam times poteris appellare. Frāc. in c. bonæ memoriæ. q. 9. de appell. Quando agitur hypothecaria ad auocandum pignus non appellatur. Abb. in c. cum ad sedem col. antepen. in fine de restit. spol. A prohibita aduocatione an liceat appellare? tradit Cyn. in l. cū à præfecto, C. de postul. Masuer. de appell. nu. 46. A præcepto Iudicis facto sine causæ cognitione appellatur, cap. 2. de in integ. restit. Phil. in c. cessante, col. 5. de appellat. A præcepto facto in cōfessum appellatur, l. creditor, §. iussus ff. de appell. Massa ad for. Cameræ de processu ipso, nu. 19. declara vt per eum, ibi num. 19. A præcepto Dei, & Canonum non appellatur Iacob. de Concil. lib. 10. art. 1. n. 12. A præcepto habente vim diffinitiuæ appellatur Abb. antiqu. & Io. And. in c. veniens, de appellat. A præcepto facto hæredi de implendo voluntatem defuncti licet appellare. Bald. in auth. hoc amplius, q. 28. C. de fideicommiss. in lect. antiqua. A præcepto Iudicis appellatur Matthes. sing. 39. nu. 7. Sed à præcepto superioris non appellatur sine causa Nicell. in concord. glōss. num. 130. Sed debet iustificari ex primis actis, Baldus in l. 1. columna vltima, C. de litis contest. A præposteratione ordinis appellatur. Baldus & Doct. in l. 1. colum. penult. C. de appellat. Ab admissis probationibus non admittendis

tendis datur appellatio, Bart.in l.2.col.vlt.ff.de appell.recip. Si probationes admissæ non sint datur appellatio.Bart.in l. à procedente, C.de Appellat. A publicatione processus non appellatur. Bald.in l.publicari,q.5.de testamen. Sed à publicatione denegata, vel omissa datur appellatio Doct.in c.cum 1.de re iudic. A pronuncia de referendo, & à relatione appellatur Nicell. de concor. gloss.num.118. Nisi relatio fiat Principis iussu. Lancell.de attent.Limit.50.num.120. A reintegratione Monitorij nõ appellatur Mandos.de monit. q.35.nu.1. A relatione æstimatoris Calculatoris Ponderatoris mensuratoris appellatur.Bald.in l.fin.C.de relatio.Bart.in l.1. num.2.C.de Ponder.lib.10.Faber.& Aret.in §. pratium Instit.de empt.& vendit.Doct.in l.fin. C.de contrab.empt. Afflictus,decis.188.num.4. Ang.de Malef.in verbo Cicatrix,n.4. A repositione partis aduersæ appellatur. Lãcell.de attẽt. Limit.1.num.14. A sententia lata secundum rescriptũ appellatur,secus à rescripta.Bart.in l.1. §.quæsitum, num.4.& 6.de appel.l.2.C.de appellat. Appellatio à non reuocatione attentatorũ conceditur.Lancell.de attent.c.27.num.4. A reuocatione gratiæ collationis beneficij non appellatur. Bald.in l.2.§.1.col.4.C.commu.de legat. in lect.antiqua.A reuocata taxatione non auditur appellans. Innoc.in c.sæpe col.1.de appellat. A sententia inter alios lata ratione qualis qualis præiudicij appellatur,glo.& Bart.in l.à sententijs, nu.1.ff.de appellat. Contar.de moment. limitab.23.per totam. Contra rem iudicatã non auditur appellans,l.1.& fin.Vt lite penden.l.1. de re iudic.Tholos.lib.2.c.23.fol.254.Seb.Med. de diffinit.diff.21.nu.6. Maran.par.6.nu.256. Specul.de appell.§.iuxta in fine Succin.cons.10. col.fin.lib.4.Roland.cons.83.n.6.lib.1.A sententia nulla, etiã sine nullo interesse auditur appellans Matthe.in l.2.C.si à non competen.Iud. c.dilecto,de appellat.Bald.in l.1.col.1.C.de senten.ex breui.recit.A sententia Principis,vel Papæ non auditur appellans.l.1.in princ.ff.à quibus appell.non licèt. Nicell.de concor. glo.nu.6. Nisi ad cõsultationem alterius iudicauerit.l.2. C.de appell.l.1.§.1.ff.de appellat. Tholos.de appellat.lib.2.c.2.per totum fol.104. et lib.2.c.3. fol.271. A sententia fortis non appellatur, l.fin. in princ.C.cõmu.de legat.§.pen. Auth.vt omnes ob Iudic.l.1. C.de his qui se desu. Dec.in c.causam,num.210.de probat.Nisi sit magnus excessus. Dec.in cap.licet causam,num.211.eod.Baldus in d.l.fin. arg.l.maioribus, C.cõmu. vtrius. Iudic.Rauẽna sing.673. A statuto facto in odiũ particularis personæ auditur ille appellãs. Bart. in l.omnes populi num.53.ff.de instit.& iure,et in l.1.ff.quand.appellan.sit. Soc.reg.20. Dec.in c.cum omnes nu.15.de constit. Idem si sit factũ in odium vnius Rionis Ciuitatis Ias.in l.1.ff.de legibus Bertran.in cons.1.n.5.lib.3.primæ Impræssionis; Secus autem à statuto generali Bart. in l.fin.ff.de appell. recip. Bald.in l.quisquis, C. quor.appell. Alberic.de statutis lib.3. quæst.35. Intellige quod sit re, & nomine generale l.2.§. exactis, ff.de orig. iuris l.si qua pœna,ff.de verborum significatione, l.fin. ff.de appellat. recip. c.quia nos, de appellat. Dec.in c.consuluit il 3. de appellat. A tarditate Iudicis potest appellari, & quando tradit Felyn.in cap.Pastoralis nu.6. de off. Iudic. Innoc.in c.interposita colum.2. de appellat. Baldus in margarita appellatio vers. fin. A taxatione expensarum appellatur. Innocen.in cap.super eo. quod metus caus. & supra, cap.178. A mandato de extendendo formam Cameræ datur appellat. Galles.ad formam Cameræ de præamb.process.quæst.2.num.8. in fine fol.98. A denegatione termini licet appellare. Bald.in l.2.colum.6.C.de episc.audie.et ad Specul.de appell.ver.vbi auditus, glo.in l.sed si per pratorẽ, §.si feriæ,ff.ex quib.caus.maior. Alex. in l.2. in fine, ff.de appellat.recipien. A termino deliberatorio an liceat appellare? & quod sic dicit Specul. de libell. oblatio. versic. quo facto. A denegato termino ad proponẽdas exceptiones appellatur.Specul.vbi supra. A sententia declarante testamentum falsum appellatur, l.1. C.de bon.posses.secund.tab. Ab admissione testium, etiam in effrenato numero an appelletur? vide Bart. in l.2.colum.vlt.ff.de appellat.recip. Baldus in l.2. col.penult.C.de episc.audie. & quod sic per statutum supra cap.73. A sententia de torquendo appellatur. Gomes.Var. resolut. capit.13. num.23. Nicel.de concor. glo.num.43. A sententia habendæ quæstionis in tormentis datur appellatio. Rossel.de Indict.et tortu.nu.17. Amod. de Syndic.ver.quæro de vna notab.quæstio.num.4. Bald.in l.2.col.2.C.de episc.audie. Bart. & Alexand. in l.maritum, ff.de quæstio. sed non seruatur. A transactione non appellatur.Nicel.de concor.glos.num.125.nisi sit facta in fraudem Tertij, l.2.§.2.3.& 4. ff.de appellatio. Franc.in cap.bonæ memoriæ, quæst.9. de appellat. Tutor datus non appellat.sed excusatur, & à denegata proposita excusatione appellatur, Bart.in l.2.ff.de Tutor.et Curat.datis ab his, & in l.Romanus in princ.eod. Bald.in l.2. q.8. C.de episc.audien. Specul.de appellat.§.2.

A sententia de vendendis bonis debitoris appellatur. Spec. de primò & 2. decre. §. nunc dicamus, ver. illud autem. A venditione futura vigore promissionis de vẽdendo appellatur, et qualiter tradit Innocen. in cap. bona de appellat. sequitur Ias. in l. quoties, C. de rei vendic. Petrasancta. sing. 98. num. 6. A venditione pignoris appellatur ex causa. Bart. in l. fin. col. 2. ff. de appellat. recip. Spec. de appellat. §. in quibus, sub ver. quinto non appellatur. Contra est tex. in l. si res, 7. §. fin. ff. de appellat. Appellatio à visitatione Episcopi non admittitur. Lancel. de attent. limitat. 18. num. 6. Ab vno articulo ex connexis cum alijs à quibus appellari non potest est licita appellatio. Nicel. de concord. glo. nu. 75. & 132. & in cap. Raynaldus tradunt omnes, de testamen. Papien. de appellat. à diffinitiua ver. in illis passibus. Innocen. in c. dilectis, de appellat. Bart. in l. appellanti, ff. de appellatio. Guido Papæ de appellat. num. 46. & ab alijs videtur appellatum, cum ad eos se extendat Bart. in l. Seio §. quidem, num. 2. ff. de appell. Guido Papæ sing. 32. num. 1. & versibus istis docemur à quibus non liceat appellare.

Appellare vetant, scelus, excellentia, Pacta,
Conteptus, minima, & res, interdictio facta,
Arbitrium, Res qua perit, & si longius acta.

Scelus, ideo quando appellatur ne scelus publicum puniatur, quod tunc prohibetur appellatio, vt supra dictum est, & notat Tholos. de appell. lib. 2. c. 8. per totum.

Excellentia, ideo dicitur, quia à Principe non appellatur, vt supra dictum est, & notat Tholo. vbi supra. c. 1. & lib. 3. c. 2.

Pacta, contra Pactum de non appellando non appellatur, vt dictum est supra, & notat Tholos. lib. 2. de appel. c. 27. & c. 13.

Contumax non auditur appellans, vt dictum est supra.

Minima res, de eo non appellatur, vt dictum est supra.

Interdictio facta, & hæc impedit appellationem, vt supra dictum est, & notat Thol. lib. 2. c. 20. de appellat. fol. 241.

Arbitrium, & ab eo non appellatur, vt dixi supra, & Tholos. lib. 2. c. 12. fol. 175.

Res quæ perit, & de eo non appellatur, vt dixi.

Et si longius acta, si bis appellatum sit non appellatur amplius. clemen. 1. vbi glos. de sent. & re iudic. l. 1. ff. ne liceat in vna eadem causa tertio prouo. l. 7. C. eod. Thol. vbi supra. c. 25. fol. 256. & ex statuto si semel, vt infra c. 180.

Præterea Iudex appellationũ subrogatur loco Iudicũ à quibus appellatur, litigando corã eo est perinde, ac si lis esset corã primis Iudicibus, Crotus in l. omnes populi. n. 148. in fin. ff. de iust. & iure, & succedit primis tamquam confirmator, vel infirmator, Alex. in cons. 164. nu. 5. lib. 6. Natt. in cons. 573. nu. 35. & causa appellationis dicitur eadem. c. non iniuste in fin. ff. de procur. Specul. de iuram. calum. §. sequitur. nu. 3. & si non est eadem in omnibus, saltem non est absolute diuersa, & quoad aliqua est eadem, quoad aliqua est diuersa. glos. in l. qui proprio. S. idem quæritur. ff. de procur. Cyn. in l. inuitus. nu. 22. q. 14. C. eod. Alex. in cons. 96. nu. 5. lib. 2. & vbi appellatio non deuoluit causam super articulo à quo fuit appellatum, debet Capitaneus remittere causam primo Iudici Roma. in cons. 392. in 2. dubio. & vbi deuoluit, quia fuit benè appellatum, non debet eam remittere, sed potest cognoscere etiam de articulo à quo nõ fuit appellatum, c. vt debitus vbi glos. & Doct. de appellat. Surd. in decis. 175. nu. 7. & 8. Guid. Pap. in cons. 66. nu. 10.

An sufficiat pro validitate sententiæ per Capitaneum ferendæ, quod processus Iudicis à quo sit transportatus, absque eo quod fuerit facta citatio ad dicendum contra iura producta, & repetita, & in termino citationis sit facta de omnibus actis generalis repetitio, & sufficere ex Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune nu. 32. ff. de acquirend. possess. dixit Rota diuer. in decisio. 688. par. 1. Contrarium tenet Dec. in l. is apud quem, nu. 34. C. de edendo Cassad. decis. 2. num. 10. de appellat. Rota in nouis decis. 20. de re iudic. & decis. 1. de fide Instrum. aliàs sententia per Capitaneum ferenda viribus nõ subsisteret, vt potè lata non visis actis, vt notant Doct. in c. ecclesia S. Mariæ, de constit. c. tum ex literis, de restit. in integ. & quod realis productio requiratur tenet Bart. in d. §. nihil commune, ver. sit tamen causas. Alex. in cons. 82. col. fin. ver. nec obstat, lib. 1. Matthes. sing. 161. Mars. sing. 30. & hanc tenet practius Lucas petus lib. 5. c. 8. nu. 2. & sequen. vbi docet quomodo hæc citatio sit facienda, eiq; à parte respondendum; Non obstat Rota diuers. vbi supra in d. decis. 688. quia potest saluari ex eo, quia in Rota seruantur termini substãtiales inter quos adest citatio à dicendum contra iura producta; qui termini non seruantur in Curia Capitolij, in qua ideo oportet citare, & facere repetitionem actorum, vt dixi.

Intra

Intra quantum tempus appelletur. *Cap. CLXVIII.*

IN omnibus casibus, in quibus appellare permittitur, debeat appellans intra octo dies, à die latæ sententiæ computandos, suam appellationem interponere; aliàs censeatur suæ appellationi renunciasse, & prima sententia firma remaneat: nec ignorantia allegari possit, si citatio ad sententiam audiendam iuxta formam supra traditam præcesserit, & sententia in loco publico fuerit promulgata.

Intra quantum tempus appelletur. Cap. 168. Gloss.

In causa propria de iure communi antiquo biduum, in aliena triduum dabatur ad appellandum, l. 1. §. in propria, C. quando appellandum sit, l. 2. ff. eod. l. qui suspectum 20. ff. de appellat. l. intra, 3. ff. eod. l. eos qui. 6. §. penult. ff. de appellat. Sed illud biduum, vel triduũ sublata distinctione, an causa sit propria, vel aliena, iure nouo mutatur in decendium, §. anteriorum legum acerbitati. Auth. de appellat. & intra quæ tempora debeat appellari. auth. hodie, C. de appellatio. Et decendium incipit currere à die latæ sententiæ, l. 1. §. biduum, ff. quando appell. sit, d. §. anteriorum, ibi à recitatione sententiæ numerandum, Nisi sententia lata sit sub conditione; vel Iudex sententiam latam transmiserit Imperatori, vel Principi confirmandã, immò a sententia lata sub conditione est appellandum infra decendium, d. §. biduum, & d. l. 1. in princ. cum alijs allegatis per nos in tract. de condit. par. 2. c. 1. quæst. 60. Hoc statuto decendium de iure communi nouo ad appellandum mutatur in octo dies, qui à die latæ sententiæ computãtur hoc est exclusa die sententiæ; quæ tota erit appellantis; quia præpositio à excludit & separat diem latæ sententiæ l. à Calligato, vbi Cyn. C. de nuptijs, glo. in l. ratio. §. cum per venditionem, ff. de actio. empti. Bald. Castren. Alexand. & Ias. in l. 1. in princ. ff. si quis caus. non obtemp. glo. magna in cap. statutum, vbi Imol. & alij de præbend. in 6. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 51. Sarnen. in reg. de infirmis resignan. q. 37. num. 3.

Et appellatione interposita in scriptis, nisi quis ipso die, quo sententia fertur apud acta viua voce constet esse appellatum iuxta text. in l. 2. ff. de appellat. l. litigatoribus 14. C. eod. l. 1. §. fin. ff. eod. l. 3. per totam ff. eod. petit appellans apostolos, seu libellos dimissorios l. 1. in princ. ff. de libell. dimis. l. dimissoria, 106. ff. de verb. signif. l. 6. §. fin. C. de appellat. l. præcipimus 32. §. in his C. eod. quos petijsse sufficit, & reuertere intra tempus hic datum à statuto pro eis, etsi dati non sint, d. l. 1. §. fin. ff. de libel. dimiss. & l. si appellationem 31. C. de appellat. & si dati sint refutatorij, sunt transmittendi d. l. 6. §. super his, C. de appellat. l. 19. & l. 32. §. refutat. C. eod. & acta sunt transmittenda; & edenda, l. Iudicibus 24. C. de appellat. l. ne causas 15. C. eod. An autem intra octo dies dati ad appellandum liceat pluries appellare, & vbi quis potest appellare à sententia, vel ab aliquo grauamine iuxta notata in cap. cum cessante de appellat. & poterit statim viua voce appellare, & denuo intra octo dies appellare in scriptis, et sic pluries; & poterit prosequi vtram velit, & vtramque simul secundum Innocen. in cap. dilecto circa finem, de appellat. Ioan. And. in cap. bonę eodem in nouella. Bald. in l. 3. C. de appellat. & in capit. 1. quo tempore miles Alberic. in l. pacta nouissima, C. de pactis & secunda operatur quoad differendum tempus prosecutionis appellationis, non quoad sententiæ rescissionem, & deuolutionem, quia in his duobus prima iam operata est secundu Bald. vbi supra. Licet Bart. in l. cum procurator, §. Dominus, ff. de oper. noui nunc. & Imola in l. 1. §. libell. ff. de appellat. sentiant secundam nil operari, quod procedit quoad dictos duos effectus tantum. Idem sentit Præpos. in rubr. & cap. sua. colum. 29. de appellat. Instantia itaque à quo die sit imputanda primæ videlicet appellationis, vel secundæ, & quidem si à die primæ forsan erit deserta, quia eam non est prosecutus argum. l. stipulatus es opus ff. de fideius. l. nonnunquam ff. de collat. bonorum quo facto sententia videtur desertione appellationis confirmari: In contrarium facit, quia bis appellans duo iura habere videtur, & obtinendo vnum, non perdit reliquum, quod est longioris vitæ, l. si domus ff. de serui. vrb. pręd. l. si mandato, §. interdum. ff. mand. l. pater ff. de castren. pecul. Sed respondetur, quod illæ non sunt duæ appellationes, sed est vna in substantia, nam per primam infringitur sententia, non per secundam: vnde secunda non est secunda in virtute appellationis; sed est magis prosecutio, & approbatio primæ, & ideo tempora primæ sunt computanda, stante maximè statuto dante termina quinque dierum, ad appellationem repræsen-

tandam, vt per Marantam par.6. de appellat. n.152. Sed geminare appellationem non nocet, sed frustra fit per posterius; quod potest fieri per prius; nisi fortè secunda appellatio esset plenior prima, arg.l.si ita scriptum fueris,ff.de hæred. Instit.& l.fin.§.1.ff.de vulg.subst. vel esset denuò interposita ad primam emendandam, vel mutandam l.si quis libellos.C.de appell.Clem.1. de dolo, & contumac.

Et quando quis appellat pluries primò viua voce,postea etiã in scriptis, an prima, vel secũda valeat?est controuersia inter Doct. aliqui dicunt in appellantis electione esse quam velit prosequi per text. in d.l.si quis libellos, C.de appellat.vbi conceditur appellanti primæ appellationi renunciare, & ad alteram transire, quia actus ille appellandi pendet ex ipsius appellantis voluntate per notata in c.interposita, §. deniq; de appllat. In actibus enim ex voluntate facientis pendentibus semper inspiciendum est,quẽ habere voluerit is, qui eosdem plures actus fecit. Bart. & alÿ in l.si quis in principio,ff.de legat. 3.& l.si mihi,& tibi. §.in legatis,ff.de legat.1. Alÿ verò contra sentiunt, si prima fuerit per se valida eidem esse adhærendum, & alterã quasi frustratoriam, vel temerariam esse reÿciendam vt latè per Roman. in cons.41.n.3. Sed si prima appellatio per se fuit inutilis, altera postea facta vtilis,eam appellans sibi vtilem prosequi potest, et hanc tenent Bart.& Doct.in d.l. cum procurator. §.si Dominus ff. de noui oper. nunc. & ibi Imola Castren. in cons.7. lib.1. & in cons.270. Dec.in c.tua nobis, de appellat.latissimè. Prior sententia,stare scilicet in arbitrio appellantis quàm velit prosequi, vna tamen electa aliqua concident est Rota in antiquis decis. 500. quàm refert & sequitur Myssing. obseruat.7. per totam cent.1.

Sed si fuit appellatum in scriptis,et appellans dubitans fuisse appellationem malè conceptam, iterum aliam intra tempus ad appellandum denuo in scriptis interponit an substinebitur?et dic quod sic, vt per text.in l.1. §.biduum,ff.quando appellan. sit, ver.quod & in sententÿs,et ita tenet Bald.in l.2.ad finem, C.de epis.audien.& poterit prosequi illam,quæ ei vtilis fuit vt dixi supra per Bart.& alios, in d.§. Si dominus accedat Bald. in l.appellatione, C. de appellat. & in cap.1.§.sancimus col.2. Quo tempore miles inuestit. pet.deb. & in cons.164. Appellatum est bis super eodem. Salycet. in l.si quis libellos, C.de appellat.Butr.in c.dilecta col.vlt.de appellat.vbi Zabar.& alÿ Abb.in c.suam nobis eod.

Sed si Iudex primam appellationẽ admisit eiq; detulit dando apostolos dimissorios statim est functus officio suo, & iurisdictio deuoluitur ad superiorem ad quem est appellatum, & ideo nõ potest amplius tunc secundæ appellationi deferre, arg.l.qui arbitr.vbi gloss.ff.de arbitr. l.Iudex posteaquam,ff.de re iudic. Baldus, in l.eos, §. Apostolos, ver.quaro, C.de appellat. & in d.cons.164. Aret.in l.1. §.libelli in fine, ff. de appellat. Gabriel.in cons.35.nu.12.lib.1. Ideò cautela est vt quis non possit suam appellationẽ geminare vt appellatus procuret,vt Iudex primam admittat,& ei deferat,& appellanti apostolos dimissorios concedat, vt dicunt allegati Doct. & Cępola cautela 193.

Et appellatio vno contextu geminata vnica censetur, Felyn.in c.ex literis, n.8.ver.sed hanc fallentiam de constit.& appellationis geminatio non nocet Innocen.in c.dilecto de appellat.Bald. in margar.ad Innocent.verbo renuncians,versic.12. Bart.& Alexan.in l.1.§.1.in fine,ff.de oper.noui nuncia.Spec.de senten.§.8.num.24. Doct. in Clemen.si ante de dolo, & contumac. Dec.in c.bonæ memoriæ, n.9.de appellat.

De tempore redeundi pro apostolis,
Cap. CLXIX.

QVando legitimè ab appellantibus apostoli petiti sunt,& Iudex à quo monuerit ad terminũ iuris: Statuimus quòd terminus iuris intelligatur esse dierum quinque à die interpositæ appellationis; quòdque non liceat Iudici ad longiorem terminum appellantem monere. in quo die quinto, & qualibet illius diei parte,sufficiat pro apostolis redire,etiam si Iudex illos non dederit, aut non responderit, & Iudice non reperto, sufficiat coram Notario protestari. Et dicto termino apostolorum durante, nihil omnino neq; per Iudicem, neque per partem possit innouari, & innouatum tamquam attentatum reuocetur.

De tempore redeundi pro apostolis.
Cap. 169. Gloss.

Itaque opus est, vt qui appellationem intra legitima tẽpora interposuit, testimoniũ eius aliquod habeat apud Iudicem; qui de appellatione cogniturus est, quare literas petet ab eo, à quo appellatum est,quibus significetur eum prouocasse, & sic missionem ad Iudicem superiorem obtinebit, quam literas dimissorias, seu aposto-

apostoli reuerentiales vocari solent, vt sensere. Butrig. & Abb. relati per Io. Ferrar. lib. 2. de appellat. c. 6. Nam appellatione recepta debet Iudex à quo dare appellanti apostolos requisitos. c. cordi. de appellat. Spec. de appell. §. sequitur. qui continentur in instrumento appellationis, quod producitur. Nam apostolorum petitio, & negociũ habentur se per modum causati ab appellatione eiusq; naturam sequitur, & sunt adeo necessarij, vt dicantur esse pars, immò de substãtia appellationis. Herc. de attent. c. 24. n. 4. Lancell. de atteut. limit. 50. n. 202. Osasc. decis. 7. nu. 4. In tantũ, vt si appellans illos non petierit non appellasse dicatur. Rota in nouis de appellat. decis. 41. Gemi. in c. ab eo. §. fin. col. 2. de appel. in 6. Fely. in c. personas. ver. non sufficit de appellat. & appellatio iure non subsistat. clement. quamuis rigor. de appell. Bart. in l. eos. §. apostolos. C. de appellat. Innocent. in c. cordi eod. Mysing. obser. 36. cent. 4. Lancell. limit. 50. n. 195. Nisi forte esset aliquis Rusticus, qui nesciret eos petere. arg. l. quoties. C. famil. ercisc. Guid. Pap. decis. 436. quod cum Iudex cognoscit spontè non petitos concedet. Guid. Pap. de app. nu. 13. Verum in appellatione extraiudiciali de necessitate non requiruntur, licèt tutius sit eos petere. Innoc. in d. c. cordi. quem sequitur ibi Io. And. col. 1. ver. petat apostolos de appellat. in 6. gloss. in cap. super. eo. eod. Nicel. de concord. glo. num. 140. & apostoli nihil aliud sunt quam libelli dimissorij tot. tit. ff. de libel. dimiss. c. cordi de app. in 6. Alberic. in suo dictionario. Abb. in c. bonæ memoriæ col. 1. in fin. de appellat. Federic. Schench. de appellat. nu. 29. Cardin. in clemen. 2. in princ. q. 1. de appellat. Et sunt alij Dimissorij, alij Refutatorij, alij Reuerentiales, alij Tremebundi secundum. Io. de Grassis qui eos declarat. De substantia procuratorij vers. apostolos, & literas. nu. 4. Lucer. Inquisit. not. 21. ponit. quinq; species. Conuentionales, Testimoniales, Dilatorij, Refutatorij, & Reuerentiales; & appellatione apostolorum in actis veniunt reuerentiales secundum Butr. & Abb. in c. dilectis filijs de appel. Alex. in l. 1. de libel. dimiss. & possunt de iure omni tempore etiam de feriato peti. glo. & Doct. in l. 1. C. de ferijs. glo. in c. appellatio. de appellat. in 6. Anchar. & Abb. in c. fin. de ferijs. Salyc. iu d. l. 1. Fely. in c. significauerunt. col. 5. de iudic. idem dicit de appellatione. Et in appellatione interponenda non est necessaria præsentia Aduersarij, Nam potest quis appellare, parte non citata, & recipere apostolos infra terminum sibi à Iudice præfixum. clemen. 2. de app. & cleme. 1. & ibi Anchar. eod. de die, & de nocte. Ias. in l. morè. Roman col. 3. ff. de ferijs Io. de Sylua de benef. par. 3. q. 17. nu. 7. Et quomodo petantur tradit. Bald. ad Spec. de appell. ver. dubium fuit, & ver. dicitur sæpius. Spec. §. 6. An autem necesse sit eos petere in libello appellationis, & videtur quod sic, vt in d. c. cordi & d. l. 1. de libell. admis. §. fin. vsus ita seruat, sed de iure vsq; ad 30. dies peti possunt. l. 1. in fin. ff. de appe. Spec. de app. §. 6. vsu non obstante. Bart. in l. 1. §. libelli. nu. 8. ff. de appellat. Hoc nostro statuto si Iudex monuerit appellantem ad terminum iuris, terminus erit dierum quinque, & in die quinto debet redire pro eis, & quando appellatio fuit interposita in scriptis, vtiq; apostoli sunt in scriptis petendi. Bald. & Petr. de Sun. in l. eos. §. apostolos. C. de appellatio. Io. Mona. in c. ab eo. eod. in 6. & id instanter. sed cum reuerentia Card. in d. cleme. 2. pen. q. de app. Fely. in c. causa. in fine. de off. deleg. & negligentiis infra terminum iuris petere videtur appellationi renunciasse. c. ab eo. 2. q. 5. l. quoniam. C. de appellat. & terminus currit à die appellationis interposite, non latæ sententiæ, vt per Hostien. in c. cordi. de app. in 6. Rota in nouis decis. 29. Zenzell. in clement. quamuis de appell. Milis. in repert. in verbo apostolorum. Quidquid contra dixerit. glo. in l. 1. ff. de libel. dimit. & in c. ab eo. de app. in 6. & addentes ad Capel. Tholo. in decis. 14. controuertitur, & distinguitur apud Marantam. par. 6. de app. n. 220. fo. 512. Et sunt sæpius, & instanter congruis loco, & semper petendi, immò instantissime vnico contextu. Osasc. decis. 12. nu. 3. Et si plures sint Iudices à quibus petendi sunt possunt ab eisdem separatim concedi. Clemen. 1. vbi Card. in quæst. 15. & 24. de appellat. Et appellatione recepta, & si petiti non sit nihilominus dandi sunt. Spec. de appell. §. nunc dicamus. ver. recepta. Terminum iuris. 30. dierũ ad illos recipiendum potest per Iudicẽ abreuiari, & si die statuta illos non receperit petierit, & protestatus fuerit appellatio erit deserta non aliter expectato lapsu. 30. dierum; quia Iudex à quo potest hunc terminum abreuiare clement. quamuis de appell. Belamer. conclus. 152. Non autem terminum abreuiatum à statuto, vt hic; quia abbreuiatus à statuto, non est denuo abreuiandus à Iudice, quia ad nihilum reduceretur; quod non est ferendum. Debet benè appellans in termino sibi à Iudice dato redire pro eis, hoc est in quinta die, vt dicitur in hoc statuto,

Statuto, & est tex. in d. clem. 2. §. similiter. de appellat. vbi Card. q. 2. aliàs si non redierit cēsetur appellationi renunciasse Lancell. de attent. limit. 50. nu. 197. & sequen. glo. & Card. in d. §. similiter. & non tenetur appellans redire pro apostolis nisi semel. Guid. Pap. in decis. 25. nu. 1. & si interim causam committat, & Iudicem impetret, tam appellatio, quàm impetratio tunc valet, etiam si pro apostolis amplius non redierit. Lancel. de attent. c. 13. nu. 29. quod procedit, ac procedere potest in alijs tribunalibus vbi terminus iuris est triginta dierum in Curia Capitolij si Iudex dederit terminum iuris debet redire in quinta die termini; quia ibi terminus iuris datus à Iudice est quinque dierum; & terminus incipit currere à die interpositæ appellationis in qua Iudex dat terminum iuris. Rota in nouis decis. 5. de appellat. Lancell. de attent. c. 13. nu. 2..

Est enim apostolorum datio actus extraiudicialis, Rota in antiquis decis. 82. de appella. & qualiter fiant tradit Specul. de appellat. §. sequitur videre per totum vbi ponit diuersas formas, & regulariter debet continere, quis, a quo, contra quem, & ad quem, & super quo, & quare appellat, & an is a quo appellatur deferat, vel non, & quare sic vel non, vel an appellantem dimittat, vel non. l. 1. ff. de libell. dimiss. concordi de appellat. in 6. l. sciendum. de appellat. recip. l. 1. §. fin. ff. de app. l. si dimissoriæ. ff. de verbor. signif.

Sed si appellans apostolos petierit, & Iudex ei concesserit, & Notarius dare distulerit, ita vt dies præstituta transierit, est appellans in integrum restituendus. l. procurator. §. si authores. ff. mandati facit Clemen. quamuis vbi glo. & Card. de appellat. Capic. sing. 97.

Pendente autem termino redeundi pro apostolis dato: si quid fiat tam per Iudicem a quo, quā per Iudicem ad quem, aut per partes litigantes, vt nullum, & attentatum debet reuocari. Lancell. de attent. c. 13. nu. 15. & 20. Capell. Tholos. decis. 323. Rota in nouis decis. 360. fuit dubitatum. Secus si fuerit impetratus Iudex; vt prædixi.

Et sunt apostoli mittendi sumptibus, & expensis ipsius appellantis. glos. in clem. quamuis. in verbo oblatos. de appellat. & ibi Card. & in §. similiter. q. 5. Bald. in l. eos. §. apostolos. col. 3. ver. quæri. C. de appellat. Maranta par. 6. de appell. num. 224. fol. 513. Alex. in l. si postulauerit.

De repræsentatione Appellationis. Cap. CLXX.

IN quacumque causa fuerit appellatum, appellans intra quinque dies, a die interpositæ appellationis numerandos, suam appellationem coram Capitaneo Appellationum in actis Notarij eiusdem repræsentare tenetur, etiam si ipse ad terminum iuris per Iudicem à quo monitus fuerit; cum iam sit prouisum, vt sufficiat in quacumque diei quinti parte, apostolos petijsse, seu pro eis redijsse. Qui verò intra dictum terminum suam appellationem non repræsentauerit, censeatur suæ appellationi renūciasse, & prima sententia firma maneat.

De repræsentatione Appellationis. Cap. 170. Gloss.

Non sufficit intra decem dies de iure communi; nec intra octo ex dispositione statuti præcedentis c. 168. appellatum fuisse; sed necesse est, quod appellatio introducatur. Phil. in c. si iustus col. 4. de appell. auth. hodie. C. de appellat. Marant. par. 6. eod. nu. 133. fol. 498. aliàs sententia sic transit in rem iudicatam; ac si ab illa appellatum nō fuisset c. sæpè de appell. Gail. obser. 140. lib. 1. docet de duplici termino legis scilicet, & hominis introducendæ appellationis, & vbi est terminus legis cessat terminus hominis hoc est Iudicis, Hoc nostro statuto disponitur, quod intra quinq; dies, à die appellationis numerandos debeat appellatio per appellantem, in actis Notarij repræsentari, alias censeatur appellationis renunciasse, vt dicit statutum, & ius commune disponit, si intra decem dies à die latè sententiæ repræsentata non fuerit. d. auth. hodie. C. de appellat. & vt testatur. Mysing. obseruat. 57. cent. 5.

Sed potest appellatio in qualibet die termini feriato etiā in honorem Dei repræsentari, secundum Bart. in l. 1. §. dies. ff. quan. appel. sit.

Appellationis itaq; introducendæ tempus, tam in interlocutorijs, quàm diffinitiuis sententijs præcisè obseruari debet. Nam eo elapso perinde appellatio deserta efficitur ac si intra decem de iure communi intra octo ex dispositione statuti interposita non fuisset. c. sæpe. §. saluis de appell. vbi Phil. Franc. n. 15. c. cum sit Roman. vbi glos. in verbo rescisus, & c. personas. eod. cleme. sicut appellationem de appel. l. præses. C. eod. l. tempora. C. de tempo. appel. l. 3. §. si ad diem.

diem. ff. de re milit. Guid. Pap. decis. 25. decis. 213. decis. 336. & 436. Afflict. in decis. 78. nu. 2. & Iudex talem desertionem apparentem non solum parte opponente, sed etiam ex officio attendere, & super ea propter iurisdictionis defectum pronunciare debet. d. clemen. sicut appellationem. de appel. & l. 2. §. fin. C. de temp. app. Franc. in c. ex ratione. nu. 68. de appell. Maran. par. 6. de appell. nu. 398. in fine; & vt dicit statutum quòd tempus huiusmodi debeat incipere à die appellationis interpositæ; ita & iure communi statutum esse legitur. in auth. ei qui C. de tempo. appel. vbi Doct. & in d. clem. sicut. vbi glo. in verbo à die, & in clemen. quãuis. de appellat. & illo elapso purgatio moræ nõ admittitur, cũ terminus legis sit peremptorius. c. pia de except. in 6. l. fin. ff. de decret. ab ordin. facie. Roland. in cons. 21. nu. 9. lib. 1. incipi. extat statutum. Nam vt dixi nec tempus feriarum est impedimento. l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. ff. ex quibus. caus. maior. Et ideo appellans sibi debet imputare si iusto tempore suam appellationem non introduxit; seu representauit, iuxta tex. in l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cautio. d. l. 2. §. illud vbi Bald. nu. 4. C. de temp. appel. Phil. Franc. in d. c. ex ratione. num. 55.

Sed quid si propter ferias representare omiserit, an ex hoc erit appellans excusandus si post ferias statim in prima audiẽtia representet? Et cum notum sit ferias prouocationum tempora non prorogare. l. si quis domum. §. idem quæris. ff. locat. l. 1. C. de ferijs l. siue pars. §. feriæ. C. de dilat. d. l. 2. §. fin. C. de temp. app. vbi glos. in verbo præcedente, & posse representari etiã die feriata, vt dixi, non videtur excusatione dignius. Tamen benignus agendo si in prima audientia post ferias reproduxerit recipietur, per regulam quod non valenti agere non currit præscriptio. l. 1. §. ne autem. C. de annal. præscript. l. 1. ff. de diuer. & temp. præscript. facit Bart. de citatione nu. 11. & sequen. Idq; maximè procedet, si feriæ paruæ sint, aut terminus sub finem longarum feriarum incideret per tex. in l. 2. §. fin. ff. si quis in ius voc. non ierit. & in l. & si post tres. ff. si quis cautio. Præterea cum eo casu locum haberet restitutio in integrũ. Bald. in d. l. 2. C. de temp. app. glos. in d. c. ex ratione in verbo impotentiam, & ibi Franc. Iudex non inique faciet, si appellationem recipiat, atq; admittat omissa restitutione, vt euitetur circuitus. Bald. in auth. si appellatione nu. 1. C. de temp. appel. Nam licèt Iudex à quo non possit terminum legis prorogare, Tamen Iudex appellationis, hoc iustis de causis terminum à lege assignatum prorogare potest, exemplo. c. cum sit Romana. de appel. c. cum ex literis. §. fin. de in integ. restit. l. præses. C. de appe. glo. in c. anteriorum. §. ad hoc sancimus, in verbo imperator. 2. q. 5. Phil. Franc. in d. c. ex ratione. n. 27. & 54. Ias. in l. qui ante Kalendas. nu. 9. ff. de verb. oblig. addentes ad Cremen. in sing. 122. Item compromisso, vel expræsso partium consensu prorrogari posse existimo. per tex. in auth. si tamen. C. de temp. appe. & in clem. quamdiu. de appe. Sed si partes steterint in tractatu compromissi, vel concordiæ, an durante isto tractatu tempora introducendæ appellationis currãt, & currere non dubito, quia tractatus sine conclusione nihil est, cum multa dicantur, & tractentur; quæ tamen non perficiuntur. Bald. in l. multum. nu. 26. C. si quis alteri, vel sibi per tex. in l. si voluntate. C. de rescinden. vend. & in l. eleganter. ff. de condic. indeb. & in c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. & in l. sciendum. §. dictum. ff. de ædilic. edic. Bald. in l. cum allegas. n. 8. C. de vsuris. Alex. in cons. 13. n. 12. lib. 1. & in cons. 18. nu. 2. & in cons. 28. n. 3. eod. lib. & est tex. in c. tua nuper. de his quæ fiunt à prælatis. Hinc est quod testis deponens de tractatu, non probat conclusionem. Bald. in c. fin. nu. 8. de iura. calum. Dec. in cons. 488. n. 9. & sequen. & tractatus sinè perfectione non inducit obligationem. d. c. 1. de rebus eccles. non alien. & d. l. si voluntate. Alex. d. cons. 18. & d. cons. 28. lib. 1. Vt circumspectus debeat esse appellans, & appellationem debito tempore introducere, seu representare, & prosequi; ne appellatio efficiatur deserta. Gayl. obseruat. 140.

Qui verò intra dictum terminum suam appellationem non representauerit, cẽseatur suæ appellationi renunciasse &c. *Ex hoc enim quòd intra quinque dies assignatos ad appellationem representãdam, eam non representauerit, censetur suæ appellationi appellans renunciasse; Sed dubitatur an præsumptio ista recipiat probationem contrariam. Et cum sit iuris, & de iure, cũ statutum ita præsumat; & illud verum esse statuat puto quòd non. Nam legis auctoritas hoc certum esse facit, cum animus statuentium ad verisimile applicetur, ac illud sanctione confirmet, vt per Bald. in rubr. C. de probat. nu. 4. & in l. siue possidetis. n. 6. C. eod. & in l. ea quidem nu. 6. C. de probat. Curt. Iun. in cons. 4. nu. 15. & in cons. 50. n. 5. Alciat. de præsumpt. in præludijs. par. 2. nu. 3. per tex. in c. is qui fidem de spons.*

ſponſ. Fely. in c. quanto nu. 3. de præſumpt. Sed cum non dicatur expreſſe in ſtatuto, quod contraria probatio non admittatur, ſecundum aliquis non videtur præſumptio iuris, & de iure, vt per Bald. in rub. de præſumpt. n. 1. Innocen. in c. quia veriſimili. nu. 2. de præſumpt. Verum Fely. in d. c. quanto. col. 2. ver. & dicitur de iure docuit id opus non eſſe quod lex, ſeu ſtatutũ expreſſim reijciat probationem contrariam, & eiuſdem opinionis fuit ibi Abb. nu. 2. ver. vnde ſcias, & ita ſenſerunt etiam Innocen. & Bald. in locis mox allegatis. Alex. in l. inter. ſtipulantem. §. 1. nu. 3. ff. de verb. oblig. vbi Cuman. Roman. in l. ſi duo. nu. 8. ff. de acquir. hæredit. Card. Alex. in c. is qui fidem. nu. 23. de ſponſ. Salycet. in rub. C. de probat.

De appellationibus non recipiendis, & depoſito faciendo. Cap. CLXXI.

AB executionibus facti, etiam perſonalibus, nulla recipiatur appellatio: à ſententijs verò, per quas inſtrumenta etiam dotalia, apochas, teſtamenta, & vltimas voluntates, ſententias, arbitria, arbitramenta & laudam, iuxta formam ſupra traditam, exequi mandantur, vel pro illis exequendis mandatum relaxatur, nulla recipiatur appellatio, aut petitio reductionis, ad arbitrium boni viri: niſi appellans, aut reductionem petens, intra triduum à die repręſentationis appellationis computãdum, deponat apud aliquem idoneum campſorem, vel aliam perſonam fide, & facultatibus idoneam ſummam iudicatã, aut pignora æquiualentia, etiam ſi appellatus depoſitum non requiſiuerit, aſſignanda appellato, ſi pro eo fuerit in cauſa iudicatum, vel niſi ſe perſonaliter in carceribus conſtituat, detinendus vſque ad finalem & integram executionem: & ſi eſſet ſumma notabilis, ſupra centum ducatos de carlenis, & reus perſona, quæ tot pignora veriſimiliter non habeat, poſſit deponere res ſtabiles plus valentes, ad electionem partis aduerſæ, etiam infra aliud triduum, ſi appellatus rem aliam, quàm illam quàm reus depoſuerit, elegerit; computato dicto triduo à die intimationis eiuſdem electionis. Et in obligationibus facti, ipſe appellans teneatur deponere, quantum appellatus iurauerit ſua intereſſe (Iudicis taxatione præcedente) pariter infra triduum, poſt factam declarationem: Et ſi de re mobili, vel immobili actum ſit, teneatur appellans pariter dictam rem mobilem deponere, & immobilem ſequeſtrare, penes perſonam per Iudicem, parte citata, eligendam, infra triduum, vt ſupra: aliàs in quolibet caſuum prædictorum appellatio ſit deſerta, & prima ſententia firma remaneat.

De appellationibus non recipiendis, & depoſito faciendo. Cap. 171. Gloſſ.

Supra dictum eſt, intra quantum tempus appelletur poſtquam fuerunt notati caſus multi in quibus appellare licèt, vel non; item de tempore redeundi pro apoſtolis, ac de repreſentatione ipſius appellationis. Verum quia hæc omnia poſſunt etiam fieri in caſu in quo appellare non eſt permiſſum; ideo modo in hoc capite diſponitur de appellationibus repreſentatis non recipiendis; Nam non omnes appellationes in tempore legitimo interpoſitæ, atq; repreſentatæ, ſunt à Iudice appellationum recipiendæ, quales ſunt illæ; quas notauimus ſupra de officio eiuſdem Capitanei Appellationum. c. 167. vbi poſuimus multos caſus in quibus appellatio non conceditur.

Itaq; nec ab executionibus facti; etiam perſonalibus appellatio huius ſtatuti vigore recipitur, quod & iuri communi correſpondet, vt datur legi in tex. l. ab executore. ff. de appellat. vbi Bart. & cæteri Doct. & in l. ab executione. C. quor. app. non recip. Innocen. in c. nouit. ver. poſſidit de appellat. Fely. in c. quod ad conſultationem. col. 9. de re iudic. Caſtren. in conſ. 25. & 325. Angel. in conſ. 115. quod tamen limita, & declara, vt ſupra in d. c. 167.

A ſententijs, verò, ſeu mandatis de exequendo inſtrumenta etiã dotalia apochas teſtamenta, & vltimas voluntates, ſententias, arbitria, arbitramenta, & lauda nulla vtiq; ex diſpoſitione ſtatuti huius recipitur appellatio, aut reductio ad arbitrium boni viri, niſi appellans infra triduũ à die repræſentationis appellationis, computandũ deponat &c. Nã nec ab iſtis regulariter cõmuni iure inſpecto conceditur appellatio, vt patet ex allegatis ſupra in d. c. 167. Et ideo ſtatutũ illam admittit facto depoſito de ſumma, re, vel rei petitæ æſtimatione infra tridiũ, à die repræſentationis, de quo conſtare debet in actis Notarij Iudicis Appell. ad præſens. D. Alexandri Pocchij.

Sed quia eſt regulare; quòd vbi lex, vel ſtatutum mandat aliquid fieri, quod alterius fauorẽ cõcernat, id ſemper intelligatur eo petente cuius fauorem concernit. c. quod præcipitur 4. q. 1. Card. in clem. fin. de ætate, & qualit. l. peto. §. fratre. & ibi Caſtren. ff. de legat. 2. cum alijs allega-

allegatis infra c. penult. post princ. ver. est enim, statuētes ad euitandā hanc regulā, dixerunt huiusmodi depositū esse per appellantē faciendum etiā si appellatus non requisiuisset fieri, & quando in hoc statuto id dictum non fuisset, tamen quia dicit nisi infra tridum deponat, intelligeretur etiam parte appellata non petente; quia dies ad deponendum, datus appellāti pro homine appellato interpellat. l. magna. C. de contrah. & commit. stipul. glos. in l. cum patronus. ff. de bon. lib. l. mora. ff. solut. matr. facit in istis terminis Surd. in decis. 57. nu. 4. & sequen. An autem huic statuto possit satisfieri per compensationem, vt puta quia appellans esset in alia creditor appellati, & vellet suum creditum pro satisfactione huius statuti penes appellatum in depositum dimittere: & puto quod non; quia statutum dictat deponi debere apud aliquem idoneum campsorem, vel aliam personam idoneā; ergo non apud appellatum modo aliquo, multo minus per viam compensationis; quia compensare non est deponere. Item disponit, quòd deponatur summa debita, aut pignora æquiualentia; ergo aliter per æquipollens, vt puta per compensationem non erit statuto satisfactum. Boer. in decis. 1. num. 44. Mobed. in decis. 17. alias. 300. de caus. posses. & propr. Pedemon. decis. 92. nu. 15. & sequen. Ianuen. decis. 210. nu. 5. Surd. decis. 268. nu. 18. decis. 122. n. 3. & decis. 144. nu. 17. Rota diuer. in decis. 267. nu. 6. par. 1. cum alijs allegatis per nos in tract. de conditionibus par. 2. c. 1. q. 41. & q. 82. multa ad propositum statuti huius tradit Lucas Petus lib. 5. c. 5. de deposito faciēdo in executiuis.*

Sed quid si sit appellatum à laudo cuius nondum est data executio; an sit necessarium depositum; & dic quod non; quia à laudo licèt appellare, vt infra c. 178.

Sed si per appellantem in casibus præmissis fuerit omissum facere depositum etiam in vno nummo, appellatio erit deserta. Bald. ad Spec. de appell. ver. sed pone dicit statutum refert, & sequitur Iason. in auth. qui rem. col. 7. ver. decimo adde. C. de sacrosanct. eccles. Gayl. obser. 124. lib. 1. Sed si appellans pauper sit, vt deponere summam non possit excusabitur à desertione, quæ ex hoc defectu exoritur, vt notat Bald. in l. 2. §. si quis in iudicio. nu. 4. ff. si quis caut. & in l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. Mar. sing. vlt. & ibi addentes. Creme. sing. 122. & ibi addentes Cotta in verbo paupertas. Prout excusatur etiam si ob paupertatem quis suam appellationem non prosequitur, vt propterea à suo iure nō excludatur, Dec. in c. epistolæ. nu. 220. de probat. Gayl. obser. 142. lib. 1.

An hoc statutum comprehendat tertium in sententia non nominatum: & dic quod non, vt per Ias. in l. à diuo pio. §. si super rebus. col. fin. ff. de re iudic. Caputaquen. in decis. 198. par. 3.

Et in obligationibus facti; *Appellans in obligationibus facti tenetur deponere quantum appellatus sua iurauerit interesse, Iudicis taxatione præcedente, infra triduum post factam declarationem.*

Et si de re mobili; vel immobili. *Res mobilis est per appellantem deponenda; Res immobilis sequestranda penes personam per Iudicem parte citata eligendam, infra triduū, vt supra, aliàs in quolibet dictorum casuum appellatio sit deserta; & prima sententia firma maneat. Hoc statutum dat formam, qua non seruata appellatio non subsistit, loquitur enim atq; disponit per verba conditionalia nisi, etiam si, alias, & irritat aliter factum, vel non factum, & ideo formam inducit, vt dixi in tract. de conditionibus. par. 1. c. 88. nu. 7. & c. 89. n. 1. 3. & 5. & probat Staph. de literis gratiæ expect. in princ. n. 22. Bero. in rubr. de iure patron. nu. 65. Marcus Mantua. in cons. 157. num. 16. cui formæ partes non possunt renunciare, Barb. in cleme. 1. nu. 23. de elect. Neuiz. in cons. 33. nu. 15. Barbat. in cons. 21. nu. 16. lib. 1. Maranta par. 2. nu. 39. & sequen. & 42. distinguit. Immò forma hic tradita non seruata appellatio erit nulla, quia ita disponit statutum, & facit pro eo cleme. constitutione vbi Card. in §. fin. oppo. 2. de elect. & allegata per Euerardum in loco a defectu formæ. nu. 2. per totum. Gayl. d. obser. 124. lib. 1.*

Nam forma legis, vel statuti non seruata, actus non valet, quia forma dat esse rei. c. quia propter. de elect. l. cum ij in princ. & in §. si prætor. ff. de transact. l. iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhib. Bald. in l. cum quis. nu. 4. C. de iuris & fac. ignor. Soccin. in cons. 24. n. 21.

Sed dubitatur coram quo sit pro obseruantia formæ depositum, vel sequestrum faciendum: an scilicet coram Iudice a quo, vel ad quem: & quidem ex verbis statuti ibi nulla recipiatur, & ibi a die representationis colligitur, quod sunt facienda coram Iudice ad quem, nam ipse recipit appellationes, & coram eo representantur, & intra triduum a die representationis est statuti huius forma implenda ergo, & interim quod statuto non est satisfactum non poterit vti appellatione appellans nisi prius satisfecerit; quod intra triduum a die representationis facere debet,

bet, vt ista non sit forma substantialis appellationis, sed accidentalis, quæ aduenit rei existenti in actu, vt notant Doct. in c. cum consuetudinis. de consuet. Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. nu.6.ff. de verb. obligat. in l. vniuersa. C. de prec. imp. vbi Bald. nu.2. Fely. in c.1. nu.1.in fin. vbi multa allegat. glo.in c. vxoratus.in ver. nullatenus. de conuer. coniug. Sed si intra triduum adimpleta non sit triduo elapso appellatio corruit, atq; ipso iure non subsistit ita disponit statutum pro quo facit, auth. hoc ius porrectum. C.de sacrosf.eccles. ibi aliter enim d.§. si prætor. l.hac consultissima. C. de testam. l. non dubium. C. de legibus, & hæc est differentia inter formã substantialem, & accidentalem; vt illa in tempore, ac actu ipso, ista post actum possit adimpleri, vt dicunt allegat. Doct. & Fely. in c. quoniam. nu. 3. vt lite non contest. Euerardus. d. loco à defectu formæ. Gayl.obser.124.n.3. lib.1.

De deposito in causis Nullitatum. Cap. CLXXII.

NVllus ad principaliter dicendum de nullitate sententiæ latè super executionibus, de quibus in proximè præcedenti capite dictum est, admittatur, nisi & ipse infra triduũ deposuerit, vt supra: & si de facto fuerit admissus; admissio, dicto triduo elapso, cum omnibus inde secutis etiam si Iudex inhibuerit, nullum præstet iuris effectum, nec executionem, aut vlteriorem processum quoquo modo valeat impedire.

De deposito in causis Nullitatum. Cap. 172. Gloss.

Si quis voluerit principaliter dicere de nullitate sententiæ; seu mandati de exequendo instrumenta, apochas, testamenta, & vltimas voluntates, sententias, arbitria, arbitramenta, & lauda, non est ad hoc admittendus, nisi intra triduum deposuerit, vt supra c.171. præcedenti, & si de facto fuerit admissus, admissio triduo elapso, cum omnibus inde secutis, etiam si Iudex inhibuerit nullum præstet iuris effectum, nec executionem quoquo modo valeat impedire, & sic vt vides inducit formam substantialem, qua nõ seruata, admissio, & inhibitio nullius est momenti per allegata in præcedenti, illa verò seruata; hoc est deposito facto intra triduum, admissio subsistit, & inhibitio valet; pro hoc statuto facit. clement. vt calumnijs. de senten. & re iudic. de hac nullitatis materia multa dicentur infra. de causis nullitatum cap. 192.

De appellationibus ab interlocutorijs recipiendis, vel non. Cap. CLXXIII.

AB interlocutorijs, etiam vim diffinitiuæ habentibus, quæ aliàs per diffinitiuam, seu in ipsa diffinitiua reparari possent, nulla recipiatur appellatio; sed omnia grauamina, & eorum cognitio, disputatio, & diffinitio, ipso iure intelligantur per hanc legem, sine ministerio iudicantis in fine causæ reseruata. Et quia sunt nonnulli casus impedientes litis ingressum, (de quibus supra sub rubrica de exceptionibus, litis ingressum impedientibus) Statuimus, vt in illis omnibus, grauato liceat appellare. Volumus tamen quòd appellans nullo modo audiatur per Iudicem ad quem, nisi deponat penes personam, fide, & facultatibus idoneam, per appellatum, si voluerit, eligendã, ac de deposito constet in actis infra triduum, infrascriptas summas in pecunia, vel pignoribus duplum valentibus, assignandis statim appellato, in casu, quo contra appellarem pronuncietur: quo triduo elapso, & deposito non facto, seu de eo in actis non docto, censeatur suæ appellationi renunciasse, & in negocio principali ad vlteriora procedatur. Summæ deponendæ sunt hæ: In causa decem ducatorum, ducatus vnus; in causa ducatorum viginti & infra, ducati duo; infra quinquaginta, ducati quinque, à quinquaginta ad centum, ducati decem; à centum vsque in quamcumque summam, ducati quindecim, & nihilominus appellans ad expensarum refectionem teneatur, si in appellatione succumbat.

De appellationibus ab interlocutorijs recipiendis, vel non. Cap. 173. Gloss.

Pro euidentia sciendũ est, quod sententia alia est diffinitiua, alia interlocutoria, & diffinitiua est diffinitio iudicialis, controuersiæ finem imponens, continens absolutionẽ, vel condemnationẽ, ita diffinit Abbas in rubr. de re iudic. col. penul. post Specul. in tit. de sent. prolat. §. 1. & dicitur sententia à sentiendo, quia Iudex iudicat secundum quod sentit, l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruitus vendic. Pontanus Perus in rubr. ff. de re iudic. nu.9. Interlocutoria verò est sententia Iudicis, quæ fertur inter principium et finẽ causæ super aliquo incidenti, vel emergenti, gloss. in

in clem.1.ver.diffinitiua de sequestr.possess. & fruct. Specul.vbi supra, §.2. in princ. Alex. in rub.ff.de re iudic.col.2.Bald.in l.arbitrio ff.qui satisd.cogan. Ang.in l.ex stipulatione C. de sentent. & est text. in cap.significantibus.de offic. deleg. & in cap.significauerunt. de testibus. Interlocutoria alia est simplex;de qua loquuntur mox allegati ; alia verò habet vim diffinitiuæ ; quæ quidem quomodo cognoscatur datur videre apud Marantam par. 6. & demum fertur sententia, num.23.& sequent.fol.457. vbi ponit aliquot signa. & illud est præcipuum,quando non speratur alia sententia ab eodem Iudice, ita Butr. Imol. Abbas ; & Francus in c.cum cessante. de appellatio.Bart.in l.quod iussit,ff.de re iudic.post gloss.in verbo,diffinitiua,Clem.1. de sequestr.gloss.fin. & Doctor. in l.qui restituere, ff. de rei vendic. Iason.in d.l. quod iussit num.10. ff. de re Iudic. Alex.in consil.72. n.1. lib.7.vt de sentētia absolutoria ab obseruatione Iudicij;de illa per quā pronunciatur appellationē esse desertam, Item de præcepto de soluendo, Item de secundo decreto, Item de sentētia mulctæ, & de similibus; Secundum signum est,quoties per interlocutoriam finitur officium iudicis interloquentis, nam hæc dicitur habere vim diffinitiuæ, secundum Bart. in d. l. quod iussit; vtputa quando Iudex pronunciat se esse incompetentem, vt per Alexand.in d.l.quod iussit.colum.7.ver.duodecimo. Tertium signum est quoties interlocutoria diffinit vnum articulum substantialem causæ principalis ; nam talis interlocutoria habet vim diffinitiuæ glos.in clem. fin.de appellatio. & in clemen.1. de caus. posses. & propr. Bald.in l.1. C.quando prouoc. non est necess. & est text. in l.intra vtile, ff. de minor. vtputa quando minor petit restitutionem in integrum, & Iudex pronunciat super ætate; scilicet eum non esse minorem ita enim tacitè excludit eum à restitutione petita, & sic deciditur articulus substantialis causæ, Alexand. in rubric. ff. de re iudic.in fine . Item quando repellitur ; vel admittitur exceptio peremptoria dicta clementina fin. de appellatio. Item quando Iudex nollet admittere aliquas probationes sine quibus illas producens non posset obtinere , & similia. Quartum signum est quoties interlocutoria continet aliquid dari vel fieri debere , nā hæc vim diffinitiuæ habet secundū Bar.in l.nec quidquā, §. vbi decretum . in princ. ff. de offic. proconf. Valascus consult.47. num.9. An autem ab istis interlocutorijs sit per hoc nostrum statutum probibita appellatio ? & statuenda est regula quod sic , nisi sit talis ; quæ post se non expectet diffinitiuam in causa principali, à tali enim dabitur appellat. Valascus dicta consult.47. n.8. & nu.5. & ita videtur sensisse Maranta. p.6. n.43.& seq. fol.460. Gayl.obser.129. & 130. lib.1.& ita disponit hoc nostrū statutum ibi.quæ alias per diffinitiuā;seu in ipsa diffinitiua reparari possunt;nulla recipiatur.appellatio,sed omnia grauamina , & eorum cognitio , disputatio, & diffinitio ipso iure intelligantur per hanc legem , sine ministerio Iudicis in fine causæ reseruata.

Et quia sunt nonnulli casus. *hoc statutum quando pronunciatur super aliqua exceptione peremptoria, vult quod liceat grauato appellare; & iure meritò ; quia dicitur talis interlocutoria habere vim diffinitiuæ , & ab ea appellatur. dicta clementina fin. de appellat. Iason. in d.l.quod iussit, num.10. Limitat. 9. ff. de re iudic. Contradicit Felyn. in rubr. de re Iudic. colum. 7. cum distinctione sequitur Maranta vbi supra num.39. fol.460. Volunt tamen statuentes; quod appellans ab istis interlocutorijs super exceptionibus peremptorijs litis ingressum impedientibus promulgatis nullo modo audiatur per Iudicem ad quem nisi deponat infra triduum summas de quibus ibi.etsi defecerit in vno nūmo appellatio erit deserta Bald.ad Spec.de appellatio.ver.sed pone. Ant.tract.mini.n.100.facit Ang. in consil. 39. & Bald. in auth. ei qui. C.de appellatio.Gayl.obser.124. lib.1. Sed si appellās pauper sit, vt ob paupertatē deponere non possit excusabitur , per allegata supra in c.169. ver. Sed si appellans & Maranta vbi supra numero 24. & sequent. plures format quæstiones ad materiam pertinentes. fol.457. vsque ad 460.*

Sciendum est etiam , quod appellatio ab interlocutoria , & diffinitiua differt in multis. Primò differt , quia appellatione pendente à diffinitiua nihil est per Iudicem à quo innouandum ; secus ab interlocutoria , nisi expressè sit prohibitum, vt in casibus in hoc statuto expressis ibi , & quia &c. capit.non solum, de appellatio. in 6. Secundò differunt , quia in appellatione à diffinitiua non requiritur expressio causæ , l. Seio. ff. de appellatio. Ab interlocutoria sunt causæ exprimendæ , capit. vt debitus , de appellat. capit. cordi. eod. tit. in 6. Bald. in l.minoribus , ff. de ijs quibus vt indignis. Gayl. dicta obseruat.129. & 130. lib.1. Tertiò differunt ; quia ab interlocutoria debet appellari in scriptis , à diffinitiua potest appellari viua voce

animo appellandi in scriptis d. cap. vt debitus, & l. 2. ff. de appellat. Osasc. decis. 6. num. 5. Myssing. obser. 66. cent. 1. Quartò differunt quia in causa appellationis à diffinitiua potest fieri iustificatio ex nouis probationibus l. eos, §. 1. C. de appellatio. l. per banc, C. de tempor. ad appellatio. Ab interlocutoria non vtique, sed ex eisdem est iustificanda Clementina appellanti, de appellat. Capic. in decis. 5. num. 14. Maranta par. 6. et demum fertur sententia, n. 10. fol. 457. vbi citat Card. in d. Clement. appellanti Bart. in l. 3. ff. de appellatio. recipie. & Afflict. in decisio. 79. & idem Maranta par. 6. in verbis, & quandoque appellatur, nu. 159. & seq. fol. 504. Cor. in cons. 87. effectus appellat. ab interlocutoria tradit Myssing. obseruat. 46. cent. 4.

Quod Appellationei ante diffinitiuam scribantur per Notarium causæ. Cap. CLXXIV.

APpellationes omnes ante diffinitiuam interponendæ, scribantur per Notarium causæ, nisi is fuerit legitimè impeditus; & tunc ea appellatio cum nomine Notarij, per cuius acta fuerit interposita, appellato denuncietur: aliàs appellatio non teneat, & nullum iuris sortiatur effectum.

Quod Appellationes ante diffinitiuam scribantur per Notarium causæ.
Cap. 174. Gloss.

Ante diffinitiuam appellatur vel à simplici interlocutoria, vel ab interlocutoria vim diffinitiua babente, de quibus in præcedenti proximo capite dictum est. Istæ appellationes; vt subsistãt sunt per Notarium causæ scribẽdæ, vt dicit hoc statutum; Nam & de iure communi ab istis interlocutorijs est in scriptis appellandum, non autem viua voce. cap. cordi nobis. de appellat. in 6. Specul. de appellat. §. qualiter, post princ. Bart. in l. eius, ff. de appellatio. recip. Philip. in cap. vt debitus colum. 7. ver. secundo quæritur, de appellat. Castren. in cons. 270. in princ. lib. 2. Bald. & Ang. in l. patris, & filij. ff. de vulg. & pupill. Roman. in consil. 41. An autem sufficiat vt appellatio dicatur facta in scriptis comparere in Iudicio, & dicere Notario causæ scribe qualiter ego appello à tali sententia ex tali causa? & dic quod non de iure communi, sed est porrigendus libellus appellatorius scriptus, ita dixit Philip. in d. capit. vt debitus. colum. 7. ver. quarto quæritur. de appellatio. & plenè Corneus in cons. 95. colum. 1. in fine lib. 4. & est gloss. & ibi Bart. in l. in sacris, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Iason. in l. 1. colum. 3. in princ. de eden. In hoc nostro statuto sufficit comparere coram Notario, et ipso scribente suam dictare appellationem absque productione libelli appellatorij; & est appellato intimanda.

De appellatione ab expensarum taxatione. Cap. CLXXV.

A Taxatione expensarum appellans non audiatur, nisi summam iudicatam, aut pignora plus valentia penes personam fide & facultatibus idoneam, infra triduum: etiam si appellatus non requisiuerit, realiter & cum effectu deposuerit, & de eodem deposito constet in actis: alioqui suæ appellationi renunciasse censeatur, & prima taxatio firma maneat.

De appellatione ab expensarum taxatione.
Cap. 175. Gloss.

In taxatione expensarum an requiratur citatio? & videtur quod non, vt per Iason. qui citat Bald. in l. nec quidquam, §. vbi decretum colum. 10. ff. de offic. procons. Sed est distinguendum; Aut enim taxantur eodem die quo est lata sententia; aut post quia Iudex taxationem sibi reseruauit; Primò casu non est necessaria citatio partis, secundo verò casu est necessaria. Bald. ita distinguit in l. terminato. colum. 2. C. de fruct. & lit. expen. Philip. in cap. sæpe, quæst. 13. de appellatio. Et ab ista taxatione quando illa excessiua sit datur appellatio. Bart. in l. ab eo executore, colum. fin. ff. de appellat. & est text. & ibi Bart. in l. fin. C. quando prouoc. non est necess. Iason. in l. properandum, §. sin autem, colum. antepen. in fine, C. de Iudic. Philip. d. cap. sæpe, sed debet exprimi excessus in appellatione, vt per Philippum ibi. latè Contardus in l. vnica, C. si de moment. Limitat. 19. per totam. Ex dispositione huius nostri statuti non est necesse appellare ab excessiua; sed sufficit vocem appellationis emittere à taxatione expẽsarum; in qua appellans non auditur, nisi summam iudicatam, aut pignora plus valentia etiã irrequisitus infra triduum deposuerit, vt ibi: Hinc dubitari contingit an appellans ab excessiua in forma iuris cõmunis, teneatur pro substẽtatione suę appellationis seruare formã huius statuti & hoc est facere depositum infra triduum, et puto quod non;

non ; quia ex hoc statuto appellans simpliciter à taxatione expensarum nulla facta mentione excessiuitatis, facto deposito auditur alias non; vt appellans ab excessiua in forma iuris communis sit sine deposito audiendus ; quia statutum non loquitur de appellatione ab excessiua, sed de appellatione à taxatione simplici expensarum ; vt illa ab excessiua remaneat in dispositione iuris communis l. si extraneus, ff. de condict. ob caus. l.commodissimè, ff. de lib. & posthum. Alberic. de statutis lib. 1. quæst. 9. num. 19. 25. 40. & 52. & in lib. 2. quæst. 107. num. 4. Nam statutum loquens in casu simplici, non trahitur ad casum mixtum Doctor. in l. certi condictio. §. quoniam nummos, ff. si cert. petat. Alexand. in consil. 24. numer. 44. & in consil. 116. num. 9. lib. 2. & in consil. 82. num. 17. & in consil. 96. num. 6. lib. 3. & in consil. 28. in fine, lib. 4. Dec. in consil. 333. in princ. Ias. in l. Titia textores num. 22. ff. de legat. 1. & in §. omnium, num. 29. & ibi adden. Inst. de actionibus. Alciat. in consil. 57. num. 4. latè Lamberteng. de contractibus. gloss. 2. numer. 5. Menoch. in consil. 187. num. 27. libro 2. Bonacossa in suis commu. in ver. statutum in casu simplici.

De appellatione à desertione, vel reiectione appellationis. Cap. CLXXVI.

SI per Iudicem ad quem, appellationem desertam, aut reijciendam esse pronuncietur, & ab ea pronuncia siuè declaratione appelletur : si appellatio sic deserta, aut reiecta declarata, interposita fuerit, ab interlocutoria, à qua per præsentia Statuta appellare permissum est, Volumus quòd liceat appellato, in negocio principali, coram primò Iudice à quo, appellatione huiusmodi à desertione vel reiectione non obstante, ad vlteriora procedere : & nihilominus de dicta appellatione à desertione, vel reiectione, coram Iudice ad quem cognosci possit. Et si aut non desertam, aut non reijciendam fuisse per duas conformes iudicetur, omnia post appellationem prædictam secuta, in pristinum reducantur, & victus victori expensas reficiat. Si verò appellatio sicut præmittitur deserta aut reiecta, declarata ; à diffinitiua sententia interposita fuerit : tunc huiusmodi appellatione (à desertione vel reiectione non obstante) ad vlteriorem executionem (si executio retractabilis sit) in negocio principali, per Iudicem à quo, procedi posse statuimus : data tamen prius per petentem executionem, idonea cautione de restituendo Reo, seu appellanti, omnia in executionem capta, cum expensis, in euentum in quem, appellationem non fuisse desertam, vel non fuisse reijciendam, per duas conformes iudicetur.

De appellatione à desertione, vel reiectione Appellationis. Cap. 176. Gloss.

Sententia per quam pronunciatur appellationem esse desertam, & instantiam peremptam ; etsi non speret aliam sententiam post se, & finem liti imponat tamen interlocutoria nuncupatur, vt per Bald. in l. 2. colum. penultima in fine, C. de episc. audien. sed habet vim diffinitiuæ, & ideo ab ea poterit appellari, Corn. in consil. 14. in litera B, & in consil. 262. l. h. libro 4. & appellatio hæc deuoluet ad Iudicem ad quem articulum desertionis ; Negocium verò principale per desertionem & reiectionem appellationis reuertitur ad primum Iudicem à quo si ab eius interlocutoria fuerit appellatum, ita dicit statutum, cuius praxim tradit Lucas Petus lib. 5. cap. 7. per totum. Non enim dubitatur, quod potest quis in pronunciatione desertæ, vel reijciendæ : quia deserta non sit, nec reijcienda venit grauari, vt ab hoc grauamine audiatur appellans, vt per Corneum vbi supra. Sed dubitatur an à reiectione appellans sit indistinctè audiendus, & quidem si cognouerit Iudex appellationis esse pronunciatum in causis in quibus de iure communi, vel ex dispositione statutorum appellatio non admittitur, tunc nec admittetur appellatio ab ipsius appellationis reiectione quin possit causa coram primò Iudice ad quem est reiecta in negocio principali agitari ne liceat indirectè, quod directè non est concessum, immò probibitum contra dispositionem text. in l. cum hi, §. si cum lis, ff. de transactio. in l. quod dictum ff. de pactis, & in l. athletas, §. prætor ait. ff. de ijs qui notan. infam. Crauetta in cons. 592. nu. 10. & in cons. 973. n. 27. Et ne quod vna via fieri non potest per aliam concedatur, c. cum quid. de reg. iur. in 6. Surd. in decis. 249. num. 9. Nam appellatione interposita, si appellans intra legitimum tempus eam non produxerit, aut productam non exercuerit, vel deseruerit iustè pronunciatur deserta, & reijcitur, & ab hac iusta pronuncia nō auditur appellans, quod etiam comprobatur in l. cum anteriorib. 5. §. illud, C. de tempo. & repar. appellatio.

latio, & in l. si contra, C. de appellat, & in lege quoniam, C. eodem Tempus autem exequendæ appellationis, quod fatalia appellant ex hoc nostro statuto cap. 81. est sex mensium, quod vtique de iure communi sanctum est l. 2. C. eodem quod idem sancitum est cum aliqua mutatione in d. l. cum anterioribus, C. eod. An autem vltra illud tempus ex aliqua rationabili causa audiatur appellans tradit text. in d. l. cum anterioribus, §. illud, per totum. C. eod. §. Appellationes Auth. de Iudicibus, & in §. 1. Auth. de ijs, qui ingred. ad appellat. Potest quidem appellans appellatione deserta intra tres post desertionem menses petere à Principe restitutionem, d. l. 2. §. quod si ita, C. de tempor. & repara. appellatio. Et si pendente appellatione vnus ex litigatoribus sit defunctus, haredes non tantum residuum temporis habebunt; sed etiam alios quatuor menses l. si vnus 6. C. si penden. appellatio. mors interue. Verum si appellatio in consistorium Principis sit introducta illius instantia erit perpetua, d. l. cum anterioribus, 5. §. si tamen, C. de tempor. & repar. appellatio. §. adhac. Auth. de appellatio. & intra quæ tempor. Baldus in consil. 212. libro 3. per text. in auth. sed lis, C. de tempor. & repar. appellatio. Et non currit si ita inter partes sit conuentum, d. l. cum anterioribus, §. fin. Regula enim est quod in omnibus causis tàm ciuilibus, quàm criminalibus instantia perit Doctor. in l. properandum, C. de Iudicijs; Quod procedit non solum in causis in quibus proceditur per viam actionis, vel accusationis, verum etiam vbi proceditur per viam inquisitionis Baldus in dicta lege properandum in princ. columna 3. Abbas in capitulo venerabilis. item vbi proceditur per officium Iudicis Abbas, in d. capit. venerabilis in fine, de Iudic. Item procedit in causis executiuis, & Instrumentalibus in quibus executio est parata. Roman. in consil. 174. Soccin. in consil. 95. lib. 1. Felyn. in d. capit. venerabilis in fine Alexand. in consil. 50. lib. 2. Iason. in d. l. properandum, colum. 2. circa finem, & procedit non solum coram Iudice ordinario verum etiam coram Delegato, dicta lege properandum ibi. Sed omnes Iudices. Et coram Arbitro quando tempus à partibus non fuit appositum, Specul. de Arbitris, §. Differt, colum. fin. ver. Item vt infra. Abbas in d. cap. venerabilis columna penult. Iason. in dicta lege properandum, columna 4. in 7. not. Secus est coram Arbitratore. Specul. & Abbas, vbi supra. Sed ista procedunt de iure Ciuili; secus de iure canonico, quia de iure Canonico instantia nunquam perit, d. capit. venerabilis & capit. fin. de Iudic. Doctor. in d. l. properandum post gloss. in verbo Triennij Alexand. in consil. 23. columna 1. libro 3. Corn. in consil. 210. in fine libro 4. Felyn. in dicto capitulo venerabilis, in princ. Vedr. lib. 3. capitulo 5. numero 1. & 6. Concil. Trident. sess. 24. capit. 20. de reformat. generali. Limita secundo quando causa agitatur in consistorio Principis per mox allegata facit Afflict. in decisio. 283. per Innoc. & Abbat. in capit. in causis, de re iudic. Limita 3. quando Iudex habet liberum arbitrium in procedendo, & sententiando; quia tunc non durat instantia post lapsa tempora, secus si haberet arbitrium in sententiando tantum, ita Bart. & Castren. in l. si in lege, in princ. ff. locati. Alexand. in consil. 50. colum. 3. lib. 2. & in l. qui Roma, §. Callimachus columna fin. ff. de verborum obligatione. Sed si per statutum, vel Principem est breuiata vlterius non durat. Bald. in d. l. properandum, columna 3. Abbas in d. capit. venerabilis, columna penultima, vbi Felyn. columna 6. Quod possit breuiari per statutum tenet Alexand. in consil. 42. lib. 3. Baldus in l. si cum ipse C. de excusatione tutorum & per rescriptum, est text. in cap. super eo il 2. & ibi Phil. & Abbas de appellatio. & in capit. de causis, de offic. delegat. Sed quando est breuiata per statutum incipit à die litis contestatæ sicut instantia iuris communis Alexand. in dicto consil. 42. columna 2. lib. 3. Bald. in auth. Clericus, colum. 2. ver. deinde quæritur, C. de episc. & Cleric. Sed quando est breuiata per rescriptum Principis, siue prorogata incipit à die præsentationis rescripti, dicto capitulo super eo. & ibi Philip. columna 2. in 4. not. Sed iusta causa excusat, vt instantia breuiata per statutum, vel rescriptum non pereat; & valet sententia postea lata secundum Baldum in dicta lege, sed cum ipse ff. de excusatione tutorum, Abbas in d. capit. venerabilis, columna 4. in fine, de Iudic. & in consil. 63. colum. 1. lib. 2. Alexand. in consil. 72. colum. 1. lib. 3. Limita 4. non perire quando instãtia fuit per Principem prorogata, vt quia erat prope finem, & princeps eã vltra tempus prorogauit, quia tunc ex prorogatione durat vltra tempus Pa. [illegible] de Sind. in ver. sententia cap. Limit. 5. non procedere in causis fiscalibus, vbi enim agitur de aliqua causa fiscali nunquam perit instãtia hoc est vbi agitur de tributis, seu functionibus publicis d. l. properandum in princip. ibi exceptis

Abbas

Abbas, in d.cap.venerabilis. colum.4. Afflict. in decisio.210. Limita 6. non procedere in caussis ecclesiarum; quia etiam si agitentur coram Iudice Laico, in eis tamen nunquam instantia perit, d. cap. venerabilis, de Iudic. vbi Abbas in colum.5. Afflict. d.decisio.210. Limita 7. nisi tempus fuerit per partes prorogatum per allegata supra. sed dubitatur an possit prorogari sicut potest breuiari per partes? Nam quia breuiatio tendit ad fauorem publicum, vt lites citius finiantur potest fieri per partes. Roman. in l.2. ff.de re iudic. Alexand. in d. l. properandum in princip. prorogatio vero quia tendit ad odium non vtique gloss. in l. 2. §.sed si Iudex, ff.de Iudic.gloss.Bart.Alexand. & Iason.in d.l. properandum, & dicunt non valere etiam facta cum iuramento, & appositione pœna. Bart. & Alexand. in l.Seius & Augerius. ff. ad l.falcid. Abbas, & Felyn.in d.cap.venerabilis. Alexand. in consil.138. colum.1. lib.2. Roman. in consil.174. Spec.de Iudice deleg. §.restat. ver. sed nunquid de tempore, & ibi Ioan. And. Quod secus est in instantia appellationis, clem.quamdiù, de appellatio. & in instantia abbreuiata per statutum; quae potest prorogari vsque ad triennium. Salycet. in d.l. properandum. Alexand. colum. 2. Iason colum. penult. Felyn. in d.cap. venerabilis. colum.4. in fine, ver.secunda declaratio. Vel abbreuiata per Principem. Doctor. in capit. de caussis alias in caussis, de offic.deleg. Felyn.in d.cap.venerabilis colum.4. in fine vel eius inferiorem, sed ab inferiore abbreuiata nō perit, sed finito tempore reuertitur ad eum; qui potest ex eisdem actis pronunciare Bald. in d.l.properandum, §. sin autem in fine. Felyn. in cap.de caussis, colum.1. in princ. de offic. delegat. Limita 8. nisi Iudex propè finem instantiae moreretur decesserit absfuerit, vel mutatus fuerit. Nam eius successori datur alius annus de iure communi, d. l. properandum. §. sin autem in medio. Limita nono non perire instantiam in emergentibus ante litem contestatam. Guliel. de Cuneo. in d. l. properandum quem sequitur Iason. colum.2. Bald. in l. & post edictum, §.penult. in fine, ff.de Iudic. Capic.decisio. 11. in causa Federici Limita 9. non procedere quando quis facto Aduersarij esset impeditus expeditionem causae reportare. Bart. in l. si cum ipse, ff.de excusat.tutor. & ibi etiam Bald. Abbas, in consil.19. colum.1.lib.2. Alexand.in addit. ad Bart. in d.l. si cum ipse, gloss.in l.intra vtile, ff. de minor. & est text. & ibi Bald. in l. fin. C. de adult. Grauat. ad Vestr. lib. 6. capit.fin.lit.penden. num. 25. Sed semper bene est protestari quod tempus non currat propter impedimentum; est enim ista protestatio valdè vtilis secundum Baldum, & Doctor. in d.l. properandum. §.sin autem. Felyn.in d. capit. venerabilis colum. 2. & 3. de Iudic. Alexand. in consil. 71. in princ. & colum.2. in fine lib. 5. Gayl. obseruatio. 141. numero 9. & 10. lib.1. Sed an idem erit si impedimentum caussetur facto Iudicis, vel Tertij? & dic quod non secundum communem, de qua per Alexand. & alios in d. §. sin autem vtraque Imol. in capitulo ex insinuatione de appellatio. Franc. in capit. ex ratione. columna 9. & 10. eodem Felyn. in dicto capitulo venerabilis, colum. 2. & 3. Bart. & Bald.in auth. item si in appellatione, C. de tempor. appellatio. Soccin. in consil. 31. colum.4.libro 1. Luc. de Pen. in l.2. columna antepenultima, & penult. C. de naufr. lib.11. Sed bonum est protestari propter restitutionem facilius obtinendam, vt per Bart. & Bald. in d.auth. Item si in appellatione, quae est à Principe obtinenda, causae autem ex quibus Princeps illam concedit enumerantur per Paris. de Synd. in ver. sententia, capit. restat vnum. colum.1. circa finem, & sequen. & quando est peremptio caussata facto Aduersarij Iudicis, seu Tertij conceditur sine clausula refectis expensis; vt dicit Paris. vbi supra. Sed quando causa est colorata, vel non conceditur, aut conceditur cum clausula refectis expensis per impetrantem Paris. vbi supra. Afflict. in decisio. 11. & in decisio.206. etsi in concessione non fuit dictum intelligitur, quia debet intelligi sine praeiudicio tertij l.2. §. meritò, & §. si quis à principe, ff. ne quid in loco publ. nisi appareat de aliqua iusta causa Afflict.decisio.70. Limita 10. non procedere in ea causa, quae cum Principe est communicanda, et ab eo expectandum responsum, donec enim eius responsum expectatur instantia non currit. Luc.de Penna, in l.1.colum.8. C.de naufrag. libro 11. Quod idem est quando Iudex fuit inbibitus ab alio, & disputatur de iurisdictione; donec enim durat inbibitio non currit instantia, cap. tuam de ordine cognit. Abb. in cap. venerabilis colum.4. ver. ex hoc arguo. de Iudic. & videtur text. in l.intra vtile, ff. de minoribus. Limita 11. non procedere quando aliquis impeditur agere impedimento iuris, vt puta quia Reus conuentus est effectus priuilegiatus, vt non possit conueniri, vtputa quia fit effectus Conseruator Vrbis, seu Caput Rionis. Interim enim durante tali priuilegio instantia

non currit Baldus in l. quoties, C. de precibus. Imper. offeren. Aret. in cons. 100. in princ. Limita 12. quando processus est conclusus, & transmissus ad Consilium sapientis, quia donec stat penes Consultorem instantia non currit. Sed res est dubia, vt per Felyn. in c. cum venerabilis, colum. 17. ver. fallit tertio. de exceptio. Castren. in l. 1. C. de relat. Quando enim eligitur Consultor in locum Iudicis suspecti allegati vigore statuti, cap. 185. tunc tempora à die petitionis Consultoris, vsque ad diem acceptationis officij consulendi in fatalibus non computantur ita dict. statutum in d. cap. 185. in fine, de quo Lucas Petus lib. 5. cap. 10. Limita 13. quando instantia perempta partes de consensu repetunt omnia acta vnico contextu; quia per talem reepilogationem actorum possunt instantiam peremptam restaurare, & postea habebitur ac si perempta non fuisset. Bart. in d. l. properandum, vbi etiam Alexand. colum. 4. in fine. Bart. in l. Seius, & Augerius, ff. ad l. falcid. & in l. quæ omnia, & in l. mutari, ff. de procurat. Felyn. in cap. venerabilis, colum. 5. ver. quarta declaratio. de Iudicijs. Imol. in capit. de causis de offic. deleg. Soccin. in consil. 31. colum. 5. in princ. lib. 1. Et in summa instantia perempta instauratur quatuor modis. Primò per Principem vt dixi supra. Secundò modo per restitutionem in integrum. Tertiò modo per reepilogationem, vt pariter dixi supra. Quartò modo per inchoationem causæ de nouo; quia perempta instantia non perit causa, neque ius partis, sed potest actor de nouo causam incipere, & nouam instantiam fabricare, d. l. properandum, §. fin. & ibi gloss. in verbo vigorem, & Doctor. C. de Iudicijs. Bart. in l. petendæ, C. de tempor. in integr. restitut. & hoc modo tenetur actor indistinctè ante omnia reficere expensas. Afflict. decisio. 7. Baldus in d. l. properandum, §. illo in fine. Lanfranc. in cap. quoniam contra. in fine de probat. Verum accusator non potest instantia perempta de nouo accusare. Alexand. in d. l. properandum, §. fin. vbi etiam Salycetus, Bald. in l. abolitionem, C. de adult. Ioan. de Anania in cap. licet colum. fin. de accusat. etiam quod accusator offerat expensas. Salyc. in l. 1. C. vt infra certum tempor. l. si is, & l. fin. C. ad Turpill. Capic. decisio. 206.

Data tamen prius, Verba ista important conditionem. Alciat. in l. cum quærebatur 240. ff. de verborum significatione cum alijs allegatis per nos in tract. de condit. parte 1. cap. 89. num. 21. Quid si sit facta executio post declaratam causam desertam, vel appellationem reijciendam, & appellatum sit, & non sit data per petentem executionem cautio ante executionem ipsam, an executio tanquam nulla sit reuocanda, & videtur quod sic propter appellationem à desertione, seu reiectione appellationis interpositam, quia hoc in casu statutum vult, quod petens executionem prius idoneè caueat, qua forma non seruata actus corruit, glo. in capit. 1. in verbo vocationem, & ibi Baldus de Milite Vassallo. qui con. est idem Baldus in l. 2. colum. fin. C. quomodo, & quan. Iudex. Alexand. in consil. 42. num. 26. lib. 1. & in consil. 41. num. 12. lib. 1. Felyn. in cap. fin. colum. 1. de probatio. Iason. in consil. 191. colum. 2. lib. 2. nam per illa verba conditionalia, data tamen prius &c. Statutum inducit formam præcisè seruandam; vt sæpe dixi, et probant allegati per nos de condit. par. 1. cap. 88. num. 7. & per totum. Contrariũ tamen iudicaui de voto D. Dominici Neruccij, quod scilicet in proposito casu exequutio substinentur data cautione post executionem in continenti, quia parua mora in casu isto ei visa fuit excusabilis, & potuit secundum eum celeri satisfactione purgari, Soccin. iun. in cons. 115. num. 21. libro 2. cum alijs latè citatis per Surdum in decisio. 221. num. 24. Siuè enim prius, siuè Paulo post executionem quis caueat est huic statuto satisfactum. Nam in leuibus nõ intelligitur propter hoc Iudex præuaricator statutorum argum. l. 1. ff. de ventre inspic. l. quamuis, ff. de conditio. & demonstrat. l. cui Deus, ff. de edilit. edict. Bald. de Syndicatu num. 60. forma ab hoc statuto tradita non requiritur vbi fuit actum vigore obligationis in forma cameræ vt infra. c. 177. & de stylo mihi testatus est D. Alexander Poggius in omni foro Vrbis versatus; à quo expectamus tractatum de process. executiu. A pronuncia appellationis desertæ, vel reiectæ datur appellatio, quia, & si interlocutoria sit, habet vim diffinitiuæ. Bald. in l. 2. C. de episc. audie. l. intra vtile. ff. de minor. effectus enim desertionis appellationis plures sunt. Primus itaq; est, quia deserta appellatione sententia in causa lata à primo Iudice rata manet præcedente tamen Iudicis ad quem declaratione desertionis. l. præses. C. quomo. & quan. Iudex. Bald. in cons. 338. lib. 3. Guido Papæ in cons. 77. dub. 4. Secundus effectus est, quod Iudex ad quem; appellatione deserta, nullam habet iurisdictionem in causa principali, Bald. in tit. quo temp. Miles. §. fin. & in cons. 20. lib. 1. Guido Pap. d. cons. 77. nu. 5. Immò tunc, nec de nullitate

litate potest cognoscere. Guid. Pap. in con. 10. Cag. in l. 2. q. 166. C. de pac. inter emp. Brun. cons. 50. n. 8. Sed eam ad ordinarium remittet. Anchar. in cons. 345. Tertius effectus est, quia appellatione deserta, appellans non habet tempus, quod dari solet iudicatis. l. quoniam. C. de appellat. Alex. in cons. 61. lib. 3. Ias. in l. debitoribus. limita 4. ff. de re iudic. Quartus effectus est, quod desertio fingit retro omnia subsistere. Bal. in l. furtum. §. 1. n. 2. ff. de ijs qui notan. infam. Quintus effectus est, quia appellans, appellatione deserta debet cōdemnari in expēsis ipsius desertionis. c. ex parte. 2. de rescript. c. cum appellat. eod. in 6. Federic. de Senis in cons. 133. Guid. Pap. in cons. 48. col. 2. Verum in dubio appellatio non præsumitur deserta. Ias. in l. 1. not. 6. ff. si quis cautio. Dec. in cons. 34. num. 5.

Vt à sententijs Syndicorum non appelletur. Cap. CLXXVII.

A Sententijs latis per Iudices electos ad syndicandum Senatorem & Iudices, eiusq; officiales, Cōseruatores, & alios Officiales quocunq; nulla recipiatur appellatio; sed vnica sententia rem faciat iudicatam.

Vt à Sententijs Syndicorum non appelletur. Cap. 177. Gloss.

Supra c. 13. dictū est, de syndicatu Senatoris, & aliorum officialium; Verum quia isti tandem suam proferunt sententiam, vel absolutoriā, vel condemnatoriam, huius occasione dubitatur an ab ea liceat appellare: & cōmunis regula est quod omnis grauatus valeat appellare. l. & in maiore. C. de appellat. l. 1. ff. eod. c. omnis oppressus. 2. q. 6. glo. in l. qui restituere. ff. de rei vindic. Bald. in rubr. C. de appellat. in contrarium est tex. in l. nulli. C. quor. appel. non recip. vbi Doct. & Cyn. ita eā legem intellexit; quod Bart. intelligit quando est condemnatus pro delicto cōmisso in officio; & ita firmare videtur. Paris de Puteo in tractatu de syndicatu in verbo appellatio, n. 16. & seq. Quod eo magis procedere debet, stante statuto prohibēte appellare à sententijs syndicorum; quia ligat etiā officialem forensem ratione delicti in officio commissi, auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine [illegible] quod [illegible] intelligi debet de appellatione friuola. Bald. in l. fin. C. de senten. per tex. in [illegible] debitum honor. de appell. Bart. in l. 1. ff. [illegible] & in l. [illegible] ff. [illegible] quibus appellare non licet. Paris de Puteo de syndicat. in ver. An si statuto, n. 1. & 2. illa enim non iusta appellatio censetur à statuto prohibita; Item stante hoc statuto prohibente appellare intelligitur à diffinitiua, nō enim ab interlocutoria; quia ab ea appellabitur, cum causa legitima, Bal. in l. incerti. de interdic. Innoc. in c. significauerunt. de testibus. Bal. in c. 1. de milite vassallo, vt puta quia syndicus non velit probationes recipere; nam ex hoc datur appellatio. d. c. significauerunt. de testibus. Paris de Puteo vbi supra, in verbo, an stante dicto statuto, & Amodeus de Castello de syndicatu, n. 236. & seq. firmat indistinctè non posse appellare officialem condemnatum pro delictis cōmissis in officio per tex. in d. l. nulli, & per Specul. de appell. §. in quibus. ver. tertio nota: quod tamen limita ex dictis supra in d. c. 13. in fine. Sed quid si officialis cōueniatur, quia pupillo, vel Minori Tutorē, & Curatorem non dedit; vel dedit minus idoneū, & satisdationem non suscepit, vel suscepit minus idoneam, ex quibus pupillo, vel minori damnū euenerit, an de illo damno teneatur in syndicatu? & dic quod sic per tex. in l. in magistratu. C. de magis conuenien. in l. 1. §. in magistratibus. ff. eod. l. 3. C. eod. l. tutores. 3. in fin. ff. de confir. tutor. §. sciendum. instit. de satisd. tutor. d. l. 1. §. si magistratus. ff. de magistr. conuenien. §. nos autem. instit. de attil. tutor. l. 1. §. fin. C. de tutor. illustr. persona. l. vlt. C. de magistr. conuenien. limita & declara vt in §. fin. instit. de satisd. & in l. 1. §. neq; prætor. ff. de magistr. conue. & in §. sf præses. tenetur etiam, qui approbat satisdationem tutoris, & curatoris electi. d. l. 1. §. [illegible] ff. de mag. conue. & in l. vltim. C. eod. Sed sunt prius discutiendi tutores, curatores, fideiussores, & approbatores, quā officiales. l. 2. & l. aduersus. 4. C. de magis. conuenien. qui quidem officialis si fecerit omnia, quæ ad se pertinebant in dando tutore, & curatore; tunc enim quamuis postea soluendo esse desierit, tamē erit extra periculum. l. 1. §. si magistratus. & l. quod ad hæredem. 6. §. vero. tamen. ff. eod. Et actio hæc competit pupillis, minoribus; & eorum hæredibus, & curatoris; qui soluit præcedentes. d. l. [illegible] non tantum. ff. de magistrat. conuenien. l. 2. ff. eod. contra officialem, & eius hæredes. d. l. 1. in magistratus. 3. & [illegible] similiter [illegible] eod. l. 2. C. eod. Item cōtra [illegible] officialis [illegible] ciuili [illegible] fin. ff. [illegible] fideiussores nominatoresq; officiales [illegible] leges d. l. 1. §. [illegible] Sed si in quibus officiales ad quos spectat [illegible] prouiderit [illegible] C. [illegible] cōue. [illegible] in magistratus ff. eod. [illegible] soli-

solidum gesserit. d. l. 1. §. si inter. cui autem incũbat onus probãdi vtrum fideiussores tempore quo dati sint essent idonei, vel ne: tradit tex. in d. l. 1. §. si magistratus. vers. probatio autem vbi dicit spectare ad officialem probare tunc fuisse idoneum; non autem ad pupillum; nec minorem, nec sufficit officiali dedisse tutorem idoneum; nisi & idoneum fideiussorem ab eo exegerit. d. §. si magistratus. Et sicut Deus stetit in Synagoga Deorum; in medio autem Deos dijudicat. Psal. 81. ita sedens in medio eorum indicabis iustitias. Iudicate itaq; Egeno, & Pupillo: humilem, & pauperem iustificate. eod. Psalm. 81.

De appellatione, & reductione à sententijs Arbitrorum & Arbitratorum.

Cap. CLXXVIII.

A Sententijs Arbitrorum intra decem dies appellare, & de nullitate dicere liceat: & similiter à laudis Arbitratorum intra eosdem decem dies liceat de nullitate dicere & petere reductionem ad arbitrium boni viri. Quæ omnes causæ intra tres menses terminentur: quibus elapsis prima sententia, arbitrium siue laudum firmum remaneat.

De appellatione, & reductione à sententijs Arbitrorum, & Arbitratorum.

Cap. 178. Gloss.

Supra c. 100. in fine ver. an autem à sententia diximus ab arbitrio necessario data à Iudice vigore statuti appellationem concedi, hoc nostro statuto. A sententijs Arbitrorum intra decẽ dies appellare; & de nullitate dicere licet, & similiter à laudis arbitratorũ intra eosdem decem dies licèt de nullitate dicere, & petere reductionem ad arbitrium boni viri, qui quidem decem dies incipiunt currere à die latæ sententiæ, si pars fuerit citata; si non fuerit citata die scientiæ. Corn. in cons. 17. col. 4. lib. 4. Crau. de antiq. temp. par. 2. n. 2. Gayl. obser. 140. lib. 1. huius occasione dubitatur an hoc statutum licentiã appellandi, ac reductionem ad arbitriũ boni viri petendi concedens procedat nõ solum in sententia Arbitri necessarij vigore dicti statuti c. 100. à Iudice dati, sed & etiam in sententia Arbitri voluntarij: & quidẽ de iure à sententia Arbitri voluntarij non auditur appellans, sed conceditur restitutio in integrũ per allegata supra in d. c. 100. d. ver. An autem à sententia. Vnde cũ in d. c. 100. nihil de appellatione à sententia Arbitri dispositũ legatur, credendum est hoc statutum licentiã appellandi à sententia Arbitri concedens intelligere de ea sententia; quæ lata fuit ab arbitrio necessario vigore d. statuti c. 100. à Iudice data, sicut enim ibi statutũ loquitur de Arbitris necessarijs, ita credendum est quod hoc statutum loquatur de appellationibus interponendis, à sententijs Arbitrorũ vtiq; necessariorum; quia vnũ statutum ab alio interpretatur, suppletur, & declaratur. Bero. in cons. 110. n. 17. lib. 3. Dec. in cons. 42. n. 3. & 13. in cons. 553. n. 2. Socc. in con. 242. n. 9. lib. 2. Bru. de statut. art. 5. q. 3. & q. 10. Alciat. in cons. 59. n. 10. ver. Secundo respõdeo. Rol. in cons. 62. n. 30. lib. 3. Ruyn. in cons. 201. n. 5. lib. 1. & in cons. 8. n. 12. lib. 5. Ancbar. Iun. in q. 26. n. 8. lib. 1. Verum si super Instrumentis fuerit factum compromissum, & datum laudum tatenus conceditur ab eo appellatio, quatenus contra eos est laudatũ; in eo verò quod super eis non est laudatum remanent in suo statu. Alex. in cons. 21. in princ. lib. 1. Fely. in c. cum olim. in fin. de præsumpt. Rota diuer. in decis. 171. par. 2. & cum laudum datũ fit ad executionem alicuius instrumenti; secundum eundem instrumentũ intelligi debet, ad cuius executionem fuit prolatum, vt declarat Corn. in con. 37. col. 5. ver. nec huic. lib. 3. facit Bart. in l. si fundus. §. in vendit. ff. de pignor. Cepoll. in con. 57 col. 5. in princ. Sed laudum ab arbitro siue voluntario, siue necessario latum propter enormem læsionem, ac nullitatem; quamuis iuratum rescinditur per reductionem ad Arbitrium boni viri petita prius iuramenti absolutione. Felyn. in c. ex transmissa, col. 1. de præscript. Doct. in c. quintauallis. de iure iur. Las. in l. quidam. col. 8. ff. de verb. oblig. Fely. in c. si diligenti. de for. comp. & in c. fin. de maior. & obed. Soccin. in cons. 220. in cons. 283. & in cons. 299. lib. 2. Gratus in cons. 118. nu. 18. lib. 2. huius opinionis fuit etiam ante allegatos Io. Andr. in addit. ad Spec. de arbitr. §. fin. vex. quid si factum fit. Oldrad. in cons. 156. Guid. Pap. decis. 519. cum alijs allegatis per Seraph. de priuil. iuram. priuil. 83. nu. 100. & in priuileg. 136. nu. 4. & sequen. testatur de communi, quod procedit etiã si per statutum sit prohibitum appellare, & reductionem petere. Abb. in cons. 44. par. 1. Sed si fuerit à sententia, siue laudo appellatum, an liceat appellanti sua appellationi renunciare inuito appellato: & est distinguendum. Aut enim per Iudicem appellationi est delatum; aut

aut non, & primò casu appellationi renunciari non potest per partes, secundo verò casu potest renunciari, & ad Iudicem reuerti, vt per Cynum in l. omnem honorem, ver. modo quaro, Salycet. nu. 3. ver. quaro C. quan. prouoc. non est neces. Dec. in l. penult. nu. 18. C. de pactis Rota in nouis decis. 49. alias 363. nu. 1. de appellat. & diuersorum in decis. 170. num. 4. par. 1. Tiraquel. de retract. lignag. ad finem nu. 25. Crauett. in cons. 80. n. 10. facit quod notat. Abb. in c. ex conquestione. nu. 11. & sequen. de restit. spoliat. Fely. in c. ex parte nu. 4. & 5. de rescriptis, dicit posse renunciari ante citationem partis, idem dicit Maranta in 6. parte actu 2. num. 331. Osas. decis. 131. n. 12. & 13. Cummnia ritu 88. nu. 93. Idem erit si appellatio ex speciali fauore concedatur. Vrsill. ad Afflict. in decis. 83. nu. 3. Sed si appellatus non obstãte renunciatione appellantis voluerit causam prosequi; & ideo pro ea prosequenda fecerit plures expensas, an ad eas appellans quamuis appellationi renunciauerit nihilominus teneatur; & puto esse similiter distinguendum videlicet; aut sumus in casu in quo non potuit renunciare, quia per Iudicem appellationi fuit delatum, & tenebitur ad expensas prosecutionis facta per appellatum; quia est in eius arbitrio acceptare renunciationem, & causam non prosequi, & illam non acceptare; & causam prosequi; qua culpa appellantis est deuoluta, & pendet indecisa coram Iudice ad quem; vt eius dãno, & sumptibus possit terminari. c. damnum. 86. vbi Dyn. de reg. iur. in 6. faciunt allegata infra c. vlt. ver. sed quid si fuerit liti.

Si sumus in casu in quo appellans potuit renunciare appellationi: quia Iudex à quo appellationi non detulit; & tunc appellatus non potest vlterius prosequi causam coram Iudice appellationis, & si prosequetur nulliter, & iniuste actum erit, & ipse tenebitur ad expensas factas in prosequutione; quia potest à Iudice, qui pro eo sententiam tulit, si ille ordinarius sit; sententia executionem obtinere. c. quod ad consultationem. de re iudic. l. à diuo pio. in princ. & ibi Bart. ff. de re iudic. l. properandum. §. sin autem. C. de iudic. cũ alijs allegatis in tract. de differentijs in diuiduorum vtriusq; iuris in ver. iudex ordinarius ver. 18. differunt.

De appellatione à confessione debiti. Cap. CLXXIX.

A Confessione debiti, seu mandati relaxatione, in vim obligationis in forma Cameræ, appellare non liceat, ad effectum impediendi executionem; sed tantum ad effectum deuoluendi cognitionem ad Iudicem Appellationum: qua deuolutione nõ obstante, ad executionem dictæ confessionis procedatur; & nihilominus de dicta appellatione per Iudicem præfatum intra legitima supra præstituta tempora cognoscatur.

De appellatione à confessione debiti. Cap. 179. Gloss.

Confessio est duplex vna iudicialis, extraiudicialis altera, iudicialis est, illa quæ fit in iudicio, & in ciuilibus habet vim sententiæ, & rei iudicatæ, vt aliud non expectet, nisi præceptum de soluendo. l. vnica. C. de confessis. l. 1. l. iulianus. 3. l. certum. 6. §. si alia. ff. eod. l. 1. §. fin. l. si quis 7. & l. si quis. 8. ff. de interrog. act. & ideo a confessione debiti statutum negat appellationem suspensiuam, quod idem facit ius commune. l. ad solutionem 5. C. de re iudic. l. tale pactum. 40. §. 1. ff. de pactis. l. abstinendum. 4. C. quor. appel. non recipi. l. & publicarum. 8. C. eodem. Bart. Bald. Salicet. & Paul. de Castr. in l. 2. C. eod. c. cum speciali. §. porro. de appellat. c. quicumq; 2. q. 6. Rot. decis. 98. num. 1. par. 1. diuersorum. Et partes Iudicis in iudicialiter confessis sunt dare terminum ad soluendum. l. certum. 6. §. si alia quacumq; ff. de confessis. l. si debitori. 21. ff. de iudicijs l. debitoribus. 31. ff. de re iudic. ipsoq; termino elapso in exequendo. l. 1. ff. & C. de confessis. Soccin. Iun. in consil. 11. nu. 4. lib. 2. Maranta par. 6. de confessione. nu. 21. Rota in nouis. decis. 425. Rom. in cons. 391. Ias. in l. fin. nu. 39. ff. de verbor. obligat. & in l. imperator. nu. 10. ff. de legat. 1. latè Mascard. in conclus. 344. & in concl. 348. Rota diuer. d. decis. 98. & aduersus eos ex sua confessione actio datur vsq; ad finalem executionem sine intermedio appellationis, vt probant allegata iura. limita. 1. nisi alius quam is, qui ex confessione conuenitur, confessus sit, Paris. cons. 19. nu. 6. lib. 3. per tex. in l. seia. ff. ad Velleian. Mascard. conclus. 386. declara, vt per Rotam diuer. in decis. 496. nu. 1. par. 1. & decis. 9. nu. 6. par. 2. & si ille procurator, tutor, curator, aut defensor eius fuerit. d. l. certum. 6. §. sed an & ipsos. ff. de confess. l. vlt. in princ. ff. de act. & oblig. Sed ipsi confitentes tenentur Aduersario. l. si sine. §. celsus. ff. de interrogat. in iure facie. l. proinde. 29. §. si procurator. ff. ad l. Aquil. sed intelligitur de confessione extraiudiciali,

iudiciali; Nam iudicialis procuratoris confessio praiudicat Domino. glo. in c. 1. in verbo, non negauit, de postul. prælator. glo. in c. suborta. de re iudic. Oldrad. cons. 126. Spec. de confessis. §. nunc videndum. ver. sed nunquid confessio Procuratoris. Rota in nouis decis. 374. Belam. in decis. 164. decis. 374. & decis. 695. Sed dominus quouis tempore ante sententiam, dummodo probet factum per errorem eam poterit reuocare, Rota in antiquis decis. 506. per notata in c. eum in positionibus. de iure iur. in 6. & in nouis. decis. 260. & in decis. 60. Dec. in cons. 493. nu. 29. de qua re latè, Mascard. conclus. 369. confessio procuratoris, Rota diuer. decis. 613. nu. 9. par. 1. dicit posse reuocari etiam non docto de errore, & allegat Rotam in decis. 2. de cõfessis, & in decis. 19. de procurat. in nouis, & in decis. 32. de testibus in antiquis, tutoris verò curatoris, & executoris confessio in iudicio, vtiq; praiudicat, Rom. in cons. 389. nu. 3. extraiudicium non præiudicat; vt dixi, & probant allegati per Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glo. 6. nu. 12. quod idem voluerunt Bart. Bald. Fulgos. Roma. Castren. Alex. Socein. & Ias. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. Federic. de Seuis in cons. 54. Bald. in cons. 123. lib. 3. & in cons. 187. eod. lib. 3. Aneh. in cons. 57. Rom. in cons. 352. Castren. in cons. 186. lib. 1. Fulgos. in cons. 209. Soccin. in cons. 3. lib. 2. Alex. in cons. 132. col. 2. lib. 4. Aret. in cons. 4. Guid. Pap. sing. 650. Dec. in cons. 196. ver. tertio non obstat. & in cons. 493. ver. & ideo. Ruy. cons. 70. n. 2. lib. 4. intellige, & declara; vt per Rotam diuer. in decis. 177. nu. 1. & 2. par. 2. Limita secundo nisi pupillus sit confessus. d. l. certum. 6. §. in pupillo. ff. de confessis; quod intellige sine tutoris auctoritate d. §. in pupillo. & l. clarum. C. de actor. præst. Roma. in cons. 257. num. 3. est enim pupillus ipso iure tutus ab omni praiudicio. c. paruuli. 22. q. 5. Speculat. de confessis. §. sequitur. in princ. & de restit. in integ. §. 2. Bart. in l. 1. col. penult. ver. oppono. C. de confessis. Doctor. omnes in d. §. in pupillo. Confessio verò minoris valet etiam sine auctoritate curatoris. d. l. certum. 6. §. vlt. ff. de confessis. l. si ex causa iudicati. §. 2. ff. de minor. Specul. d. §. sequitur. de confessis. in princ. Dyn. cons. 38. Bart. in l. 1. col. penult. C. de confess. Sed ei datur restitutio in integrum d. l. certum. 6. §. minorem. ff. de confess. Specul. d. tit. de confessis §. sequitur. in fin. & alij supra allegati, & facta in criminalibus à minore non valet nisi in tormentis d. l. clarum. vbi Cyn. & Bald. in 2. notab. C. de auct. præst. Bald. ad Specul. de confessis. ver. nota quod in criminali. Abb. in c. ex parte. col. 3. ver. ex his infertur. de confessis & c. fin. eod. Dũmodo causæ grauiores nõ sint. Mar. cons. 26. n. 9. Doct. in d. l. clarum. idẽ Mar. in cons. 130. n. 22. Angel. de malefic. in ver. comparent dicti inquisiti. ver. nec non sit bene cautus. infr. lib. 2. c. 11. Limita 3. nisi id quod quis est confessus, nec ius nec natura admittat. l. si is. 14. §. fin. ff. de interrog. in iure facië. exemplo. l. cõfessionibus. 13. §. fin. & in princ. l. si seruus. 16. §. fin. & in princ. ff. eod. Bart. in l. ornamentorum. ff. de auro, & argen. legato. Hercula. de negatiua. nu. 198. ver. 13. fallit. l. vnica. C. de confessis vbi glo. in ver. soluere. ibi sed cum ius, & natura non respuit, Crauetta in cõs. 29. nu. 2. & in cons. 48. nu. 7. quod idem erit quando contra eam fuerit iudicatum. Innocen. in c. mulieri. de iure iur. Marsil. in sing. 252. Rota diuer. in discursu post decis. 310. nu. 1. & 2. par. 2. Limita 4. nisi confessio veritate in contrarium probata, falsa appareat. l. cum falsa. C. de iuris & facti ignor. Dec. in cons. 536. num. 10. amplia, limita, & declara, vt per Mascar. in conclus. 384. & in specie limita in confessione falsa iudiciali scienter facta. d. l. certum. §. 1. ff. de confessis. glo. in d. l. cum falsa. vbi Bart. n. 10. idem Bar. in l. iura. C. de omn. agr. deser. lib. 11. Mascar. vbi supra. n. 9. & est tex. in l. si is. 4. ff. de confess. in l. de ætate. 11. §. 1. ff. de interrog. in iure facië. & in §. 2. & in l. si filius. 12. ff. eod. Secus enim erit in confessione falsa per errorem, & ignorantiam in iudicio emissa. l. 2. ff. de confes. d. l. de ætate. 11. §. ex causa. ff. de interrog. in iure facië. & in §. iusso. & in §. fin. l. cum fideiussorem. 7. ff. de confess. l. cum testamento. 8. C. de iuris & facti ignor. l. non idcirco. 9. C. eod. l. non epistolis. 13. C. de probat. l. error. C. de iuris, & facti ignor. Non enim fatetur qui errat. l. non fatetur. ff. de confessis. Doct. in c. fin. eod. Bart. in l. capite quinto ff. ad l. iul. de adulter. & talis confessio erronea potest reuocari. Ias. in l. 1. col. 2. ver. tertio subtilius. C. de errore calculi. l. sed si me putem. & ibi Doct. ff. de condict. indeb. l. cum falsa, & l. post diuisionem. C. de iuris, & facti ignor. l. cũ de indebito. ff. de probat. Curtius in cons. 69. n. 8. ver. quia videmus, & si sæpius fuit repetita; vel iurata; & sit erratum in facto, vel in iure, dummodo constet de errore. Dec. in cons. 408. Rom. cons. 391. Ruy. cons. 10. lib. 3. Paris. cons. 131. nu. 35. Hercul. de negatiua. nu. 198. ver. 16. fallit Castren. in l. si post diuisionem. C. de iuris, & fa-

&fa-

& facti ignor. d. l. non fatetur. ff. de confessis vbi Bart. Crauetta de antiquit. tempo. par. 1. in ver. propositum nostrum. nu. 56. Corn. in conf. 250. col. fin. lib. 4. Bero. in conf. 87. n. 11. lib. 2. & in conf. 152. num. 8. lib. 3. docet quomodo cognoscatur erronea, Rota diuer. decis. 83. nu. 2. par. 1. sed si per latam culpam, vel dolo proximam sit erratum praeiudicat d. l. de aetate. 11. §. qui iusso. in fine. ff. de interrogat. in iure facie. Limita 5. nisi ad id quod quis se fecisse confessus est factum non sit, nec ab eo quo falso confessus est, nec ab alio. exemplo. l. vnde Neratius 21. §. fin. cum l. sequen. ff. ad l. Aquil. d. l. si is. 4. ibi si tamen. ff. de confessis pro qua faciunt allegati superius, & exemplum eorum quos allegat Mascard. in conclus. 354. per totam. Limita 6. nisi incertum sit id; quod quis est confessus. d. l. certum. 6. in princ. vbi glos. & Doct. ff. de confessis, Rota diuer. decis. 131. n. 2. 4. & 6. par. 1. & decis. 462. nu. 1. par. 1. Sed vrgere potest hoc in casu, vt certum confiteatur. d. l. certum. 6. §. si quis incertum. vbi glos. & Doct. ff. de confessis. Limita 7. nisi non simpliciter facta sit confessio, sed qualificate; quo in casu est distinguendum, vt per Abb. in cap. bonae il 2. col. penult. de post. prelat. & per Cor. in conf. 94. col. 2. & 3. lib. 3. post Bart. in l. Aurelius. §. idem quae sit. ff. de liber. leg. quos sequitur, & alios citat Maranta par. 6. de confessione. n. 27. fo. 394. Rota diuer. decis. 802. n. 1. par. 1. Confessio extraiudicialis, aut fit sine scriptura, illaq; aut parte praesente coram testibus, aut parte absente testibus audientibus, & de illa deponentibus, aut fit in scriptura, vt puta in instrumento, testamento in precibus; & illa vtiq; fit, aut presente parte, aut absente, de quibus singulariter inspiciamus. Extraiudicialis sine scriptura parte praesente, coram testibus probat, & releuat ab onere probandi. l. publia meuia. §. fin. ff. de probat l. generaliter in fine. vbi Doct. C. de non numer. pecu. Bald. in l. 1. nu. 4. C. ne ex delicto defunc. & in l. quoniam. nu. 7. in fin. ff. de his qui not. in infam. Soccin. in conf. 228. nu. 9. lib. 2. Crauetta in conf. 267. n. 1. Imol. in conf. 138. col. 2. Alex. in conf. 53. col. 1. lib. 1. & in conf. 19. lib. 4. & in conf. 76. lib. 6. per tex. in l. cum te. la. 2. C. de transact. in l. fin. C. de fideicommis. & in c. per tuas. de probat. & pars dicitur praesens etiam quando pro ea adest procurator, nuncius, vel negociorū gestor. ad. l. certum. 6. §. si quis absente ibi certe procuratorem, ff. de confessis. Crauetta in conf. 272. nu. 16. Aret. in conf. 64. col. 1. ver. secundum patet. Sed vt probet oportet, quod à parte praesente, seu procuratore pro ea acceptetur; & confitentem obliget. Cyn. in d. l. 1. quaest. 6. C. de confessis. vbi Salycet. in 15. opposit. & in l. iubemus. C. de liber. caus. & in l. generaliter. q. 6. C. de non numer. pecun. Bald. in auth. quod obtinet. C. de probat. Dec. in conf. 146. col. 1. Alex. in conf. 20. num. 1. lib. 4. Aret. conf. 26. Curt. conf. 78. Curt. Iun. conf. 149. Soccin. reg. 73. controuertitur, limitatur, distinguitur, & declaratur per Mascardum in conclus. 346. per totam lib. 1. de probat. extraiudicialis sine scriptura parte absente testibus audientibus; ac de ea deponentibus, non probat. d. l. certum. 6. §. si quis absente. ff. de confessis. l. vlt. & ibi glo. ff. de interrogat. actio. glos. in l. cum de indebito, §. vlt. ff. de probat. Bald. in conf. 380. nu. 5. lib. 5. Ruyn. conf. 199. nu. 13. lib. 2. Natta in conf. 21. nu. 9. lib. 1. Paris. conf. 120. num. 4. lib. 1. Mars. sing. 339. Gabr. de confessis lib. 1. conclus. 1. controuertitur, limitatur, ampliatur, & distinguitur apud Fely. in c. si cautio. n. 25. de fide instrum. Gabriel. vbi supra, & apud Mascard. in conclus. 347. per totam vbi sub n. 1. ver. ab istorum ex Bald. in l. cum falsa in 1. oppos. C. de iuris, & fac. ignor. dicit transferre onus probandi contrarium in confitentem. verum emissa nun ad obligandum, sed ad probandum attenditur, & probat, & si facta sit parte absente Egid. decis. 692. Rota diuer. in decis. 121. nu. 29. & de aequitate canonica, pleuè probat, vt post Butr. Card. Imol. & Fely. in d. c. si cautio de fide instrumen. probat. Gabr. lib. 1. de confessis conclus. 1. nu. 46. & 47. sequitur, & cōmunem decisit Rota diuer. in decis. 4. nu. 1. par. 2.

Confessio extraiudicialis in scriptura, vt puta in instrumento, testamento; & in precibus, & similibus probat; vt in instrumento dicit Ias. in conf. 36. in princ. lib. 3. etiam parte absente. l. si desiderium. C. depositi, vbi Bald. Castren. in conf. 84. Cremen. sing. 104. Rota diuers. decis. 168. nu. 4. decis. 693. nu. 3. par. 1. & in decis. 604. nu. 5. par. 1. Surd. decis. 10. nu. 7. Mascard. conclus. 360. lib. 1. de probat. vbi ampliat, limitat, & declarat in testamento si sit iurata, vt in instrumento vtiq; probat contra confitentem, & si facta sit parte absente. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis ff. de leg. 3. Bald. in l. rationes. C. de probat. & in conf. 14. lib. 2. & in conf. 262. lib. 3. Ruy. in conf. 128. nu. 16. lib. 2. Aliàs sine iuramento substinetur in vim legati fauore absentis. Bart. in d. l. si quis decedens. d. §. codicillis. ff. de legat. 3. Bald. in l. non

l. non solum. §. si liberationis. ff. de liber. legat. Butr. & Abb. in c. si cautio vbi Fely. nu. 9. de fide instrume. & si nulla extent verba dispositũ legatum importantia. Cyn. post Petrum. in l. generaliter. q. 8. nu. 11. C. de non numer. pecu. vbi Castren. nu. 5. cum alijs allegatis per Surd. in decis. 250. nu. 1. & sequen. & decis. 285. nu. 5. Aret. cons. 64. Rota diuer. decis. 685. num. 7. par. 1. Mascard. conclus. 359. per totam. Item facta in precibus probat contra confitentem; vti facta in iudicio. l. cum precum vbi Bald. & Salyc. C. de liber. caus. l. 2. C. de instit. & subst. Oldrad. in cons. 292. Dec. in cons. 534. sub n. 4. Cuman. cons. 73. Imol. in cons. 127. quando preces fuerunt productæ. Soccin. in cons. 244. & cons. 41. col. pen. lib. 1. Rota diuer. in decis. 266. num. 4. par. 2. latè Mascard. in conclus. 368. per totã lib. 1. de probat. & n. 1. & 21.

A confessione debiti *est itaque intelligendum de simplici confessione facta in iudicio, per allegata in princ.: & illa dicitur, quæ fit coram Iudice pro tribunali sedente: Io. And. in addit. ad Specul. tit. depositio. §. 2. Abb. in c. at si clerici col. 2. vbi etiam Fely. de iudic. idem Abb. in c. fin. de confessis. glos. & Bart. in l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. si enim fieret coram Iudice in loco non Tribunali, non faceret fidem, nisi vt extraiudicialis. l. 1. C. de confes. Soccin. reg. 66. confessio. Idem si fieret coram Notario absente Iudice. Bart. in d. l. cum scimus. glo. & Bald. in l. iubemus. & in l. interrogatam. C. de liber. caus. Fely. in c. quoniam contra. col. 25. de probat. Calder. in cons. 2. Bart. in l. 4. §. hoc autem. in 6. & 7. oppos. ff. de dãno infecto. Alex. in l. si confessus. ff. de cust. reor. Afflict. decis. 245. col. 3. Non enim potest Notarius recipere confessionem, nisi Iudice præsente; vel committente, vt præiudicet confitenti. Afflic. vbi supra, & in decis. 324. nu. 15. & huius opinionis fuerunt Accur. Salicet. & Bald. in d. l. iubemus. C. de liber. caus. sed benè reputatur tanquam confessio extraiudicialis scripta in actis per Notarium Mantua in c. at si clerici. n. 25. col. 3. ver. contra. de iudic. quæ probat. c. Pisanos. de restit. spol. Innocen. in cap. qualiter, & quando. col. 2. ver. non negamus. de accusat. & ibi Felyn. Vant. de nullit. proces. tit. quibus modis senten. nulla repar. potest. nu. 126. & probatur. in c. 1. & 2. de accusat. in 6. sed non tantum quantum Iudicialis facta coram iudice Mascard. conclus. 357. in princ. & per totam. Nec est iudicialis illa quæ fit coram Iudice incompetente. arg. notatorum. in l. capite 5. ff. de adulter. Abb. & Fely. in d. c. at si clerici. de iudicijs. Bald. in l. omnes. C. de appellat. & in l. 1. col. vlt. C. de confessis. Ang. in l. magistratibus. ff. de iurisdic. omn. iudic. Dec. in d. c. at si clerici. Felyn. in d. c. qualiter, & quando. §. licet autem. nu. 9. 47. & 50. de accusat. amplia limita, & declara, vt per Mascard. in conclus. 352. lib. 1. de probat. Minus dicitur iudicialis illa quæ fit coram arbitratore, sed est extraiudicialis. Alex. in cons. 13. col. 3. cons. 96. col. 4. lib. 1. Roman. in cons. 306. Afflict. decis. 178. in 6. dubio. corã Arbitro est varietas inter Doct. Nam quod teneat, vt iudicialis voluerũt. Imol. & alij in c. præsentata de testibus; & quod sit extraiudicialis, & quod valeat, vt talis voluit. Cynus in d. l. 1. C. de confessis. Afflict. d. decis. 178. nu. 7. Maranta par. 6. de confessione. n. 31. fol. 395. & vtraq; est vera: Nam prima est vera si Arbiter processit iuris ordine seruato ad instar Iudicis, quia tunc dicitur iudicialis. Imola in d. c. præsentata. de testibus Bart. in d. l. 1. C. de confessis. Nam hodie Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. Bart. & Castr. in l. 1. ff. de arbitris, secus si processerit iuris ordine non seruato, ita debet intelligi, Cyn. Afflict. & Maran. vbi supra, Mascard. conclus. 344. sub nu. 8. & sequen. & confessio dubia semper est interpretãda in fauorem confitentis. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. Dec. in cons. 278. nu. 10. in cons. 493. nu. 16. & in cons. 539. n. 2. Mobed. decis. 37. Rota diuer. decis. 287. nu. 4. & decis. 462. nu. 1. par. 1. & in decis. 80. num. 21. par. 2. & in decis. 613. nu. 10. par. 1. hanc non approbat Maranta par. 6. de confessione. n. 32. fol. 396.*

Seu mandati relaxatione in vim obligationis in forma Cameræ, *Et quidem nec de iure à mandato vigore Cameralis obligationis relaxato datur appellatio. Soccin. Iun. in cons. 138. nu. 5. lib. 3. & interposita non retardat executionem. Lancel. de attent. appellat. penden. Limita 53. nu. 59. Gallesius ad formam Cameræ summ. quæst. post process. inciden. nu. 7. & 13. fol. 155. & 156. & ita disponit hoc statutum; Nam ad finem, & effectum impediendi illius mandati executionem, & ipsius executoris processum appellatio non datur; sed ad effectum; vt sine impedimento executionis causa appellationis deuoluatur bene conceditur etiam si à mero executore interposita fuerit. Specul. de act. seu petit. §. super petitionibus ver. sed quid si ante. Innocent. in c. cum inter canonicos. de elect. Butr. in c. dilecto. de appellat. col. 2. vbi Franc.*

in vlt.

in vlt. notab. Et ideo signatura solet quãdo fuit actum vigore Cameralis obligationis, committere causam cum clausula sine praeiudicio legitimæ executionis. Verum ratione excessus licita est appellatio Bald. in c. licet, de off. ordin. & in cons. 428. lib. 1. Dec. in c. nouit. num. 3. de appel latio. cum alijs allegatis per Contardum de moment. Limitat. 19. in princ. Sed hoc nõ potest procedere in obligatione Camerali, quæ continet in se certam liquidam summã, vel aliquam aliam rem nulla liquidatione indigentem; nisi fortè vltra id quod in ea continetur fiat executio; quo in casu daretur appellatio, vel simpliciter, vel cum alia clausula salutari si quid exequendum exequatur, sin minus causã appellationis cognoscat; et id quando in petenda illius executione non est processum, vt dicit Galles. vbi sup. n. 12. Nam facta liquidatione proceditur ad confessionem debiti, & deinde ad executionem, vt hac seruata forma non possit dici per Iudicem excessum per rationem quam adducit Gemi. in cons. 99. et est casus in c. constitutus de appellat. et ideo non datur appellatio; quæ executionem impediat, sed actio ad ipsam reuocandã, vt per Io. Mon. et Io. And. in c. cum venerabilibus, § porrò, de sent. excom. in 6. Galles. vbi supra, n. 13. Sed quia sunt multæ exceptiones quæ hanc mandati relaxationẽ possunt reddere adeo turbidam; vt possit etiam iniusta videri; quas, vltra illas tres falsitatis, quietationis, et solutionis positas à Gallesio fo. 52 n. 2. fo. 60. n. 3. dinumerat Carolus de Grassis in tractatu de exceptionib. et Cõtardus in l. 1. C. si de momen. possess. fuerit appellatum, et nos supra in c. 82. Lucas Petus li. 4. cap. 4. nu. 5. et lib. 3. cap. 2. num. 11. ver. habita. et num. 12. & seq. Rota diuer. decis. 50. n. 30. par. 2. ex istis consueuit signatura cõmittere causas aliquando simpliciter, aliquando cum d. clausula. Si quid exequendum. Nã, et vbi agitur vigore Cameralis obligationis potest inferri grauamẽ; quod faciat cõcedere appellationem; vt nos sæpè docuit vsus fori; et desuper possemus compilare tractatũ colligendo casus, in quibus obligatione Camerali nõ obstante fuit concessa, quia de iure erat concedenda appellatio, vt sæpè rescripserunt illi Reuerendissimi Patres Signaturæ Iustitiæ iudicantes iustitias, de quorum munere post alios scripsit R. P. D. Io. Baptista Marchesanus, vnus ex eis.

De hoc statuto, ac illius praxi tradit Lucas Petus lib. 4. c. 4. et in eo non est seruanda forma tradita supra in c. 82. de executione Instrumẽtorũ, quia ibi non loquitur de Instrumentis Cameralibus, Nam habenti debitorem in forma Cameræ obligatum, breuiori via succursum est per hoc statutum; quam per remedium executionis instrumenti de quo supra in d. c. 82. Hoc enim casu propter confessionem; quæ fit in iudicio vigore dictæ Cameralis obligationis, vel ab ipso reo; vel ab eius procuratore, de qua in dicta formula posita per Galles. in princ. sui tractatus, voluit statutum non solum exequi posse, sed & etiam denegauit appellationẽ ad effectum impediendi illius executionem, licet ad effectum deuolutiuum appellationem permiserit adherẽdo iuri communi, vt mox dixi & patet in d. c. 82. fol. 124. sub n. 50. & fol. 125. sub nu. 10. et ideò in quadam causa vbi dicebatur de nullitate mãdati ob non seruatam formam statuti capit. 82. de executione Instrumentorum; dixi illam non esse adhibendam in executione Instrumentorum Cameralium, & mandatum vigore Cameralis obligationis relaxatum sine illa forma subsistere iudicaui.

Et hoc statutum appellationem à relaxatione mandati vigore obligationis in forma Cameræ appellationem denegans dicitur respicere ordinatoria; non autem decisoria, Franc. in cap. si duobus, § 1. ver. quid autem si laicus. & in capit. vt debitus. col. 8. ver. septimò quæritur. de appellatio. et in simili dicitur de statuto tollente omnem exceptionem præter exceptionem solutionis de quo supra, c. 82. quod scilicet sit ordinatoriũ Fely. in c. quoniam, n. 12. de constit. Tamen est seruandum nõ solum in foro Capitolino; verum etiam in omni alio foro Vrbis, vt fuit resolutum coram Binarino, vt refert Rota diuer. in decisio. 452. nu. 6. par. 1. de qua re infra, cap. 178. versic. an autem sit ordinatorium, vel decisorium?

Est etiam ordinatorium statutum tollens omnes exceptiones præter quasdam ab eo dinumeratas, vt facit statutum c. 82. Fely. in cap. quoniam, n. 12. de constit. Rota diuer. in decis. 452. num. 6. par. 1.

Est etiam sciendum, quod hoc statutum appellationem denegans, non procedit si Instrumentum Camerali obligatione vallatum sit nullum; nec mereatur instrumenti nomen, quia careat requisitis de quibus supra in d. cap. 82. Nam etsi per statutum aliquæ exceptiones, vtpute simulationis, falsitatis, solutionis, & quietationis, admittantur tantum; nunquam tamen intelligitur sublata exceptio ista hoc non est instrumẽtum, non meretur instrumenti nomẽ; vel est nullum. Bart. in l. 1. §. & parui n. 3. ff. quod vi aut clam.

l. non solum. §. si liberationis. ff. de liber. legat. Butr. & Abb. in c. si cautio vbi Fely. nu. 9. de fide instrume. & si nulla extent verba dispositiũ legatum importantia. Cyn. post Petrum. in l. generaliter. q. 8. nu. 11. C. de non numer. pecu. vbi Castren. nu. 5. cum alijs allegatis per Surd. in decis. 250. nu. 1. & sequen. & decis. 285. nu. 5. Aret. cons. 64. Rota diuer. decis. 685. num. 7. par. 1. Mascard. conclus. 359. per totam. Item facta in precibus probat contra confitentem; vti facta in iudicio. l. cum precum vbi Bald. & Salyc. C. de liber. caus. l. 2. C. de instit. & subst. Oldrad. in cons. 292. Dec. in cons. 534. sub n. 4. Cuman. cons. 73. Imol. in cons. 127. quando preces fuerunt productæ. Soccin. in cons. 244. & cons. 41. col. pen. lib. 1. Rota diuer. in decis. 266. num. 4. par. 2. latè Mascard. in conclus. 368. per totã lib. 1. de probat. & n. 1. & 21.

A confessione debiti *est itaque intelligendum de simplici confessione facta in iudicio, per allegata in princ.: & illa dicitur, quæ fit coram Iudice pro tribunali sedente: Io. And. in addit. ad Specul. tit. depositio. §. 2. Abb. in c. at si clerici col. 2. vbi etiam Fely. de iudic. idem Abb. in c. fin. de confessis. glos. & Bart. in l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. si enim fieret coram Iudice in loco non Tribunali, non faceret fidem, nisi vt extraiudicialis. l. 1. C. de confes. Soccin. reg. 66. confessio. Idem si fieret coram Notario absente Iudice. Bart. in d. l. cum scimus. glo. & Bald. in l. iubemus. & in l. interrogatam. C. de liber. caus. Fely. in c. quoniam contra. col. 25. de probat. Calder. in cons. 2. Bart. in l. 4. §. hoc autem. in 6. & 7. oppos. ff. de dãno infecto. Alex. in l. si confessus. ff. de cust. reor. Afflict. decis. 245. col. 3. Non enim potest Notarius recipere confessionem, nisi Iudice præsente; vel committente, vt præiudicet confitenti. Afflic. vbi supra, & in decis. 324. nu. 15. & huius opinionis fuerunt Accur. Salicet. & Bald. in d. l. iubemus. C. de liber. caus. sed benè reputatur tanquam confessio extraiudicialis scripta in actis per Notarium Mantua in c. at si clerici. n. 25. col. 3. ver. contra. de iudic. quæ probat. c. Pisanos. de restit. spol. Innocen. in cap. qualiter, & quando. col. 2. ver. non negamus. de accusat. & ibi Felyn. Vant. de nullit. proces. tit. quibus modis senten. nulla repar. potest. nu. 126. & probatur. in c. 1. & 2. de accusat. in 6. sed non tantum quantum Iudicialis facta coram iudice Mascard. conclus. 357. in princ. & per totam. Nec est iudicialis illa quæ fit coram Iudice incompetente. arg. notatorum. in l. capite 5. ff. de adulter. Abb. & Fely. in d. c. at si clerici. de iudicijs. Bald. in l. omnes. C. de appellat. & in l. 1. col. vlt. C. de confessis. Ang. in l. magistratibus. ff. de iurisdic. omn. iudic. Dec. in d. c. at si clerici. Felyn. in d. c. qualiter, & quando. §. licet autem. nu. 9. 47. & 50. de accusat. amplia limita, & declara, vt per Mascard. in conclus. 352. lib. 1. de probat. Minus dicitur iudicialis illa quæ fit coram arbitratore, sed est extraiudicialis. Alex. in cons. 13. col. 3. cons. 96. col. 4. lib. 1. Roman. in cons. 306. Afflict. decis. 178. in 6. dubio. corã Arbitro est varietas inter Doct. Nam quod teneat, vt iudicialis voluerũt. Imol. & alij in c. præsentata de testibus; & quod sit extraiudicialis, & quod valeat, vt talis voluit. Cynus in d. l. 1. C. de confessis. Afflict. d. decis. 178. nu. 7. Maranta par. 6. de confessione. n. 31. fol. 395. & vtraq; est vera: Nam prima est vera si Arbiter processit iuris ordine seruato ad instar Iudicis, quia tunc dicitur iudicialis. Imola in d. c. præsentata. de testibus Bart. in d. l. 1. C. de confessis. Nam hodie Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. Bart. & Castr. in l. 1. ff. de arbitris, secus si processerit iuris ordine non seruato, ita debet intelligi, Cyn. Afflict. & Maran. vbi supra, Mascard. conclus. 344. sub nu. 8. & sequen. & confessio dubia semper est interpretãda in fauorem confitentis. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. Dec. in cons. 278. nu. 10. in cons. 493. nu. 16. & in cons. 539. n. 2. Mohed. decis. 37. Rota diuer. decis. 287. nu. 4. & decis. 462. nu. 1. par. 1. & in decis. 80. num. 21. par. 2. & in decis. 613. nu. 10. par. 1. hanc non approbat Maranta par. 6. de confessione. n. 32. fol. 396.*

Seu mandati relaxatione in vim obligationis in forma Cameræ, *Et quidem nec de iure à mandato vigore Cameralis obligationis relaxato datur appellatio. Soccin. Iun. in cons. 138. nu. 5. lib. 3. & interposita non retardat executionem. Lancel. de attent. appellat. penden. Limita 53. nu. 59. Gallesius ad formam Cameræ summ. quæst. post process. inciden. nu. 7. & 13. fol. 155. & 156. & ita disponit hoc statutum; Nam ad finem, & effectum impediendi illius mandati executionem, & ipsius executoris processum appellatio non datur; sed ad effectum; vt sine impedimento executionis causa appellationis deuoluatur bene conceditur etiam si à mero executore interposita fuerit. Specul. de act. seu petit. §. super petitionibus ver. sed quid si ante. Innocent. in c. cum inter canonicos. de elect. Butr. in c. dilecto. de appellat. col. 2. vbi Franc. in vlt.*

in vlt. notab. Et ideo signatura solet quādo fuit actum vigore Cameralis obligationis, committe re causam cum clausula sine praeiudicio legitimæ executionis. Verum ratione excessus licita est appellatio Bald. in c. licet, de off. ordin. & in cons. 428. lib. 1. Dec. in c. nouit. num. 3. de appellatio. cum alijs allegatis per Contardum de momeut. Limitat. 19. in princ. Sed hoc nō potest procedere in obligatione Camerali, quæ continet in se certam liquidam summā, vel aliquam aliam rem nulla liquidatione indigentem; nisi fortè vltra id quod in ea continetur fiat executio; quo in casu daretur appellatio, vel simpliciter, vel cum alia clausula salutari si quid exequendum exequatur, sin minus causā appellationis cognoscat; et id quando in petenda illius executione non est processum, vt dicit Galles. vbi sup. n. 12. Nam facta liquidatione proceditur ad confessionem debiti, & deinde ad executionem, vt hac seruata forma non possit dici per Iudicem excessum per rationem quam adducit Gemi. in cons. 99. et est casus in c. constitutus de appellat. et ideo non datur appellatio; quæ executionem impediat; sed actio ad ipsam reuocandā, vt per Io. Mon. et Io. And. in c. cum venerabilibus, § porrò, de sent. excom. in 6. Galles. vbi supra, n. 13. Sed quia sunt multæ exceptiones quæ hanc mandati relaxationē possunt reddere adeo turbidam; vt possit etiam iniusta videri; quas, vltra illas tres falsitatis, quietationis, et solutionis positas à Gallesio fo. 52 n. 2. fo. 60. n. 3. dinumerat Carolus de Grassis in tractatu de exceptionib. et Cōtardus in l. 1. C. si de momen. possess. fuerit appellatum, et nos supra in c. 82. Lucas Petus li. 4. cap. 4. nu. 5. et lib. 3. cap. 2. num. 11. ver. habita. et num. 12. & seq. Rota diuer. decis. 50. n. 30. par. 2. ex istis consueuit signatura cōmittere causas aliquando simpliciter, aliquando cum d. clausula. Si quid exequendum. Nā, et vbi agitur vigore Cameralis obligationis potest inferri grauamē; quod faciat cōcedere appellationem; vt nos sæpè docuit vsus fori; et desuper possemus compilare tractatū colligendo casus, in quibus obligatione Camerali nō obstante fuit concessa, quia de iure erat concedenda appellatio, vt sæpè rescripserunt illi Reuerendissimi Patres Signaturæ Iustitiæ iudicantes iustitias, de quorum munere post alios scripsit R. P. D. Io. Baptista Marchesanus, vnus ex eis.

De hoc statuto, ac illius praxi tradit Lucas Petus lib. 4. c. 4. et in eo non est seruanda forma tradita supra in c. 82. de executione Instrumētorū, quia ibi non loquitur de Instrumentis Cameralibus, Nam habenti debitorem in forma Cameræ obligatum, breuiori via succursum est per hoc statutum; quam per remedium executionis instrumenti de quo supra in d. c. 82. Hoc enim casu propter confessionem; quæ fit in iudicio vigore dictæ Cameralis obligationis, vel ab ipso reo; vel ab eius procuratore, de qua in dicta formula posita per Galles. in princ. sui tractatus, voluit statutum non solum exequi posse, sed & etiam denegauit appellationē a d effectum impediendi illius executionem, licet ad effectum deuolutiuum appellationem permiserit adherēdo iuri communi, vt mox dixi & patet in d. c. 82. fol. 124. sub n. 50. & fol. 125. sub nu. 10. et ideò in quadam causa vbi dicebatur de nullitate mādati ob non seruatam formam statuti capit. 82. de executione Instrumentorum; dixi illam non esse adhibendam in executione Instrumentorum Cameralium, & mandatum vigore Cameralis obligationis relaxatum sine illa forma subsistere iudicaui.

Et hoc statutum appellationem à relaxatione mandati vigore obligationis in forma Cameræ appellationem denegans dicitur respicere ordinatoria; non autem decisoria, Franc. in cap. si duobus, § 1. ver. quid autem si laicus. & in capit. vt debitus. col. 3. ver. septimò quæritur. de appellatio. et in simili dicitur de statuto tollente omnem exceptionem præter exceptionem solutionis de quo supra, c. 82. quod scilicet sit ordinatoriū Fely. in c. quoniam, n. 12. de constit. Tamen est seruandum nō solum in foro Capitolino; verum etiam in omni alio foro Vrbis, vt fuit resolutum coram Binarino, vt refert Rota diuer. in decisio. 452. nu. 6. par. 1. de qua re infra, cap. 178. versic. an autem sit ordinatorium, vel decisorium.

Est etiam ordinatorium statutum tollens omnes exceptiones præter quasdam ab eo dinumeratas, vt facit statutum c. 82. Fely. in cap. quoniam, n. 12. de constit. Rota diuer. in decis. 452. num. 6. par. 1.

Est etiam sciendum, quod hoc statutum appellationem denegans, non procedit si Instrumentum Camerali obligatione vallatum sit nullum; nec mereatur instrumenti nomen, quia careat requisitis de quibus supra in d. cap. 82. Nam etsi per statutum aliquæ exceptiones, vtputa simulationis, falsitatis, solutionis, & quietationis, admittantur tantum; nunquam tamen intelligitur sublata exceptio ista hoc non est instrumē tum, non meretur instrumenti nomē; vel est nullum. Bart. in l. 1. § & parui n. 3. ff. quod vi aut clam.

clam. Socoin. conſ. 83. num. 3. & conſ. 97. n. 52. lib. 4. Roman. conſ. 42. nu. 3. Menoch. præſump. 48. num. 2. 4. lib. 2. de præſumpt. Rota diuer. deciſ. 50. nu. 30. par. 2. Vrſill. ad Affliƈt. deciſ. 283. nu. 3. Canar. de execut. Inſtr. q. 11. Carolus de Graſſis de exceptionibus, except. 20. per totam. Lucas Petus, lib. 3. cap. 4. num. 3.

Sed confeſſio facta in Inſtrumento nullo; vel inualido valet, & probat contra confitentem in iudicio ordinario, quia nullitas, & inualiditas Inſtrumenti, & principalis contractus non vitiat confeſſionem in eo contentã; vt dixit Paul. de Castro in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, nu. 4. ff. de verb. oblig. vbi etiam Alexan. Ang. & Imo. idem tenet Bart. in l. 1. §. ſi quis ita, et in l. decem in fine, ff. eod. Angel. in l. 1. C. de præſcrip. 30. ann. Ruyn. in conſ. 54. num. 15. lib. 2. Dec. in l. cum principalis ver. & hoc modo. ff. de reg. iuris. Alex. conſ. 184. nu. 2. lib. 7. Tiraquel. de vtraque retractu. fol. 14. nu. 9. & de conſtit. poſſeſſ. Limitat. 7. num. 19. Sed nu. 25. Limitat atque diſtinguit. Contrarium videtur ſentire Dec. in cap. cum venerabilis num. 14. de except. Roman. in conſ. 294. nu. 2. per text. in l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſque iuris & in l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui. cap. relatum. de Cleric. non reſid. l. duo ſunt Titij, ff. de Teſtam. Tutel. l. 1. ff. de contrahen. empt. facit text. in l. fin. ff. de conſtit. pecu. quem ſingularem dicit Bald. in l. ſi abſentis, col. fin. C. ſi cert. petat. Barbat. in conſil. 28. col. 6. lib. 1. & conſil. 43. col. 5. eod. lib. 1. Tiraquel. vbi ſupra diſtinguit. Sed certiſsima ac vera erit ſine diſtinctione ſi inſtrumentum in quo adeſt confeſsio ſit falſum; vel confeſsio ſit de eo quod eſt nullum; vt puta de teſtamento; quia tunc confeſsio eſt ineſſicax. Innoc. d. c. cum venerabilis. de except. Bart. in l. poſt legatum, ff. de his quibus vt indig. cap. principatus, cap. cum Paulus 1. q. 1. Rom. d. conſ. 294. num. 1. & 2. Nec validat teſtamentum; cum ſit nullũ; quia ius reſiſtit. arg. l. nemo poteſt ff. de legat. 1. l. 15. ff. de inter. actio. Ruy. conſ. 3. nu. 11. lib. 3. Tiraquel. d. Limitat. 7. n. 26. citat cõcordantes.

Ne in vna eademq; cauſa ſecundo liceat prouocare. Cap. LXXX.

A Sententia lata per Iudicem de appellatione, ſeu de reductione ad arbitrium boni viri cognoſcentem, nullus audiatur appellans, niſi quatenus ea ſententia eſſet infirmatoria primæ ſententiæ diffinitiuæ, ſeu vim diffinitiuæ habentis. quo caſu, & ab ea parte infirmationis tantum, appellari poſſit ad Senatorem, qui ſi non ipſe, aut illius officiales fuerint, qui primam ſententiam tulerint, de cauſa ſicut Iudex appellationum cognoſcat. Si verò idem Senator, aut illius Iudices de cauſa cognouiſſent; Conſultor, vt infra dicetur, eligatur, cuius conſilio cauſa terminetur. Declarantes quòd omnino in nulla cauſa ſeu caſu, ſecundo liceat prouocare; ſed duæ conformes ſententiæ habeant vim trium, & rem faciant iudicatam: Quod Statutum in omnibus Curijs inter Ciues incolas & diſtrictuales Vrbis ſeruari volumus; & aliàs proceſſus contra præſentem Conſtitutionem factus, ſit ipſo iure & perpetuò nullus.

Ne in vna eademq; cauſa ſecundo liceat prouocare. Cap. 180. Gloſſ.

De iure communi ſecundò, ſed non tertiò in vna, eademq; cauſa licet appellare l. 1. C. ne liceat in vna eademq; cauſa tertiò prouocare capit. ſua nobis 65. de appell. c. ſi autem. in princ. & §. vnde 2. q. 6. Federic. Schench. de appell. n. 13. Quod procedit etiam ſi ab interlocutoria fuerit appellatum d. l. 1. ne liceat tert. prou. c. cum cauſa, & ibi Doct. de re iud. Spec. de appell. §. 7. c. ſi quis in quacunque 2. q. 6. Ex diſpoſitione ſtatuti huius ſemel tantum appellare licet. De validitate huiuſmodi ſtatuti contra diſpoſitionem iuris communis prohibentis ſecundo prouocare dubitari poteſt; quia ſtatuta inferiorum appellationẽ prohibentia nullam habent firmitatẽ ſecundum Bart. in l. omnes populi 3. q. princ. ff. de iuſt. & iur. quem omnes ibi ſequuntur. Doct. in c. ſicut Romana de reſcript. vbi Ripa, n. 19. dicit cõmunem. Bald. conſ. 86. lib. 3. Rol. conſ. 29. nu. 5. & ſeq. lib. 1. Sed iſta propoſitio limitatur multis modis, vt per Rol. vbi ſupra, & alios, quos citat Viuius opinione 816. per totam p. 2. Sed quia conditum authoritate Papæ, et ſic ſuperioris, res eſt clara quod valet; & extenditur etiam ad iuſtã appellationem ſecundũ Soc. in conſ. 39. n. 3. & 10. li. 4. An autẽ cenſeatur ſublatum tertiò prouocare etiam ab interlocutoria? et videtur quod ſic per adducta in prin. Cõtrarium tenet Bal. in l. ſi ex cauſa, §. nũc videndũ. de minor. Alex. in l. 1. n. 15. ff. quod quiſq; iuris. Soc. in cõſ. 39. n. 12. et 13. li. 4. Fely. in c. cauſã quæ n. 27. de reſcrip.

Poteſt etiam dubitari, an procedat ſi prima ſententia ſit in ſecunda reformata; an ſcilicet habeat locum in ea parte, in qua ſunt conformes, vt quoad eã non liceat ſecundò prouocare;

& quod

& quod nō procedat videtur, quia sententiæ nō sunt conformes in totum, immò discordantes, et adhoc, vt sit locus non debent in aliquo discordare, Rota coram Bisigneto decis. 2. de senten. & re iud. Dec. in c. directæ, nu. 6. & 9. de appell. facit Gabriel. in cons. 168. nu. 99. & seq. lib. 1. et ideò Bald. Ang. Imol. Castren. & Alex. in l. scire debemus ff. de verb. oblig. dixerunt, quod si actor petat in iudicio quinquaginta, et probet sibi fuisse promissa centum succūbet; nisi probet illa 50. esse de centum promissis propter diuersitatem Summæ, ita ex præmissis, & alijs arguit Surd. in cons. 102. in prin. Sed istis non obstantibus contrarium est verius in casu huius nostri Statuti, quo disponitur expressè posse tantū secundo prouocare ab ea parte infirmationis, vt ab illa confirmationis secundo prouocare nō liceat: verba enim statuti sunt in hoc clara, et ideò nō est opus coniecturis l. continuus, ff. de verb. oblig. nam in eo in quo prima non est in secunda confirmata est difformis: in eo verò, in quo est confirmata est conformis, & in eo, in quo sunt conformes, est locus Statuto, & si id non exprimeret, vt probāt latè deductis per Surdum in d. cons. 102. nu. 7. & sequen. cum verò Statutum nostrum id exprimat ibi quo casu, & ab ea parte &c. non est locus dubitationi, & infra cap. 180. & facit Afflictus in decis. 362. fuit maximè per totam.

Huiusmodi statutum, quod non liceat secūdo prouocare, est correctorium, odiosum, & strictè intelligendū, quia corrigit ius commune, secundum quod licet cuique bis appellare l. 1. C. quan. appell. sit. Ancbar. Moder. q. 43. n. 3. lib. 1. Dec. cons. 34. nu. 2. & cons. 49. nu. 2. Gabr. cons. 56. nu. 11. lib. 1. Surd. cons. 271. nu. 17. & sequen.

Et ideo non ligat fideiussores, quin possint secundo appellare à sententia lata cōtra principales, vt in specie nititur defendere Surd. in d. consil. 271. sub n. 16. & seq. per totum. Nisi fortè esset fideiussor de stando iuri, et iudicatū soluendo apud acta in Iudicio obligatus: quia tunc sentētiæ latæ contra principalē exequutioni mandantur contra ipsum l. 1. C. de conf. l. si debitori ff. de iudic. l. 2. C. de act. rei iud. Specul. de exeq. sent. §. sequitur num. 10. Surd. d. cons. 251. sub n. 36. & sequēn. alios citat. Nec extenditur ad emergentia, & incidentia, sed restringitur ad decisoria litis Surdus decis. 27. num. 10. & 15.

An hoc statutum compræhendat Collegium? & videtur quod sic propter illa verba generalia, in causa, seu casu & quia Collegium dicitur ibi habitare, vbi congregare consueuit, vel vbi resides illius caput Bald. in auth. sed cum testator nu. 5. C. ad l. falc. et dicitur ciuis Bar. in l. 1. nu. 12. ff. ad municipales. Sed cum statutum loquens de Ciuibus intelligatur de veris Ciuibus, non de fictis Bald. in cons. 456. nu. 6. lib. 1. & sit strictè intelligēdum quoties est odiosum, vt istud prohibens appellationem Aym. cons. 153. n. 4. in fin. & cum Collegium sit persona ficta Rom. in cons. 436. nu. 3. & 4. non potest verè, & propriè dici ciuis, quia quod per fictionem est tale, non est propriè tale l. Cornelia in fin. ff. de test. l. 2. in princ. ff. de vsufruct. earum rerum, §. constituuntur in fine. inst. de vsufruct. Quod idē est dicendum de Incolatu, qui non potest referri verè, & propriè ad Collegium, vti persona ficta cum incolatus contrahatur per habitationem l. 2. et ibi Doct. C. de incol. l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de Fonte Paris. cons. 98. numer. 39. lib. 1. & de hac re fuit disputatum corā R. P. D. Litta in Roman. census de Incoronatis de anno 1605.

Fuit etiam aliquando dubitatum; an hoc Statutum inter ciues, et incolas habeat locum in causa separationis Thori principaliter spirituali? Et ego dicebam quod non: quia procedit in prophanis, non autē in spiritualibus, quas laici prorsus tractare probibentur c. 2. de Iudicijs, vbi latè Doct. Et quod causa separationis Thori sit spiritualis, ac fori Ecclesiastici patet; quia agitur de separatione Thori matrimonialis, quod spectat ad Ecclesiam c. accidentibus 12. de excess. Prælat. vbi Io. And. in prin. Butr. & cæteri omnes, & in diuinis præceptis affirmatiuis 222. dicitur Sacerdos formulam repudij sibi præscriptam seruet Num. Abbas in c. ex literis nu. 11. Boich. num. 3. de consang. & affin. vti enim admonitione Sacerdotali debet quis ad Thorum suæ coniugis redire c. præceptū Domini 21. q. 5. vbi gloss. ita et Sacerdotali Imperio debet ab eodem matrimoniali Thoro secedere, quod ad laicos non spectat, sed ad Ecclesiam, & forum Ecclesiasticum per mox allegata, & per tex. in capit. 1. vbi glo. in verbo, comprouinciales, 33. q. 1. & per Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. §. ad hæc. Et cum matrimonium sit Sacramentum, eius causa, ac ipsius accessoria, & dependentia, vti est separatio Thori spectat ad forum Ecclesiasticum c. debitum. de Bigam. cap. tuum de ord. cogn. cap. lator qui filij sint legit. & non ligatur statuto laicorum, quia non potest super eo, ac illius accessorijs disponere argum. l. fin. ff. de iuris. omn. iud. & cap. vt animarum. de cōstit. in 6. Abbas in cons. 12. num. 2. lib. 1.

Et ideo videmus ob hāc causam multas ciui-

non currit Baldus in l.quoties, C. de praeibus. Imper.offeren.Aret.in conf.100.in princ.Limita 12. quando processus est conclusus, & transmissus ad Consilium sapientis, quia donec stat penes Consultorem instantia non currit. Sed res est dubia, vt per Felyn. in c.cum venerabilis, colum.17.ver.fallit tertio.de exceptio.Castren.in l.1. C.de relat. Quando enim eligitur Consultor in locum Iudicis suspecti allegati vigore statuti, cap.185. tunc tempora a die petitionis Consultoris, vsque ad diem acceptationis officij consulendi in fatalibus non computantur ita dictat statutum in d.cap.185.in fine, de quo Lucas Petus lib.5.cap.10. Limita 13. quando instantia perempta partes de consensu repetunt omnia acta vnico contextu; quia per talem reepilogationem actorum possunt instantiam peremptam restaurare, & postea habebitur ac si perempta non fuisset.Bart.in d.l.properandum, vbi etiam Alexand. colum.4. in fine. Bart. in l.Seius, & Augerius, ff. ad l.falcid. & in l.quæ omnia, & in l.mutari, ff. de procurat. Felyn.in cap.venerabilis, colum.5. ver.quarta declaratio. de Iudicijs.Imol. in capit.de causis de offic.deleg.Soccin. in consil.31. colum.5. in princ. lib.1. Et in summa instantia perempta instauratur quatuor modis. Primò per Principem vt dixi supra. Secundò modo per restitutionem in integrum. Tertiò modo per reepilogationem, vt pariter dixi supra. Quartò modo per inchoationem causa de nouo; quia perempta instantia non perit causa, neque ius partis, sed potest actor de nouo causam incipere, & nouam instantiam fabricare, d.l.properandum, §.fin. & ibi gloss. in verbo vigorem, & Doctor. C.de Iudicijs.Bart. in l. petendæ; C. de tempor. in integr. restitut. & hoc modo tenetur actor indistinctè ante omnia reficere expensas. Afflict. decisio.7.Baldus in d. l. properandum, §. illo in fine. Lanfranc.in cap.quoniam contra. in fine de probat. Verum accusator non potest instantia perempta de nouo accusare. Alexand.in d.l.properandum, §.fin. vbi etiam Salycetus, Bald.in l.abolitionem, C.de adult. Ioan.de Anania in cap.licet colum.fin. de accusat. etiam quod accusator offerat expensas. Salyc. in l.1. C. vt infra certum tempor.l.si is, & l.fin. C.ad Turpill.Capic. decisio. 206.

Data tamen prius, *Verba ista importans conditionem. Alciat. in l. cum querebatur 240. ff. de verborum significatione cum alijs allegatis per nos in tract. de condit. parte 1. cap. 89. num. 21. Quid si sit facta executio post declaratam causam desertam, vel appellationem reijciendam, & appellatum sit, & non sit data per petentem executionem cautio ante executionem ipsam, an executio tanquam nulla sit reuocanda, & videtur quod sic propter appellationem à desertione, seu reiectione appellationis interpositam, quia hoc in casu statutum vult, quod petens executionem prius idoneæ caueat, qua forma non seruata actus corruit, glo. in capit.1. in verbo vocationem, & ibi Baldus de Milite Vassallo. qui con. est idem Baldus in l. 2. colum. fin. C. quomodo, & quan. Iudex. Alexand.in consil.42.num.26.lib.1. & in consil.41.num.12.lib.1. Felyn.in cap.fin.colum.1. de probatio. Iason.in consil.191.colum.2.lib.2. nam per illa verba conditionalia, data tamen prius &cæt. statutum inducit formam præcisè seruandam; vt sæpe dixi, et probant allegati per nos de condic. par. 1. cap.88. num.7. & per totum. Contrariū tamen iudicaui de voto D.Dominici Nerucc ij, quod scilicet in proposito casu exequutio substineatur data cautione post executionem in continenti; quia parua mora in casu isto ei visa fuit excusabilis, & potuit secundum eum celeri satisfactione purgari, Soccin. iun. in consil.115.num.21.libro 2. cum alijs latè citatis per Surdum in decisio.221.num.24. Siuè enim prius, siuè Paulo post executionem quis caueat, est huic statuto satisfactum. Nam in leuibus võ intelligitur propter hoc Iudex præuaricator statutorum argum.l.t. ff.de ventre inspic.l.quamuis, ff. de conditio. & demonstrat. l. cui Deus, ff. de edilit. edict. Bald. de Syndicatu num.60. forma ab hoc statuto tradita non requiritur vbi fuit actum vigore obligationis in forma cameræ vt infra. c. 177. & de stylo mihi testatus est D. Alexander Poggius in omni foro Vrbis versatus; à quo expectamus tractatum de process. executiu. A pronuncia appellationis deserta, vel reiectæ datur appellatio, quia, & si interlocutoria sit, habet vim diffinitiuæ. Bald. in l.2. C. de episc. audie. l. intra vtile. ff. de minor. effectus enim desertionis appellationis plures sunt. Primus itaq; est, quia deserta appellatione sententia in causa lata à primo Iudice rata manet præcedente tamen Iudicis ad quem declaratione desertionis. l. præses. C. quomo. & quan. Iudex. Bald. in conf. 338. lib. 3. Guido Papa in consi. 77. dub. 4. Secundus effectus est, quod Iudex ad quem; appellatione deserta, nullam habet iurisdictionem in causa principali; Bald. in tit. quo temp. Miles.§.fin.& in consi.20. lib.1.Guid. Pap. d. conf.77. nu. 5. Immò tunc, nec de nullitate*

litate potest cognoscere. Guid. Pap. in con. 10. Cag. in l. 2. q. 166. C. de pac. inter emp. Brun. conf. 50. n. 8. Sed eam ad ordinarium remittet. Anchar. in conf. 345. Tertius effectus est, quia appellatione deserta, appellans non habet tempus, quod dari solet iudicatis l. quoniam. C. de appellat. Alex. in conf. 61. lib. 3. Ias. in l. debitoribus. limita 4. ff. de re iudic. Quartus effectus est, quod desertio fingit retro omnia subsistere. Bal. in l. furtum. §. 1. n. 2. ff. de ijs qui notan. infam. Quintus effectus est; quia appellans, appellatione deserta debet condemnari in expensis ipsius desertionis. c. ex parte 2. de rescript. c. cum appellat. eod. in 6. Federic. de Senis in conf. 133. Guid. Pap. in conf. 48. col. 2. Verum in dubio appellatio non praesumitur deserta. Ias. in l. 1. not. 6. ff. si quis cautio. Dec. in conf. 34. num. 5.

Vt à sententijs Syndicorum non appelletur. Cap. CLXXVII.

A Sententijs latis per Iudices electos ad syndicandum Senatorem & Iudices, eiusq; officiales, Cõseruatores, & alios Officiales quocunq; nulla recipiatur appellatio; sed vnica sententia rem faciat iudicatam.

Vt à Sententijs Syndicorum non appelletur. Cap. 177. Gloss.

1. Supra c. 13. dictũ est, de syndicatu Senatoris, & aliorum officialium; Verum quia isti tandem suam proferunt sententiam, vel absolutoriã, vel condemnatoriam, huius occasione dubitatur an ab ea liceat appellare: & cõmunis regula est quod omnis grauatus valeat appellare. l. & in maiori. C. de appellat. l. 1. ff. eod. c. omnis oppressus. 2. q. 6. glo. in l. qui restituere. ff. de rei vindic. Bald. in rubr. C. de appellat. in contrarium est tex. in l. nulli. C. quor. appel. non recip. vbi Doct. & Cyn. ita eã legem intellexit; quod Bart. intelligit quando est condemnatus pro delicto cõmisso in officio, & ita firmare videtur. Paris de Puteo in tractatu de syndicatu in verbo appellatio. n. 16. & seq. Quod eo magis procedere debet stante statuto prohibẽte appellare à sententijs syndicorum, quia ligat etiã officialem forensem ratione delicti in officio commissi, auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine [illegible] quod [illegible] intelligi debet de appellatione friuola. Bald. in l. fin. C. de senten. per [illegible] tex. in [illegible] debitum [illegible] de appell. Bar. in l. 1. ff. quod vi aut clam. & in l. 1. §. interdum. ff. a quibus appellare non [illegible]

licet. Paris de Puteo de syndicat. in ver. An si statuto, n. 1. & 2. illa enim non iusta appellatio censetur à statuto prohibita; Item stante hoc statuto prohibente appellare intelligitur à diffinitiua, nõ enim ab interlocutoria; quia ab ea appellabitur, cum causa legitima, Bal. in l. incerti. de interdic. Innoc. in c. significauerunt. de testibus. Bal. in c. 1. de milite vassallo, vt puta quia syndicus non velit probationes recipere; nam ex hoc datur appellatio. d. c. significauerunt. de testibus. Paris de Puteo vbi supra, in verbo, an stante dicto statuto, & Amodeus de Castello de syndicatu, n. 236. & seq. firmat indistinctè non posse appellare officialem condemnatum pro delictis cõmissis in officio per tex. in d. l. nulli, & per Specul. de appell. §. in quibus. ver. tertio nota: quod tamen limita vt dictũ supra in d. c. 13. in fine. Sed quid si officialis cõueniatur, quia pupillo, vel Minori Tutorẽ, & Curatorem non dedit; vel dedit minus idoneũ, & satisdationem non suscepit, vel suscepit minus idoneam, ex quibus pupillo, vel minori damnũ euenerit, an de illo damno teneatur in syndicatu? & dic quod sic per tex. in l. in magistratu. C. de magis conuenien. in l. 1. §. in magistratibus. ff. eod. l. 3. C. eod. l. tutores. § in fin. ff. de confir. tutor. & scien. dum. instit. de satisd. tutor. d. l. 1. §. si magistrat. ff. de magistr. conuenien. §. nos autem [illegible] de attil. tutor. l. 1. §. fin. C. de tutor. illustr. persona. l. vlt. C. de magistr. conuenien. limita & declara vt in §. fin. instit. de satisd. & in l. 1. §. neq; praetor. ff. de magistr. conue. & in §. si praeses. tenetur etiam, qui approbat satisdationem tutoris, & curatoris electi. d. l. 1. §. diuus. ff. de mag. conue. & in l. vltim. C. eod. Sed sunt prius discutiendi tutores, curatores, fideiussores, & approbatores, quã officialis. l. 2. & l. aduersus. 4. C. de magis. conuenien. qui quidem officialis si fecerit omnia; quae ad se pertinebant in dando tutore, & curatore; tunc enim quamuis postea soluendo esse desierit, tamẽ erit extra periculum. l. 1. §. si magistratus. & l. quod ad heredem. 6. §. vero tamen. ff. eod. & actio hac competit pupillis, minoribus, & eorum heredibus, & contra [illegible] qui fuit pro [illegible] tutore. d. l. [illegible] non tantum. ff. de magistrat. conuenien. l. 2. ff. eod. contra officialem, & eius heredes d. l. [illegible] magistratus. 3. [illegible] similiter [illegible] ad. 6. ff. eod. l. 2. C. eod. l. item. cõtra patrem officialis [illegible] eod. l. 1. §. fin. ff. eod. contra fideiussores nominatores, & officiales [illegible] legis [illegible] si inter. Sed singuli officiales [illegible] ad quos spectat [illegible] C. [illegible] magistratus ff. eod. [illegible] soli-

solidum gesserit. d. l. 1. §. si inter. cui autem incũbat onus probãdi vtrum fideiussores tempore quo dati sint essent idonei, vel ne: tradit tex. in d. l. 1. §. si magistratus. vers. probatio autem vbi dicit spectare ad officialem probare tunc fuisse idoneum; non autem ad pupillum; nec minorem, nec sufficit officiali dedisse tutorem idoneum; nisi & idoneum fideiussorem ab eo exegerit. d. §. si magistratus. Et sicut Deus stetit in Synagoga Deorum; in medio autem Deos dijudicat. Psal. 81. ita sedens in medio eorum iudicabit iustitias. Iudicate itaq; Egeno, & Pupillo: humilem, & pauperem iustificate. eod. Psalm. 81.

De appellatione, & reductione à sententijs Arbitrorum & Arbitratorum.
Cap. CLXXVIII.

A Sententijs Arbitrorum intra decem dies appellare, & de nullitate dicere liceat & similiter à laudis Arbitratorum intra eosdem decem dies liceat de nullitate dicere & petere reductionem ad arbitrium boni viri. Quæ omnes causæ intra tres menses terminentur: quibus elapsis prima sententia, arbitrium siue laudum firmum remaneat.

De appellatione, & reductione à sententijs Arbitrorum, & Arbitratorum.
Cap. 178. Gloss.

Supra c. 100. in fine ver. an autem à sententia diximus ab arbitrio necessario data à Iudice vigore statuti appellationem concedi, hoc nostro statuto. A sententijs Arbitrorum intra decẽ dies appellare; & de nullitate dicere licet, & similiter à laudis arbitratorũ intra eosdem decem dies licet de nullitate dicere, & petere reductionem ad arbitrium boni viri, qui quidem decem dies incipiunt currere à die lata sententia, si pars fuerit citata; si non fuerit citata die sententiæ. Corn. in cons. 17. col. 4. lib. 4. Crau. de antiq. temp. par. 2. n. 2. Gayl. obser. 140. lib. 1. huius occasione dubitatur an hoc statutum licentiã appellandi, ac reductionem ad arbitriũ boni viri petendi concedens, procedat nõ solum in sententia Arbitri necessarij, vigore dicti statuti c. 100. à Iudice dati, sed & etiam in sententia Arbitri voluntarij: & quidẽ de iure à sententia Arbitri voluntarij non auditur appellans, sed conceditur restitutio in integrũ per allegata supra in d. c. 100. d. ver. An autem à sententia. Vnde cũ in d. c. 100. nihil de appellatione à sententia Arbitri dispositũ legatur, credendum est hoc statutum licentiã appellandi à sententia Arbitri concedens intelligere de ea sententia; quæ lata fuit ab arbitrio necessario vigore d. statuti c. 100. à Iudice data, sicut enim ibi statutũ loquitur de Arbitris necessarijs, ita credendum est quod hoc statutum loquatur de appellationibus interponendis, à sententijs Arbitrorũ vtiq; necessariorum; quia vnũ statutum ab alio interpretatur, suppletur, & declaratur. Bero. in cons. 110. n. 17. lib. 3. Dec. in cons. 42. n. 3. & 13. in cons. 553. n. 3. Socc. in con. 242. n. 9. lib. 2. Bru. de statut. art. 5. q. 3. & q. 10. Alciat. in cons. 59. n. 10. ver. Secundo respõdeo. Rol. in cons. 62. n. 30. lib. 3. Ruyn. in cons. 201. n. 5. lib. 1. & in cons. 8. n. 12. lib. 5. Anchar. Iun. in q. 26. n. 8. lib. 1. Verum si super Instrumentis fuerit factum compromissum, & datum laudum tatenus conceditur ab eo appellatio, quatenus contra eos est laudatũ; in eo verò quod super eis non est laudatum remanens in suo statu. Alex. in cons. 21. in princ. lib. 1. Fely. in c. cum olim. in fin. de præsumpt. Rota diuers. in decis. 171. par. 2. & cum laudum datũ sit ad executionem alicuius instrumenti secundum eundem instrumentũ intelligi debet, ad cuius executionem fuit prolatum, vt declarat Corn. in con. 37. col. 5. ver. nec obuia. lib. 3. facit Bart. in l. si fundus. §. in vendit. ff. de pignor. Cepoll. in con. 57 col. 5. in princ. Sed laudum ab arbitro siue voluntario, siue necessario latum propter enormem læsionem, ac nullitatem; quamuis intra tempus rescinditur per reductionem ad Arbitrium boni viri petita prius iuramenti absolutione. Felyn. in c. ex transmissa, col. 1. de præscript. Doct. in c. quintauallis. de iure iur. Ias. in l. quidam. col. 8. ff. de verb. oblig. Fely. in c. si diligenti. de foro comp. & in c. fin. de maior. & obed. Socc. in cons. 220. in cons. 283. & in cons. 299. lib. 2. Gratus in cons. 118. nu. 18. lib. 2. huius opinionis fuit etiam ante allegatos Io. Andr. in addit. ad Spec. de arbitr. §. fin. ver. quid si factum sit. Oldrad. in cons. 156. Guid. Pap. decis. 519. cum alijs allegatis per Seraph. de priuil. iuram. priuil. 83. nu. 100. & in priuileg. 136. nu. 4. & sequen. testatur de communi, quod procedit etiã si per statutum sit prohibitum appellare, & reductionem petere. Abb. in cons. 44. par. 1. Sed si fuerit à sententia, siue laudo appellatum, an liceat appellanti suæ appellationi renunciare inuito appellato: & est distinguendum. Aut enim per Iudicem appellationi est delatum, aut

aut non, & primò casu appellationi renunciari non potest per partes, secundo verò casu potest renunciari, & ad Iudicem reuerti, vt per Cynum in l. omnem honorem, ver. modo quæro, Salycet. nu. 3. ver. quæro C. quan. prouoc. non est neces. Dec. in l. penult. nu. 18. C. de pactis Rota in nouis decis. 49. alias 363. nu. 1. de appellat. & diuersorum in decis. 170. num. 4. par. 1. Tiraquel. de retract. lignag. ad finem nu. 25. Crauett. in cons. 80. n. 10. facit quod notat. Abb. in c. ex conquestione. nu. 11. & sequen. de restit. spoliat. Fely. in c. ex parte nu. 4. & 5. de rescriptis, dicit posse renunciari ante citationem partis, idem dicit Maranta in 6. parte actu 2. num. 331. Osas. decis. 131. n. 12. & 13. Gummia ritu 88. nu. 93. Idem erit si appellatio ex speciali fauore concedatur. Vrsill. ad Afflict. in decis. 83. nu. 3. Sed si appellatus non obstãte renunciatione appellantis voluerit causam prosequi; & ideo pro ea prosequenda fecerit plures expensas, an ad eas appellans quamuis appellationi renunciauerit nihilominus teneatur; & puto esse similiter distinguendum videlicet; aut sumus in casu in quo non potuit renunciare, quia per Iudicem appellationi fuit delatum, & tenebitur ad expensas prosecutionis factæ per appellatum; quia est in eius arbitrio acceptare renunciationem, & causam non prosequi, & illam non acceptare; & causam prosequi; quæ culpa appellantis est deuoluta, & pendet indecisa coram Iudice ad quem; vt eius dãno, & sumptibus possit terminari. c. damnum. 86. vbi Dyn. de reg. iur. in 6. faciunt allegata infra c. vlt. ver. sed quid si fuerit liti.

Si sumus in casu in quo appellans potuit renunciare appellationi: quia Iudex à quo appellationi non detulit; & tunc appellatus non potest vlterius prosequi causam coram Iudice appellationis, & si prosequetur nulliter, & iniuste actum erit, & ipse tenebitur ad expensas factas in prosequutione; quia potest à Iudice, qui pro eo sententiam tulit, si ille ordinarius sit; sententia executionem obtinere. c. quod ad consultationem. de re iudic. l. à diuo pio. in princ. & ibi Bart. ff. de re iudic. l. properandum. §. sin autem. C. de iudic. cũ aliis allegatis in tract. de differentiis in diuiduorum vtriusq; iuris in ver. iudex ordinarius ver. 18. differunt.

De appellatione à confessione debiti.
Cap. CLXXIX.

A Confessione debiti, seu mandati relaxatione, in vim obligationis in forma Cameræ, appellare non liceat, ad effectum impediendi executionem; sed tantum ad effectum deuoluendi cognitionem ad Iudicem Appellationum: qua deuolutione nõ obstante, ad executionem dictæ confessionis procedatur; & nihilominus de dicta appellatione per Iudicem præfatum intra legitima supra præstituta tempora cognoscatur.

De appellatione à confessione debiti.
Cap. 179. Gloss.

Confessio est duplex vna iudicialis, extraiudicialis altera, iudicialis est, illa quæ fit in iudicio, & in ciuilibus habet vim sententiæ, & rei iudicatæ, vt aliud non expectet, nisi præceptum de soluendo. l. vnica. C. de confessis. l. 1. l. iulianus. 3. l. certum. 6. §. si alia. ff. eod. l. 1. §. fin. l. si quis 7. & l. si quis. 8. ff. de interrog. act. & ideo a confessione debiti statutum negat appellationem suspensiuam, quod idem facit ius commune. l. ad solutionem 5. C. de re iudic. l. tale pactum. 40. §. 1. ff. de pactis. l. abstinendum. 4. C. quor. appel. non recipi. l. & publicarum. 8. C. eodem. Bart. Bald. Salicet. & Paul. de Castr. in l. 2. C. eod. c. cum speciali. §. porro. de appellat. c. quicumq; 2. q. 6. Rot. decis. 98. num. 1. par. 1. diuersorum. Et partes Iudicis in iudicialiter confessis sunt dare terminum ad soluendum. l. certum. 6. §. si alia quacumq; ff. de confessis. l. si debitori. 21. ff. de iudiciis l. debitoribus. 31. ff. de re iudic. ipsoq; termino elapso in exequendo. l. 1. ff. & C. de confessis. Soccin. Iun. in consil. 11. nu. 4. lib. 2. Maranta par. 6. de confessione. nu. 21. Rota in nouis. decis. 425. Rom. in cons. 391. Ias. in l. fin. nu. 39. ff. de verbor. obligat. & in l. imperator. nu. 10. ff. de legat. 1. latè Mascard. in conclus. 344. & in concl. 348. Rota diuer. d. decis. 98. & aduersus eos ex sua confessione actio datur vsq; ad finalem executionem sine intermedio appellationis, vt probant allegata iura. limita. 1. nisi alius quam is, qui ex confessione conuenitur, confessus sit, Paris. cons. 19. nu. 6. lib. 3. per tex. in l. seia. ff. ad Velleian. Mascard. conclus. 386. declara, vt per Rotam diuer. in decis. 496. nu. 1. par. 1. & decis. 9. nu. 6. par. 2. & si ille procurator, tutor, curator, aut defensor eius fuerit. d. l. certum. 6. §. sed an & ipsos. ff. de confess. l. vlt. in princ. ff. de act. & oblig. Sed ipsi confitentes tenentur Aduersario. l. si sine. §. celsus. ff. de interrogat. in iure facie. l. proinde. 29. §. si procurator. ff. ad l. Aquil. sed intelligitur de confessione extraiudiciali,

iudiciali: Nam iudicialis procuratoris confessio præiudicat Domino. glo. in c. 1. in verbo, non negauit, de postul. prælator. glo. in c. suborta. de re iudic. Oldrad. cons. 126. Spec. de confessis. §. nunc videndum. ver. sed nunquid confessio Procuratoris. Rota in nouis decis. 374. Belam. in decis. 164. decis. 374. & decis. 695. Sed dominus quouis tempore ante sententiam, dummodo probet factum per errorem eam poterit reuocare, Rota in antiquis decis. 506. per notata in c. cum in positionibus. de iure iur. in 6. & in nouis. decis. 260. & in decis. 60. Dec. in cons. 493. nu. 29. de qua re latè, Mascard. conclus. 369. confessio procuratoris, Rota diuer. decis. 613. nu. 9. par. 1. dicit posse reuocari etiam non docto de errore, & allegat Rotam in decis. 2. de cõfessis, & in decis. 19. de procurat. in nouis, & in decis. 32. de testibus in antiquis, tutoris verò curatoris, & executoris confessio in iudicio, vtiq; præiudicat, Rom. in cons. 389. nu. 3. extraiudicium non præiudicat; vt dixi, & probant allegati per Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glo. 6. nu. 12. quod idem voluerunt Bart. Bald. Fulgos. Roma. Castren. Alex. Soccin. & Ias. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat. Federic. de Senis in cons. 54. Bald. in cons. 123. lib. 3. & in cons. 187. eod. lib. 3. Anch. in cons. 57. Rom. in cons. 352. Castren. in cons. 186. lib. 1. Fulgos. in cons. 209. Soccin. in cons. 3. lib. 2. Alex. in cons. 132. col. 2. lib. 4. Aret. in cons. 4. Guid. Pap. sing. 650. Dec. in cons. 196. ver. tertio non obstat. & in cons. 493. ver. & ideo. Ruy. cons. 70. n. 2. lib. 4. intellige, & declara; vt per Rotam diuer. in decis. 197. nu. 1. & 2. par. 2. Limita secundo nisi pupillus sit confessus. d. l. certum. 6. §. in pupillo. ff. de confessis; quod intellige sine tutoris auctoritate d. §. in pupillo. & l. clarum. C. de actor. præst. Roma. in cons. 257. num. 3. est enim pupillus ipso iure tutus ab omni præiudicio. c. paruuli. 22. q. 5. Speculat. de confessis. §. sequitur. in princ. & de restit. in integ. §. 2. Bart. in l. 1. col. penult. ver. oppono. C. de confessis. Doctor. omnes in d. §. in pupillo. Confessio verò minoris valet etiam sine auctoritate curatoris. d. l. certum. 6. §. vlt. ff. de confessis. l. si ex causa iudicati. §. 2. ff. de minor. Specul. d. §. sequitur. de confessis. in princ. Dyn. cons. 38. Bart. in l. 1. col. penult. C. de confess. Sed ei datur restitutio in integrum d. l. certum. 6. §. minorem. ff. de confess. Specul. d. tit. de confessis §. sequitur. in fin. & alij supra allegati, & facta in criminalibus à minore non valet nisi in tormentis d. l. clarum. vbi Cyn. & Bald. in 2. notab. C. de auct. præst. Bald. ad Specul. de confessis. ver. nota quod in criminali. Abb. in c. ex parte. col. 3. ver. ex his infertur. de confessis & c. fin. eod. Dũmodo causæ grauiores nõ sint. Mar. cons. 26. n. 9. Doct. in d. l. clarum. idẽ Mar. in cons. 130. n. 22. Angel. de malefic. in ver. comparent dicti inquisiti. ver. nec non sit bene cautus. infr. lib. 2. c. 11. Limita 3. nisi id quod quis est confessus, nec ius nec natura admittat. l. si is. 14. §. fin. ff. de interrog. in iure faciẽ. exemplo. l. cõfessionibus. 13. §. fin. & in princ. l. si seruus. 16. §. fin. & in princ. ff. eod. Bart. in l. ornamentorum. ff. de auro, & argen. legato. Hercula. de negatiua. nu. 198. ver. 13. fallit. l. vnica. C. de confessis vbi glo. in ver. soluere. ibi sed eum ius, & natura non respuit, Crauetta in cõs. 29. nu. 2. & in cons. 48. nu. 7. quod idem erit quando contra eam fuerit iudicatum. Innocen. in c. mulieri. de iure iur. Marsil. in sing. 252. Rota diuer. in discursu post decis. 310. nu. 1. & 2. par. 2. Limita 4. nisi confessio veritate in contrarium probata, falsa appareat. l. cum falsa. C. de iuris & facti ignor. Dec. in cons. 536. num. 10. amplia, limita, & declara, vt per Mascar. in conclus. 384. & in specie limita in confessione falsa iudiciali scienter facta. d. l. certum. §. 1. ff. de confessis. glo. in d. l. cum falsa. vbi Bart. n. 10. idem Bar. in l. iura. C. de omn. agr. deser. lib. 11. Mascar. vbi supra n. 9. & est tex. in l. si is. 4. ff. de confess. in l. de ætate. 11. §. 1. ff. de interrog. in iure faciẽ. & in §. 2. & in l. si filius. 12. ff. eod. Secus enim erit in confessione falsa per errorem, & ignorantiam in iudicio emissa. l. 2. ff. de confes. d. l. de ætate. 11. §. ex causa. ff. de interrog. in iure faciẽ. & in §. iusto. & in §. fin. l. eum fideiussorem. 7. ff. de confess. l. eum testamento. 8. C. de iuris & facti ignor. l. non idcirco. 9. C. eod. l. non epistolis. 13. C. de probat. l. error. C. de iuris, & facti ignor. Non enim fatetur qui errat. l. non fatetur. ff. de confessis. Doct. in c. fin. eod. Bart. in l. capite quinto ff. ad l. iul. de adulter. & talis confessio erronea potest reuocari. Ias. in l. 1. col. 2. ver. tertio subtilius. C. de errore calculi. l. sed si me putem. & ibi Doct. ff. de condict. indeb. l. cum falsa, & l. post diuisionem. C. de iuris, & facti ignor. l. cũ de indebito. ff. de probat. Curtius in cons. 69. n. 8. ver. quia videmus, & si sæpius fuit repetita; vel iurata; & sit erratum in facto, vel in iure, dummodo constet de errore. Dec. in cons. 408. Rom. cons. 391. Ruy. cons. 10. lib. 3. Paris. cons. 131. nu. 35. Hercul. de negatiua. nu. 198. ver. 16. fallit Castren. in l. si post diuisionem. C. de iuris,

& fa-

& facti ignor. d. l. non fatetur. ff. de confessis vbi Bart. Crauetta de antiquit. tempo. par. 1. in ver. propositum nostrum. nu. 56. Corn. in cons. 250. col. fin. lib. 4. Bero. in cons. 87. n. 11. lib. 2. & in cons. 152. num. 8. lib. 3. docet quomodo cognoscatur erronea, Rota diuer. decis. 83. nu. 2. par. 1. sed si per latam culpam, vel dolo proximam sit erratum praeiudicat d. l. de aetate. 21. §. qui iussu. in fine. ff. de interrogat. in iure facie. Limita 5. nisi ad id quod quis se fecisse confessus est factum non sit, nec ab eo quo falso confessus est, nec ab alio. exemplo. l. vnde Neratius 21. §. fin. cum l. sequen. ff. ad l. Aquil. d. l. si it. 4. ibi si tamen. ff. de confessus pro qua faciunt allegati superius, & exemplum eorum quos allegat Mascard. in conclus. 354. per totam. Limita 6. nisi incertum sit id; quod quis est confessus. d. l. certum. 6. in princ. vbi glos. & Doct. ff. de confessis, Rota diuer. decis. 131. n. 2. 4. & 6. par. 1. & decis. 462. nu. 1. par. 1. Sed vrgeri potest hoc in casu, vt certum confiteatur. d. l. certum. 6. §. si quis incertum. vbi glos. & Doct. ff. de confessis. Limita 7. nisi non simpliciter facta sit confessio, sed qualificate; quo in casu est distinguendum, vt per Abb. in cap. bonae il 2. col. penult. de post. praelat. & per Cor. in cons. 94. col. 2. & 3. lib. 3. post Bart. in l. aurelius. §. idem quae sit. ff. de liber. leg. quos sequitur, & alios citat Maranta par. 6. de confessione. n. 27. fo. 394. Rota diuer. decis. 802. n. 1. par. 1. Confessio extraiudicialis, aut fit sine scriptura, illaq; aut parte praesente coram testibus, aut parte absente testibus audientibus, & de illa deponentibus, aut fit in scriptura, vt puta in instrumento, testamento in pracibus; & illa vtiq; fit, aut presente parte, aut absente, de quibus singulariter inspiciamus. Extraiudicialis sine scriptura parte praesente, coram testibus probat, & releuat ab onere probandi. l. publia meuia. §. fin. ff. de probat l. generaliter in fine. vbi Doct. C. de non numer. pecu. Bald. in l. 1. nu. 4. C. ne ex delicto desune. & in l. quoniam. nu. 7. in fin. ff. de his qui not. infam. Soccin. in cons. 228. nu. 9. lib. 2. Crauetta in cons. 267. n. 1. Imol. in cons. 138. col. 2. Alex. in cons. 53. col. 1. lib. 1. & in cons. 19. lib. 4. & in cons. 76. lib. 6. per tex. in l. cum te. la. 2. C. de transact. in l. fin. C. de fideicommis. & in c. per tuas. de probat. & pars dicitur praesens etiam quando pro ea adest procurator, nuncius, vel negociorũ gestor. d. l. certum. 6. §. si quis absente ibi certe procuratorem. ff. de confessis. Crauetta in cons. 272. nu. 16. Aret. in cons. 64. col. 1. ver. secundum patet. Sed vt probet oportet, quod à parte praesente, seu procuratore pro ea acceptetur; & confitentem obliget. Cyn. in d. l. 1. quaest. 6. C. de confessis. vbi Salycet. in 15. opposit. & in l. iubemus. C. de liber. caus. & in l. generaliter. q. 6. C. de non numer. pecun. Bald. in auth. quod obtinet. C. de probat. Dec. in cons. 146. col. 1. Alex. in cons. 20. num. 1. lib. 4. Aret. cons. 26. Curt. cons. 78. Curt. Iun. cons. 149. Soccin. reg. 73. controuertitur, limitatur, distinguitur, & declaratur per Mascardum in conclus. 346. per totam lib. 1. de probat. extraiudicialis sine scriptura parte absente testibus audientibus; ac de ea depouentibus, non probat. d. l. certum. 6. §. si quis absente. ff. de confessis. l. vlt. & ibi glo. ff. de interrogat. actio. glos. in l. cum de indebito. §. vlt. ff. de probat. Bald. in cons. 380. nu. 5. lib. 5. Ruyn. cons. 199. nu. 13. lib. 2. Natta in cons. 21. nu. 9. lib. 1. Paris. cons. 120. num. 4. lib. 5. Mars. sing. 339. Gabr. de confessis lib. 1. conclus. 1. controuertitur, limitatur, ampliatur, & distinguitur apud Fely. in c. si cautio. n. 25. de fide instrum. Gabriel. vbi supra, & apud Mascard. in conclus. 347. per totam vbi sub n. 1. ver. ab istorum ex Bald. in l. cum falsa in 1. oppos. C. de iuris, & fac. ignor. dicit transferre onus probandi contrarium in confitentem. verum emissa non ad obligandum, sed ad probandum attenditur, & probat, & si facta sit parte absente Egid. decis. 692. Rota diuer. in decis. 121. nu. 29. & de aequitate canonica, plenè probat, vt post Butr. Card. Imol. & Fely. in d. c. si cautio de fide instrumen. probat. Gabr. lib. 1. de confessis conclus. 1. nu. 46. & 47. sequitur, & cõmunem dicit Rota diuer. in decis. 4. nu. 1. par. 2.

Confessio extraiudicialis in scriptura, vt puta in instrumento, testamento; & in pracibus, & similibus probat; vt in instrumento dicit Ias. in cons. 36. in princ. lib. 3. etiam parte absente. l. si desiderium. C. depositi, vbi Bald. Castren. in cons. 84. Cremen. sing. 104. Rota diuers. decis. 168. nu. 4. decis. 693. nu. 3. par. 1. & in decis. 604. nu. 5. par. 1, Surd. decis. 10. nu. 7. Mascard. conclus. 360. lib. 1. de probat. vbi ampliat, limitat, & declarat in testamento si sit iurata, vt in instrumento vtiq; probat contra confitentem, & si facta sit parte absente. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis ff. de leg. 3. Bald. in l. rationes. C. de probat. & in cons. 14. lib. 2. & in cons. 262. lib. 3. Ruy. in cons. 128. nu. 16. lib. 2. Aliàs sine iuramento substinetur in vim legati fauore absentis. Bart. in d. l. si quis decedens. d. §. codicillis. ff. de legat. 3. Bald. in

l. non

l. non solum. §. si liberationis. ff. de liber. legat. Butr. & Abb. in c. si cautio vbi Fely. nu. 9. de fide instrume. & si nulla extent verba dispositũ legatum importantia. Cyn. post Petrum. in l. generaliter. q. 8. nu. 11. C. de non numer. pecu. vbi Castren. nu. 5. cum alijs allegatis per Surd. in decis. 250. nu. 1. & sequen. & decis. 285. nu. 5. Aret. cons. 64. Rota diuer. decis. 685. num. 7. par. 1. Mascard. conclus. 359. per totam. Item facta in precibus probat contra confitentem; vti facta in iudicio. l. cum precum vbi Bald. & Salyc. C. de liber. caus. l. 2. C. de instit. & subst. Oldrad. in cons. 292. Dec. in cons. 534. sub n. 4. Cuman. cons. 73. Imol. in cons. 127. quando preces fuerunt productæ. Soccin. in cons. 244. & cons. 41. col. pen. lib. 1. Rota diuer. in decis. 266. num. 4. par. 2. latè Mascard. in conclus. 368. per totã lib. 1. de probat. & n. 1. & 21.

A confessione debiti *est itaque intelligendum de simplici confessione facta in iudicio, per allegata in princ.: & illa dicitur, quæ fit coram Iudice pro tribunali sedente: Io. And. in addit. ad Specul. tit. depositio. §. 2. Abb. in c. at si clerici col. 2. vbi etiam Fely. de iudic. idem Abb. in c. fin. de confessis. glos. & Bart. in l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. si enim fieret coram Iudice in loco non Tribunali, non faceret fidem, nisi vt extraiudicialis. l. 1. C. de confes. Soccin. reg. 66. confessio. Idem si fieret coram Notario absente Iudice. Bart. in d. l. cum scimus. glo. & Bald. in l. iubemus. & in l. interrogatam. C. de liber. caus. Fely. in c. quoniam contra. col. 25. de probat. Calder. in cons. 2. Bart. in l. 4. §. hoc autem. in 6. & 7. oppos. ff. de dãno infecto. Alex. in l. si confessus. ff. de cust. reor. Afflict. decis. 245. col. 3. Non enim potest Notarius recipere confessionem, nisi Iudice præsente; vel committente, vt præiudicet confitenti. Afflic. vbi supra, & in decis. 324. nu. 15. & huius opinionis fuerunt Accur. Salicet. & Bald. in d. l. iubemus. C. de liber. caus. sed benè reputatur tanquam confessio extraiudicialis scripta in actis per Notarium Mantua in c. at si clerici. n. 25. col. 3. ver. contra. de iudic. qua probat. c. Pisanos. de restit. spol. Innocen. in cap. qualiter, & quando. col. 2. ver. non negamus. de accusat. & ibi Felyn. Vant. de nullit. proces. tit. quibus modis senten. nulla repar. potest. nu. 126. & probatur. in c. 1. & 2. de accusat. in 6. sed non tantum quantum Iudicialis facta coram iudice Mascard. conclus. 357. in princ. & per totam. Nec est iudicialis illa qua fit coram Iudice incompetente. arg. notatorum. in l. capite 5. ff. de adulter. Abb. & Fely. in d. c. at si clerici. de iudicijs. Bald. in l. omnes. C. de appellat. & in l. 1. col. vlt. C. de confessis. Ang. in l. magistratibus. ff. de iurisdic. omn. iudic. Dec. in d. c. at si clerici. Felyn. in d. c. qualiter, & quando. §. licet autem. nu. 9. 47. & 50. de accusat. amplia limita, & declara, vt per Mascard. in conclus. 352. lib. 1. de probat. Minus dicitur iudicialis illa quæ fit coram arbitratore, sed est extraiudicialis. Alex. in cons. 13. col. 3. cons. 96. col. 4. lib. 1. Roman. in cons. 306. Afflict. decis. 178. in 6. dubio. corã Arbitro est varietas inter Doct. Nam quod teneat, vt iudicialis voluerũt. Imol. & alij in c. præsentata de testibus; & quod sit extraiudicialis, & quod valeat, vt talis voluit. Cynus in d. l. 1. C. de confessis. Afflict. d. decis. 178. nu. 7. Maranta par. 6. de confessione. n. 31. fol. 395. & vtraq; est vera: Nam prima est vera si Arbiter processit iuris ordine seruato ad instar Iudicis, quia tunc dicitur iudicialis. Imola in d. c. præsentata. de testibus Bart. in d. l. 1. C. de confessis. Nam hodie Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. Bart. & Castr. in l. 1. ff. de arbitris, secus si processerit iuris ordine non seruato, ita debet intelligi, Cyn. Afflict. & Maran. vbi supra, Mascard. conclus. 344. sub nu. 8. & sequen. & confessio dubia semper est interpretãda in fauorem confitentis. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. Dec. in cons. 278. nu. 10. in cons. 493. nu. 16. & in cons. 539. n. 2. Mohed. decis. 37. Rota diuer. decis. 287. nu. 4. & decis. 462. nu. 1. par. 1. & in decis. 80. num. 21. par. 2. & in decis. 613. nu. 10. par. 1. hanc non approbat Maranta par. 6. de confessione. n. 32. fol. 396.*

Seu mandati relaxatione in vim obligationis in forma Cameræ, *Et quidem nec de iure à mandato vigore Cameralis obligationis relaxato datur appellatio. Soccin. Iun. in cons. 138. nu. 5. lib. 3. & interposita non retardat executionem. Lancel. de attent. appellat. penden. Limita 53. nu. 59. Gallesius ad formam Cameræ summ. quæst. post process. inciden. nu. 7. & 13. fol. 155. & 156. & ita disponit hoc statutum; Nam ad finem, & effectum impediendi illius mandati executionem, & ipsius executoris processum appellatio non datur; sed ad effectum; vt sine impedimento executionis causa appellationis deuoluatur bene conceditur etiam si à mero executore interposita fuerit. Specul. de act. seu petit. §. super petitionibus ver. sed quid si ante. Innocent. in c. cum inter canonicos. de elect. Butr. in c. dilecto. de appellat. col. 2. vbi Franc. in vlt.*

in ult. notab. Et ideo signatura solet quãdo fuit actum vigore Cameralis obligationis, committere causam cum clausula sine praeiudicio legitimæ executionis. Verum ratione excessus licita est appellatio Bald. in c. licet, de off. ordin. & in cons. 428. lib. 1. Dec. in c. nouit. num. 3. de appellatio. cum alijs allegatis per Contardum de moment. Limitat. 59. in princ. Sed hoc nõ potest procedere in obligatione Camerali, quæ continet in se certam liquidam sum̃ã, vel aliquam aliam rem nulla liquidatione indigentem; nisi fortè vltra id quod in ea continetur fiat executio; quo in casu daretur appellatio, vel simpliciter, vel cum alia clausula salutari si quid exequendum exequatur, sin minus causã appellationis cognoscat; et id quando in petenda illius executione non est processum, vt dicit Galles. vbi sup. n. 12. Nam facta liquidatione proceditur ad confessionem debiti, & deinde ad executionem, vt hac seruata forma non possit dici per Iudicem excessum per rationem quam adducit Gemi. in cons. 99. et est casus in c. constitutus de appellat. et ideo non datur appellatio; quæ executionem impediat; sed actio ad ipsam reuocandã, vt per Io. Mon. et Io. And. in c. cum venerabilibus, §. porrò, de sent. excom. in 6. Galles. vbi supra, n. 13. Sed quia sunt multæ exceptiones quæ hanc mandati relaxationẽ possunt reddere adeo turbidam; vt possit etiam iniusta videri; quas, vltra illas tres falsitatis, quietationis, et solutionis positas à Gallesio fo. 52 n. 2. fo. 60. n. 3. dinumerat Carolus de Grassis in tractatu de exceptionib. et Cõtardus in l. 1. C. si de momen. posses. fuerit appellatum, et nos supra in c. 82. Lucas Petus li. 4. cap. 4. nu. 5. et lib. 3. cap. 2. num. 11. ver. habita. et num. 12. & seq. Rota diuer. decis. 50. n. 30. par. 2. ex istis consueuit signatura cõmittere causas aliquando simpliciter, aliquando cum d. clausula. Si quid exequendum. Nã, et vbi agitur vigore Cameralis obligationis potest inferri grauamẽ; quod faciat cõcedere appellationem; vt nos sæpè docuit vsus fori; et desuper possemus compilare tractatũ colligendo casus, in quibus obligatione Camerali nõ obstante fuit concessa, quia de iure erat concedenda appellatio, vt sæpè rescripserunt illi Reuerendissimi Patres Signaturæ Iustitiæ iudicantes iustitias, de quorum munere post alios scripsit R. P. D. Io. Baptista Marchesanus, vnus ex eis.

De hoc statuto, ac illius praxi tradit Lucas Petus lib. 4. c. 4. et in eo non est seruanda forma tradita supra in c. 82. de executione Instrumẽtorũ, quia ibi non loquitur de Instrumentis Cameralibus, Nam habenti debitorem in forma Cameræ obligatum, breuiori via succursum est per hoc statutum; quam per remedium executionis instrumenti de quo supra in d. c. 82. Hoc enim casu propter confessionem; quæ fit in iudicio vigore dictæ Cameralis obligationis, vel ab ipso reo; vel ab eius procuratore, de qua in dicta formula posita per Galles. in princ. sui tractatus, voluit statutum non solum exequi posse, sed & etiam denegauit appellationẽ ad effectum impediendi illius executionem, licet ad effectum deuolutiuum appellationem permiserit adherẽdo iuri communi, vt mox dixi & patet in d. c. 82. fol. 124. sub n. 50. & fol. 125. sub nu. 10. et ideò in quadam causa vbi dicebatur de nullitate mãdati ob non seruatam formam statuti capit. 82. de executione Instrumentorum; dixi illam non esse adhibendam in executione Instrumentorum Cameralium, & mandatum vigore Cameralis obligationis relaxatum sine illa forma subsistere iudicaui.

Et hoc statutum appellationem à relaxatione mandati vigore obligationis in forma Cameræ appellationem denegans dicitur respicere ordinatoria; non autem decisoria, Franc. in cap. si duobus, §. 1. ver. quid autem si laicus. & in capit. vt debitus. col. 8. ver. septimò quæritur. de appellatio. et in simili dicitur de statuto tollente omnem exceptionem præter exceptionem solutionis de quo supra, c. 82. quod scilicet sit ordinatoriũ Fely. in c. quoniam, n. 12. de constit. Tamen est seruandum nõ solum in foro Capitolino; verum etiam in omni alio foro Vrbis, vt fuit resolutum coram Binarino, vt refert Rota diuer. in decisio. 452. nu. 6. par. 1. de qua re infra, cap. 178. versic. an autem sit ordinatorium, vel decisorium?

Est etiam ordinatorium statutum tollens omnes exceptiones præter quasdam ab eo dinumeratas, vt facit statutum c. 82. Fely. in cap. quoniam, n. 12. de constit. Rota diuer. in decis. 452. num. 6. par. 1.

Est etiam sciendum, quod hoc statutum appellationem denegans, non procedit si Instrumentum Camerali obligatione vallatum sit nullum; nec mereatur instrumenti nomen, quia careat requisitis de quibus supra in d. cap. 82. Nam etsi per statutum aliquæ exceptiones, vtputa simulationis, falsitatis, solutionis, & quietationis, admittantur tantum; nunquam tamen intelligitur sublata exceptio ista hoc non est instrumẽtum, non meretur instrumenti nomẽ; vel est nullum. Bart. in l. 1. §. & parui n. 3. ff. quod vi aut

S clam.

& quod nõ procedat videtur, quia sententiæ nõ sunt conformes in totum, immò discordantes, et adhoc, vt sit locus non debent in aliquo discordare, Rota coram Bisigneto decis. 2. de senten. & re iud. Dec. in c. directæ, nu. 6. & 9. de appell. facit Gabriel. in cons. 168. nu. 99. & seq. lib. 1. et ideò Bald. Ang. Imol. Castren. & Alex. in l. scire debemus ff. de verb. oblig. dixerunt, quod si actor petat in iudicio quinquaginta, et probet sibi fuisse promissa centum succũbet; nisi probet illa 50. esse de centum promissis propter diuersitatem Summæ, ita ex præmissis, & alijs arguit Surd. in cons. 102. in prin. Sed istis non obstantibus contrarium est verius in casu huius nostri Statuti, quo disponitur expressè posse tantũ secundo prouocare ab ea parte infirmationis, vt ab illa confirmationis secundo prouocare nõ liceat: verba enim statuti sunt in hoc clara, et ideò nõ est opus coniecturis l. continuus, ff. de verb. oblig. nam in eo in quo prima non est in secunda confirmata est difformis: in eo verò, in quo est confirmata est conformis, & in eo, in quo sunt conformes, est locus Statuto, & si id non exprimeret, vt probãt latè deductis per Surdum in d. cons. 102. nu. 7. & sequen. cum verò Statutum nostrum id exprimat ibi quo casu, & ab ea parte &c. non est locus dubitationi, & infra cap. 180. & facit Afflictus in decis. 362. fuit maximè per totam.

Huiusmodi statutum, quod non liceat secũdo prouocare, est correctorium, odiosum, & strictè intelligendũ, quia corrigit ius commune, secundum quod licet cuique bis appellare l. 1. C. quan. appell. sit. Anchar. Moder. q. 43. n. 3. lib. 1. Dec. cons. 34. nu. 2. & cons. 49. nu. 2. Gabr. cons. 56. nu. 11. lib. 1. Surd. cons. 271. nu. 17. & sequen.

Et ideo non ligat fideiussores, quin possint secundo appellare à sententia lata cõtra principales, vt in specie nititur defendere Surd. in d. consil. 271. sub n. 16. & seq. per totum. Nisi fortè esset fideiussor de stando iuri, et iudicatũ soluendo apud acta in Iudicio obligatus: quia tunc sententiæ latæ contra principalẽ exequutioni mandantur contra ipsum l. 1. C. de conf. l. si debitori ff. de iudic. l. 2. C. de act. rei iud. Specul. de exeq. sent. §. sequitur num. 10. Surd. d. cons. 251. sub n. 36. & sequen. alios citat. Nec extenditur ad emergentia, & incidentia, sed restringitur ad decisoria litis Surdus decis. 27. num. 10. & 15.

An hoc statutum compræhendat Collegium? & videtur quod sic propter illa verba generalia, in causa, seu casu & quia Collegium dicitur ibi habitare, vbi congregare consueuit, vel vbi residet illius caput Bald. in auth. sed cum testator nu. 5. C. ad l. falc. et dicitur ciuis Bar. in l. 1. nu. 12. ff. ad municipales. Sed cum statutum loquens de Ciuibus intelligatur de veris Ciuibus, non de fictis Bald. in cons. 456. nu. 6. lib. 1. & sit strictè intelligẽdum quoties est odiosum, vt istud prohibens appellationem Aym. cons. 153. n. 4. in fin. & cum Collegium sit persona ficta Rom. in cons. 436. nu. 3. & 4. non potest verè, & propriè dici ciuis, quia quod per fictionem est tale, non est propriè tale l. Cornelia in fin. ff. de test. l. 2. in princ. ff. de vsufruct. earum rerum, §. constituuntur in fine. inst. de vsufruct. Quod idẽ est dicendum de Incolatu, qui non potest referri verè, & propriè ad Collegium, vti persona ficta cum incolatus contrahatur per habitationem l. 2. et ibi Doct. C. de incol. l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de Fonte Paris. cons. 98. numer. 39. lib. 1. & de hac re fuit disputatum corã R. P. D. Litta in Roman. census de Incoronatis de anno 1605.

Fuit etiam aliquando dubitatum; an hoc Statutum inter ciues, et incolas habeat locum in causa separationis Thori principaliter spirituali? Et ego dicebam quod non: quia procedit in prophanis, non autẽ in spiritualibus, quas laici prorsus tractare probibentur c. 2. de Iudicijs, vbi latè Doct. Et quod causa separationis Thori sit spiritualis, ac fori Ecclesiastici patet; quia agitur de separatione Thori matrimonialis, quod spectat ad Ecclesiam c. accidentibus 12. de excess. Prælat. vbi Io. And. in prin. Butr. & cæteri omnes, & in diuinis præceptis affirmatiuis 222. dicitur Sacerdos formulam repudij sibi præscriptam seruet Num. Abbas in c. ex literis nu. 11. Boich. num. 3. de consang. & affin. vti enim admonitione Sacerdotali debet quis ad Thorum suæ coniugis redire c. preceptũ Domini 21. q. 5. vbi gloss. ita et Sacerdotali Imperio debet ab eodem matrimoniali Thoro secedere, quod ad laicos non spectat, sed ad Ecclesiam, & forum Ecclesiasticum per mox allegata, & per tex. in capit. 1. vbi glo. in verbo, comprouinciales, 33. q. 1. & per Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. §. ad hæc. Et cum matrimonium sit Sacramentum, eius causa, ac ipsius accessoria, & dependentia, vti est separatio Thori spectat ad forum Ecclesiasticum c. debitum. de Bigam. cap. tuum de ord. cogn. cap. lator qui filij sint legit. & non ligatur statuto laicorum, quia non potest super eo, ac illius accessorijs disponere argum. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & cap. vt animarum. de cõst. in 6. Abbas in cons. 12. num. 2. lib. 1.

Et ideo videmus ob hãc causam multas ciui-

les leges esse correctas c.vno 30. q.2. Doctor, in c.penul. & vlt. de secun. nupt. Federic. de senis in cons.35. vbi dicit debere regi, & disponi Iure Diuino, et Canonico, nō autē Ciuili, & tale statutū super matrimonio, illius accessorijs, et dependentibus non valet, Abbas d.cons.12. n.2. & 3. lib.1. Ceph. in cons.226. n.13. & sequen. lib.2.

Nec in proposito obstare dicebam confirmationem factam à Papa, quia quoad hoc esset illicita, cum supponeret spiritualia laicis, quo in casu confirmatio Papæ quantūuis generalis, & in forma cōmuni nō trahitur ad statuta illicita, et inhonesta, Bar. in l.1. n.1. vers. generali, C. de monopol. Bald. cons.134. lib.3. cum alijs citatis per Rot. diuer. decis.780. n.6. p.1. et per Surd. in decis.158. n.16. & confirmatio nō facit, quod sint Papalia, vt probat Bald. de statutis in verbo, cōfirmatio, et quacunq; confirmatione non obstante, semper in causis spiritualibus attenditur dispositio iuris canonici, & diuini, vt per Alexan. in cons.39. n.3. & seq. & n.7. & per totū lib.4. Comprobatur exēplo Egidianæ, quæ & si sit confirmata à Papa, nihilominus non habet locum in causis fori Ecclesiastici, nec minus quādo agitur de re Ecclesiastica, Rota in Auximana bonorū 20. Nouemb.1579. coram Card. Seraphino, & alias sæpè. Et hoc statutum confirmatū à Papa & si contineat, nuptias posse contrahi in gradu iuxta dispositionem Ciuilis iuris: tamen nō seruatur in hoc, sed attēditur ius Canonicum. Istis tamen non obstan. Rot. in Romana separationis thori corā R.P.D. Marcomont. de anno 1605. tenuit locum esse huic statuto de duabus conformibus inter ciues, & incolas. Ego non sto cum dicta decisione: quia & si statuta laicorum valeant circa accidentia matrimonij, vtputa dotes, & successiones Brun. de statut. art.1. nu.30. Tamen talia statuta in matrimonialibus cedūt iuri Canonico Bal. de stat. in ver. cedente n.2.

Non est ommittendum huiusmodi statutū debere intelligi de duabus sententijs, quatenus illæ validæ sint Ias. in l.3. §. condemnatum nu.32. ff. de re iud. Corn. cons.144. n.3. lib.1. Nā exceptio nullitatis impedit duarum cōformium executionē. Oldrad. in cons.106. Bald. in cons.449. lib.4. Abb. in cons.97. lib.2. Castrē. in cons.320. Alex. in cons.77. lib.2. Gabr. cons.49. lib.1. & non excludit in integrum restitutionem Baldus cons.236. num.1. lib.1.

Bene verum est, quod restitutio in integrum non retardat executionem duarum conformiū, si illa petita sit ante restitutionem, secus si post Alberic. in l. postulata num.1. C. de in integ. restit. post Cast. in auth. quæ supplicatio sub nu.3. C. de præc. Imp. offic. Alex. cons.223. n.6. lib.6. Put. decis.285. lib.2. Rota diuers. decis.346. numer.6. Oddus de restit. in integ. par.2. q.100. art.1. Boer. decis.65. num.6. & decis.79. nu.6. Cephal. cons.263. in fine.

Et appellatio interposita ab vno ex consortib. prodest alijs, vbi est ead. causa, alias non l. si qui separatim §. quotiescūq; ff. de appell. Bal. in l.1. C. si vnus ex plur. Spec. de appell. §.1. ver. item si plures. Sed appellatio interposita per confessum non prodest alijs non confessis Bal. in d.l.1. l. legaui ff. de liber. leg. et quādo Iudex interloquendo appellationē non admittit est ab illa non admissione iterū appellandū Innoc. in c. pastoralis §. præterea col.2. de off. deleg. Capic. dec.34. n.7.

An autem sit ordinatorium, vel decisoriū? et dic vt per Rot. diuers. in dec.452. n.6. p.1. vbi dicitur respicere ordinatoria, et tamen fuit seruatum in supradicta Romana separationis Thori in Rota tanquā decisorium corā Marcomontio, licet de iure ordinatorium seruetur in suo foro, decisoriū verò in omni foro glo. in l.1. in verb. controuersiarū in addit. C. quæ sit longa consuet. per text. in l.1. ff. de vsur. & in l. si fundus ff. de euict. & hæc fuit originalis distinctio Odofred. in d.l.1. n.12. C. quæ sit lōga consuetudo, vbi format quæstionē; An statuta sint seruāda vbi causa tractatur, licet personæ non sint subiectæ, & distinguit aut sunt ordinatoria, aut decisoria, & resoluit vt supra, quod admittit etiam Rota diuer. in d. decis.452. num.6. par.1.

Sed an aduersus duas conformes sit in omni casu, & causa concedēda petenti in integrū restitutio? Et quidē regulariter non est denegāda; quia deficiente remedio appellationis ordinario conceditur extraordinariū, quod est restitutio in integrum glo. & Doct. in l. vnica, C. si de moment. poss. fuerit appell. Paul. de Cast. in l. si finita, §. postea quam ff. de dāno infecto, Put. de Syndicatu §. an si statuto n.4. Mars. in l.1. n.168. C. de rap. virg. Iacob. de San. Geor. in l. arbitrio n.6. ff. qui satisdare cog. Rom. in cons.90. Oddus in tract. de rest. in integ. q.15. nu.31. & seq. & n.34. & sequen. multa dicit. Tamen non in omni casu, nec in omni causa est concedenda: nā ex modica læsione nō conceditur, l. Seio, ff. de in integr. rest. vbi gl. in verbo, si maiori, Innoc. in c. coram eod. tit. et licet appellatio pro minimo dāno detur l. à sent. ff. de appell. Corn. in cons.50. n.4. li.3. c. super eo. vbi Frāc. col. fin. de appell. tamen contrarium succedit in restitutione in integrum gloss. in l. interdum. in verbo, sed dumtaxat, ff. de

de minor. Bald. in l. 1. C. si aduers. vendit. pign. Rom. in cons. 90. num. 4. Alexand. in cons. 67. num. 4. Gozzad. in cons. 44. num. 8. Natta in cons. 631. nu. 22. & in cons. 481. nu. 13. per tex. in d. l. Seio. Nec valet argumentum ab appellatione ad restitutionem Corn. in d. cons. 50. n. 4. lib. 3. & appellatio est fauorabilior restitutione, vt dicit Franch. in d. cap. super eo. de appellatio. Immò propter medium inter mediam, & enormem sunt variæ Doctorum opiniones, vt datur videre apud Oddum vbi supra quæstio. 4. num. 105. per totum, & ideo putat hoc Iudicis arbitrio remittendum esse sub num. 106. quod ampliat contra Ecclesiam num. 105. Quæ dicatur media læsio, vel talis, quæ excludat restitutionem in integrum, vel illam admittat residet in arbitrio Iudicis, Bald. in cons. 358. lib. 1. & alij allegati per Menoch. de arbitr. casu 53. num. 5. Oddus vbi supra numer. 114. & 124. Menoch. casu 74. num. 4. & in casu 75. Ad rem nostram cum petatur contra duas conformes coram eisdem iudicibus, qui primam sententiam tulerunt, quæ fuit postea confirmata, esset ab eisdem in magnis causis parce concedenda, immò nunquam sine causæ cognitione; In minimis possent credere, quod bene iudicauerint, postea quam ita censuit Iudex appellationum, & inclinare ita arbitrium contra petentem restitutionem, quæ in magnis causis, vt plurimum calumniosè petitur, in minimis semper: ideo non esset super restitutione in integrum lis contestanda sine causæ cognitione l. 3. & ibi Doctor. ff. de restit. in integ. & in l. causæ, §. causa cognita ff. de minor. Guido Papæ consil. 40. num. 6. Sylua. cons. 17. num. 18. lib. 1. & consil. 19. numero 2. eod. lib. 1. & proceditur via ordinaria, si causa ordinaria sit, & summariè, si causa sit summaria, Bellam. in decis. 266. quod Oddus de restitut. in integr. quæstio. 35. num. 52. & 53. dixit esse notandum, & vtique proceditur summariè quando incidenter petitur, vt latè ex multis concludit Oddus d. quæst. 35. nu. 5. & 59. & supra c. 167. vers. & in causa appell.

Non enim excludit tertiũ post latas duas contra principalem quin possit pro suo interesse appellare. Angel. in l. tractatum est, §. interdũ n. 5. ff. à quibus appell. Butr. in c. super. n. 5. de off. deleg. vbi Anch. nu. 1. Abb. n. 4. Imò n. 3. Franc. in c. pastoralis, col. 14. ver. septimò quæritur de appell. Mars. sing. 285. Butr. in tract. de iurisdict. Episc. c. 1. n. 2. Mara. p. 6. & quandoq; appellatur, n. 328. Fely. in d. c. super eo. n. 2. de off. deleg. Innoc. in c. cũ super. col. 3. & ibi Abb. de re iud.

An hoc statutum liget forenses? Et cum sit ordinatoriũ vt dixit Rota diuer. in d. decis. 452. n. 6. p. 1. si forenses litigant in foro Capitolij hoc statuto ligantur, nec poterunt ideo secũdo prouocare; quia quoad ordinẽ iudiciorum attenditur locus Iudicij: non autem quoad decisoria, vt latè per Alciat. de præsump. reg. 3. q. 28. n. 8. Doct. in c. quod Cler. de foro cõpet. et in l. 1. C. de summa Trinit. & fide Catho. latè Dec. in c. ecclesia S. Mariæ, num. 42. de constit. Soccin. in cons. 71. nu. 7. lib. 4. faciunt, & allegata supra in c. 151. de contractibus sine certa solemnitate non valituris, & c. sequen. & c. 100. fol. 153. num. 10.

An Papa possit ex ordinaria potestate concedere facultatem secundo prouocandi hoc statuto non obstante? & dic quod sic, vt per Dec. in c. sua nobis, n. 21. de appell. post Bald. et Imol. Soc. sen. in cons. 158. col. 1. Visis processu, & sent. lib. 2.

Sed si appellatio post duas cõformes in aliquo casu permittatur non facit attentata, quia non impedit executionem, nisi id expressè dicatur. Lancel. de attent. Limit. 45. num. 1. & ratio est ne lites in infinitum producantur, et ne fiant immortales, cap. finem. de dolo, & contum. & cap. venerabilis eod. cap. frequens. de exceptio. capit. cordi nobis, de appellat. l. 2. in fine C. de iuracalum. & l. properandum, C. de Iudic.

Appellari quamuis secundo non possit, potest tamen dici de nullitate Dec. in d. cap. sua nobis, num. 30. semel, & pluries in infinitum, vt per Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus num. 3. & sequen.

An hoc statutum procedat etiam in illis sententijs, quæ nunquam transiuerunt in iudicatum? et dic quod sic, licet enim in illis possit causa de nouo inchoari, non tamen potest secundo appellari, glo. singularis, in cap. fraternitatis, in verbo, fornicari, de frigid. & in cap. Lotharius, 31. q. 2.

Sed si secundo fuit prouocatum, & lata sentẽtia super secunda appellatione an valeat? aut fuit oppositum, & probatum de prima appellatione, & tunc ipso iure non valet, aut non fuit oppositum, nec probatum, & valet, vt est casus in d. c. sua nobis. de appell. secundum Bald. dicẽtem alibi non reperiri. Nam duo conformes ex hoc nostro statuto faciunt rem iudicatam, verã, & propriam vti faciunt tres conformes, de iure cõmuni, glo. in c. non solum in verbo, innouata, de appellat. in 6. quam sequitur Dec. in l. res iudicata 206. n. 1. ff. de reg. iur. & senten. lata cõtra rem iudicatã non valet, l. 1. C. quan. prouo. non est neces. etsi vigore rescripti simpliciũ, videat et iustitiã faciat lata sit, quia simplex rescriptum

Principis rem iudicatam non tollit. l. causas, C.de transactio.l.vlt. C.sentent. rescind. non posse. Latè Iason.in consil.47.colum.2.lib.3. & consil.101. colum.penult.lib.4. Nam res iudicata facit ius plenum plenius, & plenissimum secundum Bald. in l.ingenuum, ff. de statu homi. mutat naturalia vincula sanguinis quoad effectum; etsi non essentialiter idem Bald. in capit. in præsentia de renunc. & alia multa de quibus per Dec. & Cagn.in l.res iudicata ff.de regul. iur. & Iason. in rubr. ff.de re iudic. post Bald.dixit facere de Guelpho Gebelliuum. Et ideo magna est vis exceptionis rei iudicatæ, vt ex mox allegatis clarè deprehenditur, & Iudex siuè Laicus, siuè Ecclesiasticus non erigens aures ad oppositam rei iudicatæ exceptionem sunt puniendi pœna de qua per Bonifacium 8.in cap.vlt.de exceptio.in 6.quam ibi glo. Io.And. Archid.& Anchâran. arbitrariam appellant. Est enim rei iudicatæ exceptio ab eo coram quo causa agitur admittenda, & ratio est, quia res iudicata pro veritate habetur, l.res iudicata,ff.de reg.iuris. Nullus ergo iudicum contemnere eam debet, nisi fortè proueniret ex sententia lata à non competenti Iudice,vt notant omnes, in d.cap.vlt. de exceptio. in 6. per text. in cap. seculares, de foro competent. in 6. Vel ex admissione huius exceptionis insurgeret animæ periculum. Gemin.in d.capit.vlt.colum.1. ver. nota quod iudex, & ibi Franc. in vlt.notab. de except.in 6. per text. in cap.5. de offic.ordinarij. Ias. in l. à Diuo pio. §.sententiam, nu.18. ff. de re iudic.

Si tamen grauamen sit successiuum, vel noua superueniant grauamina centies appellare licet.Specul.de appellat. §.quoties ver.quid autem, & vltima primam non absorbet. Mant. sing. 151.

Et super quolibet articulo, vel grauamine, & qualibet interlocutoria licebit semel appellare, cap.dilecta de appellat.l.1. C.ne in vna eademque causa,cap.sua de appellat.cap.si autem, §.post secundam 2.quæst.6. cap.omnis oppressus cap.Romanam, cap. quoties & cap. ideo eadem 2.quæst.6.

Sed si tu habuisti pro te duas sententias; & ego pro me alias duas,quis erit potior,cum nulli nostrum liceat vlterius appellare? & videtur quod originalis reus, quia promptiores sumus ad absoluendum, quam ad condemnandum. l.Arianus, ff. de actio.& oblig.cap.ex literis in fine de probat. cap.inter dilectos in fine de fide instrum. cap. alligant, 26.quæst.vlt. Immò videtur,quod is qui prius sententias obtinuit, siuè sit reus, siuè actor, potior sit; quia præsumitur pro sententia, capit. in præsentia de renunc. & Iudices appellationum sæpe in peius sententiam reformant. l.1.ff.de appellat.sicut,& alias cum quis à pluribus ex noxa eiusdem serui conuenitur, dabitur ei, qui prius ad sententiam peruenit, l.si quis à multis ff. de noxa l.sic & in actione de peculio. l. si vero adhuc ff. de pecul. Sic vt & alias inter duo impetrantes; qui primò præsentat literas,primò præbendam obtinet. cap.capitulum, de rescriptis. Sed hodie per clemen.2. de re iudic.res est extra disputationem; quod melior est conditio actoris quando habuit primam pro se; nam licet reus obtineat secundam, tamen cum actor habeat tertiam, & sic duas pro se habebit ex hoc statuto exequutionem ad instar habentis tres,iuxta text.in d.clement. 2. de re iudic.

De appellatione à sententia Capitanei. Cap. CLXXXI.

Non solum vt in præcedenti capite, à sententia Capitanei, quando cum prima non est conformis, ad Senatorem appellari volumus; sed etiam quando Capitanei sententia,siue diffinitiua,siue vim diffinitiuæ habẽs, esset vnica vel prima; dummodo appelletur in casibus à iure, & per præsentia Statuta permissis: & tunc seruentur omnia coram Senatore, quæ coram Capitaneo appellationum seruari debere dictum est, & infra dicetur: & Senator eo casu vt Iudex appellationum in omnibus & per omnia procedat.

De appellatione à sententia Capitanei. Cap. 181. Gloss.

Huic statuto correspondet auth. si quis liga. C. de episc. audiend. vbi gloss. & Doctor. & pro eo faciunt, quæ dicta sunt supra capit. 166. & 167. de iurisdictione Iudicis appellationum, ac illius officio; nam sicut à sententia DD. Collateralium appellatur ad Capitaneum, ita à sententia Capitanei quatenus illorum sententiam infirmet appellatur ad Senatorem, & à Senatore ad Capitaneum, vt in sequenti cap.182. de appellatione à sententia Senatoris, de appellatione cognoscentis.

De ap-

De appellationibus à sententia Senatoris de appellatione cognoscentis. Cap. CLXXXII.

A Sententia Senatoris cognoscentis de appellatione, à sententia per Capitaneum lata, quæ cum prima conformis non fuerit, liceat ab ea tantum parte, quæ cum prima conformis non fuerit, liceat ab ea tantum parte, quæ cum prima conformis non est, ad eundem Capitaneum, appellare: qui si fuerit ille idem, qui prius in ea iudicauerit; Consultor, vt infra dicetur, eligatur, cuius consilio causa terminetur.

De temporibus ad appellandum, & appellationes repræsentandum in tertia instantia. Cap. CLXXXIII.

VT res, quantum fieri potest, ad vnam consonantiam reducantur; volumus, vt eadem tempora appellandi, redeundi pro apostolis, appellationis representandæ, depositi & sequestrationis (vbi illis locus erit) faciendæ: & reliqua omnia, quæ in secunda instantia fieri debere præcipimus, in quacumque instãtia obseruetur; preterquam quo ad fatalia, quę in tertia instantia quatuor mensium (vt supra in capite de Instantijs dictum est) esse volumus: & ita sub pœnis desertionum, & alijs quoquo loco comminatis seruetur.

De temporibus ad appellandum, & appellationes repræsentandum in tertia instantia. Cap. 183. Gloss.

Eadem tempora appellandi redeundi pro apostolis, appellationis repræsentandæ, depositi, & sequestri; vbi illis locus sit; faciendi, obseruentur in quacunq; instantia, quæ obseruantur in secunda. supra c. 168. Intra quantum tempus appelletur, & de tempore redeundi pro apostolis. c. 169. & de repræsẽtatione appellationis. c. 170. & de appellationibus non recipiendis, & deposito faciendo. c. 171. & de deposito in causis nullitatum. c. 172.

Præterquam, *ab istis temporibus excipit fatalia; quæ in tertia instantia vult esse mentiũ quatuor, vt disponitur supra de instantijs, & fatalibus. c. 81. Nam dictio, præter, excludit fatalia tertiæ instantiæ à fatalibus secundæ, vt non eadem; sed diuersa, & minora esse debeant hoc est quatuor mensium; ea enim est d. dictionis natura, vt excludat, & includat, vt hic, & in l. titiæ testamento. ff. de legat. 1. & in l. plenum. §. prætor. ff. de vsu & habit. l. 1. in fin. & ibi glos. ff. de pignor. act. l. sed & hæc. §. prætor. ff. de procur. l. seio. §. vxori. ff. de annu. legat. Dyn. in l. pater. de collat. Doct. c. progeniem. 35. q. 3. c. Ebron. 13. q. 1. c. ad apostolicæ. §. præter. vbi Archid. de re iudic. in 6. & quod includat est tex. in c. adijcimus. 16. q. l. 2. ff. de fun. instr. Innocen. in c. 1. in ver. vsq; de renunciat. l. nullum ff. de diuor. l. si filius. §. vlt. ff. solut. matr. l. si ita ff. de legat. 1. l. nam quod. l. si insulam. ff. penu. legat. l. 2. ff. de adimen. legat. §. sed si instit. de adopt. l. præter. C. de appar. & l. 2. C. de lucr. aduoc. lib. 12. de hac dictione, præter, an, & quando excludat, & includat, tradit Bar. in d. l. seio. §. vxori. ff. de ann. legat. & l. fundo. ff. de adimẽ. legat. & in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. l. placet. C. de sacrosanct. eccles.*

Fatalia. *fatalia iudiciorum, & litium, sunt in duplici differentia statuenda, nam alia sunt primæ instantiæ de quibus supra. in c. 81. & de illis est tex. in l. properandum. 13. C. de iudic. alia sunt causæ appellationum; Appellationum fatalia sunt in triplici differentia; quadã enim ad interponendam; quædam ad introducendam coram Iudice Appellationis; alia ad finiendam appellationem pertinent, vt patet in supra citatis statuti capitibus, & per adducta per Gayl. lib. 1. obser. 139. & patet in l. qui suspectam. 20. ff. de appellat. & in nouel. 23. §. 1. & in l. Iudicibus. C. de appellat. & in l. 2. & 3. de tempo. & reparat. appel. Salycet. in auth. sed & lis. C. de tempor. app.*

De fatalibus appellationis interponendæ de iure communi, & ex dispositione statuti, dixi supra. in c. 168. Intra quantum tempus appelletur, & de istis tradit Guid. Pap. decis. 115. Mysing. cent. 2. obser. 11. & obser. 68. vbi dicit quod ista per partes non possunt prorogari. cent. 3. obser. 221. & fuit de mente Oldrad. in l. fin. C. de temp. appel. licèt secus sit quo ad alia. Mysing. cent. 3. d. obser. 221. Sed non currunt nisi à die notitiæ. Specul. de appel. §. restat. glo. in c. 1. & in c. concertationi. de appell. in 6. Minus currunt impedito. Spec. vbi supra §. restat. ver. sed nunquid hoc tempus. An autem tempora fatalium; de quibus in auth. ei qui appellat. C. de temp. app. & in c. cum sit Romana de appell. & in d. c. 168. currant contra minores. & dic vt per glos. in l. fin. C. si aduer. sent. & in l. si præses C. quomodo, & quan. iud. & de intellectu d. auth. ei qui. vide Cyn. ibi & Spec.

Spec. de arbitr. §. differt. ver. item vt infra. Guid. Pap. de appel. nu. 33. & 34.

Et licèt non currant nisi à die scientia, vt præ dixi, hoc tamen non procedit, vbi fuit procurator, & contra eum fuit lata sententia domino ignorante. l. 1. in fin. ff. quan. app. sit Spec. de app. §. 1. ver. ceterum. & §. restat. ver. 1. Nã qui misit procuratorem negligentem non excusatur. l. si procuratorem. §. si tutores. ff. mand. Bald. in auth. hodie. col. 2. C. de appell. sed controuertitur, & distinguitur, vt per glo. in l. 1. ff. quan. app. sit. Guid. Pap. decis. 436. Bald. in d. auth. hodie.

Et licèt per statutum possit minui, vt fit supra d. c. 168. & prorogari, vt per glo. in l. præscriptione. in verbo iuris. C. si contra ius vel vtil. pub. non tamen potest in totum tolli. glo. & Bald. in l. 2. col. 7. C. eod. & in auth. hodie. C. de appe. Bald. & Doct. in l. fin. col. 2. C. de temp. appel. Ang. in l. per interualla. de iudic. Hoc tamen non potest fieri per partium consensum, vt dixi, nec per Iudicem. glos. in c. cum sit Romana. de appel. glos. in auth. offeratur. C. de lit. conten. vbi Bald. & in auth. ei qui C. de temp. app. quia non possunt facere Iudices, nec partes quod lapsis istis legis, seu statuti fatalibus, per appellationem deuoluantur iurisdictio, ad non habentem iurisdictionem: l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudic. & non possunt facere, quod sententia non transirent in iudicatum. l. fin. C. de transact.

Et quod fuerit appellatum intra tempus non probat confessio partis; sed est probãdum per appellantem. Spec. vbi supra §. de offic. ver. item quæritur si constat.

Verum hoc tempus appellationis interponendæ idem operatur; quod appellatio interposita, vt ipso pendente nihil sit innouandum. Bald. de stat. ver. sententia. nu. 1.

De fatalibus ad appellationem introducendã dixi supra in c. 169. de tempore redeundi pro apostolis, & de repræsentatione appellationis. c. 170.

De fatalibus ad prosequendam, & finiendam appellationem, dixi supra in d. c. 81. de instantijs, & fatalibus; sed communi iure ad prosequẽdam, & finiendam appellationem datur annus. clemẽ. sicut de appe. auth. ei qui. vbi Bart. C. de temp. app. & fatalis solet appellari eo quod appellatio eo anno elapso recipiat fatum, idest mortem, & finem. Bald. in l. fin. col. 3. C. de tempor. appel. Benign. de appe. q. 9. nu. 2. Gambar. de auth. leg. lib. 8. nu. 184. & 185. hoc nostro statuto in secunda instantia ista fatalia sunt sex menses, in tertia quatuor, vt in d. c. 81. & incipiunt à die interpositæ appellationis infra quæ tempora appellans debet incboare, prosequi, & finire appellationem; aliàs eius appellatio efficietur deserta. d. clemen. sicut. de app. Bart. in d. auth. ei qui. Mars. sing. 51. nu. 1. & currunt contra ecclesiam, & minorem. glos. in l. rem. 5. C. si aduer. rem iudic. Spec. de restit. in integ. §. si quis autem. ver. vt autem. & sunt continua eorum tempora. l. 2. & ibi Bald. C. de temp. appel.

Sed dubitatur an incipiant à die appellationis interpositæ viua voce, vel in scriptis, & in scriptis est magis cõmunis quod incipiant. Alex. in cons. 82. in fine lib. 6.

Appellans, & Iudex fatalia hæc appellationis prosequendæ minuere possunt; non autem appellatus, vt not. in c. oblatæ. de appel. Spec. de appel. §. qualiter. ver. hic autem. Phil. in c. sæpè. de appell.

An de consensu partium possint prorogari? & quod non dicit Bart. in auth. si tamen. C. de temp. appel. Abb. in c. ex ratione. vbi Dec. nu. 33. & sequen. de appell. glos. Bart. & alij in d. l. properandum C. de iudic. Io. And. ad Spec. de appel. §. nunc breuiter. ver. licèt autem. Roman. in cons. 174. in fine. Alex. in cons. 24. circa finem. lib. 4. quod sic tenet. Marant. in 6. par. in 2. actu. nu. 225. & sequen. quod intellige tacitè, vt puta si causa compromitteretur, non autem expressè, vt per Doct. in d. l. properandum. Rom. in d. cons. 174. Boer. decis. 283. Maran. vbi supra d. n. 225. Possunt enim fatalia suspendi per pactum expressum, & per compromissum, non autem impediri, nec prorogari. clem. quamdiu. de appe. glo. & Doct. in d. l. properandũ. Bart. in d. auth. si tamen. in 2. not. C. de temp. app. Io. And. vbi supra. Butr. Imol. & Phil. in d. c. ex ratione de app. etiam quod sint per statutum præfixa. Butr. & Abb. in d. c. ex ratione. vbi etiam Imol. & Fely.

Perempta tamen instantia potest per partes restaurari; si communi consensu repetant omnia acta vnico consensu. Bart. & Alex. in d. l. properandum. Bart. in l. seius, & augerius. ff. ad l. falcid. Soccin. cons. 31. lib. 1. Myssing. cent. 3. obser. 49.

Et hæres appellantis de iure communi habet quatuor menses vltra tempus datum appellanti ad prosequendum. l. fin. & ibi Bart. C. si pend. app. mors interue.

Sed ægritudo appellantis, & impedimentum

non

non affectatum impediunt cursum fatalium appellationis prosequendæ. Dec. in cons. 104. Imol. in c. fin. de appell. Ias. in l. si vero. ff. qui satis. coga. & in l. fin. nu. 48. ff. de fer. Roland. de inuent. 3. par. q. 14. nu. 5. Item causa attentatorũ contra appellantem commissorum. Bar. de temp. vtili. & cont. e. 4. n. 5. c. non solum de app. in 6. Rota in nouis decis. 102. Itẽ quod fatalia aliàs 105. Phil. in c. dilecti q. 4. de appe. Bouinco. de pauper. q. 9. num. 6. Dec. in c. ex ratione n. 42. de appella. Item compromissum acceptatum ab arbitris, vt dixi. Dec. in c. ex ratione nu. 32. de appel. Item bella fatalium cursum impediunt cum sint appellanti impedimento. Lancel. de attent. c. 12. nu. 46. Idem faciunt fortuiti non affectati casus. Becc. in cons. 104 nu. 5. Cappell. Tholos. in decis. 321. Idem si casus contingat in personam Nuncij, vel Procuratoris. l. cum à matribus. C. qui pet. tu. l. præses vbi Bart. C. de appe. Card. in cons. 10. de appe. Alex. in cons. 72. lib. 1. Phil. & Abb. in c. ex ratione de appe. Idẽ est compromisso pendente secundũ Blan. de compr. q. 6. nu. 23. Lancell. de attent. c. 15. nu. 161. Anchar. in cons. 284. Rota decis. 7. & 25. de appel. Pedemo. decis. 28. n. 6. Minus currunt quãdo cognitio pendet in Consistorio Principis. §. ad hæc. auth. de appell. Math. in auth. sed & lis. nu. 1. C. de temp. & repar. app. Si conclusum sit in causa, & Iudex non expediat fatalia non currunt. Phil. in c. oblata. ver. circa quintum. de appe. Non enim impedit eorum cursus tractatus concordiæ Gayl. 1. obser. 140. nu. 9. Si copia sententiæ, instrumenta, vel testes in causa habere non possit appellans fatalia nõ currunt. Bal. ad Spec. de appe. & in c. ex ratione eod. Spec. eod. §. nunc breuiter. ver. item fallunt. sed dolo appellati impedito non currunt fatalia. Bart. in l. in arbitrio. §. dolo. ver. sed tunc oppo. ff. de dolo, sed datur appellanti actio de dolo. ibi. vbi glos. & alij Bald. in auth. ei qui. col. 1. C. de appe. Butr. in d. c. ex ratione facit Oldrad. in cons. 271. Impossibilitas impedit fataliũ cursum Medices. de fort. casib. par. 1. q. 5. nu. 36. Incidentia, & emergentia impediunt quando super eis appellans vincit; secus si succubuit. Phil. in c. oblata. ver. circa primum. de appe. l. accusaturus. ff. ad l. iul. de adult. Appellanti facto Iudicis impedito non currunt fatalia. auth. sed lis. C. de temp. appell. vbi Doc. Innocen. & alij in d. c. ex ratione. de appe. c. ex insinuatione, & ibi Doct. eod. Bald. in auth. ei qui. col. 1. C. de tempo. app. Cagn. in l. in omnibus. nu. 15. ff. de reg. iur. Bouincon. de pauper. q. 9. nu. 3. Nauigatio casu impedita, an cursum fatalium impediat, & dic, vt per Gayl. 1. obser. 143. nu. 3. An causa nullitatis impediat cursum fatalium in causa principali, & est distinguendum, aut enim coniunctim fuit appellatum, et de nullitate dictum, & tunc eisdem fatalibus perit nullitas, & iniquitas. Angel. in l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoff. testam. Innocen. in c. sæpè. Bart. in l. si expressim. col. 4. ff. de appell. si vero fuit dictum de nullitate principaliter, & de per se distincte secus erit. Cyn. & Bald. in l. contra maiores. C. de inoff. testa. nisi appellans succubuerit Bald. in auth. ei qui. C. de temp. app. arg. c. Nicholao. de appe. Cyn. & Bald. in d. l. contra maiores. Ang. in l. paulus. §. hæres. ff. de vsur. Si ob paupertatem quis appellationem, quam interposuit non prosequatur, excusabitur si efficiatur deserta, quoniam impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de reg. iur. Hyppo. pract. crimi. §. sequitur. nu. 35. per tex. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. facit tex. & ibi not. in c. licet. de censibus. idem Hyppo. in l. 1. §. præterea. nu. 87. ff. de quæst. Bald. in l. 2. §. si quis in iudicio. num. 4. ff. si quis caut. Matth. sing. vlt. & ibi adden. Crem. sing. 122. Hanc etiam tenet Innocen. in d. c. ex ratione. nu. 2. de appell. Abb. nu. 2. Fely. in c. si qui testium. n. 10. de testibus. Ias. in l. inuitus. nu. 8. C. de procur. Guid. Pap. decis. 213. Rolan. in cons. 87. n. 51. lib. 2. restringe, vt per Gayl. 1. obser. 142. Ruptura Pontis ex qua appellans impeditur perficere iter an impediat, & dic, vt per Gayl. 1. obser. 143. nu. 3. Contra impeditum per Principem suam prosequi appellationem non currunt fatalia. Dec. in c. ex ratione. nu. 6. de appel. & coram Principe instantia non perit. auth. sed lis. C. de temp. appe. auth. si tamen. C. eod. Sed negligentia, seu dolus procuratoris cursum fatalium non impedit. Spec. de appe. §. nunc videtur. ver. quid si pars. Abb. in d. c. ex ratione col. 3. Card. in clemẽ. sicut. de app. nec ex hoc restituitur appellãs nisi refectis expensis, Ponta. de spolio. lib. 4. nu. 57. impedito tempestate; seu vi fluminis an currant fatalia; Gayl. 1. obser. 143. nu. 3. Sed certè contra impeditum ipso iure non currunt. §. hoc quoq; auth. vt sponsf. arg. & c. cum sit. & c. hac ratione. 31. q. 1. fallit. vt per Soccin. reg. 18. Sed necesse habet protestare, quod per eũ nõ stat. Fely. in c. cum. m. q. 1. de constit. glos. in c. cupientes. §. quod si. in verbo, proposita, de elect. in 6. Bart. in cons. 50. lib. 2. Alex. in cons. 164. lib. 2. Pedemon. decis. 12. n. 7. contrariũ probat. Beccius. in cõs. 104. n. 13. & dicit communẽ ibi,

Sed

Sed fatalia si perempta sint; faciunt etiam perire actionem, licèt secus sit in prima instãtia; loquimur etiam hic de fatalibus appellationis. Bart. in l. petendæ. circa medium. ver. quæro verum. C. de temp. in integr. restit. Roger. de diuer. præscript. c. 1. nu. 5.

De prosequutione causæ appellationis. Cap. CLXXXIIII.

CAusa appellationis, per actorum in prima instantia factorum transportationẽ, & illorum repetitionem instructa censeatur: & ideo in ea non sit opus libellum offerre, litem contestari, aut iuramentum calumniæ, vel veritatis præstare; sed instrumentum appellationis cum actis suprascriptis, pro libello, & intentione appellantis sufficiat.

De prosecutione causæ appellationis. Cap. 184. Gloss.

An causa appellationis censeatur eadem, vel potius diuersa ab ea, quæ in prima instantia pendebat: & Lancel. de attent. limit. 2. nu. 3. Guido de Sna. de ordin. iudic. nu. 129. dixerunt eadem cum prima, & eiusdem naturæ cuius est causa principalis, & regulari secundum principalem, omniaq; in causa appellationis locum habent, quæ in causa principali. Dec. in c. per tuas. nu. 12. de appellat. in c. cæterum. nu. 7. & in c. pastoralis. nu. 20. de rescript. Contrariũ quod non sit eadem cum prima tenet. glos. in l. Principe. 11. de post. & in l. conuenisse. 2. §. 3. l. legatis. ff. de Indic. glos. in l. qui proprio. 46. ff. de procurat. l. nihil. C. de procur. Bart. in l. per hanc. col. 2. C. de temp. appe. Specu. de aduo. §. nunc tractemus, ver. quid ergo. & de salar. §. sequitur. ver. scilicet. mirum respectu instantiæ; Nam capiendo causam respectu eius quod in iudicio deducitur causa appellationis est eadem cũ principal. c. tua nobis. de appe. Fely. in c. fraternitatẽ in princ. de testibus. Ideo omisso appellationis articulo procedi potest in causa principali, Rota in antiquis de appellat. decis. 71. Bouer. sing. in verbo, appellatio, nu. 13. Dec. in c. vt debitus. n. 74. de appell. c. ad probandum. 24. de re iudic. etiam inuito, & contradicente appellãte. c. cordi. de app. in 6 vbi Io. And. nu. 6. Anchar. nu. 7. Archid. nu. 5. Monachus in c. cupientes. nu. 21. de elect. in 6. Potest enim appellatus suo fauori renunciare, & appellans necesse habet pati per Iudicem in negocio principali pronunciare, nec potest litis pendentiam coram Iudice à quo allegare, cum appellando illius iurisdictionem declinauerit. c. si à Iudice. de appell. in 6. Phil. Franc. in d. c. vt debitus, & alij Doct. in locis allegatis. Bart. in l. eius qui. nu. 10. ff. de appel. recip. Prosecutio appellationis continet etiam eius finem; quia tempus prosequendi intelligitur, & finiendi clem. sicut, & ibi Cardin. de appe. & ideo prosecutio dicitur habere tres partes. scilicet, principium, medium, & finem, vt colligitur ex c. statuimus, & ex c. cupientes de appell. Rota in nouis decis. 155. si certus. l. 1. C. vt lis. pend. & c. vt debitus, & c. dilecti. de app. Et de iure pars appellans quando suam appellationẽ debito tempore, & modo introduxit, processus obtinuit, & intra terminum parte citata reproduxit debet offerre libellum. auth. offeratur. C. de litis contest. Gayl. obser. 61. lib. 1. ex dispositione statuti huius non est opus libellũ offerre litem contestari, aut iuramentum calũnia, vel veritatis præstare, sed instrumenta appellationis, & acta primæ instantiæ transportata, & repetita pro libello sufficiunt, & ex his causa dicitur instructa, & potest ferri sententia, Caputaquen. decis. 101. par. 1. & officium appellantis est facere, vt causa ad exitum perducatur Paris. cons. 108. nu. 8. lib. 3. Bart. in l. qui appellat. ff. de iudic. Boninco. de appell. nu. 8. Bald. ad Spec. de app. ver. iudicium. Nã appellans, & non prosequens præsumitur habere iniustam causam. Card. in clemen. constitutionem. §. sane. q. 9. de elect. c. si vero. 2. q. 6. & ideo cadit ab ea non prosequendo. Dec. in c. per so. num. 11. de appe. Capel. Tholos. decis. 245. Specul. de appel. §. restat videre ver. hoc tamen scias. appellationem prosequi potest etiã appellatus. l. ampliorem. in princ. C. de appe. Bald. ad Spec. eod. tit. ver. appellationem potest prosequi. l. fin. & ibi Doct. C. eod. quia appellationis beneficium est commune; vt in dictis iuribus, sed id facere debet quilibet in tempore, Grauat. ad Vestr. lib. 7. c. 3. n. 49. Alex. in cons. 101. & cons. 125. lib. 2. glos. & Doct. in c. vt circa. §. alioquin. ver. adhærentes. de elect. in 6. Bald. in auth. hodie. col. 2. C. de appell. Guid. Pap. decis. 13. 78. & 436. Fely. in c. super. in fin. de re iudic. & est adeo verum, vt non possit appellans postquam appellatus suæ appellationi adhæsit appellato inuito ei renunciare. per tradita per Doct. in l. omnem honorem. C. quan. prouoc. non est neces. Tiraquel. de vtroq; retractu ad finem tit. §. 36. num. 25. Gomes. de trien. poss. q. 54. vers. hanc voluit Præpos. in c. interposita.

sita.§. ille deniq; nu.7.& 10. de appell. de bac re Ofasc. in Pedem. decis.28.nu.8. An in causa appellationis possit opponi exceptio compensationis: & dic quod sic. l.1. quæ sent. sine appe. rescin. l. per hanc. C. de temp. appe. facit optime. l.2. C. de compens. Bald. ad Spec. de appe. ver. sed nunquid in causa. Item opponi potest exceptio declinatoria, quia causa appellationis debet agitari corā Iudice ad quem. Bald.in auth. qua in prouincia col.2. ver. vlt. not.C. vbi de crimin.agi oport. Item & dilatoria. Dec. in c. pastoralis. nu.24. de except. & vide Doct. in c. 1. de lit. cont.tex. & ibi glo.in c. ex conquæstione. de restit.spol. vbi Abb. col.2.Phil. in c.sollicitudine. de app. Item excommunicationis. c.cum parati. de appe. Didac. variar. resolut. lib. 5. c.18.nu.5. Exceptionem litis pendentiæ coram Iudice à quo, non potest allegare appellans. Dec. in c. vt debitus. nu. 75. de appe. exceptio peremptoria potest appellationi opponi.Bald. ad Spec. de instru. edit. col.2. ver. ille qui appellat. Item exceptio præueutionis potest opponi. exemplo. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. glos. in d. c. vt debitus. de appe. c. inter monasterium. de senten. & re iudic. c. si duobus.de appe. Item potest opponi exceptio renunciationis. Anchar. in cons. 365. Fely. in c. exceptionem. nu. 40. ver. idem dic de exceptione. de exceptio. Item potest opponi exceptio trium conformium de iure l.1.C.ne lice. ter. prouo. duarum ex statuto de qua supra.c. 180. Limita nisi ad Imperatorem; seu Papam appellatum sit, vt per Bald. in l. vlt. C. de senten. Mysing. cent. 1. obser. 15. & tenetur appellans acta omnia edere, & transportare. c. vlt.§. iudicibus.2. q. 6. c. vlt. de probat. Gayl.lib.1.obser.134. multa tradit; cui Iudex à quo ad hunc effectum copiam tradere tenetur. l. is apud quem. vbi Bart. & Doct. C. de eden. Fely. in c. 1. nu. 18. de probat. An de iure communi sit in causa appellationis necessarius libellus,& litis contestatio, & quod sic patet ex Bald. ad Spec. de libel. ver. an libellus.& in l. edita.C. de eden.glos.in l.1.ff.de act.empti. l. fin. ff. ad turpill.de contestatione litis tradit. Guido de Suza. de ordin. iudic. num. 126. & si agitur inter præsentes est necessaria, secus si inter absentes, Bart.in auth. de his qui ingre.n.2. 10. & 13. Math. in auth. ei qui.nu.3. C. de tempor. & repar. appe. Mathes.sing.66. nu.1. Aret. in cons. 20.n.8. Nisi fortè in causa principali non fuerit lis contestata; quia tunc erit cōtestāda in causa appellationis, Rota decis.143. 307. Matthes.sing.66. Roman. sing. 400. Oldrad. cons.12. Dec. in c.per tuas, de appell. An autem omissio vitiet processum, & dic, vt per Matthes. d.sing.66. Mysing. cent.1. obser. 1. Rolan. cons.7.nu.35. lib.1.cons.94.nu.4.& 21. lib.2. & licèt sit litis principium, & substantia, c. de causis,& ibi Dec.de offic.deleg. & dicatur lapis angularis totius iudicij,Bald. in c.1.col. 1. de litis contes. & eius omissio vitiet totum processum.glos. in c.dudum.de elect. Soccin. d. c. 1. nu. 8. Exceptis causis summarijs.Card.in clem. sæpè in 4. oppo. de verb. signi. Tamen in causis appellationum omissio non vitiat. Dec. in d. c. per tuas.de appel. si fuerit in principali causa contestata. Rota in antiquis.dec.207.668.Guid. decis.58. Bellame.decis. 697. Gayl.1. obser.76.

De testibus,iuribus de nouo repertis in causa appellationis producendis. Cap. CLXXXV.

IN causis appellationum, possint induci testes de nouo reperti, & examinari tàm super articulis in prima instantia datis, quàm super alijs de nouo dandis: similiter instrumenta publica & priuatæ scripturæ produci possint, dummodo pars quo ad Testes, iuret de nouo reperisse.

De testibus, & iuribus de nouo repertis in causa appellationis producendis.
Cap. 185. Gloss.

De Iure Canonico testes super articulis datis in prima instantia, non examinantur in secunda appellationis.clemen. testibus,& ibi Doct.de testibus.c. fraternitatis. de testibus. De Iure Ciuili sic.Cyn. & alij in l. per hanc.C.de temp. appe. vbi Bart.nu.5. & 6. hoc statutum adhæret Iuri Ciuili in hoc dum vult,quod possint examinari super articulis iam datis in prima instantia. auth. at qui semel.C. de probat. & §. quia verò,auth.de testibus.hoc restringit ante dicta testificata in prima instātia,in secūda permittit repeti etiam eosdem testes super eisdem articulis denuo præstito iuramento. glos. & Doct. in d. l. per hanc. Alex. in l. hæredes palam. §. si quis. ff. de testam. Super nouis articulis noui testes. vtroq; iure, & huius statuti dispositione possunt. examinari, sed præcedente iuramento nouiter eos reperisse. cui adstipulatur, Innocent.in c. cū venissent.de testibus; & ita seruatur in foro Capitolino huius statuti vigore. Et pro eisdem, & alijs super eisdem, & nouis articulis examinādis cautela est vbi non adsit statutum, vt hic, quod

quod Iudicis officio interrogentur, & valebunt testificationes in hunc modum impetratæ, vt per Bald. in l. ampliorem. C. de appell. Innocent. in c. per tuas de testibus, Barbat. ad Bald. in l. per hanc. C. de temp. appell. Instrumenta enim, & scripturæ semper, & in omni iudicio ante latam sententiam produci possunt, & probant. & ita glos. & Saly. in auth. at qui semel. C. de probat. glos. in c. cum dilectus de fide instrum. Innocen. in c. cum venissent de testib. & in c. pastoralis. de caus. pos. & propr. & in c. quoniam contra de probat. Bart. in l. peremptorias. C. senten. resc. non pos. Bald. in l. si quando. C. de test. Castren. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. Spec. de instru. edit. Nam ex actis, & agendis, ex productis, & producẽdis iniquitas primæ sententiæ detegi potest. quod intellige de diffinitiua sententia, quia in appellatione à diffinitiua sententia habet locum regula non probata probabo. l. eos. C. de appe. l. per hanc. C. de temp. appe. quæ regula cessat in appellatione ab interlocutoria, vt in clem. appellanti. de appe. Bart. in l. eius qui. ff. de appe. recip. Ias. in repet. l. admonendi. n. 57. ff. de iure iur. Fely. in c. cum Ioannes nu. 17. de fide instru. in c. ad audientiam. 2. num. 14. de rescript. Guid. Pap. decis. 14. Roman. in cons. 381. nu. 3. Neuiz. in cons. 19. col. fin. Roland. in cons. 94. nu. 10. lib. 1. in cons. 45. n. 16. lib. 2. Osasc. in decis. 14. nu. 8 Nam coram Iudice appellationum potest deduci, & probari, quod nõ fuit deductum; neq; probatum in causa principali, vt not. in d. c. cum Ioãnes de fide Instrum. & hoc facere potest, tam appellans, quam appellatus. d. c. cum Ioannes. & d. l. per hanc. Rota in nouis. decis. 365. Abb. in c. significauerunt. col. 4. de except. Butr. Abb. & Imol. in d. c. cum Ioannes. vbi Fely. ampliat, limitat, & declarat. Sed instrumenta, quæ nimis in fine temporis producuntur, possunt repelli. l. nemo in fine. de appel. Bald. ad Spec. de appell. & Iudex appellationis seruat statuta primi Iudicis l. fin. Iud. solu. Innocent. in c. 1. de consuetud. quia loco eius succedit. l. pen. iudic. solui Hostien. in c. 1. de consuetud. Guid. Pap. de appell. q. 52. & si appellatione deserta iudicat bene iudicatum, sentẽtia ipso iure non valet. l. scire oportet. §. consequens ff. de execu. tut. l. arbitrio. §. penult. ff. de dolo. §. rursus instit. de actio. Sententia desertionis est interlocutoria. glos. in clem. 1. in verbo, diffinitiua, de sequest. possess. & fruct. Felyn. in rub. de sent. & re iud. nu. 2. l. ex stipulatione. C. de senten. & interlo. omn. iudic. hoc est si ab interlocutoria fuerit appellatum, Nam si appellatum fuerit à diffinitiua, erit, & ipsa diffinitiua. l. si præses. C. quomo. & quan. vbi glos. in verbo, adiutore, Bald. nu. 3. & in l. 2. n. 20. C. de epis. audie. Franc. in c. ex ratione nu. 80. de appe. Guid. Pap. decis. 11. nu. 1. decis. 12. nu. 4. decis. 220. nu. 4. Francis. Marc. decis. 1. nu. 5. par. 1.

De suspicione Capitanei. Cap. CLXXXVI.

SI in principio litis, aut ex rationabili causa in illius prosecutione, pars aliqua Capitaneum appellationum, vt suspectum recuset, Consultor eligatur, cuius consilio causa terminetur, & aliter sententia non valeat ipso iure.

De suspicione Capitanei. Cap. 186. Gloss.

Hoc statutum illaqueat multorum conscientiam; quia sine causa Iudicem, vt suspectum recusant, & licet disponat quòd in principio litis possit recusari; tamen nõ est sine causa rationabili recusandus; & cum causa est recusandus in principio; quia exceptio recusationis debet opponi ante litem contestatam, & ante omnes alias exceptiones. Lanfr. in c. quoniam contra. in ver. recusatione. in princ. de probat. per nota. per Bar. & Doct. in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. glo. & Doct. in c. inter monasterium. de re iudic.

Vsus intellexit quod ex hoc statuto Iudex possit recusari in principio litis ante transportationem actorum sine causa; & id forsan factum fuit per statuentes, vt possit euitari ignorantia Iudicis tenentis hoc munus, quod sæpè, vt alia conceditur ad prouidendam personam de munere, non autem munus de persona; Sed hodie inoleuit abusus; vt omnes etiam Iuris Consultissimi hoc munus in causis appellationum iudicandi integrè tenentes recusentur ad lites in longum protrahendas. In prosecutione causæ si à principio recusatus non fuit, non potest recusari sine rationabili causa, ita dictat statutũ. De hac materia tractatur plene per Lanfranc. in d. c. quoniam contra, & per Doct. in c. suspicionis de off. deleg. in c. postremo in c. secundo requiris, & in c. cum specialis. de appel. & per Ias. & Doct. in l. apertissimi. C. de iudic. & recusatio suspendit iurisdictionẽ Iudicis recusati; vt nulliter ab eo in causa procedatur. Doct. in l. apertissimi. C. de iudic. vbi Bart. nu. 6. Ias. num. 7. Mascard. citat alios in conclus. 951. nu. 16. & sequen. Causæ itaq; ex quibus Iudex recusari potest

potest multæ sunt, & prima est magna familiaritas alterius partis iuxta illud

Che per l'amico cosa si fà spesso
La qual non si faria pe'l Padre istesso.

Et Tassus in Aminta.

Che se giustitia violar si deue
Sol per l'amico violar si deue.

& ideò est iusta suspicionis causa cap. insinuante & ibi Abb. & Felyn. post gloss. de offic. delegat. Spec. de Iudice deleg. §. superest. ver. item si est nimis. ista causa reflectitur in Vicarium Iudicis licet in specie in Vicario nulla adsit causa suspicionis Abb. & Felyn. in d.c. insinuante, col. 1. de offic. deleg. Secunda est affinitas & consanguinitas d.c. postremò, de appell. c. accedens, 2. vt litè non contest. l. qui iurisdictioni ff. de iurisdict. om. Iudic. etiam Inimici alterius partis. Abb. in d.c. accedens Bald. in l. quoniam liberi, C. de testibus Felyn. in d.c. accedens Phil. in d.c. postremò. Mascar. de probat. conclus. 951. num. 18. et sequen. lib. 2. & hac ratione fuit per Pium IV. prohibitum Affinibus, & Consanguineis Iudicũ præbere patrocinium in causis corã eis pendentibus in bulla; quæ legitur in Sacro Rotæ Auditorio singulo anno; sed pro ceremonia. Tertia causa est Inimicitia. Spec. de Iudic. delegato. §. superest. ver. item si est inimicus. Abb. & Felyn. in c. accedens, 2. vt lit. non contest. c. cum R, de off. deleg. Phil. in d. cap. postremò, colum. 9. ver. 32. de appellat. Quarta commensalitas alterius partis, vel inimici, & èconstra. Abb. in d. cap. accedens, colum. 1. ver. 2. causa. Phil. in d. capit. postremò colum. 7. ver. 8. de appellat. Quinta Conciuilitas. Abb. in d. cap. accedens, colum. 1. ver. Tertia causa. Felyn. colum. 2. vbi declarat. Sexta causa est Vasalaggij alterius partis. Abb. & Doct. in d. cap. accedens. Phil. in d. cap. postremò colum. 7. ver. 13. & 15. de appellat. Septima si Iudex fuit Aduocatus alterius partis in illa causa, l. prætor, vbi Alexand. & Doct. ff. de iurisd. omn. Iudic. Abb. & Phil. in d. cap. postremò. Octaua si fauet magis vni quàm alteri Abb. in d. cap. accedens. & Phil. in d. cap. postremò, cap. eamque il 2. de Iudic. Nona si altera pars alloquitur cum Iudice secretè in aure. Abb. in d. cap. accedens, colum. 3. ver. & aduerte. Lanfranc. in d. cap. quoniam contra. ver. recusationes. colum. fin. de probatio. Decima causa est si Iudex animosè extraiudicialiter, & iniustè procedat Abb. in cap. conquerente. colum. 2. de restit. spoliat. & in capit. cum venissent. in 5. not. eodem Phil. in d. capit. postremò, colum. 8. ver. 27. Vndecima causa est si Iudex habeat causam consimilem, gloss. & ibi Abb. & Doctor. in cap. causam quæ. el. 2. de Iudic. Duodecima causa est lis cum Iudice vt priuato. Abb. in capit. cum super. in 3. not. de offic. delegat. Decimatertia est si Iudex noluit partem admittere ad osculum pacis, vel exercere actum humanitatis Abb. in d. capit. cum super. ver. Secunda causa, ex hoc enim præsumitur inimicitia. Decimaquarta causa sunt minæ Iudicis contra partem. Abbas in dicto capitulo cum super. colum. 1. ver. Tertia causa. de offic. delegat. Decimaquinta causa est quando Iudex non reddit salutationem Abb. in d. capit. cum super. colum. ver. adde quartum. Iason. in l. apertissimi. colum. 3. C. de iudic. Decimasexta causa est si Iudex de causa Consultus propalauit votum suum. Phil. in d. cap. postremò colum. 7. de appellatio. Doctor. in l. prætor. ff. de iurisdict. omn. iudic. Decimaseptima causa recusationis est si fuit datus ad petitionem partis, ex hoc enim solo potest per alteram partem recusari, l. obseruandum. de Iudic. cap. insinuante. de offic. delegat. Phil. in d. capit. postremò. colum. 8. Sed ab impetrante non potest recusari, nisi noua causa superueniat, gloss. & ibi Abb. in fine, in cap. insinuante. de offic. deleg. Castren. in cons. 442. lib. 2. Decimaoctaua est si Iudex fuit testis in eadem causa l. fin. ff. de testibus, Specul. de iudic. delegat. §. superest, ver. item si fuit testis. Decimanona causa est si Iudex est de aliquo collegio, & coram eo litigat collega, quia tunc poterit per alteram partem recusari. capit. cum R, de offic. deleg. Spec. de Iudic. delegat. §. superest, ver. item si est, Phil. in dicto capitulo postremò, columna septima, nisi ambo litigantes essent collegæ Iudicis. Phil. ibi. Vigesima est si quis sibi Dominum suum Iudicem impetrauit, capitulo causam quæ. de offic. delegat. Vigesimaprima causa est si Iudex est socius alterius partis, vel habitat in eadem domo. Specul. de Iudic. delegat. §. superest. ver. quid si sit socius. Phil. in dicto capitulo postremò. columna 8. de appellatio. Vigesimasecunda est si Iudex procurauit se impetrari. Specul. in d. §. superest, ver. item si ipse. per text. in lege qua omnia. ff. de procurat. Vigesimatertia causa est si pars appellauit ab aliquo grauamine, & habeat causam aliam coram eodem Iudice, nam pendente appellatione primæ causæ poterit recusari in illa, & in alia. Phil. in dicto capitulo postremò, columna nona, ver. 28. quod intellige in Iudice delegato,

non in ordinario; quia si ab eo condemnabitur in aliјs causis poterit prouocare, & ex eo quod ab eo fuerit in alia causa condemnatus non potest in aliјs recusari. l.vnica, vbi Bart. ff. apud eum à quo appellatur. Vigesimaquarta causa est donatio facta Iudici ab aliqua parte; ex hac enim alteri parti redditur suspectus, & potest recusari. Phil.d.cap.postremò colum.9.ver.28. Sed in Curia quoad exculenta, & poculenta pro victu trium dierum non est causa legitima. Vigesimaquinta causa est si tulit primam sententiam, & postea sit effectus Iudex appellationis eiusdem causæ. Phil.in d.capit.postremò, colum.10. ver.29.de appellat. Vigesimaquarta causa est; si Iudex fuit quondam inimicus parti; nam licet sit reconciliatus, tamen potest recusari, Nam dicit sapiens; Amico reconciliato ne confides in æternum. Phil.d.cap.postremò.colum.9. ver. 35. repellitur etiam à testimonio. Abb. in cap.cum oporteat.col.3.de accus. Vigesimaquinta causa est, si commodum; vel incommodum pertineret aliquo modo ad ipsum Iudicem. Phil.in d.capit.postremò.col.9. ver.30.& 31. de appellat. Vigesimasexta causa est si Iudex fuit ab altera parte corruptus, vel eam timet, seu nimis diligit, poterit enim talis ab alia recusari. Spec. de Iudice deleg. §. superest, ver. item si sit inimicus. Vigesimaseptima est si Iudex sit illitteratus, atque indisciplinatus, imperitus & grossus, & causa sit ardua & subtilis, quia causæ subtiles non sunt Iudicibus grossis committendæ, Bald.quæst.16.C.de hæred.instit. Felyn. in cap.sciscitatus col.7. ver.dicit etiam Bald.de rescript. Iason.in l.apertissimi, ver.secunda causa. C. de iudic. Vigesimaoctaua est si Iudex esset nimis seuerus, & crudelis. Iason.in d.l.apertissimi colum.2.ver.tertia causa, per ea quæ notat Bald. in l.2. ff. de his qui sunt sui vel alie.iuris. Vigesimanona est indiscretio Iudicis, Bald. in c.ad nostram.in fine.de probat.

Trigesima causa est, si Iudex sit cõpater alterius partis. Imo. in c.prudentiam. de offic.deleg. Iason.in d.l. apertissimi col.3.glo.in c.cum I, & A, de re iudic. Dec. in cap.cum speciali, n.6.de appell. Tiraq.de pen.causa 21.n.5.& 6.

Trigesimaprima causa est si Iudex non vult audire partem, nec aduocatum, licet causa sit clara. Lanfran. in clem.sæpè, col.1.ver.de plano, de verb.signif. Mascar. d.conclus.951.

Trigesimasecunda est omnis causa; quæ est sufficiens ad remouendum procuratorẽ, vel Arbitrum. Abbas in d.c.postremò, vbi Phil. col.4. ver. sed pro declaratione. causæ autem probantur iuramento ipsius recusantis, glo.Bald.Salyc. Imo. Aret. Iason. & Castren. in l.apertissimi, C. de Iudic.Bart. in cons.105. nu.9. Ruyn.consil.6.nu.4.lib.4. Gail.lib.1. obseruat.35.nu.14. & Card.in d.cap.postremò dinumerat.70.causas, suspicionis Phil.40. Bertach. in verbo Iudex recusatus. Non enim possunt omnes Rotæ Auditores omnes Prælati, omnes Aduocati, omnes Procuratores recusari statuto hoc prohibente Boer. decis.269. Viui. in ver.suspecti Masc. conclus.951. num.32. Sed recusans Iudicem si post recusationem litigat in eadem causa coram Iudice recusato videtur per hoc renunciare recusationi. Abb.in cap.inter monasterium, in 3. not.de re iudic.& appellatio & recusatio simul ponuntur l.16.C.de senten.& inter omn.iud. & æquiparantur, vt not.in rub.de appellat. Lapus alleg.1. Spec.de recus. §.1. ver. Sed quid si causa, & §.effectus, Felyn. in cap.1.col.2.in fine.de Iudic. & secundum Vital. de claus. nil nouari recusatione, num.2. dicit quod vbi non est locus appellationi, non est locus recusationi num.3. 6. & 14. Barb. de Card.leg.q.3. num.24. Sed appellatione remota non intelligitur remota recusatio Iudicis, Dec.in d.cap.postremò, num.1. de appellat. Innocen.in cap.pastoralis.in medio, de appellat. Lanfranc.in cap.quoniam contra. in verbo, appellationes, de probat. Dec. in cap.super num.32.de appellat.

Si causa est pronunciata deserta, & sic remissa ad Iudicem à quo an poterit recusari? & in alia causa non est dubium. Abb. in cap. ad hæc colum.3.de appellatio. vbi Butr. & Felyn. num. 4. & in eadem etiam potest recusari, vt per Felyn. ibi.gloss. in capit. dispendia.in verbo in omnibus, de rescript.in 6. Sed loquuntur in deleg. Ang.in l.si contra maiores, C.de appellat.

Sententia quæ fertur super recusatione Iudicis, & sic Iudicem fore, vel non fore suspectum est interlocutoria, Archid.in c.Iudex. de off.deleg. in 6. Sed an detur appellatio? et puto quod non stante hoc statuto, et quia est friuola, nisi forte ipse recusans à reiecta recusatione appellauerit; quia à reiectione exceptionis auditur appellans, Lancel.de attent. Limit.1.n.39.facit text. in c.licet causam, de probat. Innoc. in cap.post electionem.de concess.præben. Soccin.reg.37.facit text.in c.cum speciali, vbi Doct.de appellat. Immò appellatione sublata non intelligitur sublata facultas recusandi Iudicem, quia tolli non potest, nisi friuola sit c.qui suspecti 3.q.5. Mars. singul.292. Neuiza. cons. 36. Myssing. cent.3. obseruat. 63.

In iu-

In iudicio attentatorum poterit licet fuerit ſuſpectus recuſatus ab attentante procedere ex officio ad illorum reuocationem, ita ſeruat ſtylus Tribunalis Iudicis appellationum, & fulcitur authoritate Innocentij, Franc. Mili. & aliorum quos citat Lancel. de attent. 2. par. cap. 6. de attent. poſt recuſatum Iudicem num. 31. & ſequent. Gail. lib. 1. obſer. 146. num. 7.

Sed an in fine inſtantiæ poſſit recuſari, quando ipſe ſolum inhibuit, & nihil vlterius factum fuit? Et quidem cum lis incipiat pendere coram Capitaneo per citationem ad dicendum contra inſtrumentum appellationis, & inhiberi, quoties inhibuit non poterit in fine inſtantiæ ſine cauſa recuſari; quia ex hoc ſtatuto à principio eſt ſine cauſa recuſandus, vel paulo poſt incontinenti ante reproductionem iurium primæ Inſtantiæ; quia quæ in continenti fiunt dicuntur ineſſe. Gabr. in conſ. 65. num. 2. 3. & 6. lib. 1. & alter Gabr. lib. 1. de præſumpt. concluſ. 13. per totum, Tiraquel. de retract. conuẽ. §. 1. glo. 4. & glo. 5. num. 2. & ſequen. Lamberteng. de contract. glo. 2. num. 56. niſi quæſtio ſit de momento. Surd. in conſil. 354. num. 21. lib. 3. Poſt reproductionem actorum primæ inſtantiæ, non eſt recuſandus niſi ex cauſa; quæ per iuramentum poteſt probari per recuſantem, Doctor. in d. cap. poſtremò, de appellatio. gloſſ. in verbo, artificis, in §. & quid. Auth. de Trien. & ſemiſſe Bald. in capit. ſuper quæſtione colum. 1. ver. pone. de offic. delegat. Caputaquen. in deciſio. 102. pars 1.

An requiratur mandatum ſpeciale ad recuſandum Iudicem? & cum ſuſpicio ſit paſſio animi oportet quod habens hanc paſſionem eam foris emittat, & ſpecialiter procuratorem conſtituat, Alex. in conſ. 26. col. 2. lib. 6. Pariſ. conſ. 31. nu. 112. & 113. lib. 1. Roland. in conſ. 19. nu. 2. lib. 3. nam propoſitum in mente retentum nihil operatur, & paſſio animi non poteſt perſcrutari, cum ſolus Deus ſit cordium ſcrutator, ita arguunt allegati per Alex. & Roland. vbi ſupra, & ſi Iudex recuſatus procedet, nulliter erit proceſſum; vt notant allegati in princ. & Bart. in dicta lege apertiſſimi, num. 6. Iaſon. numero 7. C. de Iudic.

De Conſultore eligendo. Cap. CLXXXVII.

IN cauſis, in quibus Capitaneus vt ſuſpectus recuſatus eſt, & in his in quibus Conſultor ipſi Capitaneo, vel etiam Senatori per præſentia Statuta dari præcipitur, hæc in eligendo forma ſeruetur: Ter pars citetur ad dandum liſtam, ſeu ſchedulam ſuſpectorm, & eorum de quibus confidunr, quam cum iuramenro partes dare debeant, in qua nominatim ſuſpecti ſint deſcripri (quoniam allegationem ſuſpectorum in genere, veluti omnes Auditores, omnes Romani nullatenus admitti nec attendi volumus) quibus ſchedulis per Iudicem ſequenti die viſis, & parte ad videndum extrahi Conſulrorem vocata; ſi partes in aliquem conſenſerint, is Conſultor pronuncietur. Si verò non conſenſerint, Iudex datis vel non datis ſchedulis ſuſpectorum, ſemotis partibus, de bonis, & doctis viris à neutra partium nominatis, decem eligat, eorumq; nomina in Vrnam, ſeu Buſſulam conijciat, ex qua publicè pro Tribunali ſedendo, vnum extrahat, qui Conſultor ſit. Aliæ verò chartulæ, vbi deſcripta ſunt nomina aliorum qui remanſerunt in Vrna, ibi ſtatim publicè inuoluantur (non lectæ) in aliqua crumena vel ſacculo, ſigillis partium, ſi voluerint, vel aliorum loco partium, ſignato: retinenda penes Iudicem vel Notarium cauſæ, donec electus acceptauerit: qui, ſi non acceptauerit, ſtatim facta notificatione per appellantem, extrahatur alter, & deinde alius, donec vnus acceptauerit; qua acceptatione ſecuta, ad inſtanriam petenris partis, aliorum nomina, quæ in ſacculo remanſerunt, publicè legantur, & Notarius cauſæ ſub pœna falſi, deſcribat omnia nomina, tàm illorum decem; quàm aliorum à partibus nominatorum in eius actis. Tempora autem prædicta, ideſt à die petitionis Conſultoris, vſque ad diem acceptationis, in fatalibus omnino non computentur.

De Conſultore eligendo. Cap. 187. Glo.

Iudice recuſato alter dandus eſt, Nam ſi delegatus recuſatus ſit eſt pro alio potiendo Delegans adeundus; ſi ſit recuſatus Iudex ordinarius, idem ordinarius alium concedit, vt notaui de differentijs indiuiduorum in ver. Iudex ordinarius differt à delegato, & debet recuſans intra quatuor audientias à die recuſationis incipiendas procedere ad extractionem Conſultoris iuxta formam hic traditam, alias Iudex recuſatus poterit procedere in cauſa ac ſi recuſatus non fuiſſet. Sed quia de iure communi is Iudex non datur, quem altera pars nominatim affectat lege obſeruandum. 47.

ff. de Iudic. vbi gloss. & Doctor. immò ex hoc solo potest ab altera parte, vt suspectus recusari, vt probaui in praecedenti cap. 186. de suspicione Capitanei, ideo in consultore eligendo statuentes modum, per quem quod iuri communi iniquum visum fuit in d. l. obseruandum commodè vitari potest, quia partes in lista confidentium possunt in aliquo conuenire; nec erit iniquum eum Iudicem habere, in quo conueniunt. Et consultorem dat Capitaneus suspectus recusatus; qui in omnibus, & per omnia succedit in eiusdem Capitanei locum. Exemplo capit. si quis contra. 4. de foro competen. & potest dari etiam à Vasallo non autem à Domino supremo, & directo; si recusetur. Roland. in cons. 78. num. 6. & sequent. libro 2. Ratio quare detur Consultor quando Capitaneus est recusatus, est quia Iudex ordinarius recusatus suspectus non remouetur. Auth. ad haec, & l. apertissimi, C. de Iudic. vbi Iason. num. 4. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 393. & sequent. & ideò acta fiunt semper coram Capitaneo, non autem coram Consultore. Asinius in sua praxi Iudic. §. 14. cap. 1. num. 9.

De officio Consultoris, & Sportulis illius. Cap. CLXXXVIII.

CONsultor electus, Consilium tradere teneatur infra decem dies, à die suæ acceptationis numerandos, intra quos visis actis, & informationibus partium (si informare voluerint) auditis, consilium suum in scriptis, clausum, suoq; etiam sigillo signatum, Notario causæ tradat; iuxta cuius consilium, Iudex pronunciabit: quod, si infra dictum decendium facere neglexerit, ducatorum auri de Camera centum pœnam incurrat, & damnum læsæ parti resarciat; nec vlterius in ea causa eligi possit. post traditum autem consilium Notario, illud nec reuocare, nec corrigere, neque mutare, aut illi quicquam addere possit. Sportulæ pro Consultore sint tantundem quantum pro Iudice, cui Consultor datus est, supra in capite de Sportulis Capitanei taxatum reperitur: vltra quas nihil omninò ipsi Consultori percipere liceat; alioqui pœnam eandem, quæ in dicto capite de Sportulis expressa est, & dans recipiens ipso iure incurrant.

De officio Consultoris, & Sportulis illius. Cap. 188. Gloss.

De iure communi datur sumptibus petentis maximè si dubium sit contra eum, Bartol. in lege si postulauerint ff. ad l. Iul. de adult. Baldus in l. sed si loci ff. de fin. regun. sed ad euitandam altercationem an dubium sit contra petentem vel ne, datur expensis communibus prout dari etiam quando dubium tangit omnes notarunt. Bart. & Bald. vbi supra. De Consultore isto multa tradit Castren. in consil. 91. numer. 9. lib. 1. Et eius officium non est consulere, sed per votum causam sibi ad consulendū transmissam diffinire, Menoch. de arbitrar. casu 167. numer. 10. lib. 2. alios citat. Quod facere debet infra decem dies à die acceptati oneris consulendi; alioquin sua iurisdictio expirat, ita dicit statutum. Nec est necesse quod exprimat in voto fundamenta, Asinius in praxi. §. 25. cap. 30. vbi tradit alia de hac materia, de hoc & eius officio tradit Lucas Petus lib. 5. cap. 10. & Pac. Scal. de consilio sapientis.

An autem à sententia lata de voto Consultoris appelletur? & sunt opiniones. Nam Bald. in addit. ad Spec. de appellat. colum. 10. ver. lata sententia dicit quod non idem dixit Bart. in l. 1. in princ. ff. de appellat. Pac. Scal. de Consilio sapientis, lib. 4. cap. 15. Sed contra dixerunt Catald. de Syndic. num. 161. Dec. in cap. de quo vult Deo num. 17. & 67. de Iudic. Bald. in repet. l. tale pactum. §. qui prouocauit, ff. de pactis. Phil. in capit. intimasti. in fine. vbi Abb. etiam in fine. de appellat. Bart. in l. ex consensu in princ. & in l. 1. §. quaesitum. in fine ff. de appellatio. in l. 2. C. eod. & in l. si conuenerit. ver. sed an tunc partes ff. de re iudic. Bald. in Margar. Iudex ver. 111. Soccin. in cons. 24. lib. 1. Castren. in cons. 6. num. 2. lib. 1. Sed prima opinio procedat, si causa alias non sit sui natura appellabilis; Secunda verò procedat, si sit appellabilis; quia causa per mutationem Iudicis non mutat naturam. Bene verum est, quod semel effecta appellabilis semper remanet appellabilis. c. non debet actori, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. Rota diuer. in decis. 132. num. 1. par. 2.

Acceptatio oneris consulendi ex quibus actis facta intelligatur, & quidem ex omnibus, quæ citra nomē acceptationis fieri non possunt; Nam extracto aliquo in Consultore, si ipse accedat ad locū de quo est cōtrouersia cum partib. et Notario accepto viatico consueto, ex hoc dicitur acceptasse onus consulendi, quia ista agens exercuit iuris-

iurisdictionẽ sibi demandatum; et per tale exercitiũ dicitur acceptasse, et probata eius iurisdictio, vt in simili notat Afflict. in decis. 265. n. 1. quem citat Mascard. in cõclus. 946. n. 4. et per totam, lib. 2. Et probatur etiam ex omnibus illis actis, ex quibus probatur exercitiũ iurisdictionis, vt videri potest apud Masc. vbi supra, et in alijs praeceden. & sequentibus conclusionibus.

An autẽ acceptatione aliquo pacto sequuta, & causa per consultorem intra decendium sibi assignatum non expedita, erit instantia deserta? & dic quod nõn, quia tempora decursa à die petitionis consultoris vsque ad diem acceptationis non computantur in fatalibus, vt dicit statutum precedens, de Consultore eligendo. capit. 187. in fine. §. Tempora autem; Sed si post acceptationem sit lapsa instantia, & illius tempora consumpta; quia tunc à die acceptationis in futurum tempora computantur in fatalibus; illis elapsis causa erit deserta.

Sed dubitatur an tempora lapsa à die appellationis ante petitum consultorem coniungantur, cum tempore elapso post acceptationem factam à consultore? & computari sepius iudicatum ductus exemplo eorum, quae dicuntur de compromisso quod suspendat instantiam, & fatalia coram Iudice, vbi causa erat ante compromissum introducta, per text. in auth. de appellatio. colum. 8. vbi glo. quod fieri ante acceptationem arbitri dixerunt Soccin. in consil. 39. colum. 7. lib. 4. et alij citati per Blanchum de compromissis. quaest. 6. de effectu compromissi, num. 1. 7. & 18. fol. 218. Sed compromisso finito, nullo per Arbitri imposito fine causae, causa reuertitur ad Iudicem, coram quo primo pendebat in statu, & terminis in quibus reperiebatur, vt per Blanc. in pluribus locis, & sic etiam quoad tempus lapsum ante compromissum, quod tempus coniungitur cum eo quod currit post acceptationem oneris consulendi vsque ad finem fatalis instantiae. exemplo eorum quae dicit Capic. contra emphiteutam in decis. 16. num. 6. quem Afflict. in decis. 1. de locat. Puteus in decis. 422. lib. 3. Rota diuer. in decis. 692. num. 2. par. 1. & in specie videtur text. in l. properandum. §. sin autem vtraque parte, ibi sin autem in medio triennij. C. de iudic. vbi si medio tempore aliqua de causa iudicium fuerit mutatum Iudex succedens intra reliquum tempus causam expedire debet, & sic prima, & vltima tempora coniungere, vbi Cyn. num. 2. Blanch. de compromis. quaest. 7. de annullat. compro. ex se num. 2. fol. 242. Facit in simili text. in l. si hares 70. §. fin. ff. ad Trebell. in l. non omnia, in l. etiam ff. de minor. Roland. consil. 10. num. 14. lib. 2. vbi praescriptio incoheata contra defunctum currit contra haeredem. glo. in l. si intra C. de non nume. pec. Bart. & alij in l. licet C. de iure deliber. Alex. in cons. 126. lib. 2. Roland. in d. consil. 10. num. 15. lib. 2.

Vacante officio Capitanei Conseruatores inhibeant. Cap. CLXXXIX.

OFficio Iudicis appellationis vacante, vsque quo alius possessionem adeptus fuerit, appellationes & querelae omnes coram Conseruatoribus representententur, qui per acta Notarij appellationum illas recipiant, & inhibere possint. In reliquis verò supersedeatur vsque ad aduentum noui Capitanei, & interim nulla tempora, neque termini currant.

Vacante officio Capitanei Conseruatores inhibeant. Cap. 189. Gloss.

Hinc colligitur, quod Iudex appellationum Romani Populi Capitaneus nuncupatus sustinet vices Populi, qui de prouocationibus antiquitus ex lege Valeria cognoscebat, vt dixi supra de iurisdictione Iudicis appellationum, & nullitatum Vrbis cap. 166. & cap. 167. Nam eius officio vacante Conseruatores totum Populum vtique representantes quasi ad eos sit iurisdictio reuersa pro Capitaneo Romani Populi inhibent, & delatas appellationes recipiunt; huic statuto correspondent notata per Guido Papa in singul. 567. & per Corsettum in sing. in verbo, appellatio, 7. nu. 1. vbi dicitur quod vacante officio Iudicis appellationum prouocatur ad Populum; non ad futurum successorem. Bart. in l. vbi, ff. de tut. & cur. dat. ab his, & in l. quoties ff. ad municip. Bal. in l. 2. C. quan. fis. vel priua. col. 2. per text. in §. & hoc peruenit, Auth. vt nulli Iudic. Felyn. in rub. de appell. col. 4. et 5. et in c. querelam. col. fin. de iureiur.

De appellationibus subditorum Castrorum, & Terrarum Romani Populi. Cap. CXC.

APpellationes per Subditos officio Conseruatorum, ab eorum Iudicibus, aut superioribus officialibus interponendae, ad ipsos Conseruatores interponi debeant, ad quos appellationes praedictae, vnà cum toto negocio deuoluantur. qui de illis omni iu-

ris solemnitate omissa, per se aut Assessorem eligendum, ac sola veritate inspecta, cognoscant, & secundum iustitiam terminent, & decidant.

De appellationibus subditorum Castrorum, & Terrarum Romani Populi. Cap. 190. Gloss.

Conseruatores in eorum Castris; et Terris deputant Iudices, iure ideo meritò appellationes per subditos interponendæ à Iudicibus per Conseruatores delegatis sunt ad eosdem Conseruatores dirigendæ, ex generali regula quod à delegato appellatur ad delegantem l. 1. 2. & 3. ff. qui & à quibus appellatio. l. præcipimus, & ibi Bart. & Doctor. in princ. C. de appellatio. Specul. eod. tit. §. nunc tractemus, in princ. in capit. dilecti, in verbo, appellationem. vbi Phil. q. 3. de appellat. & in cap. 2. in verbo, officiali, de consuetud. in 6. & in clem. 2. in verbo, foraneo, de rescriptis. Hac ratione, quia vacante Imperio appellatur indistinctè omisso medio ad Papam, vt per Abb. in cap. licet ex suscepto & ibi Felyn. col. 2. de foro competen. colligitur quod Imperatoris Iurisdictio deriuat à Papa, et quod Papa est fons omnium iurisdictionum deriuãs, non deriuatus, vt dixi supra in cap. 1. Sed dubitatur an à subdelegato sit appellandũ ad subdelegantem, an verò ad subdelegantis superiorem, qui delegauit subdelegantem? & text. in l. 1. §. 1. ff. qui & à quibus appellat. dicit appellandum esse ad delegantem, non ad subdelegantem, text. verò in l. 1. C. qui pro sua iurisdict. dicit, quod à delegatis iudicibus ad ipsos delegantes, non ad Principem qui delegauit ac delegante superior est esse appellandum. Bart. in d. l. 1. §. 1. dicit esse distinguendum inter delegatum Principis, & alterius Iudicis ipsius Principis delegati. Si Principis delegatus alijs vices suas commiserit ad ipsum delegantem appellandum erit d. l. 1. C. qui pro sua iurisdict. Si verò alius quàm Principis delegatus subdelegauerit, non ad delegantem appellabitur, sed ad superiorem delegantis, d. l. 1. §. 3. ff. qui, & à quibus. Alij existimant has leges accipiendas esse secundum iuris Canonici distinctionem; quæ habetur in d. cap. super quæstione, §. porrò. de offic. deleg. videlicet, vt si delegatus totam causam subdeleget nihil sibi reseruando, tunc ad superiorẽ ipsius subdelegantis appelletur; Si verò aliquid sibi reseruauerit, appelletur ad ipsum subdelegantem, cap. si delegatus. de offic. deleg. in 6. glo. in d. capit. super quæstione, §. porrò, vbi Abb. & Imola. Franc. in d. cap. dilecti 3. num. 30. de appellat. Longauil. in l. Imperium 2. par. num. 9. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi dicit quod ex §. porrò dispositionem & Doctrinam esse l. 1. C. qui pro sua iuris. variandam, & declarandam, Nam si delegatus Principis totam causam subdeleget (Ad Nos) in ea legendum erit, hoc est interponendã esse appellationem ad ipsum Principem; Si verò partem subdeleget, scribemus ad eos, scilicet ad delegantem iure remeabit appellatio. Quod attinet ad antinomiam, ego nullam esse existimo; Nam hæc duo differunt mandare iurisdictionem, & Iudicem dare, siuè delegare, l. cum prætor. ff. de Iudic. ibi is quoque cui mandata est iurisdictio, Iudicem dare potest. Itaque mandatur iurisdictio in vniuersum, vel quoad vnam speciem, Iudex verò datur in vna causa particulari; vel in articulo vnius causæ Longauil. vbi supra num. 2. Soccin. in d. l. 1. ff. quis & à quo appellat. Alciat. de offic. ordin. in rubr. Catiunc. lib. 2. de offic. iudic. cap. 2. ver. Hoc autem loco. Federic. Scot. de offic. eius in rubr. num. 48. Ergo text. in d. l. 1. §. 1. ff. qui & à quibus. Loquitur de Iudice cui mandata est iurisdictio, & qui alteri eam mandat, quare non ad ipsum, sed ad eius superiorem est appellandum, & ratio est, quia is cui iurisdictio mandata fuit, nihil proprium habere dicitur, sed eius qui mandauit iurisdictione vtitur. l. 1. §. qui mandatum, ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio. & ideo videtur quodammodo sententia ab ipso mandante lata, & sic ad eum appellari non debet, quasi videatur idem auditorium, ac tribunal, sicuti dicitur de Episcopo, & eius Vicario in capit. 2. de consuetud. in 6. & in capit. Romana, de appellatio. in 6. Maranta par. 6. & quandoque appellatur numero 380. fol. 535. hoc firmat pro regula, quam limitat, & declarat vsque ad num. 986. Text. in d. l. 1. C. qui pro sua iurisdict. loquitur in Iudice delegato à Principe, qui alij subdelegauit causam, ibi nisi Iudices à nobis specialiter delegantibus dati. A Iudice autem seu delegato secundum iuris regulas appellari debet ad delegantem lege prima, & tertia, ff. qui & à quibus lege Imperatores ff. de appell. et rel. quia debet gradatim appellari, vt ibi dicitur. Quod verò attinet ad propositam quæstionem, puto discrimen esse statuendum inter Ius Canonicum, & Ciuile Iure Canonico seruabitur quod disponitur in d. c. super quæstione. §. porrò. & in d. c. si delegatus. Iure autem Ciuili quod disponitur

ponitur in d. l. 1. & in d. l. Imperatores. & in d. l. 1. & 3. ff. qui & à quibus, est enim hac in re aperta diuersitas, vt patet ex dictis legibus Nam in d. l. Imperatores. ita constitutum esse legimus. Idem rescripserunt à Iudice, quem à Praside Prouinciæ quis acceperat, non rectè Imperatorem appellatum esse; ideoq; reuerti eum ad Præsidem debere, & ita ad delegantem esse appellandum.

Idem constitutum legimus in d. l. vnica. C. qui pro sua iurisdict. Nec ea variatio, quam commemorat Lonzauilla admitti potest quia omnes Codices, habent ad eos, non autē ad nos. & tex. in l. 1. & 3. ff. qui & à quibus dicunt. Dato Iudice à Magistratibus Populi Romani, cuiuscumq; ordinis, etiā si ex authoritate Principis, licet nominatim dederint, ipsi tamen Magistratus appellabuntur. Iure Canonico ita constitutum legimus in d. c. super quæstione. §. porro. de offic. deleg. Porro cum delegatus à nobis, iurisdictionem suam in aliam transfert totam, si fuerit appellandum, non ad eum; sed ad nos appellari debet. Cum autem sibi aliquid de iurisdictione reseruat, si causa sit ei, appellatione remota, commissa, non ad nos, sed ad eum poterit de iure appellari; & vide Marant. vbi supra.

De causis nullitatum. Cap. CLXXXXI.

CAusa nullitatis principaliter in iudicio deducta, litis contestationem non postulat; sed ea intentata, actor statim infra decem dies vtiles, à die super ea petitionis oblatæ numerandos, per processum & acta primæ causæ, seu aliter prout potuerit, suam intentionem iustificet. quibus elapsis, vlterius ad illius iustificationem non admittatur, & lis ipsa, ac ius dicendi de nullitate pereat, & Iudex causam infra primam communem instantiam decidat. Volumus autem, quòd interim executio legitima non impediatur; & si Iudex inhibuerit, censeatur cum clausula, sine præiudicio legitimæ executionis inhibuisse, nisi executio facienda esset irretractabilis: quo casu, & cum hac expressione, attento quòd executio est irretractabilis, volumus per Iudicem inhiberi posse. De nullitate autem sententiæ non possit agi nec replicari post annum, à die sententiæ numerandum: neque de nullitate vnius & eiusdem sententiæ nisi semel principaliter agi possit, etiam si ex diuersis capitibus nullitas prætendatur.

De causis nullitatum. Cap. 191. Gloss.

Causæ nullitatum possunt quinque modis cognosci, primo per libellum principaliter coram Capitaneo nullitatum porrectum, secundo per viam appellationis appellando à sententia nulla; tertio dicendo de nullitate incidenter, & accessoriè ad appellationem, quia in omni appellatione tacitè nullitas includitur, quarto de nullitate expressè insimul, cum appellatione de qua infra. c. sequen. 192. quinto per viam exceptionis coram Iudice exequente inter quos modos magna est differentia, vt per Phil. Franc. qui de illis latè tradit. in c. dilecto. de appellat. Hoc statutū loquitur de primo modo quando principaliter deducitur ibi principaliter, quæ coram solo Iudice nullitatum in Curia Capitolij potest deduci, vt alias dixi, & constat omnibus in illo foro versatis, & si statutum non dixisset expressè de hoc primo modo principaliter, prout dicit, Tamen quia præfigit terminum ad probandum, & dat ei suam instantiam ad expediendum ex hoc solo intelligeretur loqui de primo modo principaliter; etiam si expressum non fuisset, ita docuit Franc. vbi supra. quæst. 54. ver. his sic præmissis, & in q 11. Propriè enim, & verè de nullitate dicere, est adire Iudicem per viam querelæ. l. expressim. ff. de appe. c. concertationi, & ibi Archid. de appe. in 6. idem Phil. in d. c. dilecto. q. 27. ver. & præmitte. de appellat. quòd non ignorauit Lucas Petus lib. 6. c. 1. per totum. vbi hoc statutum deducit ad praxim.

Volumus autem quòd interim executio. *Nullitas principaliter intentata nō impedit executionem duarum conformium nisi irretractabilis sit, vt dictat statutum, pro quo est etiam tex. in l. 4. §. condemnatum, vbi Bart. & Doct. ff. de re iudic. Vant. de null. tit. quot, & quibus modis nullit. in iudic. prop. nu. 31. Secus autem erit si fuerit appellatum, & simul de nullitate dictum. Lancell. de attent. c. 8. n. 9. & ampl. 6. nu. 1. & latissimè par. 2. c. 17. de attent lite pendent. per totum, & nu. 70. & per allegata supra in c. 167. sub ver. ab actu nullo.*

De nullitate post annum. *Post annum à die latæ sententiæ non potest agi nec replicari de nullitate, & principaliter semel tantum, ita disponit statutum verbis apertis. in §. De nullitate. De iure communi perpetuo spatio 30. annorum potest principaliter de nullitate agi. glo. in c. 1. in verbo, vnde quæritur, 35. q. 9. in fine. R. P. D. Marchesanus de commis. super nullitatibus par. 2.*

par. 2. c.2. nu. 38. in 1. impress. de hac re Carolus de Grassis in tract. de except. except. 20. per totam, & sic statutum est contra ius commune in hoc, quod procedit etiam si nullitas euidens, & notoria fuerit, quoniam elapso anno nec talis poterit deduci. Alex. in cons. 105. num. 4. & sequen. lib. 5. & in cons. 225. nu. 5. & 9. lib. 6. Alba in cons. 278. nu. 9. lib. 2. Gozzad. in cons. 109. nu. 9. Viuius decis. 220. nu. 2. lib. 1. Plotus cons. 63. nu. 4. Sed contra quod notoria etiam elapso anno possit deduci tenuerunt Doct. in l. vbi pactum. C. de transact. Castren. in cons. 347. col. fin. lib. 2. Calder. in cons. 29. de constit. Calcan. in cons. 16. col. vlt. quos sequitur Rota coram Achille in decis. 6. in fin. de constitut. Nisi fortè spolio annexa fuerit. Rota diuer. in decis. 215. nu. 4. par. 1. quia ratione mixturæ cessat dispositio loquens de simplici, quoties qualitas sit talis, quæ faciat cessare rationem disponendi in simplici cui est admixta. Aret. in l. 2. nu. 4. ff. de verb. oblig. Galiau. num. 22. Bologuett. num. 37. 38. & 177. Rota diuer. vbi supra num. 4. & 5.

An iudicium nullitatis principaliter introductæ impediat cursum fataliũ in negotio principali? Et cum Iudex pendente articulo nullitatis non possit negocium principale cognoscere, vt per Lancell. de attent. par. 2. c. 17. de attent. nullit. penden. nu. 35. & 36. sequitur quod Iudicium nullitatis principaliter introductum impediat cursum fatalium in negocio principali. l. contra maiores, vbi Bart. Bald. Salycet. Castr. nu. 2. Ias. nu. 1. & 8. C. de inoff. testam. Put. in decis. 106. in vna Romana Scommissa. nu. 2. & per totam. lib. 2. Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quæ. nu. 12. Lancell. vbi supra. n. 76.

Sed dubitatur an per hoc statutum post annũ probibeatur excipi, vel replicari de nullitate: & quatenus attinet ad replicationem statutum expressè loquitur ibi, nec replicari, vt de hoc non sit dubitandum; prout in specie fuit decisum apud Achilẽ in decis. 7. per totam. de constitutionibus. Quatenus verò attinet ad exceptionem res aliter procedit, quoniam probibitus agere non probibetur excipere post illud tempus quo agere prohibetur, vt per Alb. Bru. in verbo, nullitas, col. 3. de constit. & decr. post Alex. in cons. 82. col. 3. lib. 3. facit Bald. in l. peremptorias. n. 35. ver. quæro si Statutum. C. senten. rescin. non poss. Bart. & Castre. in l. 1. ff. de except. Franc. in c. dilecto. num. 150. de appel. Ang. cons. 291. seu 348. Per Dominicus Obierat Gemi. in tract. protest. ver. nullitas. col. 10. ver. aduerte quia. Non obstat, Dec. in cons. 7. Ias. in cons. 302. col. fin. lib. 2. quia loquuntur in causa vbi statutũ probibebat dici, non autem agi, vt facit hoc nostrum ibi agi, nec replicari, & si fuerit incboatũ agere de nullitate, & labatur annus, neque per viam exceptionis amplius audietur ita disponit statutum per illa verba, nullatenus audiatur, pro quo Doct. in l. postquam liti. C. de pactis. Alex. in l. nam & postea. §. si maior. col. fin. ff. de iure iur. Castren. cons. 288. lib. 1. Calcan. cons. 16. Achill. decis. 11. de constitut. Sed comprebendit etiam nullitatem ex defectu iurisdictionis ob nõ datum consultorem petitum, vt per Achillem decis. 8. de constitutionibus, contra in Romana Censuum. 15. ianuarij. 1607. coram R. P. D. Pensa.

An hoc statutum cõprebendat etiam interlocutoriam? & quia appellatione sententiæ intelligitur de diffinitiua, iuxta notata per Fely. in rub. de re iudic. videbatur dicendum solam diffinitiuam comprabendere; Sed contra vtramq; scilicet comprebendere suadet ratio; quia esset inconueniens, quod citius terminaretur diffinitiua, quam interlocutoria, quòd non est ferendum, vt per Alex. in cons. 50. col. 1. & 2. lib. 2. tenuit Rota coram Achille. in decis. 9. de constitut. Ligat Clericos, vt per Puteum dec. 99. lib. 3. & est decisorium; & ideo in omni foro seruandum. Achil. decis. 10. de constit.

Sed dubitatur an possit dici de nullitate primæ sententiæ confirmatę per secundam: & quod nõ dixit Guid. Pap. de appel. q. 107. per tex. in l. fin. ff. pro suo. clem. vt calumnij vbi Imo. n. 10. de re iudic. Doct. in l. si expressim. vbi Imol. nu. 10. de appell. Crescent. Dec. 15. de sentent. & re iudic. Gabr. in cons. 49. nu. 4. lib. 1. quando scilicet vltima valida fuit. Contrarium verò etiam quod vltima valida fuerit, quòd possit dari de nullitate alicuius præcedentis tenuit Roman. in cons. 338. Abb. in cons. 47. nu. 1. lib. 1. quæ opinio suadetur generalitate verborum d. clem. vt calumnijs, non distinguentis inter vltimam, & aliàs, sed permittentis agi de nullitate alicuius facta prius executione, vbi dicitur, quod qui contra se reportauit tres sententias, nõ audietur de nullitate earũ, vel alicuius ex eis, donec executio fuerit expleta, quasi dicere velit; quod post executionem audietur, & sic vltimæ etiam ritè latæ, & iustè secundum veritatem, vel præsumptiuæ, quia res iudicata pro veritate accipitur, retractabuntur probata nullitate solius primæ sententiæ, quod videtur absurdum, nec recipitur, quando causa nullitatis cessat in confir-

confirmatoria, quia Iudex appellationis potest confirmare sentẽtiã nullam, Imol. & alij in c. 1. de confir. vtil. vel inut. Ang. in l. 2. col. 3. limit. 7. ff. si quis in ius voca. non ierit Bart. in d. l. si expressim. de appel. in l. si vt proponis. col. 2. C. quo. & quan. Iudex. Bellam. decis. 295. & 481. Alex. in cons. 37. & 67. lib. 7. Paris. in cons. 119. col. 1. lib. 4. etiam si vitium non sit remissibile à partibus quicquid dixerit Card. in cons. 17. Innocen. & alij in d. c. 1. & in c. super literis. nu. 7. Butr. 41. Vnde si id ritè fecerit non poterit amplius de nullitate praecedentis opponi, vt probani, Secus autem erit si in sentẽtia confirmante idem sit nullitatis vitium, puta quia sit prima nulla defectu substantialium processus, tunc enim Iudex appellationum non potest eam confirmare, sed solum eam nullam declarare. c. cum dilecti. de empt. & vend. Bald. in rub. C. de rescind. vend. q. 14. Abb. in d. c. cũ dilecti. nu. 4. Imol. in d. l. si expressim. num. 9. Alex. in cons. 79. nu. 2. lib. 2. cons. 53. nu. 16. lib. 5. Dec. in cons. 483. nu. 8. Ruy. in cons. 74. nu. 10. lib. 4. & nullitates processus sunt circa libellum, iuramentum calumniae, & litis contestationem, quae sunt substantialia, & influunt etiam in processum appellationis, eumq; nullum reddunt, vt not. in c. 1. de libel. oblat. c. 1. de litis contest. & in c. 1. de iuramento calum. in 6. in l. prolatam. C. de senten. in auth. offeratur. C. de litis contest. Ex hoc casu non est locus clemen. vt calumnijs. de re iudic. quia sentẽtiae sunt duo non tres, Nec statuto ne in vna eadem causa liceat secundo prouocare. c. 180. quia sententia erit vna, non duo, & consequenter non erit antea facienda executio, & si aliàs esset etiam in duabus conformibus locus dicta clementinae stãte statuto. Bald. in l. fin. col. 2. nu. 9. C. de senten. Paris. in cons. 109. n. 16. lib. 4. Sed contra quod dispositio dicta clementinae vt calumnijs, non procedat in statuto de duabus conformibus; sed requirat tres. notat idem Bald. in l. 1. C. ne liceat tertio prouocare. num. 6. Saly. in d. l. fin. num. 10. C. de senten. Rota in nouis decis. 180. Corn. in cons. 208. col. 2. lib. 5. sed cum statutum velit, quod interim executio non impediatur. ibi in §. volumus; si duo aderunt conformes, nõ obstante nullitate principaliter deducta executioni demandabuntur, quia ex dispositione statuti per hoc iudicium executio duarum conformium non impeditur nisi irretractabilis sit. Lancell. de attentatis. par. 2. c. 17. de attent. null. penden. nu. 79. & nu. 54. & sequen.

De appellantibus, & simul de nullitate dicentibus. Cap. CXCII.

SI ille, contra quem est lata sententia duxerit appellandum, in sua appellatione, nullitatem & iniquitatẽ deduxerit, & in causa appellationis, contra eum fuerit lata sententia; non audiatur vlterius super nullitate primae sententiae, à qua fuerat appellatum.

De appellantibus, & simul de nullitate dicentibus. Cap. 192. Gloss.

Huius statuti vigore non potest dici amplius de nullitate sententiae confirmatae, quod est cõtra dispositionem iuis communis, qua cautum est posse dici de nullitate primae sententiae confirmatae, nisi sententia confirmans transierit in iudicatũ. Abb. in c. dilecto. nu. 10. de appell. Innocen. & omnes in c. 1. de confir. vtil. vel inuti. vel nisi nullitas sit circa substantialia processus; quia tunc nullitas processus prima influit nullitatem in processum secunda, per quam prima non potest confirmari, sed potest declarari nulla, vt dixi in praecedenti capite per tex. in c. cum dilecti, de empt. & vendit. & si fuerit confirmata poterit de ambarum nullitate dici, & opponi, vt probat in specie Gabr. in cons. 49. n. 5. & 6. lib. 1. Bene verum est, quòd nullitas primae sententiae confirmatae praeter quam in substantialibus non attenditur; sed secunda confirmans executioni demandatur. Imol. in d. clemen. vt calumnijs. nu. 10. de re iudic. & in l. si expressim. nu. 10. de appel. Gabr. d. cons. 49. nu. 4. & sequen. lib. 1 si in iudicatum confirmans transierit, Crescentius in decis. 15. de senten. & re iud.

Nullitas simul cum appellatione deducta impedit executionem, propter appellationem admixtam. c. exhibita. de iudic. c. super quaestione in fine. de offic. deleg. Franc. in c. dilecto. q. 9. nu. 21. & 22. & q. 10. nu. 32. ver. & ex his. de appel. Cuma. in l. si expressim. ff. de appell. Vant. de null. nu. 43. Didac. pract. quaest. c. 24. nu. 6. ver. sed & si verum. Brun. de statu. & constit. in verbo, nullitas, col. ante penul. vers. tertio hoc idem patet. Lancell. de attent. par. 2. c. 17. de attent. nullit. penden. nu. 70. Nam nullitas per se non habet effectum suspensiuum nisi de ipsa ad se ipsam, vt declarat Lancel. vbi supra. nu. 35. & 36. Item opposita excipiendo retardat executionem. Oldrad. in cons. 106. Alex. in cons. 77. nu. 15. lib. 2. Ruy. in cons. 131. lib. 4. Barbat. latè in clement. vt calumnijs. nu. 13.

nu.13.de re iudic. & alij quos citat Lancell.vbi supra. nu.45. & sequen. declarat, & ampliat vsq; ad nu. 62.

An deserta causa appellationis possit Iudex cognoscere de nullitate, cum ipsa appellatione deducta? Et quod non firmat Zabar.in clem.appellationem.de appell. Guid. Pap. in cons.10.cons. 38.& in cons. 124.nu.6. faciunt mox allegata sub ver. nullitas. simul.

Sed si nullitas ex alio statuto proueniens proponatur an retardet executionem? & si resultat ex inobseruantia formæ alterius statuti impedire executionem affirmauit ex Io. And. Cyno, & alijs Rip. in l.4.§.condemnatum. nu.13. ff.de re iudic.nam statutum tollens omnes exceptiones non intelligitur tollere eas, quæ ex capite alterius statuti resultant. Bart.in l.1. §. parui. ff. quod vi aut clam. Purpur. in cons.98. nu. 7. lib.2. & statutum permittens agi, seu dici de nullitate intra certum tempus licèt includat nullitatem etiam ex defectu iurisdictionis secundũ vnam opinionem de supra in c. præced. Tamen illam non cõprehendit quando prouenit ex defectu formæ statuti permittens intra certum tẽpus agi de nullitate nõ obseruata forma, vt post alios declarat Borgni.in decis.Fiuiza.decis.11.n.54. ver. nisi defectus. Quod procedit etiam si statutum tolleret omnes exceptiones nisi solutionis tãtum; quia nihilominus possent aliæ opponi; quæ ex capite alterius statuti resultarent. Dec. in c. ex parte il 2. nu. 41. de off. deleg. & in cons. 238. nu.9.in cons.424.nu.6. Ruy.in cons.102. nu. 11. lib.2. Mars. sing.293. Menoch. præsumpt.37.nu. 26. & præsumpt.48.nu. 3. lib. 3. de præsumpt. Pedemon. decis.1.n.22. post Alex. in cons.123.nu. 13. lib. 4. & ratio est quia non est verisimile quod statuentes illico voluerint suum proprium statum tollere, seu corrigere per alterum. Dec. in d.c. ex parte nu.41.vbi etiam Butr. & Imol. de off.deleg. Bart. in d. l. 1. §. & parui.nu.5.ff.quod vi aut clam. Io. And. ad Spec. de execut. sentent. §. fin. ver.16. Fulgos. in cons.107. in fin. Asin.in praxi. §. 31. c. 22. Scaccia de iud.c.97.nu. 93. & talis nullitas ex statuto proueniens impedit executionẽ quocunq; modo proponatur, non solum excipiendo, sed etiã agendo, seu replicando, vt probant allegata iura, Nam excipiendo omnis nullitas proposita impedit executionem, vt dixi supra in ver. Item opposita excipiendo. quod est adeo verum, vt procedat etiam in criminalibus si executio irretractabilis fuerit, vt post Ias. testatur Bossius de nullit. aduer.senten. nu. 4. quem sequitur Clarus. in §.homicidium. col. 38. ver. successiuè quæro.& in §. fin.q.94. vers.scias autẽ. Blanchus in prax. Crimi. fo. 101. nu. 120. Item in possessorijs. Curt. Iun. in cons.108. nu. 14. Villalo. litera E. nu. 116. & aduersus sententiam Principis, & illius executionem, vt post Bald.in l. fin. C. de legibus. & Ang. in l. Principes. ff. eod. Abb. in c. 1. de caus. poss. & propr. tradit Lofred. in cons. 32. quodam nu. 23. de qua re Bursattus in cons. 74. nu. 21. & 24. lib. 1. Gigas de pens. q. 69. nu. 4. Agendo vero solum euidens, & notoria ex actis impedit executionem Myssing. obser. 64. centur. 4. de hac re latè Lancell. de attent. par. 2. c. 17. de attent. null. pend. nu. 65. 66. & 67.

De electione executionis rei iudicatæ.
Cap. CXCIII.

IS, in cuius fauorem mandatum executiuũ realiter & personaliter exequendum, per præsentia Statuta relaxatum est, possit, si velit, debitorem personaliter capi facere, & ad carceres deduci, inde non relaxandum donec soluerit, vel satisfecerit ipsi creditori. Possit quoque in possessionem bonorum immobilium se immitti facere; bona quoque mobilia capere, & super nominibus debitorũ & iuribus alijs omnibus exequi: & si vnam viam elegerit, alteri non præiudicasse censeatur, sed de vna ad aliam sibi liceat transire.

De electione executionis rei iudicatæ.
Cap. 193. Gloss.

Hoc statutum tradit formam executionis rei iudicatæ in executione, quæ fit iuris ordine non seruato contra personam, contra immobilia, & contra mobilia, iura, & nomina debitorum ad electionem creditoris, cui liceat variare, & de vna via transire ad aliam, vt per Lucam Petum lib. 8. c. 3. Hinc colligitur verissima esse, & præclara præcepta Plutarchi; quæ tradit in suo opusculo de vitando ære alieno; quia illud contrahendo debitor, se personam, & bona creditoris arbitrio committit, vt ipse inquit ibi, & hac ratione vitandum esse affirmat ad manutentionem libertatis propriæ personæ, & suorum bonorum. De iure non potest capi persona nisi facta discussione bonorum, vt infra. c. 295. de executione facienda iuris ordine seruato. Bald. vero in l. fin. §. & si præfatam C.de iure delib. Saly. in l. cum filij. C. qui bon. ced. poss. tenent contra-

contrarium, quòd possit etiam incipi à persona, & Alex. in l. à Diuo pio. §. in venditione dicit Bald. & Salycet. opinionem esse veriorem. ff. de re iudic. Sed quòd contrarium est communior. Castren. in l. 3. nu. 4. dicit non seruari de consuetudine totius Italiæ, qua est in electione creditoris incipere à persona, vel à rebus. Ias. in d. §. in venditione nu. 1. hoc statuto sumus ab hac controuersia redempti, & c. 87.

De forma seruanda in pignore prætorio, vel etiam conuentionali, mobili vel immobili vendendo, & de nominibus debitorum. Cap. CXCIIII.

IS, qui in possessionem immobilium missus est, seu is cui immobilia cum facultate capiendi possessionem & vendendi data est, à die qua in possessionem missus est, qui in prętorio; qui vero in conuentionali, à die qua denunciauerit debitori se velle rem hypothecaram vendere, sileat per dies triginta continuos; quibus elapsis, citatis aduersarijs, Iudex ea immobilia adiudicet actori, pro quantitate in mandato executiuo, & verè debita respectiuè, contenta. Altera autem die ad actoris libitum, citata parte, eligantur æstimatores, quorum alterum, in contumaciam non eligentis, Iudex eligat: qui dicta bona infra quindecim dies cõtinuos, citata parte, pro certa die & hora, ad interessendum, habita ratione rei & eius qualitatum, fructuum ac loci & temporis, & eius quod communiter vendi potest & solet, æstiment: qua æstimatione facta, & vno preconio, seu banno præcedente, si aliquis apparuerit emptor, dentur & vendantur per Iudicem plus offerenti, nisi infra mensem debitor soluerit: Vel ipse Iudex tantum de dictis bonis in solutnm ipsi creditori concedat, quæ ascendant ad quantitatem sibi debitam, & tertiam partem vltra; per quam dationem in solutum efficiatur Dominus, & defendatur per Senatorem & Iudices, & ipse vendat cui voluerit. Possit tamen illa bona debitor, illiusq; hæredes recuperare, si infra sex menses à die dationis in solutum computandos, cum effectu soluerint creditori, seu eius hæredibus vel habentibus causam ab eo, quantitatem veram pro qua fuit facta missio & executio supradicta. Debitorem autem, & eius hæredes, cuius bona venduntur, aut in solutum dantur, teneri volumus ad euictionẽ, & defensionem dictorum bonorum emptori, seu creditori, cui in solutum data fuerint, vel per Iudicem addicta, perinde ac si ipsi dicta bona vendidissent, aut in solutum tradidissent, & perinde ac si expresse de euictione & defensione emptori & creditori præsenti & stipulanti promisissent; & ad hæc iuris & facti remedijs opportunis cogi possint. Si vero mobilia sint, super quibus executio facta est, seu quæ creditori in pignus data sunt: tunc illis mandatario præuia citatione, & Iudicis decreto subhastanda, consignatis; mandatarius, ter saltem, bona ipsa in publicum eo modo quo fieri potest, producat, & exhibeat; & si non essent portabilia, saltem per schedulam, ad valuas curiæ affigendam, publicè denunciet: quæ bona vt volentes, offerre valeant, per ipsum subhastenrur. Vt autem omnis fraus cesset, oblationes quæ pro re subhastanda fient, per Notariũ causæ describi & adnotari curabit: quo termino elapso, & citato reo, dentur & vendantur plus offerenti, nisi infra decẽ dies debitor soluendo quantitatem, pro qua facta fuit executio, pignora illa reluerit. Sin autem super nominibus debitorum executio fieri contingat, citabitur nomen ad declarandum, si sit debitor debitoris, & contra eum ad grauamen vsque quo declarabit, procedatur; si confitebitur, fiat præceptũ de soluendo infra dies octo, quibus elapsis, cõtra eum citatum, mandatum contra reum relaxatum exequatur. Si vero negabit, citetur reus principalis ad cedendum iura contra illum suum debitorem: quo contumace existente, Iudex illa debitoris loco cedat, sicq; contra illum debitorem debitoris, creditor eo iure cesso, iuxta causarum naturam procedat: Cessio autem prædicta eatenus liberet primum suum debitorem, quatenus creditor exigere poterit; nec interim sit creditori præiudicatum, quo minus executionem & realem & personalem contra suum debitorem facere possit, dummodo vnica solutione contentus sit. Non liceat etiam debitori debitoris, postquam sibi cessio prædicta denuntiata fuit, aut in iudicio fuerit per primum creditorem interpellatus, suo creditori soluere: alioqui iterato ad solutionem vrgeri possit.

De forma seruanda in pignore prætorio, vel etiam conuentionali, mobili vel immobili vendendo, & de nominibus debitorum. Cap. 194. Gloss.

Praxim statuti huius diligenter docet Lucas Petus. lib. 8. c. 2. nu. 26. & sequen. Cui quidem

statuto

statuto assistit tex. in l. à diuo pio. per totum. ff. de re iudic. & in l. si conuenerit 4. ff. de pignor. act. & in l. 1. C. de pac. pigno. & in l. quæ specialiter. 9. C. de distract. pignor. & in l. si in hoc. 14. C. eod. Hoc enim ius distrahendi pignora competit priori, & secundo creditori soluto priore. l. 1. ff. de distract. pign. l. rei 17. C. eod. l. 2. C. de ijs qui in prior. credit. locum. Et eorum hæredibus, l. si necessarias. 8. §. de vendendo. ff. de pignor. act. l. arbiter. 11. ff. de distract. pigno. Et ex pluribus pignoribus vnũ quod volunt eligere possunt, vt distrahatur. l. creditoris. 8. ff. de distract. pign. Et vt distrahatur totum etiam si pars debiti soluta sit. l. solum. 11. §. si creditori ff. de pignorat. act. & conuentionale de iure communi biennio postquam debitori denunciatum est, vel sententia debitore absente lata. l. vetustissimum. §. sancimus. C. de iure domi. Impetr. Non autem vendi potest ante diẽ quo pecunia est soluenda. l. cum soluendæ. 4. ff. de distract. pignor. l. si necessarias. 8. §. si annua. ff. de de pignor. actio. l. creditor. 4. C. de distrac. pigno. Est tamen bona fide, & solemniter vendendum. l. quæ specialiter. 9. C. de distrac. pignor. d. l. vetustissima. 3. C. de iure domi. impet. latè Surdus in cons. 39. in princ. & per totum. & in eo vendendo sunt pacta seruanda si aliqua adsint. d. l. 3. §. sancimus. & l. si conuenerit. 4. ff. de pignor. act. Non enim creditor inuitus cogendus est vẽdere pignus nisi ipsi satisfactum fuerit. l. quamuis. 6. ff. de pignor. act. l. inter eos. §. creditor. ff. de fideiussor. & venditor pignoris conuentionalis de quo supra tenetur emptori de euictione. l. 1. §. quoniam hoc C. credit. euict. non debere. l. exempto. 11. §. sententiam. ff. de act. empt. l. si pignora. 50. ff. de euictio. l. & si. 10. ff. de distrac. pigno. l. 2. C. credit. euic. non debere. & cedere ius quod habet emptori. l. vlt. ff. de distrac. pigno. l. creditore. 38. ff. de euict. & si pluribus quam sibi debetur vendidit est debitori restituendum. l. pen. ff. de pignor. act. d. l. vetustissimam. 3. §. vt autem. C. de iure domi impetr. quod est intelligendum accepto precio ab emptore. l. eleganter. 24. §. si vendideris. ff. de pignorat. act. etiam cum licitis vsuris. l. in eum 4. ff. de vsur. l. pen. ff. de pignor. act. l. quamuis. 6. §. fin. ff. eod. l. si autem. 7. ff. eod. & actione superflui, non emptor, sed creditor, & eius hæredes tenentur. l. si creditore. 5. C. si vendito pignor. agat. l. secundum 20. C. de distract. pignor. d. l. eleganter. §. si vendiderit. Et pignore non rectè distracto datur actio aduersus creditorem nõ emptorẽ pignoranti. l. si cessante. 7. in fine C. de distract. pigno. l. 1. in princ. C. si vendito pign. ag. l. si creditores. 5. C. eod. l. creditor. C. de distract. pign. Afflict. dec. 358. n. 3. Rota in Romana nullitatis subhastationis Vineę die 10. Iunij 1609. coram R. P. D. Ludouisio. Nisi fortè emptor de fraude creditoris participauerit. d. l. 1. in fin. l. cum contra 4. C. eod. Vel nisi creditor soluendo non sit d. l. 1. et l. si vxor. 3. C. eod. Vel nisi creditor ius distrahendi pignus non habuerit. d. l. 2. C. si vend. pign. agatur. l. 2. §. 1. ff. ad S.C. Velle. quomodo executio contra debitores confessos, & conuinctos sit facienda, tradit tex. in l. delatoribus. 31. §. fin. ff. de re iudic. in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. eod. & in l. 2. & vlt. C. de execut. rei iudic. Res captæ non adiudicantur creditoribus, nisi emptorem non inueniant. d. l. à diuo pio. §. si pignora. l. ordo. 3. C. de execut. rei iudic. & condemnatus est cogendus etiam manu militari. l. qui restituere. 68. ff. de rei vẽdic. An autem creditor qui fecit pignora capta subhastare teneatur de euictione emptori? Et quod non ipse sed debitor, qui per illam distractionem liberatus est de euictione teneatur, est tex. in l. si plus. 74. §. 1. ff. de euict. cum alijs allegatis supra ver. & venditor pignoris conuentionalis, Rota diuer. in decis. 281. n. 33. par. 2. de hac re places hic ponere decisionem per me factam in quadam causa.

Romana Euictionis.
Die 5. Iulij 1607.

Albinus de Marchis emit quamdam Domum Sanctis Ansani furnarij, quam per viam Curiæ pro consequutione sui crediti subhastari obtinuit Annibal Lomellinus, cui fuit precium solutum pro sua satisfactione, & postea fuit ab eodem Albino emptore euicta, quo factum fuit, vt Albinus prætenderet Annibalem ad cuius instantiam Domus fuit subhastata esse sibi de euictione obligatum, & ideò super prætensa euictione mouit iudicium contra hæredes Albini coram Primo, à quo reportauit sententiam fauorabilem ipsũ pro euictione teneri ad restitutionẽ precij ad damna, & interesse. Vnde causa per appellationem ad me deuoluta; fuit dubitatum an Annibal, qui pro consecutione sui crediti subhastationem obtinuit teneatur ad fauorem Albini emptoris de euictione actione exempto? & cũ euictio esset sequuta ad instantiam Antonij de Mottis anterioris creditoris Sanctis, videbatur dicendum Annibalem, qui subhastationem obtinuit

nuit

nuit de euictione teneri quia, qui pignoris iure vendit potiorem se esse cęteris creditoribus pręstare debet l. 1. §. quoniam. C. credit. euict. pignor. non debere. l. si pignora 50. §. quoniam. ff. de euict. Hoc tamen non obstante contrarium fuit per me de voto D. Alexandri Poggi iudicatum; & ratio fuit, quia D. Annibal iussu Iudicis Domum in executione sui mandati captam distrahi obtinuit; & de illius pracio fuit satisfactus, & Sanctes suis debitis liberatus, quo casu sanctes debitor, qui ex pracio liberatus est, non autem Annibal, cui de pracio est pro suo credito facta solutio de euictione tenetur, vt est de hoc tex. satis clarus in l. si plus. 74. §. 1. ff. de euict. l. ex empto. 11. §. sententiam. ff. de actio. empt. l. si ob causam. 13. vbi gloss. & Doctor. C. de euict. Non obstat tex. in dicta l. 1. §. quoniam. C. credit. euict. non debere; quia loquitur in pignore conuentionali; quod colligitur ex illis verbis ibi, qui pignoris iure vendit. Secus autem est quando ex causa iudicati res iussu Iudicis capta, & distracta fuit, & ex illius pracio debitor remansit liberatus, vt in casu isto, quia tunc debitor ipse non creditor de euictione tenetur à quocumque illa obtenta sit. dicto §. 1. & dicta l. si ob causam. vbi Doctor. Negusant. de pignorib. 1. memb. 6. par. nu. 43. in fine. Et ita tenent gloss. in l. à diuo pio. §. si post addictum in verbo, periculum, quam sequitur ibi Bart. sub num. 2. Alberic. qui citat etiam Dynum sub num. 3. Angel. num. 2. Alex. qui dicit communem num. 7. Ias. num. 3. vtiq; dicit communem. ff. de re iudic. Negusant. vbi supra in fine, & ita iudicaui, & hanc tenet Rota diuer. in decis. 281. num. 33. parte 2. & tamen fuit in gradu appellationis à Senatore cum voto Consultoris, cum hoc pacto, vt eã reuocaret, (re vocata) licet pacta illicita non sint seruanda. Limita primo, nisi creditor, qui obtinet subhastationem sciens occultauerit rei vitium, vel seruitutem. l. fin. C. credit. euic. non debere gloss. Bald. Salyc. & alij in dicta l. 1. C. eodem Aymon. in consil. 221. num. 9. Rota diuer. in decis. 281. num. 34. par. 2. Limita 2. nisi in limine contractus ipsius deliberationis superuenerit euictionis periculum, tunc enim causatiue per viam exceptionis potest retineri pracium donec emptor sit factus securus, vt post Iacob. de Aret. Io. Andr. & alios tenuit Bart. Angel. Alexand. & alij in dicta l. à diuo pio. §. si post ff. de re iudic. Rota diuer. in dicta decis. 281. nu. 35. par. 2.

An executio possit fieri in subsidium contra Communitates, & Barones Dominos locorum in quibus condemnati debitores degunt? & quidem posse si Communitas, & Barones moniti negligant curare executionem mandatorum contra tales in eorum locis degentes exemplo eius quod disponitur supra in c. 157. Vt fideiussor petere possit se à fideiussore eximi. §. possit quoque & debeat. Nam ob denegatã iustitiam conceduntur etiam repræsaliæ. capit. Dominus noster. 23. quæstione secunda de repræsalijs, & Martin. Lauden. eodem tractat. numero quarto. Gayl. lib. primo obser. 28. numero nono. Est enim earum vsus antiquissimus, qui à Romanis legibus originem sumpsit, vt dicunt allegati Doctores. l. pignorationes. de iniur. & damn. dat. Zas. in l. 2. §. ita leges quasdam. ff. de origin. iuris. Myssinger. centur. 6. obseruat. 1. Gayl. de pignorationibus obseruat. 1. numer. 5. & valent Iure Diuino, Naturali, & Ciuili ob iustitiam denegatam. dicto cap. Dominus noster. 23. quæst. 2. vbi Doctor. Bart. & Lauden. vbi supra, cum alijs citatis per Gayl. de pignorationibus obseruat. 2. per totam. Sed ille qui repræsalijs causam dat siue sit communitas, siue priuatus tenetur resarcire omne damnum ex illis illatum. Iason. in l. 2. §. vltimo, columna vlt. vers. extat. gloss. ff. de verborum obligatio. Viuius lib. 2. opin. 35. Myssing. cent. 6. obseruat. 1. in fin. nisi detegantur iniusta l. si per imprudentiam. ff. de euict. eod. §. vlt. Mysing. d. obseruat. 1. in fine.

An autem Iudex nulliter, & iniustè procedendo ad executionem spoliet, ita vt sit ita spoliatus restituendus, vel ne? Qua in re inspicienda est in primis constituenda regula negatiua, Priuatum sua possessione authoritate Iudicis iuris ordine seruato, non esse restitueudum, prout hanc regulam constituit Abb. in capitulo conquerente. numero 6. de restitutione spoliatorum, & ita ibi intelligit gloss. in capit. præsentium. 7. quæstio. 1. quam probat Ias. in lege iustè possidet. numer. 3. ff. de acquir. possess. Rota in antiquis decis. 1. de ordin. cognit. quia præsumitur pro Iudice, & pro sententia lege 2. C. de offic. Ciui. Iud. Alciat. regul. 3. præsumpt. 9. de præsumption. & alij citati per Menochium de recuper. remed. 8. num. 3. & sequentibus. Et sententia etiam iniusta

valet mero iure, & transit in iudicatum, nisi ab ea intra debitum tempus appelletur. c. cum inter. de re iudic. Berou.in capit.conquerente. num.8. de restit.spol. Menoch. vbi supra n.6. & 7. & demum executioni demandatur.

Quando verò nulliter, & iniustè Iudex ad executionem procedit, tunc spoliat, & talis sic spoliatus est restituendus, vt est text. in lege meminerint. 6. vbi Bart. & communiter scribentes, C. vnde vi. quem ad hoc Abbas in dicto capitulo conquerente. sub numero 8.ver. quandoque Iudex, & Berouus numero 7. & 8. de restitutione spoliatorum. Felynus in capit. dilectus, il primo, sub num.1. fallent.1. ver. & ideò dicit Hostien. de rescriptis. Dec. in consilio 125. numero 8. Crauetta in consil. 18. numero 8. in consilio 124. numero 4. Boer. decis.238. numero 4. Puteus decis.183. libro 1. Cesar de Grassis in decis. 1. num. 4. de constitut. Nulliter autem, & irritè procedere dicitur Iudex ad hunc effectum quando processit; vt priuatus, non vt Iudex extraiudicialiter, vt animaduertit Crauetta in consil.302. sub numero 3. & sequent. & post alios Menoch. de recuper. remed.8. num.20. Quod spolium pariter non intrat etiam si ad executionem nulliter processum sit; Quoties notorium sit non ius prætendentis se ex capite nullitatis spoliatum; vt in terminis respondit Brunus, in consil. 22.numero 2. ver. non obstat, & ita Bart. in dicta lege meminerint. numero 7. C. vnde vi. Dec. in consil.191. columna vltima. Gratus in consil. 76. numero duodecimo libro 2. facit Caputaquen. in decis.175. numero 4. & 5. par.3. Crauetta in consil.382. num. 2. & 6. Nam executio facta de mandato Iudicis, vtputa solutio debiti veri, & liquidi non rescinditur eo sub prætextu, quod sit facta iuris ordine prætermisso. l. fin. ff. quod met. caus. Innocent. in capit. 2. de in integr. restit. Bald. in Margar. ad Innocen. in verbo executio, in ciuiliter, Capicc. decis.51. nu.6. ver. quarto facit; iuncto principio decisionis. Surd. in consil.39. num.21. & sequen. Neuizan. latè consil.77. num. 7. & sequen.

Sed si fuerit excessum in executione intrare spolium pro toto tenuerunt Bart. in l.si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indeb. vbi Iason. num.2. Afflictus decis.218. numero 3. & 4. decis.358. num.7.Capicc. decis.51. Rota diuer. decis.33.num.6.par.2. et in Assisien. subbastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano. Puteus, decis.183.lib.1. Anchar.q.14. num. 3. lib. 2. & Rota coram bona memoria R. P. D. Iusto in Romana spolij Domorum 21. Februarij 1600.

Contrarium, quod detur retentio pro vero credito, et sic quod spolium non intret pro toto; sed tantum pro excessu, voluerunt allegati per Tiraquell. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1. num.27. Vrsillus ad Afflict. decis.218. nu.4. & decis.392.num.22. vbi allegat Dec.in consil.449.num.16. Grammat.in cons.86. nu.7. in Ciuilibus, & idem secuta est Rota in Assisien. subbastationis corã Orano 2.Maij 1597. Pedemon. in decis.160.in princ. Quod maximè procedere debet in supremis Tribunalibus, in quibus attenta sola iustitia inutiles circuitus euitantur. Tiraquel. de retract. conuent. §.1. glo.1. num.24. & ad finem tituli nu.25. & 61. & ita in istis terminis consuluit Collegium Patauinũ, vt per Card.cons.105. et Neuizanum d.cons.77.num.7. & seq. & faciunt allegata supra cap.167. ver. an ista appellatio faciat attentata.

Sed quia supra in ver. & pignore non rectè distracto dixi; quod pignore non rectè distracto datur actio pignoranti aduersus creditorem nulliter, & irritè distrahentem, non autem contra emptorem per iura ibi allegata, quia pignora sunt solemniter, & bona fide distrahenda, lege quæ specialiter 9. & lege creditor. 4. C. de distract. pignor. & tamen Fulgos.in cons.136.num.1.in fine in cons.172. num.2. & in cons.190.in fine. firmat hoc iudicium extendi etiam contra tertium bonæ fidei possessorem, cui bona fuerunt tanquam plus offerenti deliberata, ita vt illa, vna cum fructibus decursis à die mota litis teneatur hoc casu restituere quem sequuta est Rota in d.Romana spolij Domorum coram Iusto. Sed ibi ita fuit decisum, quia sub imagine alterius personæ supposita pro multo minori precio domus illæ fuerunt distractæ, & breui manu datæ creditori; qui eas semper posedit; contra text. in l. et qui sub imagine 10. vbi glo.magna. Bald.et Salyc. in princ. C. de distract.pign. & insuper totum creditum eiusdem creditoris cõtrouertebatur; Sed quando emptor non participauit de fraude creditoris, & creditor est soluendo, et creditum est verum non est emptor cogendus restituere bona empta, & fructus, nisi confestim vnico contextu releuetur à creditore; qui irritè, & informiter; seu iniustè pignora distraxit; ne ipse ex alieno dolo, vel fraude pragrauetur, & ps-

& pęna suos authores transcẽdat,contra notata per nos. de conditionibus par.2.c.5. q.2. Nam agens ad reuocationẽ executionis factę nulliter, vel excessiuè non est audiendus nisi actualiter numeret, id totum quod ab eo debetur, vt est text. in lege fin. C. si aduer. fiscum, l. 1. C. de fide instrumen. lib. 10. l. si minor C. de iure fisci libro decimo. Neuizan. in consil. 77. numer. 12. Surdus in dicto consil. 39. num.24. Et pro hoc facit quod dicitur in dicta lege si non sortem, §. si centum, vbi Bart. & omnes ff. de condict. indeb. quod scilicet si res sit data creditori in solutum pro maiori summa quam esset debitum; licet datio sit nulla, tamen creditor potest eam retinere, donec sibi soluatur suum creditum, quod vtique facere poterit eadem ratione emptor pignoris, qui tenet locum creditoris, Neuizan. dicto consilio 77. numero duodecimo alios citat. & ita declarant Castren. in dicto §. si centum, num. 3. Alexand. numero 3. Afflictus in decis. 351. sub numero vndecimo 358. in fine, & ante omnes Baldus in capit. quoniam frequenter, §. fin. numero 2. vt litè non contest. quos Surdus in d. consil. 39. propè finem.

De executione facienda iuris ordine seruato. Cap. CXCV.

IN causis, in quibus executio, iuris ordine seruato, fieri debet, vt sunt Summariæ & aliæ, in quibus exprimitur, primò pignori capiantur mobilia, quæ si per executorem non reperiantur, facta per ipsum fide, cui stetur, ita vt contrarium probari non possit, Iudex parte aliter non vocata, immobilia, si summa patiatur, & debitoris qualitas ita requirat; prout sibi videbitur capi mandet. Si verò nõ erunt immobilia, vel summa, vt dictum est, non patiatur, personalis executio committatur, & demum ad nomina debitorum, vt supra in præcedenti capite dictum est, deueniatur.

De executione facienda iuris ordine seruato. Cap. 195. Gloss.

Iuris ordo est, vt pro executione prius capiantur mobilia, & semouentia, si adsint, sed si non adsint, vel non sufficiant tunc capiantur immobilia, deinde nomina debitorum, & mobilia minus damnosa debitori sunt capienda, & pro modico debito non sunt capienda immobilia magni valoris, & in hoc conueniunt omnes, in l. a diuo pio. §. in venditione vbi gloss. Bart. nu.4. & 5. Alexand. num.4. Iason. nu.10. ff. de re iudicatum. Istis deficientibus vltimo loco deuenitur ad capturam personæ, non enim debet capi persona pro debito, ex sententijs, & re iudicata proueniente nisi prius excussis bonis, secundum Bart. in l. 3. §. Tutores, & ibi etiam gloss. ff. de suspect. Tutor. scilicet quando facta discussione bona non reperiuntur sufficientia Baldus in l. 1. in fine, C. de iuris & fact. igno. Abb. in capit. quod ad consultationem colum.6. in fine. de re iudic. Paris. de Syndic. ver. captura, in princ. Bald. in cap. tuæ, vt lite non contest. Alexand. in d. §. in venditione. colum.3. & 4. Etsi peruertitur ordo prædictus executio non valet. Imo. & Alexand. in d. §. in venditione. colum.5. Felyn. in d. capit. quod ad consultationem, colum.9. de re iudic. Afflict. decisio. 308. Quod idem erit si à statuto alius ordo inducatur, ille enim ordo erit seruãdus alias executio erit nulla per allegata iura, & per Iason. in lege cum quædam puella. colum. fin. ff. de iurisdictio. omnium iudic. et dicentes valere, affirmant ab executione facta iuris, vel statuti ordine non seruato licere appellari, & esse in iudicio appellationis executionem informiter factam reuocandam per Iudicem appellationis. Abb. in d. capit. quod ad consultationem, de re iudicat. post Bart. in d. l. à diuo pio, §. in venditione, ff. de re iudic. num. 6. Iason. num. 19. Alex. num. 5.

Hoc statutum disponit idem, quod ius commune, dum vult, quod executiones fiant iuris ordine seruato, & iuris ordo est supra positus, de quo in specie tradit text. in d. §. in venditione, & in lege debitoribus 31. §. fin. ff. de re iudicat. & in lege 2. & fin. C. de executio. rei iudicat. & Papien. in forma executionis senten. diffin. sapiens, fol.211. Marantæ p.6. Tertius, & vltimus actus fol.544.

Sed quia statutum in §. si verò, ibi personalis executio committatur, & demum ad nomina debitorum deueniatur, videtur ordinem iuris communis præuertere concedendo executionem contra personam antequam deueniatur ad nomina debitorum; ideò dubitatur an in hoc statutum sit seruandum, & executio deficientibus mobilibus, & immobilibus, sit facienda contra personam prius quam contra nomina debitorum? & cum in rubrica dicatur de executione facienda iuris ordine seruato, & in text. dicatur in causis in quibus executio, iuris ordine seruato fieri debeat, & sequa-

tur iuris ordo vsque ad dictum §. si verò credendum est quod per in curiam, & extra mentem statuentium sit ibi alteratus ordo iuris potius in verbis; quam in intentione; vt prius debeat iuris ordine seruato fieri executio contra nomina debitorum; quam contra personã, vt deficientibus omnibus scilicet mobilibus, immobilibus, & nominibus capiatur persona; Ne in eodem periodo videantur se correxisse; & in continenti contraria disposuisse, l. non ad ea. ff. de condit. & demonstrat.

Sed cum ex statuto de executione sententiarum, arbitramentorum, & laudorum cap. 87. possit habens rem iudicatam monere condemnatum, vt infra octo dies ei pareat, quibus elapsis si non docuerit de rationabili causa, quare parere non debeatur per eum, possit contra eumdem condemnatum habere mandatum executiuum realiter, & personaliter exequendum fatuus quidem esset; si executionem peteret secundum formam statuti huius, nisi velimus vrbanum appellare; quia eam concedit longiori iuris ordine seruato, non contra personam nisi prius discussis, ac deficientibus bonis mobilibus, immobilibus, & nominibus debitorum, praxim statuti præfati capit. 87. tradit Lucas Petus lib. 8. cap. 2. num. 13. & sequen. cui pro creditori magis est adhærendum; quam huic. Et si executores cessauerint exequi, quod eis est commissum possunt à Iudice mulctari, atque mutari, l. 2. C. de sportulis, & sumptibus. An executio possit fieri in bonis dotalibus pro debitis vxoris, & quando tradit. Guido Papæ in decis. 447. Pone vxor conuenitur. An tertius veniens ad causam pro suo interesse impediat executionem trium, vel duarum conformium? & quod sic dicit Innocen. in capit. veniens. num. 3. de testibus. Cardin. in element. vt calumnijs. quæst. 4. vbi Vitali. quæst. 84. de re iudic. Rota in antiquis decis. 2. de re iudic. & decis. 13. eodem, & in nouis, decis. 14. de probat. Alexand. in consil. 83. numer. 12. lib. 3. Gabr. de re iudic. conclus. 1. num. 19. Achil. decisio. 3. eodem Puteus decis. 91. lib. 3. De hac re latè doctè, atque distinctè tradit Didacus Couar. practic. quæstio. capit. 16. per totum. Rolandus in consil. 5. numer. 16. libro 2. Extende etiam si executio prætendatur fieri vigore Cameralis obligationis. Rota diuers. in decisio. 641. numer. 16. par. 1.

De expensis litis. Cap. CXCVI.

IN qualibet causa, victus victori expensas reficiat, non obstante quòd de calumnia sit iuratum, & in sententia sit condemnatio omissa; nisi aliter per aliquod statutum in aliqua causa disponatur, in quarum repetitione, nullus ordo, nec solemnitas iuris requiratur: sed folio vbi fuerint adnotatæ producto, & illarum examine Notario causæ vnica citatione præuia commisso, per Notarium examinentur: quo facto, per Iudicem taxentur, actorque iureiurando affirmet, tantum erogasse; iterumque reo citato, ad soluendum expensas taxatas, contra eum mandatum executiuum, iuris ordine seruato, exequendum, relaxetur: & prædicta coram quibuscumque Capitolinis Iudicibus, fieri debeant. Si verò in sententia condemnatio facta fuerit, coram Iudice sententiam exequente, prædicta taxatio & executio fiat.

De expensis litis. Cap. 196. Gloss.

Post executionem agitur de expensis & sumptibus litis, §. hac autem omnia. Institut. de pœna temere litigan. l. eum quem, ff. de iudic. l. properandum, C. eod. l. non ignoret. 4. C. de fruct. & lit. expen. Nam appellans, & succumbens debet etiam de iure reficere expensas. Innocen. in capit. fin. de dolo & contum. Baldus in l. fin. in fine, C. quan. prouoc. non est necesse & in margarita appellatio. ver. 36. Castren. in cons. 88. Bellam. de re iudic. decis. 598.

Statutum dicit victus victori expensas reficiat; quod debet intelligi pro rata victoriæ, vtputa appellans victus in prima instantia reficiat illius instantiæ expensas, appellatus victus in secunda reficiat appellanti expensas secundæ. Baldus in lege fin. C. quando prouocar. non est necesse l. generaliter, §. fin autem non ritè, vbi gloss. in verbo stipendij, C. de rebus cred. Bald. ad Spec. de expensis, ver. appellans B.

Sed de iure appellans contumax etiam victor in expensis condemnatur, Auth. ei qui. C. de tempor. appellatio. Iacob. de Arena in tract. de expens. num. 26. Quod idem erit de appellante deserente suam appellationem; si nullo modo eam est prosequutus, cap. 1. & ibi Io. Andr. in ver. condemnandum, de appell. in 6. Doct. & Phil. in c. reprehensibilis. de appell. Bald. in l. eos, §. fin. & alij C. eod. Doct. & Petrus de Sun. in l. si quis libellos. eod. Bald. ad Spec. de expen-

fis colum. 1. ver. appellans, & Spec. de appellat. §. nunc videndum, ver. quid de appellatione, & notatur, in cap. quamuis. de electio. et in cap. ex parte. de rescript. et in cap. circa. de appellat. in 6. plenè Card. in clem. si appellationem, q. 3. de appellatio.

Sed dubitatur per quem Iudicem appellationem deserens sit condemnandus à quo scilicet, vel ad quem, & Doct. in d. cap. reprehensibilis de appellat. distinguunt, aut appellans nullo modo fuit prosecutus appellationem; aut aliquo modo fuit eam prosecutus, quia coram Iudice ad quem causa prosecutionis fuit cœpta, primò casu erit condemnandus per Iudicem à quo, secundò per Iudicem ad quem, ita Doct. in d. cap. reprehensibilis, & in cap. 1. eod. in 6. & in cap. ex parte. de rescriptis. Bart. in l. 2. C. vt intra cert. tempor. & est glo. ordinaria, in c. sedes, de rescript. & in clem. 1. eod. Et si Tutor egit litem iniustã pro pupillo ipse ad expensas tenebitur, l. non est ignotum, C. de administrat. tut. vbi glo. et Bart. Sed appellans, & appellationem deserens gaudet termino solutionis, qui alias datur iudicatis l. fi. C. de vsur. rei iudic. Rom. in l. qui præsens, ff. de verborum obligation. Bald. in l. quoniam nonnulli, C. de appellat. & in l. 2. in fine, C. de vsur. rei iudic. glo. in l. 2. in ver. sed nonne, C. de tempor. appellat. restringit. Sed si à diffinitiua sit appellatum; & lis prosecuta, & lata sententia à Iudice appellationum, quales expensas Iudex appellationis taxabit, & quod omnes expensas factas coram Iudice à quo, & coram se taxare poterit dixit Innoc. in capit. sæpe, de appellat. quia Iudex ad quem succedit in locum Iudicis à quo. cap. Raynutius, & cap. Raynaldus. de testam. glo. in cap. illud, 12. distinct.

Sed si Iudex non condemnat in expensis facit litem suam l. sancimus, C. de Iudic. vbi Baldus & Doct. sed si condemnationem omisit, hoc nostro statuto habetur pro condemnato; vt per omissionem condemnationis Iudex non faciat litem suam, stante hoc statuto, sed per absolutionem: Nam stante hoc statuto Iudex non potest victum ab expensis absoluere; quia in pœnam temeritatis, & calumniæ, quarum mater est impunitas teste Zosimo, sunt expensæ victoribus reficiendæ, cap. calumniam. de pœnis. l. properandum, §. sin autem C. de Iudicijs, cum concordantibus allegatis per Didac. practic. quæst. cap. 27. num. 1. Ergo statutum hoc videtur superfluum. Sed cum de iure communi secundum aliquos habens iustam causam litigandi excusetur ab expensis, vt tradit Didac. vbi supra num. 3. stante statuto non excusabitur, vt per Marsil. sing. 207. & alios allegatos per Didac. vbi supra, nu. 4. quando maximè verba statuti inducunt obligationem ipsius victi, vt istud per verbum reficiat, vt optimè declarat Didac. vbi supra, d. num. 4. ver. tunc sanè; est enim verbum reficiat imperatiui modi, & præcipit victo, qui necesse habet parere victore petente, capit. quod præcipitur 4. quæst. 1. Cardin. in clement. fin. de ætat. & qualit. l. 2. §. quod ait prætor. & l. si quis filium, §. stipulatio. ff. de collat. bono. l. 1. ff. vt legat. nomi. capit. 1. de sentent. excommunic. in 6. capit. 1. de sepult. in 6. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infect. Bart. in l. admonendi. in fine. ff. de iureiuran. gloss. in l. scimus, C. de inoffic. testamen. & in l. si constat, C. de compensat. gloss. in l. 2. vbi omnes, C. de iure emphyt. Butr. & Abb. in capit. venerabilis. de iudic. Abb. in capit. fin. de rescript. Castren. Alexand. & Iason. in l. properandum ff. de iudic. Natta in consil. 685. per totum. Et quod stante hoc statuto non possit victus ab expensis absolui probat Roland. in cons. 62. num. 14. lib. 4. Vt Iudices qui cum hoc statuto iurisdictionem exercent faciant litem suam, & mereantur appellari Patres temeritatis, & calumniæ, ab expensis victos absoluentes ex allegatis.

Et quando primum iudicium annullatur, vel mutatur, sunt vtique expensæ reficiendæ, Curtius iun. in cons. 163. num. 4. & 5. & cum debeantur actione ex statuto non possunt vllo pacto euitari per victum, etsi habuerit iustam causam litigandi glo. in verbo, solo, in §. oportet Auth. de iudic. Bald. & Angel. in l. non solum, ff. de rei vendic. Bald. Salyc. Alexand. Iason. & alij, in d. l. properandum, §. sin autem, C. de iudic. Surdus in cons. 142. num. 2. et in decis. 274. num. 6. & sequen.

Stylus Rotæ est excusare ab expensis habentem sententiam rotalem pro se, quæ postea fuit ex nouiter deductis reuocata nisi ille fuerit mendax repertus. Rota diuer. decis. 730. per totam. par. 1. Gomes. de annali, quæst. 41. Didac. vbi supra, num. 3. ver. iudices verò. Sed si sententia fuerit reformata an victus excusabitur pro rata, & quod non firmat Gabr. de expensis conclus. 1. nu. 11. Caputaquen. in manuscriptis decis. 46. lib. 1. quia victus quoad summam debitam debebat à principio cedere liti, & soluere vt fuit resolutum in Gerunden. expensarum coram Fantuccio die 14. Octobris 1552. Sed si fuerit liti, & causæ renunciatum an renuncians tenebitur ad expensas? & quidem

à die renunciationis in futurum non teneri docet Bart. in l. si quis inficiatus ff. depositi. de quo latè per Dec. & Cagno. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. Doctor. in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de Iudic. quod intellige renunciatione notificata. argum. l. si mandassem, & Bellame. decis. 14. Sed quid si notificatione facta notificatus non contentus voluerit nihilominus sententiam super suo iure, an notificans renunciationẽ teneatur nihilominus ad illas expensas factas pro sententia obtinenda? & quidem teneri per viam actionis, non autem Iudicis officio firmat Bellam. decis. 14. ver. sed pone. pro quo facit Crescent. in decis. 3. alias 51. de senten. & re iudic. facit Abbas in capit. ex conquæstione num. 11. de restit. spol. Verum Iudex debet expensarum rationem examinare, §. oportet autem, vbi Ang. Auth. de Iudic. dispositione Statuti huius debet illarum examen Notario committere, & præuia taxatione actor debet iureiurando affirmare tantum erogasse, & id optima ratione, quia post præstitum iuramẽtum super expensis factis, non potest Iudex in minori quantitate quam iuratum sit condemnare, d. §. oportet, secundum vnam opinionem.

Vbi enim non adest statutum; & Iudex vult condemnatum absoluere ab expensis necesse habet exprimere causam; nec sufficit dicere iustis de causis animum nostrum mouentibus, alias sententia erit nulla tanquam continens iuris errorem secundum Salyc. in auth. nouo iure C. de iudic. Ioan. Andr. in cap. finem. de dolo, & contum. Butr. in cap. examinata. de iudic. Contrariam tenet Abb. in d. cap. cum quo transit Felyn. in cap. sicut. colum. 12. de iudic. sed primam sequitur. Franc. decis. 340. Marsil. sing. 545. litigantes, num. 2. Sed ex expressa causa absolutus ab expensis; non censetur absolutus à damnis, quia appellatione expensarum non veniunt damna, gloss. in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. vbi Bald. num. 1. & in d. l. terminato num. 19. Surdus decis. 261. per totam alios citat. licet appellatione damnorum, & interesse veniant etiam expensæ. Alex. in cons. 34. in fine lib. 3. & à sententia absolutionis, vel condemnationis expensarum datur de iure appellatio Angel. & Imola. in l. fin. §. fin. ff. de appellat. Specul. de execut. senten. §. nunc dicendum, ver. quid igitur Bart. in l. a Diuo pio. in princ. colum. 2. ver. sed quid si appelletur, ff. de re iudic. Innocent. & Doctor. in capit. fin. colum. 2. ver. taxatione. Quod metus causa & ex dispositione statuti cap. 175. de appellatione ab expensarum taxatione, seruata illius statuti forma, etsi non fuerit appellatum à condemnatione poterit appellari a taxatione excessiua etiam de iure. Innocent. in cap. sæpe, de appellatio. & in cap. fin. Quod metus causa. Bald. in l. terminato, C. de fruct. lit. Sed si Iudex pronunciauit super aliqua exceptione omissa condemnatione expensarum, vtrum ex interuallo quandocumque vsque ad finem causæ poterit in illis expensis condemnare? Innocen. in d. capit. sæpe. tenet quod sic, quia semper durat officium Iudicis vsque ad sententiam diffinitiuam, & post diffinitiuam, & per totam illam diem l. Paulus de re iudic. cap. cum appellationibus, de appellat. Bart. in d. l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. Abb. in d. cap. sæpe. Sed dubitatur an ab ista condemnatione detur appellatio. & non est dubium quod sic, sed infra tempus legis vel statuti incboandum à die illius interlocutoriæ. Innocen. in d. cap. sæpe, non autem postea; quia condemnatio post interlocutoriam secuta, est illius executio, vnde non appellando ab ea vbi in expensis non fuit condemnatus, videtur acquieuisse condemnationi expensarum post eam secutæ Innocen. sequuntur Bald. & Abb. in d. cap. sæpe, de appellat.

Vigore Statuti huius in taxatione expensarum requiritur citatio. ibi, vnica citatione præuia, & ibi. iterumq; reo citato ad soluendũ etc. An requiratur etiam de iure communi? et quod sic docuit Bart. in l. aut qui aliter. ff. quod vi, aut clam. quod declara vt per Bald. in d. l. terminato colum. 3. in princ. C. de fruct. & lit. expen. & per Innoc. in cap. calumniam, de pœnis.

Sed an post taxationem poterit idem Iudex eam corrigere diminuendo, vel augendo? & quod sic dixit Innoc. in cap. fin. quod met caus. quod singulare dixit Imola. in cap. finem litibus. de sequestra posses. & fruct. Nec obstat iuramentum partis affirmantis tantum erogasse, quia sequitur naturam actus super quo apponitur. Innoc. in cap. per tuas, in verbo, de obseruando. de Arbitris, glo. in cap. fin. de procurat. in 6. c. vltima voluntas, 13. q. 2. & licet lex dicat standum esse iuramento, tamen ex causa potest reuocari, & probari contrarium per notata in c. statutum, §. cum verò, de rescript. in 6. Spec. de offic. Iudicis, §. si super, ver. 6. quia hoc iuramentum non est litis decisiuum, sed loco probationis, & quando ius dicit standum esse iuramento alicuius loco probationis, potest probari contrarium, iuxta notata in l. contra negantem, C. ad l. Aquil. Sed si sit facta taxatio sub prætextu

textu iuramenti decisiui non potest amplius diminui; nec augeri. Innocen. in d.cap.fin. Quod metus causa facit l.3.§.dato ff. de iureiuran. de quo per Doctor. in d.cap.fin. Phil. Franc. in cap. sæpe, de appellat.

Sed vigore Statuti huius, & de iure hodie expensæ prius taxantur a Iudice, & postea iuratur à parte tantum erogasse, quantum Iudex taxauit. auth. post ius iurandum. C. de iudic. Doct. in d. c. finem litibus. de dolo, & contumac.

Sed an Iudex possit in expensis ex officio condemnare, & si à parte petitæ non sint? & quod sic dixit. Innocent. in d. c. sæpè. de appe. glo. in d.c. finem litibus tenet contrarium Dyn. & Bar. in l.4.§. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. q.5. stante hoc statuto debentur etiam si petitæ non sint, quia imperat victo, vt eas victori reficiat absq; eo quod fuerit à Iudice in eis condemnatus.

Postremo quæritur ad quem Iudicem spectet executio condemnationis expensarum? & vide. in c. ex ratione de appe. in 6. & in c. vt debitus eod. Doctor. in c. pastoralis. §. præterea de offic. delegat. Gemin. in c. Romana. §. cum autem de appe. in 6. Bald. in auth. si quis litigantium. C. de episcop. audie. & in l. ante sententiam in fine. C. quorum appe. l. eos. C. de appe. Franc. in c. sæpè. & quia in quadam causa de materia iudicaui placet hic inserere votum per me datum.

Romana Expensarum.

Lunæ vltima Octobris 1605.

Michal Florettus egit interdicto vtilis Saluiani in Curia Capitolina coram Illustr. D. Primo Collaterali, contra D. Franciscum Pusterlam, pro consecutione sui crediti, quod habebat contra Bernardinum Patriarcham super domo olim dicti Patriarchæ possessa a dicto Pusterla, & obtinuit in illius possessionem immitti, vt in sententia, in extractu fol. 48. Pusterla appellauit, et causa ad tūc D. Capitaneū deuoluta, fuit de uoto Consultoris sententia D. Primi confirmata, in qua ambas partes ab expensis absoluit, ab absolutione expensarum Florettus appellauit in extractu coram D. Capitaneo fol. 36. & 37. & ista sententia absolutoria expensarum fuit de voto alterius consultoris per me confirmata, et sic per duas conformes, aduersus quas Florettus ordinario auxilio destitutus petijt restitutionem in integrum incidenter coram me; & habuit terminum Statutarium decem dierum ad probandas causas restitutionis iuxta formam Statuti cap. 50. §. si verò incidenter lib. 1. In quo termino pro causa deduxit Statutum de expensis litis c. 196. lib. 1. vbi disponitur, quod in qualibet causa victus victori expensas reficiat; & quod, stante dispositione dicti Statuti, non poterat Pusterla in prima, & in secunda instantia victus, in secunda ab expensis absolui: quia huiusmodi statutum non est exorbitans, nec discrepat à iure communi, quo vtique cauetur, quod victus victori condemnetur in expensis cap. calumniam de pœnis, cap. olim il 2. de priuileg. cap. finem litibus de dolo & contum. l. properandum §. sin autem alterutra, C. de iud. & ideo Pusterlam fuisse contra casum legis, & Statuti ab expensis absolutū, & Florettum contra istas absolutorias esse in integrum restituendum saltem ex generali clausula si qua alia mihi iusta causa videbitur restituendus, vt dicit Prætor in l.1.§.1. ff. ex quibus caus. maior. in integ. rest. & in l. sed & si 26. §. item inquit ff. eod. & in l. necnon 28. ff. eod. & in l. Diuus Antoninus, 7. in princ. et in §. nec intra ff. de in integr. restit. Oddus de restitut. in integ. par. 2. quæst. 79. art. 1. per totum: Non enim culpa Floretti, qui semper appellauit, euenit res iudicata; sed dispositione Statuti cap. 178. lib. 1. vt non possit dici negligentia sua euenisse, nec ideo esse restituendum, quia non fuit negligens, & ideo ex generali clausula est restituendus, vt probat Oddus vbi supra.

Non obstat, quod dicebatur, Pusterlā habuisse iustam causam litigandi, & ideo fuisse iustè ab expensis absolutum, & consequenter non esse locum alicui restitutioni aduersus duas absolutorias conformes ab expensis: quia præterquàm quod nullibi constat de iusta causa litigandi; immò de contrario ex prima, & secunda sententia contra eum in Saluiano latæ, quæ ritè, & rectè latæ præsumuntur, vt probant latè congesti per Gabr. lib. 2. de sent. conclus. 4. in princ.

Respondetur quod de iure communi procederet obiectum, & ex iusta litigandi causa fuisset iustè Pusterla absolutus secundum vnam opinionem, quam tenent Doct. in l. qui solidum §. etiā ff. de leg. 2. glo. in d. cap. finem litibus. de dolo, & contum. & in d. §. sin autem. Sed quia in dubio omnis præsumptio est contra victum, quod scilicet non habuerit iustam litigandi causam glo. in d.c. calumniam. de pœn. & in auth. generaliter C. de episc. & cleric. Bald. Salyc. & Iason. in d. §. sin autem, Bald. & Salyc. in auth. nouo iure C. de iud. Abb. in d. cap. finem litibus num. 22. & dicit communem in d.c. calumniam, Natta cons. 108. nu. 5. Menoch. præsumpt. 85. lib. 2. de præsumpt.

ideo

ideo non est etiam de iure communi secundum aliam opinionem ab expensis absoluendus victus, nisi probauerit iustam habuisse litigãdi causam propter præsumptionem, quam habet contra se, & hanc seruat Rota, vt per Sarnen. in regula de annali possess. q. 41. Rota diuers. in decis. 130. per totam par. 1.

Et in casu isto omnem remouet difficultatem Statutum nostrum in cap. 196. lib. 1. dum mandat, quod in qualibet causa victus victori expensas reficiat; quo casu victus non excusatur ab expensis etiam si constiterit habuisse iustam causam litigandi, Marsi sing. 207. huius opinionis author fuit Bart. in l. 3. §. si rem ff. de leg. 3. Abb. in capit. vnico. colum. 3. de plus pet. glos. in auth. de exhib. reis, vers. causam, quam dicit singularem Crem. in sing. 120. Corset. in verbo, pœna, & ratio horum est, vt statutum aliquid de nouo vltra ius commune inducat, vt per Mars. in d. sing. 207. Et id maximè procedit quoties, vt in casu nostro, verba statuti diriguntur erga victum Matthes. not. 82. Alex. in l. 1. colum. penult. ff. ad l. falcid. & in d. §. fin autem alterutra, Felyn. in cap. 1. de rescript. & in cap. significarunt. col. 3. de except.

Hoc enim casu debentur actione ex statuto, nec possunt ex iusta litigandi causa euitari glos. in verbo, solo, in §. oportet auth. de iud. Bald. & Ang. in l. non solum, ff. de rei vendicat. Bald. Alexand. Iason. et alij in l. properandum §. fin autem C. de iud. Surd. in cons. 142. num. 2. & in decis. 274. nu. 6. & sequen. Roland. in cons. 62. num. 12. & sequen. lib. 4. & ideò per viam restitutionis dixi de iure communi, et actione ex statuto expensas Michaeli victori per Pusterlam victum esse reficiendas.

De verborum, & rerum significatione. Cap. CXCVII.

DIstrictus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaq; finitur. Dierum vtilium appellatione, illi dies continentur, quibus ius in Capitolio redditur: vbi autẽ dierum fine adiectione, vtilium, fit mentio, de currentibus diebus intelligitur.

Menses triginta dierum singuli computantur.

Ducatus auri Iuliorum vndecim computatur. quod, si simpliciter ducati nomen proferatur, vel cum adiectione, de carlenis, carlenorum decem pro singulis interpretatur.

Scutum, si aliud non adijciatur, Iuliorum decem intelligitur.

Floreni nomen simpliciter prolatum, quadraginta septem solidorum prouisinorum interpretatur, qui constituunt præsentis temporis Sanctiss. Domini Nostri Domini Gregorij Papæ Decimitertij, & huius anni M. D. L X X I X. bolonenos trigintaquinque, & quartam partem alterius boloneni.

Libra prouisinorum consistit ex solidis prouisinorum, viginti, bolonenis autem quindecim.

Iulius est bolonenorum decem.

Carolenus bolonenorum septem cum dimidio.

Bolonenus quatrenorum quatuor.

Prouisinum denique solidorum, interpretamur esse trium quatrenorum.

De verborum, & rerum significatione. Cap. 197. Gloss.

Hic vltra clarè explicata per statuentes aliqua sunt dicenda de verbis statutorum, ac illorum intelligentia, & quidem in primis sciendum est dictionem esse vocem articulatam cum aliqua significatione, ex qua instruitur, & inquam resoluitur oratio, dicta à dicendo, quod aliquid dicat, hoc est significet, sunt enim verba, & dictiones adinuenta, vt dicentis sententiam exprimant, ideoq; eius voluntas in primis spectanda est. l. labeo. ff. de suppellect. leg. & mens cognoscitur ex eo quod verba ipsa indicant. Bald. in l. sed & reprobari, ff. de excusat. tutor. cum alijs allegatis per Tiraquel. in l. si vnquam in ver. libertis, num. 17. C. de reuocat. donat. Surd. decis. 276. num. 11. & sequen. Illa itaque quatuor modis accipiuntur, ex proprietate, ex improprio, ex vsu, & per interpretationem, vt ex Quint. lib. 8. docuit Alciat. de verbor. signif. lib. 1. in princ. de quibus omnibus sigillatim tradit ibi doctrinam; hoc est lib. 1. proprietatis, lib. 2. improprietatis, vsus, & interpretationis, vt ab ea non sit in legibus, vel statutis declarandis recedendum per rationes, & iura ab eo adducta, & per adducta per Rebuff. in rubr. ff. de verb. signif. ver. notandum est. et per Bologn. in l. omnes populi ff. de iustit. & iure.

Sed verba statuti sunt propriè intelligenda l. 3. §. hæc verba, ff. de negoc. gestis. Campeg. de statut. q. 13. num. 65. Gram. decis. 92. num. 3. Surdus decis. 9. num. 4.

Limita primò nisi subiecta materia suadeat contrarium quia tunc; vt subiectæ materiæ conueniant sunt impropriãda l. insulam ff. de præscript.

ſcript. verb.l.proculus,ff.de vſufr. Neuiz. conſil.92. num.16. Natta conſ.416. num.3. Cepb. in conſ.176. num.37. Pedemon.deciſ.35.nu.3. Surdus deciſ. 73. num. 5. Quod & placuit Alciato.vbi ſupra.li.2.in princ.& Rebuff.in rubr.

Limita ſecundò ſi agatur ad excludendum delictum; nã eo caſu debent impropriari etiam per iuris fictionem ad ipſum delictum effugiendum. Aymon.in conſ.9.nu.20. & ſequen.

Sublimita niſi per impropriationem, vel proprìationem ita intelligerentur, vt nullius eſſent operationis, quia ſunt ſemper intelligenda, & interpretanda; vt aliquid operentur, l.ſi quando, ff.de legibus, capit.ſi Papa. de priuileg. in 6. capit. ex parte l'vltimo. vbi Butr. de verb. ſignificatione, & in capit.cum dilectus, & in capit.ſequen.de Cleric.non reſid. Bald.de ſtatuto.in verbo,interpretatio.num.7.Alber.de ſtatut. lib.2.quæſt.2.num.26.

Limita tertiò ratione impoſſibilitatis vitandæ, quia vt impoſſibilitas vitetur,verba impropriantur Bart. in l. ſi Titio ff. de vſufr. legat. Afflict.deciſ.275.num.4. & deciſ.307. nu.26. facit Bald.de ſtatutis.in ver. verba,num.2.

Limita quartò ratione abſurdi vitandi,nam verba potius impropriantur, quam abſurdum ex proprietate,ſequatur Bart. & alij in l.Gallus, §. etiam. ff. de liber. & poſthum. Bald. in l.quod verò num.3. ff.de legibus. Iaſon. in l.1. num.4. C.de ſucceſſ.edict. Decian.in conſil.74. num.16. lib.3. alios citat Rota diuer.dec.708. num.5.par.1. & deciſ.294.num.3.par.2.alios citat Card. Mantic.de coniect.lib.3.tit.7.nu.3. Gail. obſer.32.lib.2.

Sed quando ſtatutum eſt iuris communis correctorium, & exorbitans, tunc eſt ea interpretatio capienda, quæ ſuadent verba, ac illorum proprietas,ſi illa tendat ad minorem iuris communis correctionem, d.l.3. §.hæc autem verba ff.de neg.geſt. & omnes in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum ff.de liber.& poſthum. Decian.in conſil.37.num.65.lib.3. Greg.Natt.de ſtatut.q.2. num.21. Campeg. de ſtatut. num.220. Debent enim ſemper reſtringi,& interpretari, vt quãto minus fieri poteſt lædant ius commune capit. cum dilectus. de conſuet. Roman.conſ.197.n.2. Alexand. in conſ. 106. num.9. lib.5. Corne. in conſ.115.lib.2. Dec.in conſ.444.num.11.Surdus deciſ.43.num.6. Nec obſtat quod aliqui ex allegatis Doct.loquãtur de interpretatione verborum teſtatoris, quia verba ſtatuti, & Teſtatoris æquali modo interpretantur. §. diſponat auth.de nupt.l.ſi quis legauerit.la 2.et ibi Bart. ff.de legat.1.l.qui filium,§.Sabinus.et ibi Bart. ff. ad Trebell.l.cum quidam C. de verborum ſignificat. gloſſ.in auth.hoc inter liberos, C.de teſtamen. Soccin.conſ.31.col.2.lib.1. Fulgoſ.conſil. 170. & ideò diſpoſitiones ſtatutorum regulantur ſecundum iura, quæ loquuntur de diſpoſitionibus Teſtatorũ, vt notat Bart.in l.1. C.de his quibus vt indig. & in l. in cognitione col.2. ff.ad Syllan. Alexand.in l.ea demum, C.de collat.Roman.in conſ.131. Dec.in conſil.90.nu.3. Pariſ.in conſ.119. num.23.lib.4. Et ideò poteris quintò limitare niſi verba impropriẽtur ad effectum reducendi nos ad ius commune, ſeu ad effectum; vt ius commune per ſtatutum minus lædatur, quia tunc admittitur etiam verborum ipſius ſtatuti impropriatio, vt fiat reductio ad ius commune glo.in cap.cum dilectus.de cleric. non reſid. Roman.in conſ.318.num.5.& 6. Felyn.in capit.cum acceſſiſſent.colum.3. de conſtit. vbi Dec.colum.3. idem Dec.in cap.cum omnes colum.1.eod. & in capit.cauſam quæ. colum.3. de reſcriptis.

Sublimita niſi appareat de mente contraria ſtatuentium, quod ſcilicet voluerint ius cõmune corrigere, vt in ſpecie declarat Bald.in l.maximum vitium C. de liber.præter.ſequitur Caſtren.in l.fin. §.in computatione ver. adde aliã limitationem C. de iure delib. Bald. in cap.cum non licet.colum.fin.ver.quæro pone,de præſcrip. Alexand.in conſ.227.col.2. lib.6. in conſ.249. colum.fin. lib.1. Lex enim, & legis mens idem ſunt. Dyn.in cap.fin. in fine, de regul.iur. in 6. Tiraq.in l.ſi vnquam. in ver.libertis,num.37. C. de reuoc. donat. & de retract. conſang.§.1. glo.9. num. 224. & ſequen. & licet verbis vis fiat ſatis eſt; quod ſtatuti mens ſeruetur. Caſtren. in conſ.83. colum.fin. lib.2. Crauetta in conſ.429.num.13. & in conſ.486.nu.13.Ang. in conſ.169. Simon de Pretis in conſ.189. nu.7. lib.1. Euerar.loco 36.colum.9. ver.ſed iſta regula; à qua ideò non eſt recedendum,quia mens potius ſtatuentium, quam verba ſpectatur l.ſi ancillas, in fine, ff. de legat.1. l. ab omnibus in fine ff. eod.l.Mæuia.ff.de manumiſſ.teſta. l.talem.§.1.in fine ff. de hæred. inſtit. Decianus in conſ.17. num.22.lib.1. & in conſ.61.num.16. lib.2.conſ.46. num. 119. lib.2. & in conſil.43. nu.12.eod. lib.2. Rebuff.in l.in conuentionibus. 219.in princ.ff.de verb.ſignific. Nam in omni diſpoſitione mens præualet verbis, & verba intentioni debent inſeruire, non ècontra. l. cum proponebantur. ff. de legat.2. l.vnum ex familia, §.fin.ff.eod.l.in conditionibus ff. de condit.

& de-

& demonstrat. lege cum de Lanionis, §. Asinam, de fundo Instru. lege 3. C. de liberis præter. lege in testamento. C. de testa. milit. capitulo humanæ aures 22. quæstio. 5. capitulo secundo requiris. de appellatio. ita notant Cynus, & Baldus in lege fin. ff. si cert. petatur, Butr. in capit. nouit. de Iudicijs, Grammat. decis. 102. numero 118. Georg. Natt. de statut. quæstione 4. num. 145. Albericus de statutis, libro secundo quæstione 106. num. 5. Sed limitatur quatuor modis, vt per Rebuffum in lege in conuentionibus 219. vers. Primò limitatur ff. de verborum significatione. An autem credendum sit aliquid esse ex mente statuentium, quod sit contra ius commune? & dic vt per Brunum de statut. artic. 5. num. 101. remissiue ad artic. 9. & quæstiones ibi examinatas.

Sublimita secundò, quod in dubio est facienda interpretatio, vt minus lædatur ius commune, si & quando ius commune nullum commune ius habeat in contrarium, quia intelligi debet de iure communi, quod nullum ius habeat in contrarium; non autem secundum ius commune extraordinarium, & alio iuri communi derogans, ita pulchrè Bald. in l. meminimus, C. de legit. hæredi. quem sequitur Paul. in l. vlt. §. in computatione in vltimis verbis, C. de iure deliberan. & in l. lege 12. tabul. etiam in vltimis verbis, C. de legit. hæred. sequitur, & melius dilucidat Decian. in cons. 17. sub num. 51. ver. secundo etiam, lib. 1. idem tenet Io. Bapt. de S. Seuer. in repet. l. omnes populi, num. 99. ver. item limita. ff. de iustit. & iure.

Limita sextò, nisi vsus, seu consuetudo propriè, vel impropriè statuti verba intellexerit; Nam ex vsu loquendi verba in quacumque materia etiam pœnali accipiuntur, quoniam communis vsus loquendi dummodo ex auctoritate prudentium originem traxerit verborum proprietati semper prævaluit, nec est dubium, quod ex auctoritate Doctorum propria verborum ducitur significatio. Bart. in lege omnes populi. quæst. 3. ff. de iustit. & iure. Nam vsus, & consuetudo loquendi potest vocabuli significationẽ immutare, & illi nouam dare; & illa dicetur propria significatio. l. labeo. ff. de supellect. leg. l. quos vos hostes ff. de verb. signif. l. librorum, §. quod tamen ff. de legat. 3. Rebuff. in rubr. ff. de verborum signific. ver. tertiò, & ver. quartò concordantes citat Mascard. conclus. 1124. numero 15. & 16. lib. 3. & Quint. lib. 1. capit. 5. dicit quod consuetudo superat auctoritatem verborum & Horat. in arte poet. inquit

Multa renascẽtur, quę iam cecidere, cadentq;
Quę nũc sũt in honore vocabula, si volet vsus,
Quẽ penes arbitriũ est ius, & norma loquendi.

Et quod vsus communis loquendi in statutis attendatur, & præualeat, voluit in specie Brunus de statut. artic. 6. nu. 190. Campeg. de statut. nu. 82. Bald. in l. lege. 12. tabul. in fin. C. de legit. hæred. Cyn. in l. si cum antea. C. de donat. ante nupt. Bart. in d. l. librorum. §. quod tamen cassius. ff. de legat. Roman. in cons. 4. & in cons. 23. Alex. in cons. 2. nu. 17. lib. 1. Ias. in l. stipulatio ista. §. hoc quoq; ff. de verb. oblig. & communi vsu loquendi cessante, res remanet in terminis iuris communis. Brun. de statut. artic. 11. nu. 41. Qualis autem debeat esse talis vsus dixi supra, & tradit Fulgos. in cons. 165. Roman. in cons. 4. Brunus artic. 8. nu. 46. Et modicum tempus eum non inducit, vt per glos. & Bart. in d. l. labeo. ff. de sup. legat. sequitur Brunus vbi supra artic. 9. n. 107. & quomodo probetur docet Bart. in d. l. labeo. & in l. 2. C. quæ sit long. consuet. Brunus. artic. 8. nu. 42. de statutis. Nam probari debet ab eo, qui se fundat in illo, vt docuit Bart. in d. l. labeo. Dec. in cons. 472. nu. 14. cum alijs citatis per Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 8. nu. 6. Dictam limitationem amplia procedere in qualibet materia etiam odiosa, & pœnali, vt dixi & probat Abb. in c. 2. in princ. de arbitr. Bart. in rubr. ff. de oper. nou. nunc. & in l. 1. ff. de suis & legit. Matthes. sing. 95. siuè à lege, siuè à statuto disposita. c. 2. vbi Abb. de verb. signif. Oldrad. cons. 168. ver. ad primam, & consil. 219. in fine. Bald. in l. omnes populi. col. pen. ff. de iust. & iure. Bart. vbi supra. Felyn. in proœm. decr. circa principium vbi etiam Butr. in c. quamuis. ver. vsus obtinuit. de verbo. signif. Cagnol. in proœm. ff. n. 25. faciunt allegata per Card. Mant. lib. 3. de coniect. tit. 8. in princ. Secundo amplia procedere etiam si à peritissimis, & doctissimis viris condita statuta fuissent. Butr. in proœm. decr. & in d. c. quamuis. de verb. signif. Bald. in l. si nepotes. ff. de testa. tut. Roman. in l. testamento. C. de testam. milit. Ias. in rubr. ff. de oper. noui nunc. Fely. in proœm. dec. n. 3. & in eis diceretur quod verba intelligantur, prout iacent, & ad litteram, Butr. vbi supra, & Fely. nu. 14. Bald. in d. l. omnes populi. q. pen. ff de iust. & iure, & in l. de quibus. ff. de legibus, & in l. data opera. C. qui accus. poss. Bart. in d. l. omnes populi. q. 6. in fin. ff. de iust. & iure Ancbar. cons. 413.

Sublimita, vt non procedat quando in statuto dice-

diceretur, quod intelligantur nihil extrinsecus addito. Ias. in rubr. ff. de oper. nou. nunc. & in l. si auiæ. col. fin. C. de succes. edict. Bart. in d. l. labeo. ff. de sup. legat. Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Butr. in proœm. decret. quem sequitur Felyn. num. 14. Romanus singul. 427.

Sublimita secundo non procedere si in statuto dicatur, quod debeat intelligi secundum propriam significationem. Bart. in d. l. labeo. Fely. vbi supra, Roman. dicto sing. 427. Sed propria erit illa significatio; quam communis prudentium loquendi vsus introduxit per allegata in limitatione præcedenti, de hac re theoricam tradit Alciat. de verb. signif. lib. 2. sub nu. 27. ver. & ideo existimauit.

Sublimita tertio non procedere si talis loquendi vsus non a peritis, sed ab idiotis suam originem traxerit, nam idiotarum vsus, abusum esse dixit Bald. in l. si dictum. in princ. ff. de euict. Alciat. vbi supra lib. 2. sub nu. 29. ver. & in primis viderentur & nu. 30. quod tamen declara procedere in declarandis legibus, & statutis, non autem in interpretanda voluntate testatoris imperiti, & idiota, quia illius proprius loquendi vsus, non autem communis attenditur pro illius voluntate interpretanda, vt per Bart. in l. si quis filiabus. ff. de testamen. tute. l. si seruus plurium. §. vlt. & ibi omnes. ff. de legat. 1. Roman. in cons. 179. n. 5. & in l. haeredes palam. num. 7. ff. de testam. hanc probat multis auctoritatibus Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 9. in princ. vbi materiam exornat.

Huc pertinent quæ dicuntur de Iudice, quod licet iurauerit obseruare statuta, tamen ex magna causa illa transgredi potest, vt per Innoc. in cap. canonum statuta. de const. ex quo Bald. infert quod in pupillo committente homicidium possit Iudex ratione ætatis commutare pœnam mortis in aliam in l. & si seuerior col. 3. C. de infam. item propter metum periculi, vel scandali idem facere poterit. Bald. in l. si quis filio. §. hi autem. ff. de iniust. & rupt. testam. & excusatur in syndicatu si ob multorum salutem statuta non obseruauerit, Bald. in l. obseruare. q. 10. ff. de offic. procon. & leg. Nec potest dici periurus qui ex causa rationabili statuta egreditur. Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. Fely. in d. c. canonum statuta, n. 48. Bald. in c. 2. de re iudic. Abb. in c. super his. de accusat. Roman. in cons. 308. & l. si vero. §. periuro 46. fall. ff. solut. matr. Roland. in cons. 7. nu. 7. lib. 1. & in cons. 12. nu. 11. lib. 2.

STATVTORVM ALMAE VRBIS ROMAE

Auctoritate S. D. N. Gregorij xiij. P. O. M.

A SENATV POPVLOQ. ROMANO EDITORVM.

CVM GLOSSIS D. LEANDRI GALGANETTI I. C. COLLENSIS.

Liber Secundus.

QVI AD ACCVSANDVM Admittantur. Cap. I.

NVLLVS ad accusandum vel denunciandum aliquem de criminibus, excessibus, vel delictis admittatur, nisi suam vel suorum, vsque ad tertium gradum inclusiue, de iure Canonico computandum, iniuriam prosequatur; exceptis casibus infrascriptis, videlicet, de crimine læsæ Maiestatis, homicidio, incẽdio, falsitate, latrocinio, aggressione nocturna, & battalia generali, in quibus & alijs per præsentia Statuta expressis casibus cuilibet accusare permittatur.

Qui ad accusandum admittantur. Cap. 1. Gloss.

Accusatio, & ius accusandi omnibus accusare volentibus competit. §. 1. instit. de publicis iudicijs. ver. publica autem dicta sunt. c. 1. de accusationibus 11. q. 1. c. nihil. c. in primis. §. sed & de personis accusantium. 3. q. 9. c. dignum. in fine. 6. q. 1. c. nos sequentes. Clar. §. fin. pract. crim. quæst. 14. in princ. l. qui accusare. ff. de accusat. 1. Exceptio est. Nisi agatur de crimine suppositi partus. l. lege cornelia. §. 1. ff. de falsis, glos. in d. §. 1. in verbo. plerumq; instit. de publicis iudicijs. 2. Exceptio est. Nisi mulieres sint; quæ accusare velint. l. qui accusare. 8. ff. de accusat. & l. 2. ff. eod. & l. Senatusconsulto. C. qui accus. non poss.

& l. de

& lege de crimine 12. eodem. 2. q. 1. c. probibentur 15. q. 3. in prin. & c. de crimine, & Clar. in §. fin. q. 14. n. 8. Replicatio eius prima est, nisi mulier suā suorumq; iniuriam persequatur, hoc enim casu publica accusatio ei cōpetit d. l. 12. C. eod. & l. 1. ff. de accus. & l. 2. ff. eod. & l. vxor. 4. C. qui accus. non poss. & l. non ignorat. 9. C. eod. & d. quæst. 3. in princ. vers. nisi forte suas, & capit. ex eo quod. §. fin. capit. certis de causis. in princ. & §. vxor tua, & Clarus vbi supra dicto num. 8. vers. sciās tamen. Duplicatio eius est, nisi mulier maritum, vel adulteram de crimine adulterij velit accusare, hanc enim suam iniuriam persequi non permittitur. l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. 32. quæst. 1. capit. apud misericordem. §. publico ratio proponitur. 32. quæst. 5. cap. penult. §. sed quæritur. cum cap. sequent. Replicatio secunda est, nisi mulier ex lege Cornelia testamentaria accuset. l. 2. §. idem. & in lege. ff. de accusationibus. Replicatio tertia est, nisi mulier crimen lesæ maiestatis deferat l. in quæstionibus 8. ff. ad l. Iul. maiest. 15. quæst. 3. capit. cæteris de causis. §. in quæstionibus. cap. sane. §. vnde aut. Replicatio quarta est, nisi mulier ex lege Iulia de annona accuset. l. mulierem. 13. ff. de accusat. concordat. l. Imperator seuerus. 3. §. fin. ff. ad l. Iul. de annona. 2. quæst. 1. cap. probibentur. §. mulierem, & l. 8. ff. de accusat. Tertia exceptio est, nisi pupillus accusare velit. l. qui accusare 8. in princ. ff. de accusat. dicto capit. probibentur in princ. Vill. M. 91. Viuius opin. 677. incipien. pupillus sine Tutoris authoritate. num. 15. Clarus §. fin. quæst. 14. nu. 6. Replicatio prima est, nisi pupillus suam suorumq; persequatur iniuriam; vel eorum testamentum l. 2. §. fin. ff. de accusationibus 15. quæst. 3. cap. certis de causis. §. pupillis. Vill. M. 91. Clarus vbi supra dicta quæst. 14. nu. 2. Replicatio secunda est, nisi excesserit vigesimum annum tunc enim quamuis sit minor 25. admittitur ad accusandum, Iul. Clar. vbi sup. quæst. 14. nu. 7. ibi si vero est maior, Viuius opin. 29. incipien. accusare regulariter potest maior. Replicatio tertia est, nisi crimen de quo accusat minor sit lesæ maiestatis, adulterij, vel defraudatæ annonæ. Ang. in tract. de malef. in verbo, ad querelam Titij, nu. 39. Viuius opin. 677. incipien. pupillus sine Tutoris authoritate. nu. 15. Replicatio quarta est, nisi consuetudine contrarium seruetur, Clar. §. fin. q. 14. nu. 7. ver. sed certe quicquid. Quarta exceptio est; nisi seruus accuset. lege quoniam. 26. C. ad l. Iul. de adulter. 3. quæst. 5. capitulo canonica. vers. aut libertas. capitulo accusatores. §. fin. & capitulo nullus. Replicatio eius prima est, nisi ex lege Iulia maiestatis seruus accuset. l. famosi. 7. in princip. ff. ad l. Iuliam maiest. Clarus §. fin. quæst. 14. numer. 4. vers. dixi etiam. Replicatio secunda est, nisi ex l. Iulia de annona seruus accuset l. mulierum 13. §. fin. ff. de accusationibus. 2. quæst. 1. capitulo probibentur. §. mulierem. Replicatio tertia est; nisi seruus mulierem; qua cum proprijs seruis rem habuit, deferat. 12. quæst. 2. capitulo episcopus. §. in criminali, ver. quo casu. l. vnica. §. sit etiam seruo. C. de mulieribus quæ se proprijs seruis. Quinta exceptio est, nisi pauper sit is; qui accusat. l. nonnulli. 10. ff. de accusat. 2. q. 1. c. probibentur. §. non nulli & c. in primis. §. sed, & de personis. Clar. §. fin. q. 14. nu. 18. vers. sed hic etiam. Replicatio eius prima est, nisi habeat aureos quinquaginta in bonis. dicta l. non nulli, & ibi Clarus d. num. 18. nam talis non est pauper. Replicatio secunda est, nisi sit bonæ conditionis, & famæ, & honestæ vitæ; nec propter paupertatem suspectus. glos. in dicta lege nonnulli, quam sequantur omnes, vt ait Berous in c. 1. nu. 54. de accusatio. Gabriel. libr. 1. de testibus. conclus. 18. nu. 3. & Clar. vbi sup. nu. 18. vers. sed hic etiam ibi bene verum. Sexta exceptio est, nisi miles accuset. l. qui accusare. 8. ibi alij propter sacramentum. ff. de accusationibus. dicto capit. probibentur. in princ. Clarus dicta quæst. 14. nu. 4. ver. quæro etiam nunquid miles. Replicatio eius prima est; nisi ex l. Iulia maiestatis accuset l. famosi. 7. in princ. ff. ad l. Iul. maiest. Replicato secunda est; nisi ex lege Iulia de annona miles accuset. l. mulierem. 13. ff. de accusationibus. dicto c. probibentur. §. mulierem. vers. milites quoque. Replicatio tertia est, nisi miles suam suorumq; iniuriam persequatur. l. non probibentur milites. C. qui accusar. non possunt, Clarus dicto §. fin. quæst. 14. nu. 2. vers. volo etiam vt præsupponat. Septima exceptio est, nisi filiusfamilias accuset. controuertitur, & distinguitur apud Clarum dicto §. fin. quæst. 14. numer. 5. vers. sed quid in filiofamilia, & Vill. fo. 133. Octaua exceptio est, nisi quis quæstus causa accuset c. significante. 5. qui matrimo. accusare possunt. Noua exceptio est, nisi is, qui in magistratu positus est accuset. lege qui accusare 8. ff. de accusationibus ibi alij propter magistratum,

X & di-

& dicto capitulo probibentur, in principio. Decima exceptio est, nisi is qui accusat infamis sit dicta lege octaua, ibi propter delictum proprium, vt infames, & lege is qui. 4. ff. eodem, & lege criminis, 15. C. qui accusare non possunt, dicto capitulo probibentur, §. alij propter delictum 3. quæstione quarta in princ. cum capitulo sequente 3. quæstione quinta, capitulo canonica, capitulo accusatores. in fine, capitulo constituimus, capitulo similiter, capitulo nullus, & 4. quæstione prima, capitulo primo, §. omnes, 6. quæstione prima, in princ. cum capitulo sequente, & capitulo beatus, & qui sint infames babetur 6. quæstione prima, capitulo omnes, capitulo illi qui. capitulo summa, §. fin. cum capitulo sequente, Bart. in lege infames, ff. de public. iudic. Salyc. & omnes DD. communiter in d. lege criminis. C. qui accusare non possunt. Ang. de Malef. in verbo, ad querelam Titij ver. accusare non potest ille, qui est infamis numero 23. Canoniste omnes in capitulo 1. de accusatio. communiter Iul. Clar. in §. fin. quæstione decimaquarta, numero vndecimo, ver. secundus est casus. ibi. ver. & in boc fuis. Replicatio eius prima est, nisi infamis ex lege Iulia maiestatis accuset, lege 7. in princ. ff. ad leg. Iuliam maiestatis, vel ex l. Iulia de annona lege mulierem 13. ff. de accusat. 2. quæstione 1. capitulo probibentur, §. mulierem. ver. famosi quoque, vel nisi suam suorumque iniuriam persequatur. lege quarta in princ. ff. de accusat. Clar. §. fin. quæstione 14. numero 15. ver. quintus est casus ibi. quam tamen intellige. Duplicatio earum est, nisi ex sententia publici Iudicij infamis sit effectus; bic enim neque in exceptis criminibus accusare potest. glossa in lege qui iudicio, ff. de accusatio. quam sequitur Bart. ibi & Berous in capitulo primo, numero 43. de accusationibus dicit communiter approbari; sequitur Clar. dicta quæstione decimaquarta, numero 15. ver. Quintus est casus. ibi. Adde quod bæc. Replicatio 2. est, nisi de beresi, vel Simonia infamis accusare velit 6. quæstione 2. capitulo nos sequentes, §. sed licet, contradicere videtur 2. quæstione prima, capitulo quæro ergo; vbi Gratianus subijcit solutionem ver. vtrum boc Augustini. Replicatio tertia est, nisi non iuris, sed facti infamia sit infamis, qui velit accusare; approbatur iure Ciuili, Bero. in dicto capitulo primo de accusat. numero 44. Bart. in lege qui accusare. numero 7. ff. de accusationibus. Abb. Soccin. & Ioan. de Imola in d. capitulo primo, Viuius opin. 26. incipien. accusare non potest infamis. num. 4. Clar. quæstione 14. prædicta, numero vndecimo. ver. secundus est casus ibi, & in boc sciat dicit communem, & illa dicitur infamia iuris secundum Abbas in dicto capitulo primo, quæ est secundum leges Ciuiles, vel ipso iure, prout ipso iure quis infamis efficitur, vt lege 1. & sequenti, ff. de bis qui notant infamia vel mediante sententia, vt babetur in l. infamem ff. de public. iudic. & in capitulo probibetur 2. quæstione 1. & in lege qui accusare. Replicatio 4. est, nisi infamis accusatorem suum velit accusare; per ea quæ proponuntur infra 17. exceptione. Vndecima exceptio est, nisi is qui accusat calumnia sit notatus vel præuaricatus l. quarta, in princ. ff. de accusat. l. alij 9. ff. eodem & lege accusator. 5. ff. de præuaricationibus 2. quæstione 1. capitulo probibentur, §. alij propter suspicionem. & lege 2, quæstione 3. capitulo vltimo, §. accusator & infra 18. except. Duodecima exceptio est, nisi accusator antea ob accusandum, vel non accusandum pecuniam acceperit dicta l. 4. in fine, & l. qui accusare 8. ibi. nummosvè, ff. de accusationibus. capitulo significante 5. qui matrim. accusare possunt, & 2. quæstione 1. capitulo probibentur. Decimatertia exceptio est, nisi accusator plures reos babeat dicta lege 8. §. alij propter, ff. de accusationibus. lege cum rationibus 16. C. qui accusare non possunt, & d. capitulo probibentur, §. aly propter. Spec. in titulo de accusatore. ver. item quod non potest. Maran. in capit. 1. post numero 143. col. 4. ver. est ergo vera. de libell. oblat. Replicatio prima est, nisi suam suorumque iniuriam persequatur dicta lege cum rationibus 16. C. qui accusare non possunt, & l. bos accusare 12. §. lege Iulia ff. de accusationibus, & l. inter liberas, 6. §. fin. ff. ad l. Iuliam de Adulter. Iul. Clar. §. fin. quæstione 14. numero 2. ver. vt lo etiam vt. Replicatio secunda est, nisi de eodem Crimine plures accuset, Clar. d. §. fin. quæstione 13. numero 2. ver. quæro nunc. ibi. Hæc tamen conclusio intelligenda est, &c. Decimaquarta exceptio est, nisi is accusare velit, qui cum bestijs pugnat, vel rem ludricam siue lenocinium exercet l. is qui 4. ff. de accusatio. l. qui accusare 8. ibi alij propter turpem ff. eod. 15. exceptio est, nisi is, qui accusat familiaris, vel domesticus, aut cognatus sit eius qui accusatur d. l. 8. in fine, & l. si quis, 20. C. qui accus. non poss. & l. 1. §. quod autem, ff. de off. præfe.

& lege

& lege falsi 5. C. ad leg. Cornel. de falsis, & lege si magnum 13. C. qui accusare non possunt quibus elicitur seruos Dominum, liberos parentem, fratres fratrem capitali crimine accusare non posse. 3. quæstione 5. capitulo similiter. ver. vel ad fines, capitulo accusatores ver. nec familiares, & 3. quæstione 11. capitulo ultimo, si quis enim ita firmat Ang. in tract. malef. ver. ad querelam Titij numero 27. & Gandin. in tract. de Malef. sub rubrica, qui accusare possunt numero 2. immo non solum repelluntur ab accusando, sed debent etiam puniri lege iniquum, C. qui accusa. non poss. & capitulo fin. 3. quæstione ultima. Replicatio eius prima est, nisi familiaris domesticus vel cognatus non sint criminosi; quia interpretatur procedere exceptionem in criminosis Felyn. in capitulo nonnulli. de accusatione secundum communem intellectum, de quo per Dec. in capitulo dilecti columna quarta de exceptionibus. Replicatio secunda est, nisi accusatio fuerit facta à personis prædicationis accusato non opponente, quia in tali casu procederet, & valeret processus secundum Doctor. in capitulo primo de accusationibus Bart. & Alexander in lege 1. §. accusationem, ff. ad Turpill. Follerius in practic. criminali, ver. audiantur exceptiones proponendæ per eos. numero 41. Ang. de Malef. in dicto ver. ad querelam Titij numero 4. & est communis teste Aretino in dicto capitulo primo, & Hieronymo Chuccalon in addit. ad Ang. in dicto ver. ad querelam Titij, sub numero 40. Replicatio tertia est, nisi crimen capitale non sit viribus allegatis in exceptione, quibus concordat lege sororem 18. C. qui accusare non possunt. Replicatio quarta est, nisi libertus patronum iure mariti velit accusare, lege si adulterium 38. §. liberto, ff. ad l. Iuliam de adulterijs. Replicatio quinta est, nisi ciuiliter non criminaliter de suis rebus agant l. ij tamen 11. §. 1. ff. de accusationibus concordat l. 1. §. quod autem dictum, ff. de offic. præfe. Vrbis, & lege falsi 5. C. ad lege Cornel. de falsis. Replicatio sexta est, nisi Dominus seruum, non seruus Dominum accuset. lege seruos. 5. ff. de accusationibus. Replicatio septima est, nisi non filius patrem; sed pater filium accuset lege propter 14. C. qui accusare non possunt. Replicatio octaua est, nisi lege Iulia maiestatis accusent lege si quis. 20. in fine C. eodem. Replicatio nona est, nisi seruus queratur, quod tabulæ testamenti in quibus sibi libertas relicta est, à Domino supprimantur l. nullo 7. ff. ad l. Corn. de falsis. Replicatio decima est, nisi de annona seruus, vel domesticus Dominum accuset lege prima, ff. ad l. Iuliam de annona. Replicatio vndecima est, nisi seruus Dominam cum seruis proprijs rem habentem accusauerit lege vnica, ver. si etiam seruo, C. de mulieribus, quæ se proprijs seruis. Decimasexta exceptio est, nisi is, qui accusat Procurator fuerit eius quem accusat. l. deferre 18. §. item decreuerunt, ff. de iure fisci. Decimaseptima exceptio est, nisi is, qui accusare volet reus criminis sit factus ab eo, quem volet accusare lege is qui 5. in princ. ff. de publ. Iudic. concordat l. 2. §. qui hoc dicit, ff. ad leg. Iuliam de adult. & lege negandа 19. C. qui accusare non possunt. Replicatio prima est, nisi iudicium quo accusare volens reus sit finitum iuribus allegatis in exceptione. Duplicatio eius est, nisi accusare volens non sit absolutus, sed damnatus, tunc enim nec finito iudicio accusatorem suum potest accusare iuribus præallegatis Iul. Clar. §. fin. quæstione 14. numero 15. ver. quintus est casus ibi. & tunc aliqui. Triplicatio prima est, nisi damnatus Ciuitatem, & libertatem retinuerit l. is qui 5. §. 1. ff. de publ. Iud. Triplicatio secunda est, nisi ante damnationem fuerit inchoata dicta lege 5. §. fin. Replicatio secunda est, nisi accusator de maiori crimine ab accusato accusetur lege prima, C. qui accusare non possunt, Clar. §. fin. quæstione 14. numero 12. ver. Tertius est casus ibi postquam, & quinimmo. Replicatio tertia est, nisi inscriptiones tantum pendente accusatione reus deponere velit l. negandа 19. in fine, C. qui accusare non possunt. Replicatio quarta est, nisi reus suam suorumque iniuriam persequi velit dicta lege 19. in princ. Clar. d. §. fin. quæstione decimaquarta, numero duodecimo, ver. Tertius casus est, in princ. & numero primo, ver. volo etiam vt præsupponas. in princ. Replicatio quinta est, nisi causam fisco reus deferre velit, lege capitis 21. ff. de accusationibus. Replicatio sexta est, nisi vxor à marito adulterij accusata, ei lenocinij crimen obijciat, hoc enim casu maritus quoque accusator potest accusari, l. secunda, §. si publico, ff. ad l. Iul. de Adult. Clarus in §. fin. quæstione decimaquarta, ver. Tertius est casus numero 12. ibi. Vbi vero reus, & cæt. Replicatio septima est, nisi crimina se inuicem contingant, Clarus vbi supra dicto ver. vbi vero reus. Duplicatio eius est, nisi reus non sit præsens, Clarus vbi supra ibi apud nos autem. Replicatio octaua est, Nisi nomen

accusati nondum inter reos sit receptum, Clar. d. §.fin. quæst.14. ver. tertius est casus numero duodecimo in prin. quando autem quis inter reos receptus esse dicatur habetur d. quæst. 14. ver. sed hic incidenter num. 13. ibi controuertitur. 18. exceptio est, nisi is, qui accusare volet antea alia accusatione aduersus eundem instituta sit calumniatus, l.si cui 7.§.si tamen, ff.de accusat. 2.quæst.1.cap.prohibentur, §.alij propter suspicionem, & 2.q.3.cap.vlt. §.accusator.et 5.except.11. 19.exceptio est, nisi accusator ab instituta accusatione semel destitit l.2. ff. ad S.C. Turpill. concordat l.accusationem 6. C.qui accus.non poss.& l.si ea.7. C.eod.& l.mulier.4.§.fin.ff.ad S.C. Turpill.& l.in.Senatusconsultum 15. §.si propter in fine ff.eod.& lege quamuis. 3.C.eod. & l.si is, 4. C.eod.capit.licet 14. de accusatio. Replicatio eius prima est, nisi animum accusandi non deposuerit. l.in executionibus 6.C.eod. Duplicatio eius est, nisi intra præstitum terminum rem non peregerit l.1. C.vt intra certum tempus crimin.quæst.terminum. Replicatio 2.est, nisi Imperator accusatori denuo accusationem permiserit l. 1. in fine, C. de abolitionibus. 19.exceptio est, nisi plures de eodem crimine eundem accusare velint, l.qui de crimine 9. in princ. C. de accusat. concordat l.si plures, 16. ff.eodem, & l.si tamen 11.§.fin. ff.eod. c. illa 3. de accusationibus. Salic. in l. si accusatoribus nu.2. C.eod. Hieronym. in apost. ad Ang. de Malef. in verbo, & ad querelam num.65. Vill. A, 13. Replicatio prima est, nisi de diuersis criminibus ex eodem facto ortis plures velint accusare, l. qui de crimine 9. ff. de accusationibus. Replicatio secunda est, nisi alius accusator destiterit, vel accusare amplius non possit; Tunc enim ad accusandum alter admittitur l.11.§.fin. ff.de accusat. 2.quæst.11. capit. prohibentur, §.ab alio. Replicatio tertia est, nisi accusatus à pluribus de eodem crimine non opposuerit exceptionem præfatam. Aretin. cap.olim, num.10. de accusat.quem refert Villalubos litera A, nu.13. Replicatio quarta est, nisi plures eundem procuratorem constituerint ad accusandum. Innocen.in dicto capitulo olim numer. 5. quem sequuntur communiter omnes, vt testatur Imol. in dicto capitulo olim. in fine, prout illum refert Anan. in capitulo primo post numero 3. ver. quid autem si plures, de collus. detegen. dicit etiam Aretin. in loco præallegato post numerum vndecimum, quod hanc doctrina approbant communiter Doctor. & illum refert. Vill. A, 13.ibi fallit si plures. Replicatio quinta est, nisi plurium intersit ratione officij, vel communis iniuriæ. Clar. §.fin. quæstio 3. in princ. Soarez A, 19. 20. exceptio est, nisi accusator ipse sit culpabilis, & in crimine constitutus 6.quæst.1. in princ. cum cap.sequen. & capit.beatus in princ. item capit. qui crimen, & 31. quæst.5. capit.suspectus, capit.sanguinis, capit.similiter, capit.nullus, capit.cum ecclesiastica 5. de exceptionibus, l.fin. C. de accusat. glo. Bart. Bald. Salic. & Paul. de Cast.in l.quoniam liberi, C. de testibus, Dec.consi.189. num.7. & cons.234. num.1. Boer. decis.319. Grammat. decis.28. num.9. Mars.sing.209. 21.exceptio est, nisi excommunicatus, vel anathematizatus accuset. 4 quæst.1. capit.1. in princ. & capit. quid autem, 2.quæstione 7. capit.in sancta 6. quæst.1. capit.illi qui. §.similiter.cap.omnes 3.quæst.4. capit. conspiratores, capit. nullus, capit.omnes. Clar.§.fin. quæst.14. numero 16. ver. quæro nunquid. 22. exceptio est, nisi inferior superiorem, vel minor maiorem accuset 2. quæst.7. capit.qualis, §. fin. cum capit.sequen. item cap. maiorum cap. quærendum, cap. in sancta.ver. & sicut maior 6. quæst.1. cap.beatus in princ. ver. & qui eis coæquales, & §.fin. cap.omnes vero. in fine, & 3.quæst.5. cap.accusationes. in fine Abb.in capit.nulli episcoporum, num.7. de accusat. vbi testatur de communi ex Innocen. maximè in casu quando superior in accusatione proposita, vel proponenda aduersus eum opponat, quid subditus iste reperitur criminosus vilis opinionis; & malæ famæ Abb. ibi. Replicatio prima est, nisi maior sit hæreticus, & minor Catholicus 6.quæst.11.cap.cum maiores. Replicatio secunda est, nisi maior exemplo suo trahat iuniores ad interitum, 2. quæst.7. capitulo Paulus dicit. Replicatio tertia est, nisi maior vita, & moribus sit minore deterior dicta quæstione 7. capit.qui nos, §.fin. cum capit.sequen. cap.quanquam, cap.puto, cap.quæritur. Duplicatio replicationum propositarum generalis est, nisi minor non sit inreprahensibilis dicta quæstione 7. capit. criminationes. in princ. 23. exceptio est, nisi subditus Prælatum, vel magistratum suum accuset. 2.quæst.7. capit.1. capit. sacerdotes, capit.qualis, cap.sententiam, cap.oues, capit.sunt nonnulli, cap.si hæreticus, §. item quod dicitur, 3. quæst. 4. capit. hi qui. 6.quæst.1. cap.oues, cap.deteriores, 8.quæst.2. capitulo vltimo in fin. controuertitur apud Clarum, §. fin. quæstione decimaquarta, ver. sed quæro num. 21. ex consil. Grat. 1. numero 60. libro 1. contradicit 2. quæst.7. cap.plerumque, cap. te-

cap.testes, §. ecce ostensum cum sequent. vsque ad capit.clericos, aut laicos & cap. criminationes §. colligitur, & capit. admonendi; sed esto quod sit approbata. Replicatio eius prima est, nisi prælatus à fide exorbitauerit, tunc enim à subditis suis potest accusari 2.quæst.7. cap.sacerdotes in fine cap.oues, ver.nisi à fide, & capit. præsumunt. Replicatio 2. est, nisi Prælatus sit tantum nomine non vita. d.quæst.7. capit.non omnes. cap.non omnis, cap. sequuti, capit.qui nec plerumque, §. fin. c.Paulus 8. quæstio.1. cap. vereor. Replicatio 3. est, nisi accusator sit vir probus; nec criminosus 2. quæst.7. cap.oues, §. his authoritatibus cum cap.seq. & cap.accusatio. in princ. cap.sunt nonnulli, §.fin. cum cap.seq. cap.si hæreticus, §.item quod dicitur. Replicatio 4. est, nisi ciuiliter tantum agat. Clarus d.§. fin. quæst.14. ver.sed quæro nunquid, num.21. 24.exceptio est, nisi is, qui Clericus non est, nec esse potest Clericum accuset 2.quæst.7. cap.beati, §.fin.cum cap.seq. cap.testes. in princ. & §.sic & illud capit. sacerdotes item 6.quæst.1.cap.omnes vero, ver.indignum est enim, cap.infames, §.hi nimirum omnes & 15.quæst.3.in princ. ver.generaliter. 25.exceptio est, nisi laicus Clericum accuset.2.quæst.7. in princ.cum cap.sequent. cap. nullus, cap.laico, cap.in sancta, cap.laicos, cap.sicut.cap.laici, 6.quæst.1. cap.beatus, cap.sacerdotes.cap.sunt plurimi. cap.quiescite 11. quæst.1. c.Clericum. in fine, & cap. cum P, 10. de accusationibus, & cap.de cætero 14. de testibus gloss. in sum.2. quæst.7.& hoc omnes admittunt secundum Foller. in pract. crim.canonica, fol.48. num.43. Replicatio prima est, nisi ius publicum in crimine versetur puta dilapidationis bonorum ecclesiæ, tunc quilibet laicus etiam extraneus admittitur ad accusandum Clericum, & ita tenẽt communiter Doctores, vt ait Ferret. in consil.183. numer.5. Replicatio 2. est, nisi laicus suam suorumque iniuriam persequatur. Ferret. d. consil. 183. num.5. ver. quinto corroboratur dicit quod ita vbique tenent omnes Doctor.gloss. in summa 21. quæst.7. & Foller. supra citato loco. Replicatio 3. est, nisi Ciuiliter crimen proponatur, sed reprobatur secundum Felyn. in cap.ex parte num.6. & seq. de testibus. Replicatio quarta est, nisi patronus ecclesiæ Clericum accuset. gloss. in dicto capitulo ex parte, in verbo, tacito, in fine, tenet quod sic, sed certè cõmuniter tenetur oppositum vt testatur Aretin. in cap.cum dilectus num.11. de accusation. Benè verum est quod illa glossa dicit totum contrarium eius ad quid allegatur: Videtur enim tenere; quod non potest accusare, sed quod tantum admittatur ad denunciãdum, & est communis opin. vt testatur Aret. in cap. illa, num.7. de accusationibus. Plurimum enim interest etiam laicis habere bonos prælatos. Replicatio quinta est, nisi Clericus sit tantum primæ tonsuræ, reprobatur de iure communi, sed de consuetudine approbatur teste Casone in sua pract. fol.99. num.5. 26. exceptio est, nisi clericus laicum accuset. 2. quæst.7. capit.sicut. Replicatio eius prima est, nisi suum Plebeium accuset d.quæst.7. capit. decretum. Replicatio secunda est, nisi pæna sanguinis non ingeratur, textus est in capitulo secundo, & capitulo postulasti. de homicidio, & est communis, vt testatur Didac. Couar. in clement. si furiosus. de homicid. fol.313. ver.tertio eodem. Replicatio tertia est, nisi protestetur quod non intendit agere ad vindictã corporalem, quia eo casu non efficitur irregularis; sed controuertitur, & magis reprobatur secundum Clarum, in §.fin.quæstio.24. num.9. ver.sed quid si Clericus ex Couar. in repet. d. Clement. si furiosus fol.314. ver. 13. his omnibus de homicidio. 27. exceptio est, nisi Monachus Clericum accuset 2.quæstio.7. capit.placuit, capitulo nullus in princ. 3. quæst.4. capit. hi qui. §. fin. 3.quæst.5. cap.canonica, §. fin. contradicit dicta quæst.7. capitulo vltimo, §. item Ioannes, huic obiectioni respondetur per distinctionem d.capituli nullus. §.sed aliud & cap.negligere, & cap.sancta, & capitulo ex parte vndecima de accusationibus. 28. exceptio est, nisi hæreticus, Apostata, vel alias vilis homo velit accusare 21.quæst.7. capit.quærendum, cap.alieni, cap.pagani 3.quæstio.4. cap.1. cap.beatus, cap.si quis 3.quæst.5. cap.suspectus, cap.canonica, cap.nullus, & 4. quæst.1.cap.1. §.omnes etiam, & cap.quod autem. Replicatio eius est, nisi hæreticus, hæreticum velit accusare d.cap. pagani, §. in hoc, & dicta quæst.7.cap.si hæreticus: in princ.29.exceptio est, nisi is, qui sortilegos, & Magos consulit accuset, 2.quæst.8. cap.quisquis. §.fin. & 3. quæst.10. cap. constituimus ver. seu qui ad. 30. exceptio est, nisi is, qui Papæ inobediens est velit accusare, 3. quæstione 4. capitulo primo, & cap. si quis. 31. exceptio est, nisi in illegitimo matrimonio constitutus accuset, vel ei consentiens, dicta quæst.4. cap. consanguineorum. 32. exceptio est, nisi raptor velit accusare dicto cap.consanguineorum ver. similiter de raptoribus. 33.exceptio est, nisi conspirator velit accusare

ideo non est etiam de iure communi secundum aliam opinionem ab expensis absoluendus victus, nisi probauerit iustam habuisse litigãdi causam propter præsumptionem, quam habet contra se, & hanc seruat Rota, vt per Sarnen. in regula de annali possess. q. 41. Rota diuers. in decis. 130. per totam par. 1.

Et in casu isto omnem remouet difficultatem Statutum nostrum in cap. 196. lib. 1. dum mandat, quod in qualibet causa victus victori expensas reficiat; quo casu victus non excusatur ab expensis etiam si constiterit habuisse iustam causam litigandi, Mars. sing. 207. huius opinionis author fuit Bart. in l. 3. §. si rem ff. de leg. 3. Abb. in capit. vnico. colum. 3. de plus pet. glos. in auth. de exhib. reis, vers. causam, quam dicit singularem Crem. in sing. 120. Corset. in verbo, pœna, & ratio horum est, vt statutum aliquid de nouo vltra ius commune inducat, vt per Mars. in d. sing. 207. Et id maximè procedit quoties, vt in casu nostro, verba statuti diriguntur erga victum Matthes. not. 82. Alex. in l. 1. colum. penult. ff. ad l. falcid. & in d. §. sin autem alterutra, Felyn. in cap. 1. de rescript. & in cap. significarunt. col. 3. de except.

Hoc enim casu debentur actione ex statuto, nec possunt ex iusta litigandi causa euitari glos. in verbo, solo, in §. oportet auth. de iud. Bald. & Ang. in l. non solum, ff. de rei vendicat. Bald. Alexand. Iason. et alij in l. properandum §. sin autem C. de iud. Surd. in cons. 142. num. 2. & in decis. 274. nu. 6. & sequen. Roland. in cons. 62. num. 12. & sequen. lib. 4. & ideò per viam restitutionis dixi de iure communi, et actione ex statuto expensas Michaeli victori per Pusterlam victum esse reficiendas.

De verborum, & rerum significatione.
Cap. CXCVII.

Districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaq; finitur. Dierum vtilium appellatione, illi dies continentur, quibus ius in Capitolio redditur: vbi autē dierum sine adiectione, vtilium, fit mentio, de currentibus diebus intelligitur.

Menses triginta dierum singuli computantur.

Ducatus auri Iuliorum vndecim computatur. quòd, si simpliciter ducati nomen proferatur, vel cum adiectione, de carlenis, carlenorum decem pro singulis interpretatur.

Scutum, si aliud non adijciatur, Iuliorum decem intelligitur.

Floreni nomen simpliciter prolatum, quadraginta septem solidorum prouisinorum interpretatur, qui constituunt præsentis temporis Sanctiss. Domini Nostri Domini Gregorij Papæ Decimitertij, & huius anni M. D. LXXIX. bolonenos trigintaquinque, & quartam partem alterius boloneni.

Libra prouisinorum consistit ex solidis prouisinorum, viginti, bolonenis autem quindecim.

Iulius est bolonenorum decem.

Carolenus bolonenorum septem cum dimidio.

Bolonenus quatrenorum quatuor.

Prouisinum denique solidorum, interpretamur esse trium quatrenorum.

De verborum, & rerum significatione.
Cap. 197. Gloss.

Hic vltra clarè explicata per statuentes aliqua sunt dicenda de verbis statutorum, ac illorum intelligentia, & quidem in primis sciendum est dictionem esse vocem articulatam cum aliqua significatione, ex qua instruitur, & in quam resoluitur oratio, dicta à dicendo, quod aliquid dicat, hoc est significet, sunt enim verba, & dictiones adinuentæ, vt dicentis sententiam exprimant, ideoq; eius voluntas in primis spectanda est. l. labeo. ff. de suppellect. leg. & mens cognoscitur ex eo quod verba ipsa indicant. Bald. in l. sed & reprobari, ff. de excusat. tutor. cum alijs allegatis per Tiraquel. in l. si vnquam in ver. libertis, num. 17. C. de reuocat. donat. Surd. decis. 276. num. 11. & sequen. Illa itaque quatuor modis accipiuntur, ex proprietate, ex improprio, ex vsu, & per interpretationem, vt ex Quint. lib. 8. docuit Alciat. de verbor. signif. lib. 1. in princ. de quibus omnibus sigillatim tradit ibi doctrinam; hoc est lib. 1. proprietatis, lib. 2. improprietatis, vsus, & interpretationis, vt ab ea non sit in legibus, vel statutis declarandis recedendum per rationes, & iura ab eo adducta, & per adducta per Rebuff. in rubr. ff. de verb. signif. ver. notandum est. et per Bologn. in l. omnes populi ff. de iustit. & iure.

Sed verba statuti sunt propriè intelligenda l. 3. §. hac verba, ff. de negoc. gestis. Campez. de statut. q. 13. num. 65. Gram. decis. 92. num. 3. Surdus decis. 9. num. 4.

Limita primò nisi subiecta materia suadeat contrarium quia tunc; vt subiectæ materiæ conueniant sunt impropriãda l. insulam ff. de præscript.

script. verb. l. proculus, ff. de vsufr. Neuiz. consil. 92. num. 16. Natta cons. 416. num. 3. Ceph. in cons. 176. num. 37. Pedemon. decis. 35. nu. 3. Surdus decis. 73. num. 5. Quod & placuit Alciato. vbi supra. li. 2. in princ. & Rebuff. in rubr.

Limita secundò si agatur ad excludendum delictum; nã eo casu debent impropriari etiam per iuris fictionem ad ipsum delictum effugiendum. Aymon. in cons. 9. nu. 20. & sequen.

Sublimita nisi per impropriationem, vel propriationem ita intelligerentur, vt nullius essent operationis, quia sunt semper intelligenda, & interpretanda; vt aliquid operentur, l. si quando, ff. de legibus, capit. si Papa. de priuileg. in 6. capit. ex parte l'vltimo. vbi Butr. de verb. significatione, & in capit. cum dilectus, & in capit. sequen. de Cleric. non resid. Bald. de statuto. in verbo, interpretatio. num. 7. Alber. de Statut. lib. 2. quæst. 2. num. 26.

Limita tertiò ratione impossibilitatis vitandæ, quia vt impossibilitas vitetur, verba impropriantur Bart. in l. si Titio ff. de vsufr. legat. Afflict. decis. 275. num. 4. & decis. 307. nu. 26. facit Bald. de statutis. in ver. verba, num. 2.

Limita quartò ratione absurdi vitandi, nam verba potius impropriantur, quam absurdum ex proprietate, sequatur Bart. & alij in l. Gallus, §. etiam. ff. de liber. & posthum. Bald. in l. quod verò num. 3. ff. de legibus. Iason. in l. 1. num. 4. C. de success. edict. Decian. in consil. 74. num. 16. lib. 3. alios citat Rota diuer. dec. 708. num. 5. par. 1. & decis. 294. num. 3. par. 2. alios citat Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 7. nu. 3. Gail. obser. 32. lib. 2.

Sed quando statutum est iuris communis correctorium, & exorbitans, tunc est ea interpretatio capienda, quæ suadent verba, ac illorum proprietas, si illa tendat ad minorem iuris communis correctionem, d. l. 3. §. hæc autem verba ff. de neg. gest. & omnes in d. l. Gallus, §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. Decian. in consil. 37. num. 65. lib. 3. Greg. Natt. de statut. q. 2. num. 21. Campeg. de statut. num. 220. Debent enim semper restringi, & interpretari, vt quãto minus fieri potest lædant ius commune capit. cum dilectus. de consuet. Roman. cons. 197. n. 2. Alexand. in cons. 106. num. 9. lib. 5. Corne. in cons. 115. lib. 2. Dec. in cons. 444. num. 11. Surdus decis. 43. num. 6. Nec obstat quod aliqui ex allegatis Doct. loquãtur de interpretatione verborum testatoris, quia verba statuti, & Testatoris æquali modo interpretantur. §. disponat auth. de nupt. l. si quis legauerit. la 2. et ibi Bart. ff. de legat. 1. l. qui filium, §. Sabinus. et ibi Bart. ff. ad Trebell. l. cum quidam C. de verborum significat. gloss. in auth. hoc inter liberos, C. de testamen. Soccin. cons. 31. col. 2. lib. 1. Fulgos. consil. 170. & ideò dispositiones statutorum regulantur secundum iura, quæ loquuntur de dispositionibus Testatorũ, vt notat Bart. in l. 1. C. de his quibus vt indig. & in l. in cognitione col. 2. ff. ad Syllan. Alexand. in l. ea demum, C. de collat. Roman. in cons. 131. Dec. in consil. 90. nu. 3. Paris. in cons. 119. num. 23. lib. 4. Et ideò poteris quintò limitare nisi verba improprietur ad effectum reducendi nos ad ius commune, seu ad effectum; vt ius commune per statutum minus lædatur, quia tunc admittitur etiam verborum ipsius statuti impropriatio, vt fiat reductio ad ius commune glo. in cap. cum dilectus. de cleric. non resid. Roman. in cons. 318. num. 5. & 6. Felyn. in capit. cum accessissent. colum. 3. de constit. vbi Dec. colum. 3. idem Dec. in cap. cum omnes colum. 1. eod. & in capit. causam quæ. colum. 3. de rescriptis.

Sublimita nisi appareat de mente contraria statuentium, quod scilicet voluerint ius cõmune corrigere, vt in specie declarat Bald. in l. maximum vitium C. de liber. præter. sequitur Castren. in l. fin. §. in computatione ver. adde aliã limitationem C. de iure delib. Bald. in cap. cum non licet. colum. fin. ver. quæro pone, de præscrip. Alexand. in cons. 227. col. 2. lib. 6. in cons. 249. colum. fin. lib. 1. Lex enim, & legis mens idem sunt. Dyn. in cap. fin. in fine, de regul. iur. in 6. Tiraq. in l. si vnquam. in ver. libertis, num. 37. C. de reuoc. donat. & de retract. consang. §. 1. glo. 9. num. 224. & sequen. & licet verbis vis fiat satis est; quod Statuti mens seruetur. Castren. in cons. 83. colum. fin. lib. 2. Crauetta in cons. 429. num. 13. & in cons. 486. nu. 13. Ang. in cons. 169. Simon de Pretis in cons. 189. nu. 7. lib. 1. Euerar. loco 36. colum. 9. ver. sed ista regula; à qua ideò non est recedendum, quia mens potius statuentium, quam verba spectatur l. si ancillas, in fine, ff. de legat. 1. l. ab omnibus in fine ff. eod. l. Mæuia. ff. de manumiss. testa. l. talem. §. 1. in fine ff. de hæred. instit. Decianus in cons. 17. num. 22. lib. 1. & in cons. 61. num. 16. lib. 2. cons. 46. num. 119. lib. 2. & in consil. 43. nu. 12. eod. lib. 2. Rebuff. in l. in conuentionibus. 219. in princ. ff. de verb. signific. Nam in omni dispositione mens præualet verbis, & verba intentioni debent inseruire, non è contra. l. cum proponebantur. ff. de legat. 2. l. vnum ex familia, §. fin. ff. eod. l. in conditionibus ff. de condit.

& de-

& demonstrat. lege cum de Lanionis, §. Asinam, de fundo Instru. lege 3. C. de liberis præter. lege in testamento. C. de testa. milit. capitulo humanæ aures 22. quæstio. 5. capitulo secundo requiris. de appellatio. ita notant Cynus, & Baldus in lege fin. ff. si cert. petatur, Butr. in capit. nouit. de Iudicijs, Grammat. decis. 102. numero 118. Georg. Natt. de statut. quæstione 4. num. 145. Albericus de statutis, libro secundo quæstione 106. num. 5. Sed limitatur quatuor modis, vt per Rebuffum in lege in conuentionibus 219. vers. Primò limitatur ff. de verborum significatione. An autem credendum sit aliquid esse ex mente statuentium, quod sit contra ius commune? & dic vt per Brunum de statut. artic. 5. num. 101. remissiuè ad artic. 9. & quæstiones ibi examinatas.

Sublimita secundò, quod in dubio est facienda interpretatio, vt minus lædatur ius commune, si & quando ius commune nullum commune ius habeat in contrarium, quia intelligi debet de iure communi, quod nullum ius habeat in contrarium; non autem secundum ius commune extraordinarium, & alio iuri communi derogans, ita pulchrè Bald. in l. meminimus, C. de legit. hæred. quem sequitur Paul. in l. vlt. §. in computatione in vltimis verbis, C. de iure deliberan. & in l. lege 12. tabul. etiam in vltimis verbis, C. de legit. hæred. sequitur, & melius dilucidat Decianus in cons. 17. sub num. 51. ver. secundo etiam, lib. 1. idem tenet Io. Bapt. de S. Seuer. in repet. l. omnes populi, num. 99. ver. item limita. ff. de iustit. & iure.

Limita sextò, nisi vsus, seu consuetudo propriè, vel impropriè statuti verba intellexerit; Nam ex vsu loquendi verba in quacumque materia etiam pœnali accipiuntur, quoniam communis vsus loquendi dummodo ex auctoritate prudentium originem traxerit verborum proprietati semper præualuit, nec est dubium, quod ex auctoritate Doctorum propria verborum dicitur significatio. Bart. in lege omnes populi. quæst. 3. ff. de iustit. & iure. Nam vsus, & consuetudo loquendi potest vocabuli significationem immutare, & illi nouam dare; & illa dicetur propria significatio. l. labeo. ff. de suppellect. leg. l. quos vos hostes ff. de verb. signif. l. librorum, §. quod tamen ff. de legat. 3. Rebuff. in rubr. ff. de verborum signific. ver. tertiò, & ver. quartò concordantes citat Mascard. conclus. 1124. numero 15. & 16. lib. 3. & Quint. lib. 1. capit. 5. dicit quod consuetudo superat auctoritatem verborum & Horat. in arte poet. inquit

Multa renascentur, quę iam cecidere, cadentq;
Quę nūc sūt in honore vocabula, si volet vsus,
Quē penes arbitriū est ius, & norma loquendi.

Et quod vsus communis loquendi in statutis attendatur, & præualeat, voluit in specie Brunus de statut. artic. 6. nu. 190. Campeg. de statut. nu. 82. Bald. in l. lege. 12. tabul. in fin. C. de legit. hæred. Cyn. in l. si eum antea. C. de donat. ante nupt. Bart. in d. l. librorum. §. quod tamen cassius. ff. de legat. Roman. in cons. 4. & in cons. 23. Alex. in cons. 2. nu. 17. lib. 1. Ias. in l. stipulatio ista. §. hoc quoq; ff. de verb. oblig. & communi vsu loquendi cessante, res remanet in terminis iuris communis. Brun. de statut. artic. 11. nu. 41. Qualis autem debeat esse talis vsus dixi supra, & tradit Fulgos. in cons. 165. Roman. in cons. 4. Brunus artic. 8. nu. 46. Et modicum tempus eum non induit, vt per glos. & Bart. in d. l. labeo. ff. de sup. legat. sequitur Brunus vbi supra artic. 9. n. 107. & quomodo probetur docet Bart. in d. l. labeo. & in l. 2. C. quæ sit long. consuet. Brunus. artic. 8. nu. 42. de statutis. Nam probari debet ab eo, qui se fundat in illo, vt docuit Bart. in d. l. labeo. Dec. in cons. 472. nu. 14. cum alijs citatis per Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 8. nu. 6. Dictam limitationem amplia procedere in qualibet materia etiam odiosa, & pœnali, vt dixi & probat Abb. in c. 2. in princ. de arbitr. Bart. in rubr. ff. de oper. nou. nunc. & in l. 1. ff. de suis & legit. Matthes. sing. 95. siuè a lege, siuè à statuto dispositia. c. 2. vbi Abb. de verb. signif. Oldrad. cons. 168. ver. ad primam, & consil. 219. in fine. Bald. in l. omnes populi. col. pen. ff. de iust. & iure. Bart. vbi supra. Felyn. in proœm. decr. circa principium vbi etiam Butr. in c. quamuis. ver. vsus obtinuit. de verbo. signif. Cagnol. in proœm. ff. n. 25. faciunt allegata per Card. Mant. lib. 3. de coniect. tit. 8. in princ. Secundo amplia procedere etiam si à peritissimis, & doctissimis viris condita statuta fuissent. Butr. in proœm. decr. & in d. c. quamuis. de verb. signif. Bald. in l. si nepotes. ff. de testa. tut. Roman. in l. testamento. C. de testam. milit. Ias. in rubr. ff. de oper. noui nunc. Fely. in proœm. dec. n. 3. & in eis diceretur quod verba intelligantur, prout iacent, & ad litteram, Butr. vbi supra, & Fely. nu. 14. Bald. in d. l. omnes populi. q. pen. ff. de iust. & iure, & in l. de quibus. ff. de legibus, & in l. data opera. C. qui accus. poss. Bart. in d. l. omnes populi. q. 6. in fin. ff. de iust. & iure Anchar. cons. 413.

Sublimita, vt non procedat quando in statuto dice-

diceretur, quod intelligantur nihil extrinſecus addito. Iaſ. in rubr. ff. de oper. nou. nunc. & in l. ſi auiæ. col. fin. C. de ſuccceſ. edict. Bart. in d. l. labeo. ff. de ſup. legat. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Butr. in proœm. decret. quem ſequitur Felyn. num. 14. Romanus ſingul. 427.

Sublimita ſecundo non procedere ſi in ſtatuto dicatur, quod debeat intelligi ſecundum propriam ſignificationem. Bart. in d. l. labeo. Fely. vbi ſupra, Roman. dicto ſing. 427. Sed propria erit illa ſignificatio; quam communis prudentium loquendi vſus introduxit per allegata in limitatione præcedenti, de hac re theoricam tradit Alciat. de verb. ſignif. lib. 2. ſub nu. 27. ver. & ideo exiſtimauit.

Sublimita tertio non procedere ſi talis loquendi vſus non a peritis, ſed ab idiotis ſuam originem traxerit, nam idiotarum vſus, abuſum eſſe dixit Bald. in l. ſi dictum. in princ. ff. de euict. Alciat. vbi ſupra lib. 2. ſub nu. 29. ver. & in primis viderentur & nu. 30. quod tamen declara procedere in declarandis legibus, & ſtatutis, non autem in interpretanda voluntate teſtatoris imperiti, & idiotæ, quia illius proprius loquendi vſus, non autem communis attenditur pro illius voluntate interpretanda, vt per Bart. in l. ſi quis filiabus. ff. de teſtamen. tute. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. & ibi omnes. ff. de legat. 1. Roman. in conſ. 179. n. 5. & in l. hæredes palam. num. 7. ff. de teſtam. hanc probat multis auctoritatibus Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 9. in princ. vbi materiam exornat.

Huc pertinent quæ dicuntur de Iudice, quod licet iurauerit obſeruare ſtatuta, tamen ex magna cauſa illa tranſgredi poteſt, vt per Innoc. in cap. canonum ſtatuta. de conſt. ex quo Bald. infert quod in pupillo committente homicidium poſſit Iudex ratione ætatis commutare pœnam mortis in aliam in l. & ſi ſeuerior col. 3. C. de infam. item propter metum periculi, vel ſcandali idem facere poterit. Bald. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. & rupt. teſtam. & excuſatur in ſyndicatu ſi ob multorum ſalutem ſtatuta non obſeruauerit, Bald. in l. obſeruare. q. 10. ff. de offic. procon. & leg. Nec poteſt dici periurus qui ex cauſa rationabili ſtatuta egreditur. Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. Fely. in d. c. canonum ſtatuta, n. 48. Bald. in c. 2. de re iudic. Abb. in c. ſuper his. de accuſat. Roman. in conſ. 308. & l. ſi vero. §. per iuro 46. fall. ff. ſolut. matr. Roland. in conſ. 7. nu. 7. lib. 1. & in conſ. 12. nu. 11. lib. 2.

STATVTORVM ALMAE VRBIS ROMAE

Auctoritate S. D. N. Gregorij xiij. P. O. M.

A SENATV POPVLOQ. ROMANO EDITORVM.

CVM GLOSSIS D. LEANDRI GALGANETTI I. C. COLLENSIS.

Liber Secundus.

QVI AD ACCVSANDVM Admittantur. Cap. I.

NVLLVS ad accusandum vel denunciandum aliquem de criminibus, excessibus, vel delictis admittatur, nisi suam, vel suorum, vsque ad tertium gradum inclusiue, de iure Canonico computandum, iniuriam prosequatur; exceptis casibus infrascriptis, videlicet, de crimine læsæ Maiestatis, homicidio, incẽdio, falsitate, latrocinio, aggressione nocturna, & battalia generali, in quibus & alijs per præsentia Statuta expressis casibus cuilibet accusare permittatur.

Qui ad accusandum admittantur. Cap. 1. Gloss.

Accusatio, & ius accusandi omnibus accusare volentibus competit. §. 1. instit. de publicis iudicijs. ver. publica autem dicta sunt. c. 1. de accusationibus 11. q. 1. c. nihil. c. in primis. §. sed & de personis accusantium. 3. q. 9. c. dignum. in fine. 6. q. 1. c. nos sequentes. Clar. §. fin. pract. crim. quæst. 14. in princ. l. qui accusare. ff. de accusat. 1. Exceptio est. Nisi agatur de crimine suppositi partus. l. lege cornelia. §. 1. ff. de falsis, glos. in d. §. 1. in verbo. plerumq; instit. de publicis iudicijs. 2. Exceptio est. Nisi mulieres sint; quæ accusare velint. l. qui accusare. 8. ff. de accusat. & l. 1. ff. eod. & l. Senatusconsulto. C. qui accus. non poss.

& l. de

& lege de crimine 12. eodem. 2. q. 1. c. probibentur 15. q. 3. in prin. & c. de crimine, & Clar. in §. fin. q. 14. n. 8. Replicatio eius prima est, nisi mulier suã suorumq; iniuriam persequatur, hoc enim casu publica accusatio ei cõpetit d. l. 12. C. eod. & l. 1. ff. de accus. & l. 2. ff. eod. & l. vxor. 4. C. qui accus. non poss. & l. non ignorat. 9. C. eod. & d. quæst. 3. in princ. vers. nisi forte suas, & capit. ex eo quod. §. fin. capit. certis de causis. in princ. & §. vxor tua, & Clarus vbi supra dicto num. 8. vers. scias tamen. Duplicatio eius est, nisi mulier maritum, vel adulteram de crimine adulterij velit accusare, hanc enim suam iniuriam persequi non permittitur. l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. 32. quæst. 1. capit. apud misericordem. §. publico ratio proponitur. 32. quæst. 5. cap. penult. §. sed quæritur. cum cap. sequent. Replicatio secunda est, nisi mulier ex lege Cornelia testamentaria accuset. l. 2. §. idem. & in lege. ff. de accusationibus. Replicatio tertia est, nisi mulier crimen lesæ maiestatis deferat l. in quæstionibus 8. ff. ad l. Iul. maiest. 15. quæst. 3. capit. cæteris de causis. §. in quæstionibus. cap. sane. §. vnde aut. Replicatio quarta est, nisi mulier ex lege Iulia de annona accuset. l. mulierem. 13. ff. de accusat. concordat. l. Imperator seuerus. 3. §. fin. ff. ad l. Iul. de annona. 2. quæst. 1. cap. probibentur. §. mulierem, & l. 8. ff. de accusat. Tertia exceptio est, nisi pupillus accusare velit. l. qui accusare 8. in princ. ff. de accusat. dicto capit. prohibentur in princ. Vill. M. 91. Viuius opin. 677. incipien. pupillus sine Tutoris authoritate. num. 13. Clarus §. fin. quæst. 14. nu. 6. Replicatio prima est, nisi pupillus suam suorumq; persequatur iniuriam; vel eorum testamentum l. 2. §. fin. ff. de accusationibus 15. quæst. 3. cap. certis de causis. §. pupillis. Vill. M. 91. Clarus vbi supra dicta quæst. 14. nu. 2. Replicatio secunda est, nisi excesserit vigesimum annum tunc enim quamuis sit minor 25. admittitur ad accusandum, Iul. Clar. vbi sup. quæst. 14. nu. 7. ibi si vero est maior, Viuius opin. 29. incipien. accusare regulariter potest maior. Replicatio tertia est, nisi crimen de quo accusat minor sit lesæ maiestatis, adulterij, vel defraudatæ annonæ. Ang. in tract. de malef. in verbo, ad querelam Titij, nu. 39. Viuius opin. 677. incipien. pupillus sine Tutoris authoritate. nu. 15. Replicatio quarta est, nisi consuetudine contrarium seruetur, Clar. §. fin. q. 14. nu. 7. ver. sed certe quicquid. Quarta exceptio est; nisi seruus accuset. lege quoniam. 26. C. ad l. Iul. de adulter. 3. quæst. 5. capitulo canonica. vers. aut libertas. capitulo accusatores. §. fin. & capitulo nullus. Replicatio eius prima est, nisi ex lege Iulia maiestatis seruus accuset. l. famosi. 7. in princip. ff. ad l. Iuliam maiest. Clarus §. fin. quæst. 14. numer. 4. vers. dixi etiam. Replicatio secunda est, nisi ex l. Iulia de annona seruus accuset l. mulierum 13. §. fin. ff. de accusationibus. 2. quæst. 1. capitulo probibentur. §. mulierem. Replicatio tertia est; nisi seruus mulierem; quæ cum proprijs seruis rem habuit, deferat. 12. quæst. 2. capitulo episcopus. §. in criminali, ver. quo casu. l. vnica. §. sit etiam seruo. C. de mulieribus quæ se proprijs seruis. Quinta exceptio est, nisi pauper sit is; qui accusat. l. nonnulli. 10. ff. de accusat. 2. q. 1. c. probibentur. §. non nulli & c. in primis. §. sed, & de personis. Clar. §. fin. q. 14. nu. 18. vers. sed hic etiam. Replicatio eius prima est, nisi habeat aureos quinquaginta in bonis. dicta l. non nulli, & ibi Clarus d. num. 18. nam talis non est pauper. Replicatio secunda est, nisi sit bonæ conditionis, & famæ, & honestæ vitæ; nec propter paupertatem suspectus. glos. in dicta lege nonnulli, quam sequntur omnes, vt ait Berous in c. 1. nu. 54. de accusatio. Gabriel. libr. 1. de testibus. conclus. 18. nu. 3. & Clar. vbi sup. nu. 18. vers. sed hic etiam ibi bene verum. Sexta exceptio est, nisi miles accuset. l. qui accusare. 8. ibi alij propter sacramentum. ff. de accusationibus. dicto capit. probibentur. in princ. Clarus dicta quæst. 14. nu. 4. ver. quæro etiam nunquid miles. Replicatio eius prima est; nisi ex l. Iulia maiestatis accuset l. famosi. 7. in princ. ff. ad l. Iul. maiest. Replicatio secunda est; nisi ex lege Iulia de annona miles accuset. l. mulierem. 13. ff. de accusationibus. dicto c. probibentur. §. mulierem. vers. milites quoque. Replicatio tertia est, nisi miles suam suorumq; iniuriam persequatur. l. non probibentur milites. C. qui accusar. non possunt, Clarus dicto §. fin. quæst. 14. nu. 2. vers. volo etiam vt præsupponas. Septima exceptio est, nisi filiusfamilias accuset. controuertitur, & distinguitur apud Clarum dicto §. fin. quæst. 14. numer. 5. vers. sed quid in filiofamilia, & Vill. fo. 133. Octaua exceptio est, nisi quis quæstus causa accuset c. significante. 5. qui matrimo. accusare possunt. Nona exceptio est, nisi is, qui in magistratu positus est accuset. lege qui accusare 8. ff. de accusationibus ibi alij propter magistratum,

X & di-

& dicto capitulo probibentur, in principio. Decima exceptio est, nisi is qui accusat infamis sit dicta lege octaua, ibi propter delictum proprium, vt infames, & lege is qui. 4. ff. eodem, & lege criminis, 15. C. qui accusare non possunt, dicto capitulo probibentur, §. alij propter delictum 3. quæstione quarta in princ. cum capitulo sequente 3. quæstione quinta, capitulo cauonica, capitulo accusatores. in fine, capitulo constituimus, capitulo similiter, capitulo nullus, & 4. quæstione prima, capitulo primo, §. omnes, 6. quæstione prima, in princ. cum capitulo sequente, & capitulo beatus, & qui sint infames babetur 6. quæstione prima, capitulo omnes, capitulo illi qui. capitulo summa, §. fin. cum capitulo sequente, Bart. in lege infames, ff. de public. iudic. Salyc. & omnes DD. communiter in d. lege criminis. C. qui accusare non possunt. Ang. de Malef. in verbo, ad querelam Titij ver. accusare non potest ille, qui est infamis numero 23. Canoniste omnes in capitulo 1. de accusatio. communiter Iul. Clar. in §. fin. quæstione decimaquarta, numero vndecimo, ver. secundus est casus. ibi. ver. & in buc suis. Replicatio eius prima est, nisi infamis ex lege Iulia maiestatis accuset, lege 7. in princ. ff. ad leg. Iuliam maiestatis, vel ex l. Iulia de annona lege mulierem 13. ff. de accusat. 2. quæstione 1. capitulo probibentur, §. mulierem. ver. famosi quoque, vel nisi suam suorumque iniuriam persequatur. lege quarta in princ. ff. de accusat. Clar. §. fin. quæstione 14. numero 15. ver. quintus est casus ibi. quam tamen intellige. Duplicatio earum est, nisi ex sententia publici Iudicij infamis sit effectus; bic enim neque in exceptis criminibus accusare potest. glossa in lege qui iudicio, ff. de accusatio. quam sequitur Bart. ibi & Berous in capitulo primo, numero 43. de accusationibus dicit communiter approbari; sequitur Clar. dicta quæstione decimaquarta, numero 15. ver. Quintus est casus. ibi. Adde quod bæc. Replicatio 2. est, nisi de bæresi, vel simonia infamis accusare velit 6. quæstione 2. capitulo nos sequentes, §. sed licet, contradicere videtur 2. quæstione prima, capitulo quæro ergo; vbi Gratianus subijcit solutionem ver. vtrum boc Augustini. Replicatio tertia est, nisi non iuris, sed facti infamia sit infamis, qui velit accusare; approbatur iure Ciuili, Bero. in dicto capitulo primo de accusat. numero 44. Bart. in lege qui accusare. numero 7. ff. de accusationibus. Abb. Soccin. & Ioan. de Imola in d. capitulo primo, Viuius opin. 26. incipien. accusare non potest infamis. num. 4. Clar. quæstione 14. prædicta, numero vndecimo. ver. secundus est casus ibi, & in boc scias dicit communem, & illa dicitur infamia iuris secundum Abbas in dicto capitulo primo; quæ est secundum leges Ciuiles, vel ipso iure, prout ipso iure quis infamis efficitur, vt lege 1. & sequenti, ff. de bis qui notant infamia vel mediante sententia, vt babetur in l. infamem ff. de public. iudic. & in capitulo probibetur 2. quæstione 1. & in lege qui accusare. Replicatio 4. est, nisi infamis. accusatorem suum velit accusare; per ea quæ proponuntur infra 17. exceptione. Vndecima exceptio est, nisi is qui accusat calumnia sit notatus vel præuaricatus l. quarta, in princ. ff. de accusat. l. alij 9. ff. eodem & lege accusator. 5. ff. de præuaricationibus 2. quæstione 1. capitulo probibentur, §. alij propter suspicionem. & lege 2, quæstione 3. capitulo vltimo, §. accusator & infra 18. except. Duodecima exceptio est, nisi accusator antea ob accusandum, vel non accusandum pecuniam acceperit dicta l. 4. in fine, & l. qui accusare 8. ibi. nummosvè, ff. de accusationibus. capitulo significante 5. qui matrim. accusare possunt, & 2. quæstione 1. capitulo probibentur. Decimatertia exceptio est, nisi accusator plures reos babeat dicta lege 8. §. alij propter, ff. de accusationibus. lege cum rationibus 16. C. qui accusare non possunt, & d. capitulo probibentur, §. alij propter. Spec. in titulo de accusatore. ver. item quod non potest. Maran. in capit. 1. post numero 143. col. 4. ver. est ergo vera. de libell. oblat. Replicatio prima est, nisi suam suorumque iniuriam persequatur dicta lege cum rationibus 16. C. qui accusare non possunt, & l. bos accusare 12. §. lege Iulia ff. de accusationibus, & l. inter liberas, 6. §. fin. ff. ad l. Iuliam de Adulter. Iul. Clar. §. fin. quæstione 14. numero 2. ver. vplo etiam vt. Replicatio secunda est, nisi de eodem Crimine plures accuset, Clar. d. §. fin. quæstione 13. numero 2. ver. quæro nunc. ibi. Hæc tamen conclusio intelligenda est, &c. Decimaquarta exceptio est, nisi is accusare velit, qui cum bestijs pugnat, vel rem ludricam siue lenocinium exercet l. is qui 4. ff. de accusatio. l. qui accusare 8. ibi alij propter turpem ff. eod. 15. exceptio est, nisi is, qui accusat familiaris, vel domesticus, aut cognatus sit eius qui accusatur d. l. 8. in fine, & l. si quis, 20. C. qui accus. non poss. & l. 1. §. quod autem, ff. de off. præf. & lege

& lege

& lege falsi 5. C. ad leg. Cornel. de falsis, & lege si magnum 13. C. qui accusare non possunt quibus elicitur seruos Dominum, liberos parentem, fratres fratrem capitali crimine accusare non posse. 3. quæstione 5. capitulo similiter: ver. vel ad fines, capitulo accusatores ver. nec familiares, & 3. quæstione 11. capitulo vltimo, si quis enim ita firmat Ang. in tract. malef. ver. ad querelam Titij numero 27. & Gandin. in tract. de Malef. sub rubrica, qui accusare possunt numero 2. immo non solum repelluntur ab accusando, sed debent etiam puniri lege iniquum, C. qui accusa. non poss. & capitulo fin. 3. quæstione vltima. Replicatio eius prima est, nisi familiaris domesticus vel cognatus non sint criminosi; quia interpretatur procedere exceptionem in criminosis Felyn. in capitulo nonnulli. de accusatione secundum communem intellectum, de quo per Dec. in capitulo dilecti columna quarta de exceptionibus. Replicatio secunda est, nisi accusatio fuerit facta à personis prædicationis accusato non opponente, quia in tali casu procederet, & valeret processus secundum Doctor. in capitulo primo de accusationibus Bart. & Alexander in lege 1. §. accusationem, ff. ad Turpill. Follerius in practic. criminali, ver. audiantur exceptiones proponendæ per eos. numero 41. Ang. de Malef. in dicto ver. ad querelam Titij numero 4. & est communis teste Aretino in dicto capitulo primo, & Hieronymo Chuccalon in addit. ad Ang. in dicto ver. ad querelam Titij, sub numero 40. Replicatio tertia est, nisi crimen capitale non sit viribus allegatis in exceptione quibus concordat lege sororem 18. C. qui accusare non possunt. Replicatio quarta est, nisi libertus patronum iure mariti velit accusare, lege si adulterium 38. §. liberto, ff. ad l. Iuliam de adulterijs. Replicatio quinta est, nisi ciuiliter non criminaliter de suis rebus agant l. ij tamen 11. §. 1. ff. de accusationibus concordat l. 1. §. quod autem dictum, ff. de offic. præfe. Vrbis, & lege falsi 5. C. ad lege Cornel. de falsis. Replicatio sexta est, nisi Dominus seruum, non seruus Dominum accuset. lege seruos. 5. ff. de accusationibus. Replicatio septima est, nisi non filius patrem; sed pater filium accuset lege propter 14. C. qui accusare non possunt. Replicatio octaua est, nisi lege Iulia maiestatis accusent lege si quis. 20. in fine C. eodem. Replicatio nona est, nisi seruus queratur, quod tabulæ testamenti in quibus sibi libertas relicta est, à Domino supprimantur l. nullo 7. ff. ad l. Corn. de falsis. Replicatio decima est, nisi de annona seruus, vel domesticus Dominum accuset lege prima, ff. ad l. Iuliam de annona. Replicatio vndecima est, nisi seruus Dominam cum seruis proprijs rem habentem accusauerit lege vnica, ver. si etiam seruo, C. de mulieribus, quæ se proprijs serius. Decimasexta exceptio est, nisi is, qui accusat Procurator fuerit eius quem accusat. l. deferre 18. §. item decreuerunt, ff. de iure fisci. Decimaseptima exceptio est, nisi is, qui accusare volet reus criminis sit factus ab eo, quem volet accusare lege is qui 5. in princ. ff. de publ. Iudic. concordat l. 2. §. qui hoc dicit, ff. ad leg. Iuliam de adult. & lege negandа 19. C. qui accusare non possunt. Replicatio prima est, nisi iudicium quo accusare volens reus sit finitum iuribus allegatis in exceptione. Duplicatio eius est, nisi accusare volens non sit absolutus, sed damnatus, tunc enim nec finito iudicio accusatorem suum potest accusare iuribus præallegatis Iul. Clar. §. fin. quæstione 14. numero 15. ver. quintus est casus ibi. & tunc aliqui. Triplicatio prima est, nisi damnatus Ciuitatem, & libertatem retinuerit l. is qui 5. §. 1. ff. de publ. Iud. Triplicatio secunda est, nisi ante damnationem fuerit incboata dicta lege 5. §. fin. Replicatio secunda est, nisi accusator de maiori crimine ab accusato accusetur lege prima, C. qui accusare non possunt, Clar. §. fin. quæstione 14. numero 12. ver. Tertius est casus ibi postquam, & quinimmo. Replicatio tertia est, nisi inscriptiones tantum pendente accusatione reus deponere velit l. neganda 19. in fine, C. qui accusare non possunt. Replicatio quarta est, nisi reus suam suorumque iniuriam persequi velit dicta lege 19. in princ. Clar. d. §. fin. quæstione decimaquarta, numero duodecimo, ver. Tertius casus est, in princ. & numero primo, ver. volo etiam vt præsupponas. in princ. Replicatio quinta est, nisi causam fisco reus deferre velit, lege capitis 21. ff. de accusationibus. Replicatio sexta est, nisi vxor à marito adulterij accusata, ei lenocinij crimen obijciat, hoc enim casu maritus quoque accusator potest accusari, l. secunda, §. si publico, ff. ad l. Iul. de Adult. Clarus in §. fin. quæstione decimaquarta, ver. Tertius est casus numero 12. ibi. Vbi vero reus, &cæt. Replicatio septima est, nisi crimina se inuicem contingant, Clarus vbi supra dicto ver. vbi vero reus. Duplicatio eius est, nisi reus non sit præsens, Clarus vbi supra ibi apud nos autem. Replicatio octaua est, Nisi nomen

cap. testes, §. ecce ostensum cum sequent. vsque ad capit. clericos, aut laicos & cap. criminationes §. colligitur, & capit. admonendi; sed esto quod sit approbata. Replicatio eius prima est, nisi prælatus à fide exorbitauerit, tunc enim à subditis suis potest accusari 2. quæst. 7. cap. sacerdotes in fine cap. oues, ver. nisi à fide, & capit. præsumunt. Replicatio 2. est, nisi Prælatus sit tantum nomine non vita. d. quæst. 7. capit. non omnes. cap. non omnis, cap. sequuti, capit. qui nec plerumque, §. fin. c. Paulus 8. quæstio. 1. cap. vereor. Replicatio 3. est, nisi accusator sit vir probus; nec criminosus 2. quæst. 7. cap. oues, §. his authoritatibus cum cap. seq. & cap. accusatio. in princ. cap. sunt nonnulli, §. fin. cum cap. seq. cap. si hæreticus, §. item quod dicitur. Replicatio 4. est, nisi ciuiliter tantum agat. Clarus d. §. fin. quæst. 14. ver. sed quæro nunquid, num. 21. 24. exceptio est, nisi is, qui Clericus non est, nec esse potest Clericum accuset 2. quæst. 7. cap. beati, §. fin. cum cap. seq. cap. testes. in princ. & §. sic & illud capit. sacerdotes item 6. quæst. 1. cap. omnes vero, ver. indignum est enim, cap. infames, §. hi nimirum omnes & 15. quæst. 3. in princ. ver. generaliter. 25. exceptio est, nisi laicus Clericum accuset. 2. quæst. 7. in princ. cum cap. sequent. cap. nullus, cap. laico, cap. in sancta, cap. laicos, cap. sicut. cap. laici, 6. quæst. 1. cap. beatus, cap. sacerdotes. cap. sunt plurimi. cap. quiescite 11. quæst. 1. c. Clericum. in fine, & cap. cum P, 10. de accusationibus, & cap. de cætero 14. de testibus gloss. in sum. 2. quæst. 7. & hoc omnes admittunt secundum Foller. in pract. crim. canonica, fol. 48. num. 43. Replicatio prima est, nisi ius publicum in crimine versetur puta dilapidationis bonorum ecclesiæ, tunc quilibet laicus etiam extraneus admittitur ad accusandum Clericum, & ita tenēt communiter Doctores, vt ait Ferret. in consil. 183. numer. 5. Replicatio 2. est, nisi laicus suam suorumque iniuriam persequatur. Ferret. d. consil. 183. num. 5. ver. quinto corroboratur dicit quod ita vbique tenent omnes Doctor. gloss. in summa 21. quæst. 7. & Foller. supra citato loco. Replicatio 3. est, nisi Ciuiliter crimen proponatur, sed reprobatur secundum Felyn. in cap. ex parte num. 6. & seq. de testibus. Replicatio quarta est, nisi patronus ecclesiæ Clericum accuset. gloss. in dicto capitulo ex parte, in verbo, tacito, in fine, tenet quod sic, sed certè cōmuniter tenetur oppositum vt testatur Aretin. in cap. cum dilectus num. 11. de accusation. Benè verum est quod illa glossa dicit totum contrarium eius ad quid allegatur. Videtur enim tenere; quod non potest accusare, sed quod tantum admittatur ad denunciādum; & est communis opin. vt testatur Aret. in cap. illa, num. 7. de accusationibus. Plurimum enim interest etiam laicis habere bonos prælatos. Replicatio quinta est, nisi Clericus sit tantum prima tonsura, reprobatur de iure communi, sed de consuetudine approbatur teste Casone in sua pract. fol. 99. num. 5. 26. exceptio est, nisi clericus laicum accuset. 2. quæst. 7. capit. sicut. Replicatio eius prima est, nisi suum Plebeium accuset d. quæst. 7. capit. decretum. Replicatio secunda est, nisi pœna sanguinis non ingeratur, textus est in capitulo secundo, & capitulo postulasti. de homicidio, & est communis, vt testatur Didac. Couar. in clement. si furiosus. de homicid. fol. 313. ver. tertio eodem. Replicatio tertia est, nisi protestetur quod non intendit agere ad vindictā corporalem, quia eo casu non efficitur irregularis; sed controuertitur, & magis reprobatur secundum Clarum, in §. fin. quæstio. 24. num. 9. ver. sed quid si Clericus ex Couar. in repet. d. Clement. si furiosus fol. 314. ver. 13. his omnibus de homicidio. 27. exceptio est, nisi Monachus Clericum accuset 2. quæstio. 7. capit. placuit, capitulo nullus in princ. 3. quæst. 4. capit. hi qui. §. fin. 3. quæst. 5. cap. canonica, §. fin. contradicit dicta quæst. 7. capitulo vltimo, §. item Ioannes, huic obiectioni respondetur per distinctionem d. capituli nullus. §. sed aliud & cap. negligere, & cap. sancta, & capitulo ex parte vndecima de accusationibus. 28. exceptio est, nisi hæreticus, Apostata, vel alias vilis homo velit accusare 2. quæst. 7. capit. quærendum, cap. alieni, cap. pagani 3. quæstio. 4. cap. 1. cap. beatus, cap. si quis 3. quæst. 5. cap. suspectus, cap. canonica, cap. nullus, & 4. quæst. 1. cap. 1. §. omnes etiam, & cap. quod autem. Replicatio eius est, nisi hæreticus, hæreticum velit accusare d. cap. pagani, §. in hoc, & dicta quæst. 7. cap. si hæreticus. in princ. 29. exceptio est, nisi is, qui sortilegos, & Magos consulit accuset, 2. quæst. 8. cap. quisquis. §. fin. & 3. quæst. 10. cap. constituimus ver. seu qui ad. 30. exceptio est, nisi is, qui Papæ inobediens est velit accusare, 3. quæstione 4. capitulo primo, & cap. si quis. 31. exceptio est, nisi in illegitimo matrimonio constitutus accuset, vel ei consentiens, dicta quæst. 4. cap. consanguineorum. 32. exceptio est, nisi raptor velit accusare dicto cap. consanguineorum ver. similiter de raptoribus. 33. exceptio est, nisi conspirator velit ac-

cusare d.quæst.4. cap. conspiratores. 34. exceptio est, nisi detractor; vel actorum inimicus Episcopum accuset. d.quæst. 4. capit.detractores, & 6. quæst.1. cap.deteriores. 35.exceptio est, nisi sortilegus, & sacrilegus accuset. 5. quæst.4. cap. nulli. 36. exceptio est, nisi accusator suspectus sit. 3.quæst.5. capit.suspectos cap.canonica. cap.accusatores. §. fin. cap.similiter, capit.accusatores, capit.omnes. in fine & 3. quæst.8. cap.1. 37.exceptio est, nisi accusator sit homo contentiosus d.cap. suspectos d. cap. similiter & d.quæst.5. capit.nullus.ver. nullus frequenter litigans. 38. exceptio est, nisi accusator inimicus sit accusati d. capit. suspectos d.cap. canonica, & d.capit. nullus, ver.nullus qui inimicitijs studet.& d. cap.omnes in fine & 3.quæst.5. cap.accusatores, cap. accusatoribus, cap. nulli §. quod vero cap. vlt. §.fin. & 23. quæst.4. cap. ex vindicta, §. sed huic vindictæ, & capit.vlt. & capit. cum P, 10. & capit.meminimus 13. de accusationibus. Declaratur definitione inimici 5. quæst. 5. in princ. cum cap.sequen. cap.non omnis, capit. non obsculatur. Replicatio eius prima est, nisi inimicitia non sit capitalis. Clarus in dicto §. fin. quæst.14.num.17. ver.vlterius dixi, declaratur melius in quæst.24. ver. item quæro.num.5. Replicatio secunda est, nisi suam suorumq. iniuriam persequatur. Clarus d. §.fin. quæst.14. num.17. ver. vlterius dixi ibi hoc tamen intellige. 39. exceptio est, nisi accusator domesticus sit inimici accusati, vel cum eo cohabitet cap. repellantur 7.de accusationibus & 3. q.5. capit. accusatoribus.in princ. 40. exceptio est, nisi exterus, & ignotus accuset d. q. 5. cap.canonica, ver. & eos qui non sunt eorum gentis, & capit.accusatores, ver. nullus alienigenæ. 41.exceptio est, nisi libertus Episcopum accuset d. quæst.5. cap. accusatores, §. fin. & cap.nullus. 42.exceptio est, nisi seruus Dominum accuset 3.quæst.11.cap.vlt. §.si quis enim & capit.vlt. §.causa vero 2.quæst.1. cap.in primis, §.quod autem dicitur l.si quis 20. C. qui accusa. non poss. & l. 1. §. quod autem, ff. de offic. Præfecti Vrbi. 43. exceptio est, nisi liberi parentes accusent 2.quæst.1.cap.prohibentur l.qui accusare, 8. §. alij propter condictionem ff. de accusationibus. 44. exceptio est, nisi libertus Patronum accuset 3.quæst.11. capit.vlt. §.fin. 12.quæst.2. capit. Episcopus, §.huiusmodi autem, & §.in criminali & d.§. alij propter condictionem l. vlt. C. qui accus. non poss. Viuius opin.26. incipien. accusare non potest, num.10. Replicatio eius & præcedentis exceptionis est, nisi ex l.Iulia maiestatis accuset d.§.in criminali ver.crimen vero, & d.l.20. ver.maiestatis tamen, & d.§.si quis enim.in fine. Replicatio secunda est, nisi ciuiliter non criminaliter agatur. 2.quæst.1. capit.prohibentur, §.liberi & l.11. §.1. ff.de accusationibus, & vide ea quæ proponuntur supra 15. exceptione & eius replicationibus. 45.exceptio est, nisi domesticus, vel familiaris Iudicis accuset. 3.quæst.5. cap.similiter in verbo,Gratiosi, & 4. quæst.4. cap.penult.§.fin.cum cap.seq. 46. exceptio est, nisi accusator prior à Reo sit accusatus; quæ accusatio non dum sit finita 3.quæst.11. in princ. cum cap.sequente.cap.non est in princ. & capit. neganda & 4.quæst.1.cap.vlt.§.fin.6.quæst.1. capit. qui crimen l.neganda 19. C.qui accus. non poss. Replicatio prima est, nisi accusator de maiori crimine accusetur d. capit. non est, §. hoc autem l.1.C. qui accusa. non possunt. Replicatio secunda est, nisi reus contra accusatorem priorem inscriptiones tantum pendente accusatione deponat, hoc enim facere non prohibetur d.l. neganda, & cap. neganda in fine. Replicatio tertia est, nisi prior reus suam suorumque persequatur iniuriam d.capit. & l.neganda in princ. 47. exceptio est, nisi accusator aduersus eumdem; vel alium accusatione instituta eam non probauerit 3. quæst. 10. in princ. cum cap.seq. & cap.vlt. & 4.quæst.6. capit.1. cap.si accusatorem, & cap.fin. & l.7. §.si tamen ff. de accusationibus. Replicatio eius est, nisi accusator propriam causam non tamen criminalem, vel ecclesiasticam persequatur, d.q.6. cap.vlt. ver.nisi proprias. 48.exceptio est, nisi accusator antea præstito iureiurando, accusationi renunciauit cap.veniens 15.de accusationibus. 49. exceptio est, nisi accusatori nihil intersit. glossa in cap.illa præpositio 3. de accusationibus. 50.exceptio est, nisi ecclesia, vel ecclesiastica persona accuset, his enim videtur accusatio deneganda, quia mali ab ijs tollerandi videntur. 23. quæst.4. in princ. cum cap. sequen. cap. tu bonus, capit. quid ergo.cum pluribus seq. Huic argumen. respondetur per distinctionem, si mali non sint nostri iuris, vel iurisdictionis.; vel eorum delicta latent, aut salua pace ecclesiæ puniri non possunt, alias contra d.§. his itaque respondetur cap. cum in lege.vsque ad c.cum quisque & dicta 4. q. cap.duo ista §.fin. cum seq. 51.exceptio est, nisi crimen sit priuatum tunc enim non omnibus licet accusare. Clar.in §. fin. q.17.num.2. Soarez, A. 27.

Repli-

Replicatio eius est; nisi lex specialiter permittat omnibus volentibus accusare, Clarus ibi d. nu. 2. ibi, & dixi regulariter. Replicatio secunda est; nisi pro crimine priuato pena veniat applicanda fisco; controuertitur, & magis approbatur d. q. 17. à Claro. num. 3. vers. sed quid si: Soarez. A. 26. 52 exceptio est; nisi is accuset, qui ciuiliter agere nequit, controuertitur apud Clarum. §. fin. q. 50. vers. vlt. Soārez. A. 47. 53 exceptio est; nisi vassallus Dominum accuset controuertitur apud eundem Clarum. §. fin. q. 14. vers. sed quaero. 21. Replicatio eius est; nisi vassallus contra Dominum ciuiliter agat. Clar. ibi ex Grat. cons. 1. nu. 60. vol. 1. Replicationes generales propositarum exceptionum multae sunt quarum generalis. Replicatio prima est; nisi accusare probibitus suā, vel suorum iniuriam persequi velit, hoc enim casu ad accusandum admittitur. l. 11. in princ. ff. de accusat. vbi glos. 1. 2. q. 1. c. probibentur. §. hi tamen omnes. 4. q. 6. c. omnibus. c. illud vero. vers. nisi proprias. & c. si accusator vers. nisi proprias. & cap. vlt. ver. nisi proprietas. Clar. in §. fin. q. 14. nu. 2. ver. volo etiā, vt praesupponas, & qui veniant appellatione suorū. dic vt notat ibi Clar. ver. appellationem autē suorum. Replicatio secunda generalis est; nisi probibitus accusare ex crimine lesae maiestatis accuset iuribus in replicationibus propositarum exceptionum allegatis. Replicatio tertia generalis est; nisi exceptio aduersus personam accusatoris probibiti accusare non fuerit opposita. Doct. in c. 1. de accusat. Bart. & Alex. in l. 1. §. accusationem. ff. ad turpill. Foller. in pract. Crim. ver. audiantur exceptiones proponendae per eos. nu. 41. Ang. de malef. in ver. ad querelam titij nu. 40. & est communis teste Aret. in d. c. 1. de accusat. & Hieron. Cucba. in addit. ad Ang. d. ver. ad querelam titij. n. 40. verum hoc casu parte non opponente potest Iudex ex officio accusatorē repellere, vt not. Clar. d. §. fin. q. 15. in princ. cum ver. seq. Replicatio quarta generalis est; nisi per inquisitionem ex officio procedatur post porrectam accusationem ab accusare probibito. Clar. d. q. 14. §. fin. nu. 1. ver. scias tamen. Replicatio quinta generalis est; nisi reus accusatorem propter crimen, quod illi obijcit à sua familiaritate antea repulerit. c. nulli, 5. de accusation. & 3. q. 5. c. nulli. in princ. Duplicatio eius prima est; nisi reus excommunicato accusatori antea communicauit: hic enim nihilominus eum propter excommunicationem ab accusatione poterit repellere. cap. 2. de exceptionibus. Duplicatio secunda est; quod Iudex nihilominus ex officio possit accusatorem repellere; quamuis reus per exceptionem non possit. glos. in dicto c. nulli. glos. fin. cuius opinio ab omnibus communiter approbatur, vt dicit Clarus §. fin. quaest. 15. num. 2. Replicatio sexta generalis est; nisi accusator probibitus accusare possit produci testis in reum arg. notatorum per glos. & Bart. in l. qui iudicio. ff. de accusat. quod procedit affirmatiuè hoc modo; qui admittitur ad testificandum in criminalibus, admittitur etiam ad accusandum c. testes 4. q. 3. & 2. q. 7. c. testes §. nunc demostrandum. ver. at quicumq;. Replicatio septima generalis est; nisi par parem, vel superior inferiorem accuset. cap. pagani. 2. q. 7. Replicatio octaua generalis est; nisi à probibito accusare, haereticus accusetur. dicta q. 7. c. praesumunt. §. huic oppositioni. ver. ceterum si à fide, & 6. q. 1. c. nos sequentes. §. sed licet c. cum maiores, & c. quaero. Duplicatio eius est; nisi haereticus de alio crimine, quam de haeresi accusetur ab eo, qui est inferior in conuersatione vitae dicta q. 17. c. si haereticus. §. sed quaeritur. Exceptiones praefatae, cum eorum replicationibus, & duplicationibus habent locum in his locis in quibus seruatur ius commune, & vbi Iudices non possunt super omnibus delictis procedere ex officio, & in illis casibus in quibus non potest procedi nisi ad querelam partis; quae hodie succedit loco accusationis, quia ex generali consuetudine in omnibus fere casibus hodie per inquisitionem, seu ex officio proceditur, etiam si nemo accuset. Et ideo Iudices nunquam reijciunt querelam ab aliquo porrectam ex praedictis etiam à parte oppositis exceptionibus; ex quo ipsi etiam sine querela ex officio possunt procedere, teste Claro in multis locis, & in q. 14. nu. 1. ver. scias tamen. §. fin. & extat infra Statutum. de modo procedendi per inquisitionem. cap. 6. Accusari neq; puniri debet alius, quam, qui crimen de quo agitur commisit. Nouell. cap. 134. §. quoniam vero. Auth. vt nulli Iudicum. & 1. q. 4. in princ. cum sequentibus. vsq; ad cap. quia praesulatus. cap. crimen. cap. Iudei. cap. iam itaq; cap. non imputantur, & 24. q. 3. in princ. §. vnde per Ezechielem. & §. quia vero, & cap. 1. & cap. certum. §. illicita, & cap. 2. §. fin. de his quae fiunt à maiori parte, & de consec. distinct. 4. capit. quaeris. in princip. & lege 26. ff. de poenis. accedit Clarus in §. fin. quaest. 86. in princip. & per totam

Prima

Prima exceptio est; nisi alius mandauit; ut crimen committeretur, vel consilium dederit, hic enim quamuis nihil ultra commiserit potest accusari, & puniẽdus est simul cum committente. l. non ideo. 5. C. de accusat. & de pęniten. distin. 1. c. si quis iratus cum c. seq. accedit Turz. opin. 130. Replicatio eius prima est; nisi statuto pœna crimini sit imposita, hoc enim casu mandans non tenetur, nisi in rem, non in personam statutum sit conceptum, ut puta pro homicidio perpetrato, vel pro furto sit pœna mortis, tunc etiam mandans tenebitur ea pœna, sed si loqueretur in personam, puta si quis homicidium commiserit, tunc mandans non propriè homicidium fecisse videtur, sicq; pœnam ordinariam non subiret, sed aliam mitiorem secundum Bart. in l. aut qui aliter. §. fin. num. 3. ff. quod vi aut clam. Dec. num. 3. & sequen. & Cagnol. num. 2. in l. is damnum dat. ff. de regul. iur. Iason. cum aliis congestis per eum in l. si is qui pro emptore. num. 82. ff. de usucapio. & Carrer. in sua pract. crimin. in §. circa igitur tertium de homicidio commisso numer. 59. ubi firmat istam communem. Sed huiusmodi distinctio tanquam verbalis à plerisq; reiecta est, & firmatum, ut utroq; casu mandans ordinaria pęna teneatur, quam communem dicit Gandinus in rubric. de transactionibus col. 10. & in rubric. de pęnis colum. 4. Vill. M. S. controuertitur apud Clar. in §. fin. q. 89. num. 3. vers. sed quaero nunquid. Replicatio secunda est, quod mandans teneatur propter mandatum; non ex mandato, ita Clar. in §. fin. q. 89. nu. 4. vers. scias autem. ubi dat utilitatem huius replicationis ibi utilitas autem. Replicatio tertia est; nisi mandatarius excesserit fines mandati, tunc enim de eo quod excedit non tenetur mandans, hanc dicit communem Dec. cons. 482. n. 16. & cons. 622. circa finem, secundum quam refert etiam consuluisse Ant. de Rossellis. Fran. de Capitib. lista, & Ang. de Castr. Sed profecto ista opinio non videtur amplectenda; quia (ut dici solet) vulnera non dantur ad mensuram, verum si fuit mandatum ad percutiendum Alapâ, vel Baculo tunc si mandatarius excedit quia vulnerat, vel occidit non tenetur mandans de excessu, & homicidio; quia mandatarius facile poterat percutere, & non occidere, & ideo mãdans in hoc casu est puniendus tantummodo pęna extraordinaria cõmunem dicit Placa. lib. 1. delictorum. c. 15. nu. 1. secundum quam consuluit Gram. cons. crim. 20. idem etiam dicendum est, si fuit mandatum ad deturpandam faciem, & ut vulgo dicitur à sfregiare, prout in casu in quo consuluit. Decius cons. 622. Apparet enim quod iussit fieri actum, ex quo de sui natura non solet sequi mors. Idemq; si mandasset famulo, ut daret alicui pugnum, ut in casu cons. Ias. 188. lib. 2. Sed si mandatum fuit ad vulnerandum, tunc dic quod si mandatarius occidat mandans tenetur de homicidio, quia nulla fere est pars corporis, praeter faciem, in qua vulnera non possint esse lethalia; ut experientia quotidie docet, & hanc dicit communem. Boss. in tit. de mandato ad homicidium. n. 10. secundum quam consuluit Cępolla cons. Crim. 34. Replicatio quarta est; nisi consuluerit eũ: quia alias id facturus erat etiam sine eius consilio; vel mandato, hoc enim casu consulens, & exhortans non est pari pęna, cum delinquente puniendus; sed mitiori, ut communiter dicunt scribentes in c. 1. de off. deleg. & in specie Imol. nu. 95. Fely. nu. 8. & Dec. n. 9. ut refert Rim. inter cons. Criminalia diuersorum cons. 105. num. 43. lib. 1. Berberius in viatorio iuris in rubr. de homicidio. col. 6. ver. superest videre. Felyn. in c. sicut dignum. num. 7. de homicid. Dec. in l. consilij. n. 4. ff. de reg. iur. quem refert Conrad. in pract. fol. 332. post nu. 1. Cagn. in d. l. consilij n. 6. Carrer. in pract. crim. fo. 343. nu. 163. Berou. in d. c. 1. nu. 85. ubi dicit quod haec est communis opinio Legistarum, & Canonistarum. Didac. in repet. Clemen. si furiosus fol. 291. col. 2. in fine, & repet. c. peccatum. fol. 291. Bolenc. in repetit. l. capitalium. §. famosus. n. 94. & seq. ff. de pœnis Duen. reg. 149. Placa. lib. 1. delictorum. cap. 17. num. 1. & & nu. 7. in fine. Boer. decis. 262. post nu. 2. Boss. in tit. de mandato ad homicidium. nu. 59. de exhortatore idem communiter tenent Doct. ut dicit Alberic. in l. ob hac verba in fine. ff. de his qui notant infam. quot modis. & qualiter dicatur quis praestare consilium vide plenè per Carrer. in pract. Crimin. fol. 333. cum pluribus foliis sequentibus, & quia pęna puniatur tradit fusius Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 351. Ang. de Aret. in §. in fraudem. n. 7. inst. quibus ex causis manumit. non licet, ubi etiam dicit quod ad hoc, ut quis teneatur de consilio opus est, ut articuletur quod Titius dictum maleficium sine dicto consilio non commisisset. Vill. cap. 190. Duplicatio eius est; nisi consilium praestitum fuerit in delictis atrocioribus, veluti laesae maiestatis, venenationis, proditionis, vis, & similium. Ita

per

per Matth. in lib. comm. opin. diuersorum. fol. mihi 343. ver. consuetudo. Duplicatio secunda est; nisi consulens delinquere delinquat, & non sit soluendo, tunc enim consulens eadem est non mitiori pœna puniendus qua delinquens. Ias. in l. ex hoc edicto. nu. 2. ff. de eo per quem factum erit. Dec. in tit. quia quæsitum, de off. deleg. & an, & quando consilium obliget, vide per Ang. de Aretin. §. 1. instit. de mandat. Secunda exceptio est; nisi alius qui crimen non commisit, sit hæres eius qui crimen commisit; & lex specialiter id statuat, potest enim lex humana propter publicam vtilitatem, & ex causa statuere; quod propter parentum culpam filij, vel nepotes pœna amissionis bonorum, vel alia simili afficiantur; & est communis opinio secundum Didac. lib. 2. resolut. c. 8. post nu. 1. ver. quarta poterit, & è contra statuere, quod Pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam, & est communis, vt attestatur Alex. in l. lex Cornelia. n. 8. ff. de vulg. quẽ refert Ias. in auth. nouissima, n. 8. C. de inoff. testamen. Socein. in l. si filius familias, nu. 8. ff. de verbor. oblig. Gomes. in §. actiones, n. 24. inst. de actionibus. Didac. in loco præallegato. Marsil. sing. 367. & sing. 481. Vill. H. 2. in addit. ver. item nota quod in delictis. Replicatio eius est; nisi non per veras probationes, sed in contumaciam fuerit prætensus delinquens condemnatus; vt in filio, & patre; quia in casu statuti siue legis id disponentis vnus ita demum pro alio tenetur, si verè constat de delicto. Bart. in dicta l. cum filius familias. num. 4. cum quo transeunt communiter Doctores, vt dicit in dicta l. cum filius. num. 18. & communem dicit Soccin. cons. 37. num. 11. lib. 3. Duplicatio eius est; nisi statutum seu lex id disponens non delictum, sed condemnationem tantummodo respiceret, puta quia diceret, quod pater tenetur soluere quamcunq; condemnationem factam contra filium, eo enim casu sequuta condemnatione siuè contra filium præsentem; siue in eius contumaciam potest Pater cogi ad illam soluendum, ita distinguit Bart. in dicta l. cum filiusfamilias. num. 3. quam distinctionem communem dicit Felyn. in capit. cum Bertoldus nu. 2. de re iudic. quem refert Boss. in tit. de carc. fideius. relax. num. 58. Tertia exceptio est; nisi alius qui crimen non commisit, sit hæres eius qui læsæ maiestatis crimen commisit iuribus allegatis in proxima præcedenti exceptione, & l. 5. §. filij vero eius C. ad l. Iuliam Maiest. Vill. H. 2. & in addit. ver. Item nota quod in delictis. Replicatio eius est; nisi hæres, & posteri per fœmininã non masculinam lineam descendat. c. vbicunq; 4. de pœnis in 6. Quarta exceptio est; nisi alius in crimen ab alio cõmissum consensit, nam, & hic propter suum consensum tenetur. 11. quæst. 3. cap. qui consensit 17. q. 4. cap. omnes 22. q. 5. in princ. 27. q. 1. cap. viduas. §. fin. idem distinct. 88. cap. facientis. & glo. in cap. 1. de offic. delegati quandoq; maiori pœna, vt illæ; qui per viam authoritatis, & defensionis delicto consensit, ita dicit glos. in Clementin. 1. in verbo defensionis. de pœnis, & est communis, vt ait Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famosos. num. 24. ff. de pœnis, & potest exemplificari in prælato; qui dissimulet aliquem concionatorem in sua diœcesi falsa Dogmata prædicantem item in Domino Ciuitatis, aut Villæ, qui non persequatur Latrones spoliantes, & occidentes eos qui transeunt per suum territorium; quandoq; pari, vt in minoribus delictis, & ita intelligunt communiter omnes, vt dicit Conrad. in sua pract. crim. fol. 532. numer. 8. Illud enim quod dici solet, quod agentes, & consentientes pari pœna puniuntur, intelligendum est, quando consilium; & auxilium præstiterunt ex proposito ad committendum maleficium, & ita dicunt omnes, vt testatur Mantua cons. 251. num. 24. lib. 1. Quinta exceptio est; nisi alius crimen ab alio commissum defendat; Nam, & hic ob suam defensionem tenetur. dicto c. qui consensit. 11. q. 3. vers. & defendit alium, & ver. si quis peccantem defendit exemplum habetur. dicta quæst. 3. cap. ita corpus, & 14. q. 6. cap. 1. §. illud vero fidentissime. Sexta exceptio est; nisi alius alium coegit ad crimen faciendum, nam, & hic tenetur 22. q. 5. in prin. cum cap. sequente. Septima exceptio est; nisi alius cum posset, non propulsauit iniuriam, nam, & hic tenetur. distinct. 84. in princ. cum cc. sequentibus, & distinct. 86. capit. facientis, & 23. quæst. 3. cap. non inferenda. cap. qui potest. cap. ab Imperatoribus, & cap. vltimo & quæst. 5. cap. non putes, cap. non est. capit. qui vitijs, & quæst. 8. cap. præterea. & cap. dilecto. 6. §. & quidem de senten. excomm. in 6. controuertitur, & magis reprobatur apud Clarum. §. fin. quæst. 87. num. 3. vers. dictum est per totum. Admittitur tamen in Vassallo, & nonnullis alijs. teste Viuio opinio. 190. incipien. defendere offensum. num. 5. & 6. Octaua exceptio est; nisi alius crimen ratum

habuit:

habuit: Nam & hic tenetur, quam communem dicit Bald. in l. obseruare. §. proficisci nu. 9. ff. de offic. proconf. licet ipse uideatur in contrariam sententiam inclinare, & illum refert Augu.ad Ang. de malef. in verbo; & Sempronium, num. 36. Replicatio eius prima est; nisi tale sit delictum, quod solet communiter, & principaliter committi propter libidinem ipsius delinquentis, vt est adulterium, stuprum; & huiusmodi. glos. in l. 1. §. deiecisse. in verbo mandato. ff. de vi. & vi armata, & ita receptum esse ait Placa lib. 1. delictorum. capit. 18. numer. 1. & 2. nisi non propter libidinem adulterantis, sed propter iniuriam mariti ad alterius instantiam; quia potest ratum haberi. Replicatio secunda quæ loco propositæ Replicationis duplicatio etiam esse potest; nisi delictum fuerit commissum, non meo nomine, & ignorem quatenus meo nomine commissum meo nomine commissam fuisse, ratum habeam; vt enim ratificatio delicti obliget ad pœnam ratificantem ista duo requiruntur, Primum quod delictum fuerit commissum nomine meo, secundum quod ego sciens illud commissum fuisse meo nomine; illud tanquam meo nomine factum ratificem, ita dicit glos. in dicto §. deiecisse, in verbo, ratum habuero, & est communis; vt testatur Aret. conf. 163. num. 3. & 4. & quod requiratur delictum fuisse meo nomine commissum tenuit glos. in Clem. prima in princ. in verbo, rata, de pęn. quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Collegium Floren. inter cons. Curtij Senioris, cons. 21. num. 6. & 7. Duplicatio eius est; nisi dubium sit an nomine ratum habeatur, & ipso sciente sit commissum; quia ex eo; quod quis ratum habet aliquod delictum censetur illud ratum habere; quia suo nomine, & ipso sciente gestum sit, ita dicunt Doctores, vt ait Salycet. in l. non ideo minus. num. 31. C. de accusat. Triplicatio eius est; nisi ratum habens delictum probet, quod non fuit gestum nomine suo, & ipso sciente, præsumptio enim recipit probationem in contrarium, & excluditur. ex Salyc. ibi. Nona exceptio est; nisi alius opem tulit committenti crimen nam, & hic tenetur: Bart. in l. is qui opem. nu. 5. ff. de furtis videtur indistinctè tenere, quod auxiliator eadem pœna puniatur, qua principalis delinques; quam dicit communem Corne. cons. 8. libr. 3. quem refert Decius in cap. 1. numer. 12. de offic. delegat. relatus per Crauett. cons. 220. num. 12. vers. sed arguitur. Soccin. cons. 188. numer. 7. vers. si diceremus. libr. 6. quem refert pract. Conradi fol. 330. num. 4. Bolo. cons. 5. col. fin. vers. secundo de hoc, & hoc etiam si manum maleficio non apposuerit, prout communem esse attestatur Decius in loco præallegato. Replicatio eius prima est; nisi alius auxilium præstitit post perpetratum delictum; hic enim mitiori pœna quam principalis deliquens punitur, quia re vera propriè loquendo præstans auxilium post commissum delictum non dicitur verè auxiliator, vt dicit. Bart. in l. 3. §. si quisquam. ff. ad S.C. Syllan. & est communis opinio; vt attestatur Augu. ad Ang. de malef. in verbo, & Andream. num. 5. & ideo regulariter mitiori pęna est puniendus; quam principalis deliquens, vt testatur de communi. Placa lib. 1. delictorum, cap. 16. num. 15. Soarez. A. 299. cum nu. sequente. Duplicatio eius est; nisi delictum sit commissum præuio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia auxiliatoris post commissum delictum; quia talis quocunque tempore auxilium præstiterit, siue ante delictum, siue in delicto; siue post delictum eadem pœna, qua principalis delinquens venit puniendus; quia licet corpore ipsi delicto non interuenerit, animo tamen censetur interuenisse; præsertim si illud auxilium erat vsq; à principio destinatum; puta quia scienter promisisset volenti aliquem interficere accomodare equos, super quibus patrato delicto posset fugam arripere, & huiusmodi, & ad hoc allegatur dictum Bart. in l in furti. §. ope. ante finem. ff. de furtis, vbi dicit quod spes data auxilij ad euadendum; dicitur auxilium ad maleficium committendum. Triplicatio eius est; nisi dubium sit nunquid præcesserit tractatus; siue deliberatio saltem respectu auxiliatoris post delictum commissum; Tunc enim ipse auxiliator torquendus est super deliberatione, aut tractatu, aut scientia delicti: ita consuluit. Mantua cons. 67. lib. 1. & vbi nihil fatetur est pęna extraordinaria puniendus. Triplicatio secunda est; nisi qualitas facti, & personarum aliud suaderet; puta si nulla alia esse suspicio contra eum, neq; affinitatis, neq; amicitię, vel huiusmodi, & auxilium fuisset valde remotum ab ipso actu maleficij, prout contigit in eo, qui commodauit balistam alteri; cum qua ille deinde alium interfecit de quo per Boerium decis. 167. nu. 2. Replicatio secunda est; nisi principalis delinquēs absq; eo quod constaret deliquisse fuisset in eius contumacia condemnatus; quia talis contuma-

tum scia non nocet ei, qui est de auxilio imputatus, ita dicit Bart. in l. is qui rem §. si tu titiam. numer. 2. ff. de furtis; quem sequuntur cōmuniter Doctores; vt dicit Alex. conf. 99. numer. 4. vers. præterea iste. lib. 1. & idem Alexan. in apostilla ad Bart. in loco præallegato. Replicatio tertia est; nisi alias delinquens facturus fuisset, & auxiliator ei simplicem fauorem præstitit, hoc enim casu est auxiliator mitius quam delinquens puniendus, ita dixit Io. And. in c. felicis. de pœnis in 6. propter cuius dictum quidam qui dedit auxilium fieri alias furtum facturo euasit à furca, vt dicit Augu. ad Ang. de malef. in verbo, & Sempronium. numer. 44. Replicatio quarta est; nisi prætensus auxiliator solum armatus stetit à longe, non iuxta delinquentem, vel cum eo, Innocen. in capit. continentia, de Clerico percussore, quem sequuntur Legistæ, & Canonistæ, vt dicit Alexan. conf. 138. numer. 4. lib. 6. Replicatio quinta est; nisi alius astitisset animo diuidendi rixantes, hic enim non est puniendus; & potest exemplificari in eo, qui accurrit, cum badile ad diuidendam rixam, in qua deinde sequutum est homicidiū pro quo consuluit Mantua cōs. 281. li. 1. in partibus Etruriæ adest lex prohibens intromissionem. Replicatio sexta est; nisi in accusatione nō sit expressè facta mentio auxilij; vel in inquisitione; sed reprobatur à Clar. in §. fin. q. 66. n. 4. vers. sed quid si pro parte communem dicit Soccin. conf. 188. lib. 1. Decima exceptio est; nisi alius armatus adstiterit Crimini: Nam & hic tenetur Innoc. & alij allegati supra in replicat. 4. nonæ propositæ exceptionis; quæ replicatio huic etiam exceptioni datur, accedit Soarez. A. 283. & 284. Vndecima exceptio est; nisi alius contra statutum auxilium, & fauorem Bannito præstiterit: Nam, & hic vigore statuti in pœnam incidit. Replicatio eius est; nisi Aduocatus, vel Procurator Bannito sit patrocinatus hic enim est excusatus. Clar. in §. fin. quæst. 82. statutum secundum circa bannitos. numer. 2. vers. quæro nunquid, & Soarez. A. 94. Duodecima exceptio est; nisi cum statutum puniat eum qui cum Bannito locutus sit; aliquas ei litteras scripsit; sed reprobatur secundum communem opinionem, de qua testatur Alciatus in l. 1. in princip. ff. de verborum obligation. Accusatio non potest institui per alium, neq; per epistolam; sed accusator ipse eam instituere tenetur. l. accusatore. 13. ff. de publ. iudic. 2. q. 6. capit. si quando. & quæst. 7. capit. criminationes. & quæst. 8. cap. perscripta. in princ. & 3. q. 9. cap. absente. capit. non oportet. cap. habetur. cap. qui accusare. cap. dignum. cap. absens. & cap. vltimo. & 5. quæst. 2. capit. relatum. & quæst. 3. cap. in criminalibus accedit. Clar. in §. fin. quæst. 32. nu. 3. ver. ratio autem. & Gabriell. lib. 7. conclus. 9. numer. 4. ratio huius conclusionis redditur in pœna talionis, ad quam accusator olim tenebatur si fuisset calumniatus, Clar. ibi sic etiam quilibet accusator, quæ pœna cum hodie sit per consuetudinem sublata, vt testatur idem Clarus d. §. fin. quæst. 81. numer. 3. vers. sed quæro, videtur quoq; cessare proposita conclusio, idem Clarus dicto §. fin. quæst. 14. num. 22. vers. item quæro. in fine ibi, sed postquam hodie. Sed quicquid sit: si tamen accusator ab alio accusatus se per procuratorem non posset defendere; vt puta bannitus hoc casu iuxta præfatam conclusionem non posset per procuratorem accusare. Baldus in l. reos. C. de accusat. & Nellus de Bannitis in 3. parte secundi temporis q. 68. dicit quod ita seruatur, prout illum refert Cepolla cons. crimin. 20. col. 2. vers. immo plus dico. Prima exceptio est; nisi vniuersitas per Syndicum accuset, Gabriell. lib. 7. conclus. 9. num. 6. Vill. V. 45. in addit. controuertitur apud Clar. dicta quæst. 14. n. 22. vers. item quæro. Secunda exceptio est; nisi per modum exceptionis crimen per alium obijciatur approbatur simul, & distinguitur apud Clar. in §. fin. quæst. 32. vers. tu scis quod plures exceptiones cumulat Gabriell. d. conclus. 9. num. 5. cap. super ijs. 16. §. fin. de accusat.

Accusatus se per Procuratorem defendere non potest, nec per epistolam, sed tenetur comparere personaliter ad semetipsum defendendum. l. accusatore. 13. ff. de pub. iud. 3. q. 9. c. vlt. 5. q. 3. c. in criminalibus. in fine, & c. vlt. ver. excepto publico. l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & l. seruum quoq; §. publice. ff. de procurat. quia talis se defendens per procuratorem reputandus est contumax secundum Io. And. in cap. fin. de iura. cal. Ang. in l. si actor. ff. de procur. & l. fin. eod. vbi dicit ita seruari, idem testatur Augu. in addit. ad Ang. de malef. in vers. qui Iudex videns, quod inquisiti. col. 8. Gabriell. lib. 7. concl. 9. nu. 1. Clar. §. fin. q. 32. in princ. ratio est, ne eludatur sententia reo condemnato absente d. q. 32. ver. ratio autem, & d. concl. 9. nu. 2. Prima exceptio est; nisi absens sit ad pœnam damnandus,

dus, hoc enim casu admittitur procurator causam absentis defendens potius quam absens indefensus damnetur. l. reos. C. de accusatio. & 5. q. 3. c. 1. c. si erogans. §. reos item. c. veniens. 15. §. idem vero. de accusatio. Io. de Imol. in c. veniens; & ibi Io. de Anani. col. 7. de accusatio. vbi aiunt omnes Doct. id communiter teneri; sequitur consulendo Mars. cons. 6. nu. 24. sequitur, & communem dicit Grām. cons. ciuili 37. nu. 10. cum seq. & ita consuluit Alex. de Neuo cons. 90. per totum. Cyn. in d. l. reos. col. fin. ver. tertio quaeritur. C. de accusat. Ruin. cons. 118. lib. 5. Corn. con. 17. lib. 3. & cons. 122. lib. 4. litera F. & cons. 325. quod est vlt. in litera G. lib. 3. Bellem. decis. 717. Contrariam tamen opinionem in practica communiter seruari testatur, Clar. in §. fin. q. 32. nu. 11. ver. contrariam autem sententiam; & q. 33. in princ. Soarez A. 5. Vill. A. 10. cū additio. Secunda exceptio est; nisi seruus sit accusatus; hic enim per Dominum, & Procuratorem defendi potest. l. seruus. 11. ff. de publ. iudic. concordat. l. 2. C. de accusat. & l. si non. 19. ff. de pœnis. Riminal. cons. 13. n. 1. communem dicit Bald. quem refert Baptista à Sancto Blasio inter consilia criminalia diuersorum cons. 77. n. 8. lib. 2. Marian. in d. c. veniens. num. 87. ver. tu aduerte, & infra 19. exceptio. Tertia exceptio est; nisi mulier sit accusata, potest enim mulier rea se per procuratorem defendere. l. 1. C. de offic. diuer. iudic. & Nouell. c. 134. §. necessarium, cum seq. auth. vt nulli iudicum secus est de iure antiquo. l. miles. 11. §. ea quæ inter. ff. ad leg. iul. de adulter. Quarta exceptio est; nisi Illustris persona de iniurijs accusetur; potest enim talis Illustris se per procuratorem defendere. 3. q. 8. c. absens. & l. vlt. C. de iniurijs, quod locum habet in causis iniuriarum tantum in cæteris causis non vtiq; l. 15. C. de accusat. Quinta exceptio est; nisi absentiæ accusati causa per procuratorē reddatur. 5. q. 3. in princ. cum c. sequen. & c. veniens. 15. §. idem vero ad summ. de accusationibus & l. 71. ff. de procuratoribus. Menciacha controuer. visu frequen. c. 17. n. 2. vbi dicit hanc esse cōmunem, & ab omnibus receptissimā. Anan. in d. c. veniens. n. 13. Ang. in l. reos. circa prin. C. de accus. dicit quod ita seruatur indistinctè. Idē testatur Carauit. super ritu. 105. magnæ Curiæ. n. 2. neq; est facienda differentia an habeat mandatum in specie ad allegandum causas absentiæ; vel ad causam ipsam defendendam: nā vtroq; casu ad allegandas causas absentiæ est admittendus, ita cōmuniter Doct. vt dicit Anan. in loco præallegato. n. 14. Sexta exceptio est; nisi Procurator velit proponere; quod reus citatus habet in eo loco ad quē citatur capitales inimicitias, nam, & eo casu erit cū mandato audiendus, Marianus in d. c. veniens. n. 68. ver. circa primam quem refert Boss. in tit. an in crim. iud. n. 12. Septima exceptio est: nisi velit procurator pro reo proponere aliquas exceptiones dilatorias; seu declinatorias; aut aliquas alias ex his; quæ ante litis contestationem proponi solent; puta quod accusator sit infamis, vel excommunicatus, vel alias inhabilis ad accusandum, vel quod Iudex sit incompetens, vel excommunicatus, vel huiusmodi: ita dicit Bart. in d. §. ad crimen. d. l. penult. ff. de pub. iudic. cum quo tenent omnes, vt dicit Imol. ibi, & refert Boss. in tit. de carcer. fideius. comm. nu. 16. & est communis opinio secundum Benedict. de Plumbin. in d. §. ad crimen. num. 52. Replicatio eius est; nisi talis sit exceptio; quæ ad ipsum crimen pertineat, puta quia diceret quod aliàs de ipso crimine fuit absolutus, vel huiusmodi; non enim esset ad tales exceptiones proponendas admittendus, ita dicit Bart. in d. §. ad crimen. nu. 19. & est communis, vt ait Rubeus in eodem §. ad crim. n. 214. Duplicatio eius est; nisi talis exceptio esset notoria; nā eo casu vtiq; esset admittendus Procurator. secundum Bart. in loco præallegato. & ita communiter tenetur, vt dicit Nellus de Bannitis in secunda parte secundi temporis q. 14. quem refert Boss. in tit. præalleg. nu. 16. in fin. cōmunem vtiq; dicit Aret. in d. c. veniens. n. 59. & seq. quem refert Boss. in loco præalleg. nu. 13. Bero. in d. c. veniens. n. 29. & seq. quando vero talis exceptio esset dubia non admittitur Procurator, vt dicit Bart. in loco præalleg. & est communis concl. vt testatur Bero. in d. c. veniens. n. 32. Octaua exceptio est; nisi aduersus accusationem opponatur quod accusatus occidit Bannitum, qui ex forma statutorum poterat impune occidi, & nihilominus ex hoc homicidio contra eum procedatur, ita tenet Bart. in l. vbi pactum nu. 10. C. de transact. quem sequuntur communiter omnes Doct. teste Mar. nu. 76. ita etiam testatur Gand. de malef. in rubr. vtrum Procurator. circa fin. Nell. de Bannitis in secunda parte secundi temporis. q. 14. vbi dicit, quod ita cōmuniter tenetur, quem refert Marian. in d. c. veniens. n. 76. Alber. in quarta parte statutorū q. 38. n. 14. Immo etiā quilibet de populo posset comparere, et talem exceptionē proponere, Clar. in §. homicidium. ver. item scias, Soarez. B. 12.

Repli-

Replicatio eius est, nisi Bannum occisi non sit notorium sed vlteriorem probationem requirat, ita communiter teneri testatur Ruin. consil. 59. nu. 2. ver. 2. prædicta confirmantur lib. 3. Nona exceptio est, nisi causa nullitatis sententiæ separatim agatur à negocio principali; hæc enim per Procuratorem agi potest. Benedic. de Plumb. d. §. ad crim. n. 99. ita notat. Ang. in l. si actor. ff. de procuratoribus, & idem videtur concludere Io. de Imola in d. c. veniens. de accus. & Io. de Anania ibi col. 7. Decima exceptio est, nisi per modum exceptionis crimen obyciatur, hoc enim casu ad id per Procuratorem responderi potest, ita concludunt omnes Doct. vt dicit Foll. in pract. Crim. Canon. fol. 104. n. 3. Vndecima exceptio est, nisi aduersus Procuratorem rei conuenti non fuerit exceptio propositæ conclusionis opposita. glo. in c. 1. in verb. criminalis. de iudic. in 6. communem dicit Bald. in l. ita demum. nu. 4. C. de procur. quem refert Bertran. cons. 358. circa princip. lib. 4. & Felyn. in c. meminimus. num. 18. de accusat. Vantius de nullit. fol. 239. num. 177. & Dec. in l. ambiguis. §. non est nouum. nu. 11. ff. de reg. iur. & cons. 469. in fin. Mar. in pract. crimin. §. sequitur. numer. 17. Conrad. fol. 264. in fin. Corsett. in verb. Procurator, in sing. incip. licet quis, & dicit Imol. in d. §. ad crimen. quod ita seruatur in practica, prout illum refert Rubeus in eodem §. num. 99. Replicatio eius est, nisi delictum tale sit; quod in eo non solum ad querelam partis, sed etiam ex officio possit procedi, & tunc licet non fuerit opposita exceptio propositæ conclusionis; Processus factus per Procuratorem; qui non erat admittendus est nullus; quia partis; aut Iudicis malitia, negligentia; aut ignorantia non debet iuri publico nocere. Aret. in c. veniens. nu. 87. de accusationibus. Rubeus in præallegato §. ad crimen. num. 231. Gomes. c. 1. num. 80. ver. quid tenendum. de Iudicijs. Duodecima exceptio est, nisi vniuersitas per Syndicum defendatur. Vill. V. 45. in addit. Decimatertia exceptio est, nisi non corporalis; sed pecuniaria pœna; aut relegationis priuationis; aut alia similis veniat reo imponenda glos. in lege seruum quoq; §. publicè. ff. de procuratoribus. & in lege penult. dicto §. ad crimen. ff. de pub. iudic. quam communem dicit Bero. in dicto capit. veniens. nu. 35. & 39. Sapia in repet. lege Imperium. numer. 42. ff. de iurisd. omn. iudic. Menciacha controuer. vsu frequen. capit. 17. numer. 7. & Marianus in dicto capit. veniens. numer. 24. & hanc esse communem tenet Cyn. in l. reos. col. 1. ver. 2. casu. C. de accusat. accedit Gabriell. libr. 7. concl. 9. nu. 1. Replicatio eius est, nisi dubium sit vtrum pecuniaria, an corporalis pœna sit imponenda. Alex. in l. prætor ait. in princ. nu. 5. ff. de damn. infect. Decimaquarta exceptio est, nisi pœna arbitrio Iudicis sit imponenda, si quidem pro eo delicto Iudices ex arbitrio non consueuerunt imponere pœnam corporis afflictiuam, alias secus. Ang. in dicto §. ad crimen. de lege penult. in vltimis verbis. ff. de publ. iudic. vbi etiam Imol. num. 20. ver. quid autem si pœna. Decimaquinta exceptio est, nisi in mortuum sententia sit ferenda, tunc enim admittitur procurator ad defendendum mortuum, vt fuit obtentum Romæ tempore Clementis V. coram quo fuit accusatus de hæresi Bonifacius VIII. iam mortuus, vt recenset Alberic. in rubr. C. de hæret. nu. 15. & in dicto §. publicè. nu. 17. in fine, quem refert Rubeus in dicto §. ad crimen. numer. 83. & sequen. Decimasexta exceptio est, nisi reus in iudicio personaliter constitutus se per procuratorem defendat, quia in tali casu admittitur, & in hoc omnes concordant, vt dicit Bal. in l. reos. num. 21. C. de accusationibus; quem refert Marianus in dicto capit. veniens. nu. 6. Imol. in dicto §. ad crimen. n. 18. & sequen. Ant. Gomes. capit. 1. delictorum. nu. 14. Alberic. in dicto. §. publicè. numer. 18. ver. item quæritur. Replicatio eius est, nisi per Procuratorem presens reus respondere vellet accusationi inquisitioni, vel interrogationibus à Iudice factis. Ang. in dicto §. publicè. nu. 5. quem refert ibi Paulus de Castro. nu. 9. & Ang. de malef. in verbo, qui d. Iudex videns quod inquisiti. nu. 12. Ang. in dicta lege reos. num. 2. in fine. Decima septima exceptio est, nisi reus sit egrotus, tunc enim per Procuratorem potest defendi. Soarez. A. 115. Decimaoctaua exceptio est, nisi consuetudo extet in contrarium Guid. Pap. decis. 338. Decimanona exceptio est, nisi Pater pro Filio, Dominus pro Seruo, Vxor pro Marito, Ciuitas pro Ciue, et alius ratione sui interesse pro reo compareat. Riminal. cons. 13. nu. 1. Alex. de Neuo. cons. 90. nu. 2. Capoll. cons. crim. 75. in primis verbis dicit hanc esse communem, & Rim. cons. 17. n. 9. & supra 2. except. alias plures cumulat Gabriel. lib. 7. de Malefic. concl. 9. n. 3. & 7. cum sequentibus vsq; ad fin. Accusandus regulariter, ac puniendus est reus in eo loco vbi crimen commissum est, & apud Iudicem loci. l. vlt. C. de accusat. l. solent. 7. ff. de cust. & exhib. reorum. l. non dubium.

11. ff. eod. l. desertorem. 3. in princ. ff. de re militari. & l. 11. C. vbi de criminibus agi oportet. l. si cui. 7. §. idem Imperator. ff. de accusationibus. & l. si dum. 13. C. ad l. Iul. de adulterijs. cap. 1. de raptoribus. 2. quæst. 3. capit. Paulum. §. reuera. 3. quæst. 6. in princ. cum c. sequente. & capit. vlt. 3. q. 9. capit. nec extra. 6. q. 3. capit. placuit. & cap. vlt. Didac. pract. quæst. 11. num. 3. accedit Vil. D. 57. cum addit. & Gabriel. libr. 6. de consuetudine conclus. 2. num. 19. Prima exceptio est, nisi Papa permiserit alibi accusari. d. cap. nec extra. ver. salua tamen. Secunda exceptio est, nisi alibi de crimine constare possit. 3. q. 6. cap. pulsatus. §. hoc autem. Tertia exceptio est, nisi per appellationem, vel recusationum Iudicis; causa ad alium Iudicem, & locum deuoluatur. dicto §. hoc autem. Quarta exceptio est, nisi Episcopus accusetur. 3. q. 6. c. si quis in princ. 3. q. 5. capit. accusatore. §. nullus; quia apud suos Comprouinciales est conueniendus. 3. q. 4. cap. si quis Episcopus. Quinta exceptio est, nisi fur cum re furtiua in alio loco depræhendatur; hoc enim casu; cum eandem rem in alio loco contrectet; & ita ibi quoq; furtum faciat ibi potest accusari, & puniri. Bart. in l. si dominum. num. 2. ff. de furtis assensit Paul. de Castr. in l. siue manifestum. §. 1. nu. 13. ff. de condict. fur. vbi dicit ita practicari per totum mundũ. Mar. in l. fin. num. 212. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Boer. decis. 13. nu. 47. Didac. lib. 2. resolut. cap. 20. num. 15. in fine. & practicarum quæst. 11. nu. 9. Beninsacus de paupertate fol. 104. nu. 17. Capic. decis. 104. & c. 1. §. contrahentes de for. competen. Sexta exceptio est, nisi agatur de pœnitentia iniungenda, quia in foro pœnitentiali non sortitur quis forum delicti. glos. in cap. 1. 16. q. 1. Abbas in capit. fin. num. 7. & in capit. cum contingat. num. 29. de for. competen. & in cap. 1. vbi dicit communem de raptoribus Anchar. in cap. postulasti. nu. 15. de foro competen. Abb. in cap. cum ab ecclesiarum. col. 3. de off. ordin. Rom. in sing. 467. incipien. ratione delicti. Rocc. qui dicit communem in cap. fin. fol. 72. de consuetudine. Didac. pract. quæst. 11. num. 4. Duen. reg. 378. in prima limitatione. Septima exceptio est, nisi cum essent duo Domini eiusdem Castri; qui diuidant iurisdictionem inter se; vnus in alterius iurisdictione deliquerit. Bart. in l. inter tutores. numer. 6. ff. de administr. tutorum, & est communis; vt dicit Gaspar Valas in repet. legis Imperium. numer. 186. ver. ex supradictis infertur. ff. de iurisdict. omn. iudic. communem etiã esse attestatur. Felyn. in cap. prudentiam. nu. 4. de offic. deleg. quia, (vt communiter auditur) par in parem non habet Imperium. Octaua exceptio est, nisi exercitu alicubi posito miles crimen commiserit; hoc enim ad iurisdictionem militarem non Iudicem loci pertinet. Martin. Sil. in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide cath. & est commune; vt ait Corset. in reper. Abb. in verbo, Iudicis incompetentia. 33. limitat, Ita etiam tenere Doctores attestatur. Bald. in l. 3. nu. 3. ff. de off. præsid. & in d. l. cunctos populos. nu. 24. in fine dicens, quod ita est de generali consuetudine; & ante eum ita de consuetudine seruari dixit Bart. in d. l. cunctos populos. nu. 46. Idem attestatur Grammat. super constitu. Regni. fol. 64. nu. 6. & 7. Potest enim vniuersitas prorogare Iurisdictionem, & exercitus in hoc habetur loco vniuersitatis. Bar. in l. 1. nu. 13. ff. ad municipal. Nona exceptio est, nisi tractatus de crimine committendo alibi sit habitus, tunc enim ibi videntur puniendi nõ in hoc loco delicti i li qui tractarunt, sed reprobatur cons. 8. Bologne. in 11. dubitatione, vbi valde eleganter loquitur. Decima exceptio est, nisi existens in vno Territorio, Bombarda hominem in alio territorio interficiat hoc enim casu vtriusq; territorij Iudex competens est, & est locus præuentioni, & ita communiter concluditur, vt dicit Abb. in c. fin. num. 25. de foro competen, quem refert pract. Corrad. fol. 250. in fine, ita etiam communiter teneri attestatur Alberic. in 4. part. statu. quæst. 79. quem refert. Nellus de Bannit. in 2. parte primi temporis. quæst. 8. Vndecima exceptio est, nisi delictum in confinio commissum sit; vt ignoretur in cuius territorio sit commissum, hoc enim casu vtriusq; territorij Iudex competens est, si tamen vnus præueniat; ille solus cognoscere debet, & hanc dicit communem. Iac. de Belui. iun. in repet. §. contrahentes. nume. 12. Boss. in tit. de foro competen. numer. 60. Duodecima exceptio est, nisi delinquens apud Iudicem domicilij accusetur, per ea quæ dicuntur infra conclus. 5. in princip. Accusari ibi quoq; potest reus; vbi habet domicilium; Iudex enim Domicilij rei competens est. lege in criminali. 5. in princip. C. de iurisdict. omnium iudic. lege 2. C. vbi de crimine agi oport. & lege relegatorum. 7. §. interdicere, cum sequentem ff. de interdic. & releg. quæ conclusio communiter approbatur, vt dicit Salycetus in lege prima, numero 3. C. vbi de crimine

agi

agi opor. quem refert Grammat. conſ. 27. n. 6. in fine, & dicit Afflict. ſuper 3. parte conſtit. Regni. Rub. 55. numer. 18. quod iſta eſt communis omnium Doctorum nemine diſcrepante, etiam ſi à loco domicilij abſens ſit, poterit à Iudice citari; & in contumaciam condemnari, ita dicit Abb. in cap. fin. num. 41. de foro competen. Prima exceptio eſt, niſi Iudex loci in quo crimen eſt commiſſum petierit reum ſibi transmitti, & eſt communis ſecundum Cepollam conſil. crimin. 58. ver. primum eſt. an Curtius Iunior in l. hæres abſens. §. 1. num. 5. ff. de Iudic. vbi Sapia. numer. 10. maximè ſi non cœpit cognoſcere Iudex domicilij, ſiuè originis, & petatur remitti reus. Marian. in capit. poſtulaſti. num. 14. ver. ſi vero Iudex de foro competen. hanc etiam dicit communem. Pract. Conrad. folio 249. numer. 12. Replicatio eius prima eſt, niſi Iudex à quo remiſſio petitur non habeat iuriſdictionem reum capienai, ſed reprobatur con ſil. Cald. affirmatur tamen per Boſſ. in tit. de foro competen. num. 52. & ſequen. Replicatio ſecunda eſt, niſi crimen ſit leue; quia in leuibus non debet fieri remiſſio, & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in dicto c. fin. num. 15. de foro competen. & Duennas in reg. 278. limitatio. 3. & Didacus practic. quæſt. num. 7. ver. octauo remiſſioni. Replicatio tertia eſt, niſi agatur ciuiliter pro crimine; quia tunc de iure non habet locum remiſſio, ſiue crimen ſit leue; ſiue ſit grauiſſimum, Abb. in dicto capitul. fin. numer. 15. de foro competen. dicit quod ita cõmuniter tenetur Aufrer. decif. 319. Ficbard. in addit. ad Vill. R. 21. addit. 3. Replicatio quarta eſt, niſi à Curia Romana remiſſio Rei ab aliquo Iudice petatur, quia nunquam in aliquo caſu remittit delinquentes ad aliam Ciuitatem; ſiue Prouinciam, & ſemper ibi fuit talis conſuetudo, vt atteſtatur Oldrad. conſ. 124. in fine. quia Roma eſt communis patria, & iudicat omnes. Replicatio quinta eſt, niſi cum idem de pluribus criminibus eſſet accuſatus, proceſſus de alijs criminibus apud eum Iudicem à quo petitur remiſſio, non ſit dum finitus. Boſſius in tit. de foro competen. num. 58. Duplicatio præcedentium replicationum generalis eſt, niſi Iudex Eccleſiaſticus Clericum ſibi remitti petat, ita ſentiunt omnes; vt dicit Io. Campeg. inter conſ. Alex. de Neuo. conſ. 56. numero 3. & ita in facti contingentia conſuluit Iaſ. conſil. 121. in primo dubio libr. 1. Replicatio ſexta eſt, niſi de conſuetudine ſit ſublata remiſſio; quam hodie à conſuetudine ſublatam eſſe teſtatur. Cyn. in authen. apud eloquentiſſimum in tertio not. C. de fide inſtrumen. Bart. in lege ſepulchri. numer. 3. ff. de ſepulcro violato, quem refert Abbas conſil. 24. numer. 1. libr. 1. & Gram. conſil. 28. in fine Gand. de malef. in rubr. de citat. facien. num. 8. Bald. conſ. 393. libr. 1. & conſ. 209. in fine libr. 2. & conſ. 238. libr. 4. & in l. 1. numer. 2. in fin. C. vbi de crim. agi opor. Soccinus conſ. 76. numer. 7. libr. 3. Gramm. deciſ. 26. num. 3. Duplicatio eius eſt, niſi ambo Iudices ſint ſub eodem Principe quia quod non fiat remiſſio intelligendum eſt, vt procedat inter illos Iudices, qui non ſunt ſubditi eiuſdem Principis, & hæc eſt communis ſententia, vt dicit Probus in Apoſtill. ad Io. Monachum in capit. Inquiſitores. numer. 8. de hæret. in 6. Didacus practicarum quæſt. 11. numer. 10. dicit quod hæc eſt totius Orbis ſententia, ita etiam ſeruari teſtatur Bald. in l. exequutorem. num. 30. in fine C. de execut. rei iudic. & in lege requirendi. numer. 2. C. de ſeruis fugit. Paulus de Caſtro. conſ. 309. numer. 1. lib. 2. Secunda propoſitæ concluſionis exceptio eſt, niſi Iudex loci in quo crimen commiſſum eſt, cæperit contra reum procedere. Marſil. in pract. crimin. §. conſtante numer. 90. & non fuerit contumax reus; quia ſi fuerit contumax ſecus erit, vt dicit Bald. in lege 1. numer. 5. C. vbi de crim. agi oport. & Bart. in l. ſepulcri. numer. 3. ff. de ſepul. viola. Tertia exceptio eſt, niſi extra Territorium crimen ſit commiſſum, quia hoc conſtito non poteſt Iudex in accuſatione procedere. Marian. in capit. poſtulaſti. numer. 9. ver. circa 13. de foro competen. Bart. in l. cunctos populos. nu. 48. Iacobus de Bel. in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de comp. Iud. adit. §. 1. in addi. antequam exeamus. Bald. in l. 1. C. de ædil. actio. cum alijs infra in prox. replic. poſt. ver. contrarium. Replicatio eius eſt, niſi non per viam accuſationis; ſed inquiſitionis; & ex officio Iudex Domicilij contra delinquentem extra Territorium proceſſerit. Alber. in 3. parte ſtatutorum q. 36. n. 6. communem dicit Alex. conſ. 111. lib. 1. quem refert Pariſ. conſ. 159. nu. 6. lib. 4. contrarium tenet Marſ. in pract. crim. §. conſtante. n. 90. quem refert Grãm. deciſ. 26. num. 9. & 11. & Apoſtill. ad Riminal. conſil. 32. numer. 20. & conſ. 484. numer. 1. Salyc. in lege ſeruos. C. ad l. Iuliam de vi plene per Legiſtas in lege fin. ff. de iuriſd. omnium iudic. & per Grammat. conſ. 74. nu. 21. vol. 2. & eſt iſta magis communis

munis, vt testatur Soccin. in l. à diuo pio. §. sententiam. Rom. num. 16. ff. de iudic. Ang. Aret. conf. 58. num. 2. vol. 2. consiliorum Crimin. diuersorum, & ita est intelligendum statutum disponentem quod Iudex possit de delictis procedere per inquisitionem; quia intelligitur de commissis in suo Territorio non extra. Bald. in lege cunctos populos. col. 30. Alexan. consil. 3. vol. 1. Ruin. consil. 84. num. 9. vol. 4. Accusati enim puniuntur, aut de factis, vt de furtibus, ergdibusq; aut de dictis, vt de conuicijs, & insidiis aduocationibus; aut de scriptis, vt de falsis, & famosis libellis; aut de consilijs, vt de coniurationibus, & de scientia Latronum, quos vel alios suasionibus iuuisse constat. l. aut facta. 16. in princ. ff. de pœnis, & de pœniten. dist. 1. capit. aut facta. Prima exceptio est, nisi non iniuria facienda, sed emendationis causa fecerit dicta lege aut facta. 16. §. causa. ff. de pœnis. & l. 1. C. de emend. propinq. Replicatio eius est, nisi emendationis causa enormiter læserit. dicta lege vnica. ibi. Neque tamen. & lege sed & si. §. final. cum lege sequen. ff. ad lege Aquilliam. Secunda exceptio est, nisi sine dolo malo, & non certo proposito delictum factum sit. l. qui iniuria. 55. in princip. ff. de furtis. l. fraudis. 79. ff. de reg. iur. l. respiciendum. 11. §. delinquunt. ff. de pœnis. l. aut facta. 16. §. euentus. ff. eod. & l. fero. 108. ff. de reg. iur. & l. liberorum. 11. §. notatur. ff. de his, qui notan. infam. quia hoc casu non ordinaria, sed extraordinaria mitiori pœna delinquens est puniendus. Bart. in l. quid ergo. §. pęna grauior. num. 11. ff. de his qui not. infam. & l. 1. §. 1. numer. 1. ff. si quis testam. liber. & est communis sententia, vt dicit Cepolla consil. crimin. 33. col. 2. ver. quod sic probatur. Bald. in lege data opera. C. qui accus. non poss. Cyn. Bald. Ang. & Paulus de Castro in l. 1. ff. de legibus. Vill. C. 23. & 15. quæst. 1. in princ. & §. cui sententia; & capit. non est, & de pœniten. distin. 2. capit. sciendum. 23. q. 5. cap. cum homo. in princ. & dicto capit. aut facta. Replicatio eius prima est, nisi lata culpa interuenerit, sed reprobatur iuribus præallegatis, quibus accedit Clarus. §. fin. quæst. 84. in princ. ver. neque sufficeret. Vill. D. 90. l. 6. cum adit. Replicatio secunda est nisi fatuus fuerit; vel crassa ignorantia. Bald. in l. Plagij. numer. 2. C. ad lege Flauiam de Plag. sed magis reprobatur Vill. C. 216. Soarez. C. 30. Gabriell. libr. 7. conclus. 8. vbi etiam distinguitur. Replicatio tertia est, nisi abortionis, aut amatorium poculum dederit. l. si quis. 38. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Tertia exceptio est, nisi per ebrietatem, vel lasciuiam quis delictum commiserit. lege omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit. l. respiciendum. 11. §. delinquunt. ibi impetus. ff. de pęnis. & l. vnica. ibi, ac temulentia. C. si quis Imper. maledix, & 15. quæst. 1. capit. sane diximus, & capit. inebriauerunt. quia talis est puniendus pœna extraordinaria, & ita tenent communi consensu Doctores, vt ait Placa libr. 1. delictorum. cap. 30. num. 1. Menciacha cap. 96. num. 31. & secundum Abbatem antiquum in capit. 2. de maled. quem sequuntur communiter Doctores, teste Grammat. super constit. reg. fol. 113. n. 6. Soarez. B. 27. Quarta exceptio est, nisi mandato alterius, cui parere necesse fuerit, delictum sit commissum. l. is damnum. 130. ff. de reg. iuris. l. libellorum. 11. §. fin. ff. de his qui notan. infam. l. ad ea. 199. ff. de reg. iur. l. non videtur. 127. ff. eod. glos. in l. in rem. §. signum. in glos. fin. ff. de rei vendic. Soccin. consil. 54. num. 23. lib. 4. Ias. dicit communem in l. de pupillo. §. nunciationem. numer. 7. ff. de noui. oper. nuncia. Boss. in tit. de mandato ad homicidium. numer. 12. Roland. cons. 54. num. 6. libr. 1. Bald. cons. 144. libr. 1. & cons. 314. eod. vol. & cons. 463. libr. 3. & 436. libr. 5. Gabriell. lib. 6. de clausulis concl. 2. num. 96. cap. quod quis. 24. de reg. iur. in 6. & de consecrat. distinct. 4. cap. quæris à me. in princip. maxime si Princeps cum minis aliquid fieri mādauerit. Pract. Carrer. fol. 422. numer. 174. Taeg. in pract. Crimin. capit. 10. numer. 36. videtur enim facere ad sui defensam ne occidatur. Boss. de homicidio. numer. 98. in fine. Replicatio eius prima est, nisi delictum commissum fit de atrocibus. l. seruus. 19. ff. de actionibus, & obligationibus. l. sed & si. 17. §. si iussu domini vers. nec in omnia. ff. de iniurijs, & est communis opinio, vt dicit Ias. cons. 136. post medium. libr. 1. Duplicatio eius est, nisi mandanti fuit licitum; puta adulteram occidere; tunc enim etiam mandatarius excusatur propter mandantem. l. Graccbus. 4. §. idemq; filijs. C. ad leg. Iul. de adulterijs. Vill. P. 44. Triplicatio eius est, nisi alius, quam filius, vel seruus maudantis, ex mandato fecerit, controuertitur apud Clarum in §. homicidium. ver. dubium est. 51. approbatur à Cepolla relato à Carrer. in sua praxi fol. 325. nu. 113. Duplicatio secunda est, nisi mandans sit potens; ac seuerus in mandatario. Grammat. voto 38. Dupli-

Duplicatio tertia est, quoad pęnam ordinariam, à qua excusatio competit propter mandatum, quamuis extra ordinem sit puniendus. glos. in l. 2. C. de sepul. viol. quam Doct. communiter approbant, vt attestatur Didacus super 4. decret. fol. 46. nu. 7. in fine. Replicatio secunda propositæ exceptionis est, nisi mandatario non fuit necesse mandato parere. l. non ideo. 5. C. de accusationibus. l. liber. 37. in princ. ver. quod si non. ff. ad l. Aquiliam. Duplicatio eius est, nisi id quod fecit non fuit de genere prohibitorum iuribus supra in exceptione proposita allegatis. Replicatio tertia est, nisi hæres iussu testatoris contra legem, vel statutum quid commiserit. lege senatus. ff. de legat. 1. & ita tenent omnes scribentes communiter in lege cætera. §. fin. eod. & Iason. in lege iuste possidet. numer. 18. & sequentibus ff. de acquiren. possess. In contrarium inclinauit consulendo Laurentius Sylu. consil. 26. numer. 17. tamen quicquid suadeat, non est à communi recedendum. Quinta exceptio est, nisi is qui fecit minor sit ætate. lege fere. 108. ff. de regul. iur. lege aut facta. 16. §. persona in fin. ff. de pęnis. l. infans. 12. ff. ad l. corneliam de sicarijs. 15. q. 1. c. illud. §. fin. c. firmissime. in princ. & c. intelleximus. de delictis puerorũ. infans enim non potest pro delicto Criminaliter puniri d. l. infans, & est communis, vt dicit Placa lib. 1. delictorum c. 32. nu. 1. Replicatio eius est, nisi minor ætate sit doli capax. l. impunitas. 7. C. de pœnis. declaratur. l. pupillum. 111. ff. de reg. iur. l. impuberem. 23. ff. de furtis. 15. q. 1. c. illud. §. fin. vers. nisi rationis sit capax. & cap. 1. de delictis puerorum, & est communis, vt dicit Placa in d. cap. 32. nu. 6. Replicatio secunda est, nisi minor sit pubertati proximus, vel pubes; & doli Capax; nam vtrunq; requiritur, & ita dicit August. ad Ang. de malef. in verbo scienter, & dolose. nu. 6. Replicatio tertia est, nisi minor pubertati proximus, & doli capax in commitendo; non omittendo deliquerit, hæc est distinctio Cyn. quam dicit esse ab omnibus approbatam Igneus in l. 1. §. impubes. nu. 5. ff. ad Syll. quia talis minor delinquens in omittendo non punitur; secus in committendo. Igneus ibi ex Cyno. Duplicatio generalis propositarum replicationum est, quoad pœnam ordinariam; nam vtcumq; minor sit doli capax, pubertati proximus, & delinquerit in committendo, vel omittendo excusatur à pœna ordinaria, & extra ordinem punitur non impunis euadit. l. auxilium. 37. §. in delictis. ff. de minoribus. 25. annis. l. fere in omnibus. 108. ff. de regul. iur. c. 1. de delictis puerorum. ver. quamuis in eis non ita, & est communis opinio, vt dicit Gram. decis. 23. nu. 12. & Placa d. cap. 32. nu. 11. Sexta exceptio est, nisi Princeps; vel Augusta delictum cõmiserint. l. Princeps. 30. ff. de leg. vel Papa, qui non potest de aliquo crimine accusari, conuinci, ac damnari etiam si delictum notorium, & scandalosum foret, & ipse incorrigibilis esset. cap. 1. de hæreticis. cum l. 2. C. eod. glo. in c. si quis pecunia. 78. distinct. & in c. non nos. 40. dist. Moderni in c. at si clericis de iudicijs. Io. Nicolaus Arelatanus in tract. de hæreticis in 12. notabili. nu. 1. & sequentibus dicit communem omnium Thelogorum. Clar. in §. fin. quæst. 35. num. 2. & sequen. Septima exceptio est, nisi magistratus Populi Romani; Legatus, Præses, vel is qui reipublicæ causa abest delictum commiserit. l. hos accusare. 12. in princ. ff. de accusat. l. si adulterium. 38. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulterijs. distinguitur. l. si maritus. 15. §. legis Iuliæ. ff. eod. Octaua exceptio est, nisi is, qui crimen commisit mortuus sit. l. publica. 3. ff. de publ. iudic. l. defuncto. 6. in princ. ff. eod. l. 2. C. si reus, vel accusator mortuus sit. l. defunctis. 4. C. eod. 33. quæst. 2. capit. admonere. §. & nunc. post mortem. vers. nec a te post. & est communis; vt dicit Cagno. in l. pupillum qui. §. in hæredes. numer. 4. vers. & prædicta. ff. de regul. iur. neq; mortuo accusato transit in hæredes accusatio. l. 1. C. si reus, vel accusator mortuus sit, & hanc dicit communem. Placa. libr. 1. delictorum. cap. 38. num. 2. Replicatio eius prima est, nisi crimen læsæ maiestatis sit commissum. l. meminisse. 6. in princ. C. ad l. Iuliam maiestatis. l. post diui. 7. eod. 24. quæst. 2. cap. penult. §. fin. cum c. sequente. Gomes. in c. 1. delictorum. nu. 80. quia in eo potest procedi post mortem, & damnari memoria defuncti. l. fin. C. ad l. Iuliam maiestatis, & ita tenuit glo. in §. per contrarium in verbo damnata. Inst. de hæred. quæ ab intestat. deferũ. quam dicit esse notabilem; & approbatam. Ferret. cons. 31. num. 8. Capoll. cons. crim. 17. & Ruin. cons. 3. lib. 5. Duplicatio eius prima est, nisi non per duellionis reus sit. lege vltima. ff. ad legem Iuliam maiest. ibi maiestatis iminutæ. crimen rei morte obliterari; Perduellionis autem memoriam etiam post mortem damnari; magna enim est differentia inter maiestatis, & perduellionis Crimen, vt dixi de differentijs indiuiduorum in verbo læse maiestatis, & Perduellionis. crimen &c.

Duplicatio secunda est; nisi aduersus inferiorem Principem, vel Ciuitatem læsę maiestatis crimen sit commissum; quia in tali casu morte extinguitur, & est communis; vt dicit Boer. de seditio. in 6. præsupposito. nu. 20. quem refert Gigas de crim. læsę maiest. fol. 74. nu. 24. Alciatus cons. 467. nu. 1. Gram. decis. 6. & Gigas vbi supra fol. 73. q. 23. nu. 1. Duplicatio tertia est, nisi non directo contra Imperatorem; vel Rempublicam commissum sit. Gram. d. decis. 6. & hoc casu ius accusandi, & damnandi memoriam defuncti præscribitur quinquennio. Gigas vbi supra fol. 73. q. 23. nu. 1. quod loco quartę duplicationis noto. Replicatio secunda est, nisi & alij eiusdem criminis rei sint. l. 1. C. si reus vel accusator mortuus sit, & l. si vt. 3. eod. quia contra viuos ius accusandi durat. Replicatio tertia est, nisi sententia viuo reo sit lata; tunc enim quamuis appellatione pendente mortuus sit; nihilominus iudicium propter id quod interest fisci, vel alterius durat. l. 1. C. si penden. appellat. mors interue. distinguitur. l. si is. 3. C. eod. concordat. l. vnica. ff. eod. & l. Lucius. 9. ff. de iure fisci, & l. fin. C. si reus vel accusator mortuus sit. Duplicatio eius prima est, nisi fisci, vel alterius nihil intersit sententiam confirmari; tunc enim etiam sententia lata, morte rei finitur iudicium d. l. vnica; ibi, quod si appellatori. ff. si penden. appella. mors inter. concordat. l. si pœna. 20. ff. de pęnis. Paris de Puteo de syndicatu fol. 315. n. 1. & hoc est cōmune, vt dicit Sapia in l. imperium. nu. 7. ff. de iurisd. omn. iudic. & omnes Doct. in d. l. imperium, & in specie Curtius Iunior. n. 35. Igneus in l. 1. §. si sibi manus. nu. 46. & 54. ff. ad Syllan. Boss. de accusat. n. 33. Nam Crimen, & pœna morte delinquentis extinguitur. l. defuncto. ff. de publ. iudic. sed contrarium de consuetudine seruari testatur contra consciscentem sibi mortem, Igneus in loco præallegato. nu. 21. & 42. Bald. in l. 2. nu. 22. C. qui testam. fac. poss. quem refert Marcus decis. 953. n. 7. Imol. in c. Rainutius n. 144. de testa. Cagn. in l. pupillum qui. §. in hæredes. nu. 2. ff. de reg. iur. & in famosis latronibus idem attestatur Imol. in d. l. imperium, prout illum refert Gigas de crim. læsæ maiest. fol. 137. q. 33. n. 4. idem Imol. in l. defuncto. n. 1. ff. de publ. iud. & in l. 1. §. quoties. ff. de iniurijs, vt illum refert Bertacch. in verbo, cadauera, n. 3. & Ang. de malef. in verb. qui Iudex videns, n. 43. & Marian. in repet. c. qualiter, & quando n. 261. Gomes. c. 1. delictorum. n. 79. de visu testatur, & ita vidisse seruari. testatur Boss. in tit. de exequutione sententiæ. nu. 18. Duplicatio secunda est, nisi non specialiter in sententia bona sint ablata; tunc enim quamuis ipso iure publicatio bonorum capitalem pœnā sequatur, & ob id videatur fisci interesse, non tamen ob id causa appellationis mortuo reo durat. l. 3. ibi nam multum interest. C. si penden. appell. & l. 2. eod. Duplicatio tertia est, nisi in sententia publicatio bonorum sit alteri pęnæ adiecta per particulam, cum, eo enim casu, cum publicatio bonorum sit accessoria ad pœnā corporalem, extinguitur morte sicut, & ipsa condemnatio corporalis, ita Bart. in l. 3. in fin. C. si penden. appell. mors inter. & hanc dicit esse communem Augu. ad Ang. de malef. in verbo, qui Dominus Iudex. n. 49. & in verbo, & eius bona, nu. 3. Triplicatio eius est, nisi in sententia publicatio bonorum sit alteri. pęnæ adiecta per particulam, et; & hoc casu etiam si reus moriatur pendente appellatione non extinguitur confiscatio bonorum. Bart. vbi supra, & Augu. ad Ang. vbi supra. Soarez. A. 228. Duplicatio quarta est, nisi reus sine hærede decesserit, tunc enim quamuis intersit fisci propter publicationem bonorum sententia specialiter insertam; tamen finitur nihilominus iudicium. l. vnica in princ. ff. si penden. appell. ratio est, quia reo sine hærede mortuo, alia ratione eius bona ad fiscum pertinent tanquam vacantia, & ob id quasi confusione obligationis tollitur iudiciū. Duplicatio quinta est, nisi non sententia lata sit; sed requirendus adnotatus; tunc enim reo intra annum mortuo causa expirat. l. 1. §. fin. ff. de requirendis reis concordat. l. 2. C. si penden. appellat. mors interuenerit. Duplicatio sexta est, nisi intra tempus appellandi reus decesserit appellatione nondum interposita, verum in hoc variæ sunt Doctorum opiniones, sed tu videre potes distinctionem, quam tradit Angel. de malef. in verbo, præsente Gaio, & appellante. n. 35. Replicatio propositæ exceptionis quarta est, nisi reus ante accusatus; accusatorem corrupit, tunc enim nihilominus post eius mortem causa potest retractari. l. eius qui. 29. §. plane, & si ff. de iure fisci, vbi glos. in verbo agi possit. Nona exceptio est, nisi accusator mortuus sit; vel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. lege. aut priuatim 10. in princip. ff. ad S. C. Turpill. lege vltima §. idem obseruatur. C. si reus vel accusator mort. fuerit. lege libellorum. 3. §. fin. ff. de accusationibus. 2. quæst. 8. capitulo vltimo §. fin. & est omnium recepta sententia, vt dicit Placa lib. 1. delictorum.

capi-

capitulo 38. numer. 2. Replicatio eius prima est, nisi alius postea eundem reum de eodem crimine accusare velit, Tunc enim non obstat exceptio proposita dicta l. libellorum. §. fin. ibi ita ut liceat alij ex integro repetere reum. ff. de accusat. concordat. l. accusatore. 13. in princ. ff. de publ. iudic. & l. bi tamen 11. §. fin. ff. de accusat. Bart. in dicto §. fin. d. l. libellorum nu. 6. & est communis, vt dicit Ant. Gomes. lib. delictorum. cap. 1. nu. 36. Duplicatio eius est, nisi post triginta dies elapsos alius reum velit repetere. dicto §. fin. de dicta l. libellorum, & ibi Bartol. Triplicatio eius est, nisi post triginta dies alius de nouo velit reum accusare. Bartolus & Gomesius, vbi supra. Replicatio secunda est, nisi Iudex postea ex officio processum institutum prosequi velit, ita tenet Bart. in d. l. libellorum §. fin. num. 5. & ita communiter tenetur, vt dicit Corset. in repert. Abb. in verbo, abolitio, Ana. in cap. crimina. num. 5. ver. His autem præmissis de collus. deteg. & ita seruat Bart. vt attestatur Bossius in tit. de inquisit. num. 89. Decima exceptio est, nisi reus conspirationem sociorum; quæ ruptis vinculis, & fracto carcere euadere conati sunt, dixerit l. in eos 13. in fine, ff. de cust. & exhib. reorum. Vndecima exceptio est, nisi iudicium captum intra tempus statutum non sit finitum, tunc enim reus est absoluendus l. criminales, 3. C. vt intra certum tempus crim. quæst. termin. l. cum Titia. 18. ff. de accusat. & ita communiter dicitur, vt attestatur per Salycetum, in l. qui de crimine num. 8. C. de accusat. quem refert Capiccius decis. 206. num. 4. & hoc tàm de iure Canonico, quàm de iure Ciuili vt omnes concordant, vt dicit Anan. in capit. qualiter, & quando il 2. §. licet autem num. 6. ff. de accusat. Replicatio eius est, nisi procedatur ex officio, vel sit consuetudo in contrarium, vt in effectu esse testatur. Bossius in tit. de inquisit. num. 89. Duodecima exceptio est, nisi eadem accusatio antea quoque in iudicium fuerit deducta; vel eiusdem criminis nomine semel actum l. si cui 7. §. ijsdem, ff. de accusatio. capit. de his, 6. de accusationibus, & reus absolutus, vel condemnatus, & est cõmunis, vt dicit Pract. Conradi fol. 227. num. 11. Ang. de Malef. in verbo, & ad querelam, num. 90. ita consuluit Mantua cons. 251. lib. 1. Ioan. de Amicis consil. 37. in pri ma regula. Soarez, A, 28. Replicatio eius prima est, nisi absente accusatore, & causa nondum cognita reus in priori iudicio fuerit absolutus l. si accusatoribus 4. C. de accusat. Replicatio secunda est, nisi prior accusator fuerit præuaricatus, vel per collusionem reus absolutus, l. quod & lex, 3. §. si tamen postea quam, ff. de liber. homi. exhiben. l. 1. C. de aduocat. diuers. iudic. l. præuaricationis 3. in princ. ff. de præuaricat. & l. si quis 11. C. de accusat. cap. vltimo de collusione detegenda, gloss. in d. cap. de his. de accusat. & est communis, vt ait Didacus lib. 2. resolut. capit. 10. num. 1. ver. secundo tunc demùm. Replicatio tertia est, nisi is qui postea accusare volet suam iniuriam persequatur; doceatque se accusationem antea ab alio institutam ignorasse, l. si cui 7. §. ijsdem ff. de accusat. ita tenet gloss. vnica in d. capit. de his, quam dicit esse communiter receptam, Didacus lib. 2. resolut. capit. 10. numero 1. ver. tertio admittenda, & in hoc casu probabitur ignorantia per proprium iuramentum ipsius accusare volentis, vt dicit gloss. in d. §. ijsdem, in verbo, deceatque quam, Doctor. sequatur vt ait Didacus in loco præallegato. Duplicatio eius est, nisi aliter in contrarium de scientia appareat. Gomesius libro 1. delictorum cap. 1. num. 19. in fine. Duplicatio secunda est, nisi ignorantia sit verisimilis, & probabilis, & subsit aliqua magna causa; adhoc vt iterum procedi possit dicto §. ijsdem ibi. magna causa. Replicatio quarta est, nisi ciuiliter non criminaliter sit actum lege vnica, C. quando Ciuil. action. Crimin. præiudic. si enim reus fuerit absolutus; eo quia Crimen commissum non fuerit, non potest amplius criminaliter accusari, Cynus in dicta lege vnica in 3. quæst. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Succin. in lege qui agnatis. numer. 3. ff. de exceptio, & est communis, vt ait Bossius in titulo de senten. numer. 77. Duplicatio eius est, nisi actio Ciuilis, & Criminalis tendant ad diuersa; tunc enim agi potest altera via, non obstante; quod prius actum sit vna, ita intelligitur tex. dicta l. vnica, & est communis conclusio, vt attestatur Maranta in suo Speculo fol. 40. numer. 9. Replicatio quinta est, nisi reus ex alio crimine quam antea fuit accusatus; nunc accusetur. l. qui de crimine. 9. §. si tamen C. de accusat. quod verum est non modo si talia crimina ex pluribus factis resultent; sed etiam si ex eodem facto oriantur plura crimina, & specie diuersa; potest enim delinquens de ipsis omnibus separatim accusari, & de pluribus quoq; puniri, & vbi de vno crimine sit conclusum in causa; adeo quod sola sententia expectetur; erit supersedendum donec

dus, hoc enim casu admittitur procurator causam absentis defendens potius quam absens indefensus damnetur. l. reos. C. de accusatio. & 5. q. 3. c. 1. c. si erogaus. §. reos item. c. veniens. 15. §. idem vero. de accusatio. Io. de Imol. in c. veniens; & ibi Io. de Anani. col. 7. de accusatio. vbi aiunt omnes Doct. id communiter teneri; sequitur consulendo Mars. cons. 6. nu. 24. sequitur, & communem dicit Grām. cons. ciuili 37. nu. 10. cum seq. & ita consuluit Alex. de Neuo cons. 90. per totum. Cyn. in d. l. reos. col. fin. ver. tertio quaritur. C. de accusat. Ruin. cons. 118. lib. 5. Corn. con. 17. lib. 3. & cons. 122. lib. 4. litera F. & cons. 325. quod est vlt. in litera G. lib. 3. Bellem. decis. 717. Contrariam tamen opinionem in practica communiter seruari testatur, Clar. in §. fin. q. 32. nu. 11. ver. contrariam autem sententiam; & q. 33. in princ. Soarez A. 5. Vill. A. 10. cū additio. Secunda exceptio est; nisi seruus sit accusatus; hic enim per Dominum, & Procuratorem defendi potest. l. seruus. 1. ff. de publ. iudic. concordat. l. 2. C. de accusat. & l. si non. 19. ff. de pœnis. Riminal. cons. 13. n. 1. communem dicit Bald. quem refert Baptista à Sancto Blasio inter consilia criminalia diuersorum cons. 77. n. 8. lib. 2. Marian. in d. c. veniens. num. 87. ver. tu aduerte, & infra 19. exceptio. Tertia exceptio est; nisi mulier sit accusata, potest enim mulier rea se per procuratorem defendere. l. 1. C. de offic. diuer. iudic. & Nouell. c. 134. §. necessarium, cum seq. auth. vt nulli iudicum secus est de iure antiquo. l. miles. 11. §. ea quæ inter. ff. ad leg. iul. de adulter. Quarta exceptio est; nisi Illustris persona de iniurijs accusetur; potest enim talis Illustris se per procuratorem defendere. 3. q. 8. c. absens. & l. vlt. C. de iniurijs, quod locum habet in causis iniuriarum tantum in cæteris causis non vtiq; l. 15. C. de accusat. Quinta exceptio est; nisi absentiæ accusati causa per procuratorē reddatur. 5. q. 3. in princ. cum c. sequen. & c. veniens. 15. §. idem vero ad suum. de accusationibus & l. 71. ff. de procuratoribus. Menciaeba controuer. vsu frequen. c. 17. n. 2. vbi dicit hanc esse cōmunem, & ab omnibus receptissimā. Anan. in d. c. veniens. n. 13. Ang. in l. reos. circa prin. C. de accus. dicit quod ita seruatur indistinctè. Idē testatur Carauit. super ritu. 105. magnæ Curiæ. n. 2. neq; est facienda differentia an habeat mandatum in specie ad allegandum causas absentiæ; vel ad causam ipsam defendendam: nā vtroq; casu ad allegandas causas absentiæ est admittendus, ita communiter Doct. vt dicit Anan. in loco præallegato. n. 14. Sexta exceptio est; nisi Procurator velit proponere; quod reus citatus habet in eo loco ad quē citatur capitales inimicitias, nam, & eo casu erit cū mandato audiendus, Marianus in d. c. veniens. n. 68. ver. circa primam quem refert Boss. in tit. an in crim. iud. n. 12. Septima exceptio est: nisi velit procurator pro reo proponere aliquas exceptiones dilatorias; seu declinatorias; aut aliquas alias ex his; quæ ante litis contestationem proponi solent; puta quod accusator sit infamis, vel excommunicatus, vel alias inhabilis ad accusandum, vel quod Iudex sit incompetens, vel excommunicatus, vel huiusmodi: ita dicit Bart. in d. §. ad crimen. d. l. penult. ff. de pub. iudic. cum quo tenent omnes, vt dicit Imol. ibi, & refert Boss. in tit. de carcer. fideius. comm. nu. 16. & est communis opinio secundum Benedict. de Plumbin. in d. §. ad crimen. num. 52. Replicatio eius est; nisi talis sit exceptio; quæ ad ipsum crimen pertineat, puta quia diceret quod aliàs de ipso crimine fuit absolutus, vel huiusmodi; non enim esset ad tales exceptiones proponendas admittendus, ita dicit Bart. in d. §. ad crimen. nu. 19. & est communis, vt ait Rubeus in eodem §. ad crim. n. 214. Duplicatio eius est; nisi talis exceptio esset notoria; nā eo casu vtiq; esset admittendus Procurator. secundum Bart. in loco præallegato. & ita communiter tenetur, vt dicit Nellus de Bannitis in secunda parte secundi temporis q. 14. quem refert Boss. in tit. præalleg. nu. 16. in fin. cōmunem vtiq; dicit Aret. in d. c. veniens. n. 19. & seq. quem refert Boss. in loco præalleg. nu. 13. Bero. in d. c. veniens. n. 29. & seq. quando vero talis exceptio esset dubia non admittitur Procurator, vt dicit Bart. in loco præalleg. & est communis concl. vt testatur Bero. in d. c. veniens. n. 32. Octaua exceptio est; nisi aduersus accusationem opponatur quod accusatus occidit Bannitum, qui ex forma statutorum poterat impune occidi, & nihilominus ex hoc homicidio contra eum procedatur, ita tenet Bart. in l. vbi pactum nu. 10. C. de transact. quem sequuntur communiter omnes Doct. teste Mar. nu. 76. ita etiam testatur Gand. de malef. in rubr. vtrum Procurator. circa fin. Nell. de Bannitis in secunda parte secundi temporis. q. 14. vbi dicit, quod ita cōmuniter tenetur, quem refert Marian. in d. c. veniens. n. 76. Alber. in quarta parte statutorū q. 38. n. 14. Immo etiā quilibet de populo posset comparere, et talem exceptionē proponere, Clar. in §. homicidium. ver. item scias, Soarez. B. 12.

Repli-

Replicatio eius est, nisi Bannum occisi non sit notorium sed vlteriorem probationem requirat, ita communiter teneri testatur Ruin. consil. 59. nu. 2. ver. 2. prædicta confirmantur lib. 3. Nona exceptio est, nisi causa nullitatis sententiæ separatim agatur à negocio principali; hæc enim per Procuratorem agi potest. Benedic. de Plumb. d. §. ad crim. n. 99. ita notat. Ang. in l. si actor. ff. de procuratoribus, & idem videtur concludere Io. de Imola in d. c. veniens. de accus. & Io. de Anania ibi col. 7. Decima exceptio est, nisi per modum exceptionis crimen obyciatur, hoc enim casu ad id per Procuratorem responderi potest, ita concludunt omnes Doct. vt dicit Foll. in pract. Crim. Canon. fol. 104. n. 3. Vndecima exceptio est, nisi aduersus Procuratorem rei conuenti non fuerit exceptio propositæ conclusionis opposita. glo. in c. 1. in verb. criminalis. de iudic. in 6. communem dicit Bald. in l. ita demum. nu. 4. C. de procur. quem refert Bertran. cons. 358. circa princip. lib. 4. & Felyn. in c. meminimus. num. 18. de accusat. Vantius de nullit. fol. 239. num. 577. & Dec. in l. ambiguis. §. non est nouum. nu. 11. ff. de reg. iur. & cons. 469. in fin. Mar. in pract. crimin. §. sequitur. numer. 17. Conrad. fol. 264. in fin. Corsett. in verb. Procurator, in sing. incip. licet quis, & dicit Imol. in d. §. ad crimen. quod ita seruatur in practica, prout illum refert Rubeus in eodem §. num. 99. Replicatio eius est, nisi delictum tale sit; quod in eo non solum ad querelam partis, sed etiam ex officio possit procedi, & tunc licet non fuerit opposita exceptio propositæ conclusionis; Processus factus per Procuratorem; qui non erat admittendus est nullus; quia partis; aut Iudicis malitia, negligentia; aut ignorantia non debet iuri publico nocere. Aret. in c. veniens. nu. 87. de accusationibus. Rubeus in præallegato §. ad crimen. num. 231. Gomes. c. 1. num. 80. ver. quid tenendum. de Iudicijs. Duodecima exceptio est, nisi vniuersitas per Syndicum defendatur. Vill. V. 45. in addit. Decimatertia exceptio est, nisi non corporalis; sed pecuniaria pœna; aut relegationis priuationis; aut alia similis veniat reo imponenda glos. in lege seruum quoq; §. publicè. ff. de procuratoribus. & in lege penult. dicto §. ad crimen. ff. de pub. iudic. quam communem dicit Bero. in dicto capit. veniens. nu. 35. & 39. Sapia in repet. lege Imperium. numer. 42. ff. de iurisd. omn. iudic. Menciacha controuer. vsu frequen. capit. 17. numer. 7. & Marianus in dicto capit. veniens. numer. 24. & hanc esse communem tenet Cyn. in l. reos. col. 1. ver. 2. casu. C. de accusat. accedit Gabriell. libr. 7. concl. 9. nu. 1. Replicatio eius est, nisi dubium sit vtrum pecuniaria, an corporalis pœna sit imponenda. Alex. in l. prætor ait. in princ. nu. 5. ff. de damn. infect. Decimaquarta exceptio est, nisi pœna arbitrio Iudicis sit imponenda, si quidem pro eo delicto Iudices ex arbitrio non consueuerunt imponere pœnam corporis afflictiuam, alias secus. Ang. in dicto §. ad crimen. de lege penult. in vltimis verbis. ff. de publ. iudic. vbi etiam Imol. num. 20. ver. quid autem si pœna. Decimaquinta exceptio est, nisi in mortuum sententia sit ferenda, tunc enim admittitur procurator ad defendendum mortuum, vt fuit obtentum Romæ tempore Clementis V. coram quo fuit accusatus de hæresi Bonifacius vt s 1. iam mortuus, vt recenset Alberic. in rubr. C. de hæret. nu. 15. & in dicto §. publicè. nu. 17. in fine, quem refert Rubeus in dicto §. ad crimen. numer. 83. & sequen. Decimasexta exceptio est, nisi reus in iudicio personaliter constitutus se per procuratorem defendat, quia in tali casu admittitur, & in hoc omnes concordant, vt dicit Bal. in l. reos. num. 21. C. de accusationibus; quem refert Marianus in dicto capit. veniens. nu. 6. Imol. in dicto §. ad crimen. n. 18. & sequen. Ant. Gomes. capit. 1. delictorum. nu. 14 Alberic. in dicto. §. publice. numer. 18. ver. item quæritur. Replicatio eius est, nisi per Procuratorem presens reus respondere velet accusationi inquisitioni, vel interrogationibus à Iudice factis. Ang. in dicto §. publicè. nu. 5. quem refert ibi Paulus de Castro. nu. 9. & Ang. de malef. in verbo, qui d. Iudex videns quod inquisiti. nu. 52. Ang. in dicta lege reos. num. 2. in fine. Decima septima exceptio est, nisi reus sit egrotus, tunc enim per Procuratorem potest defendi. Soarez. A. 115. Decimaoctaua exceptio est, nisi consuetudo extet in contrarium. Guid. Pap. decis. 338. Decimanona exceptio est, nisi Pater pro Filio, Dominus pro Seruo, Vxor pro Marito, Ciuitas pro Ciue, et alius ratione sui interesse pro reo compareat. Riminal. cons. 13. nu. 1. Alex. de Neuo. cons. 90. nu. 2. Capoll. cons. crim. 75. in primis verbis dicit hanc esse communem, & Rim. cons. 17. n. 9. & supra 2. except. alias plures cumulat Gabriel. lib. 7. de Malefic. concl. 9. n. 3. & 7. cum sequentibus vsq; ad fin. Accusandus regulariter, ac puniendus est reus in eo loco vbi crimen commissum est, & apud Iudicem loci. l. vlt. C. de accusat. l. solent. 7. ff. de cust. & exhib. reorum. l. non dubium.

11. ff. eod. l. desertorem. 3. in princ. ff. de re militari. & l. 11. C. vbi de criminibus agi oportet. l. si cui. 7. §. idem Imperator. ff. de accusationibus. & l. si dum. 13. C. ad l. Iul. de adulteriis. cap. 1. de raptoribus. 2. quæst. 3. capit. Paulum. §. reuera. 3. quæst. 6. in princ. cum c. sequente. & capit. vlt. 3. q. 9. capit. nec extra. 6. q. 3. capit. placuit. & cap. vlt. Didac. pract. quæst. 11. num. 3. accedit Vill. D. 57. eum addit. & Gabriel. libr. 6. de consuetudine conclus. 2. num. 19. Prima exceptio est, nisi Papa permiserit alibi accusari. d. cap. nec extra. ver. salua tamen. Secunda exceptio est, nisi alibi de crimine constare possit. 3. q. 6. cap. pulsatus. §. hoc autem. Tertia exceptio est, nisi per appellationem, vel recusationum Iudicis; causa ad alium Iudicem, & locum deuoluatur. dicto §. hoc autem. Quarta exceptio est, nisi Episcopus accusetur. 3. q. 6. c. si quis in princ. 3. q. 5. capit. accusatore. §. nullus; quia apud suos Comprouinciales est conueniendus. 3. q. 4. cap. si quis Episcopus. Quinta exceptio est, nisi fur cum re furtiua in alio loco deprehendatur; hoc enim casu; cum eandem rem in alio loco contrectet; & ita ibi quoq; furtum faciat ibi potest accusari, & puniri. Bart. in l. si dominum. num. 2. ff. de furtis assensit Paul. de Castr. in l. siue manifestum. §. 1. nu. 13. ff. de condict. fur. vbi dicit ita practicari per totum mundũ. Mar. in l. fin. num. 212. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Boer. decis. 13. nu. 47. Didac. lib. 2. resolut. cap. 20. num. 15. in fine. & practicarum quæst. 11. nu. 9. Beninsacus de paupertate fol. 104. nu. 17. Capic. decis. 104. & c. 1. §. contrahentes de for. competen. Sexta exceptio est, nisi agatur de pœnitentia iniungenda, quia in foro pœnitentiali non sortitur quis forum delicti. glos. in cap. 1. 16. q. 1. Abbas in capit. fin. num. 7. & in capit. cum contingat. num. 29. de for. competen. & in cap. 1. vbi dicit communem de raptoribus Anchar. in cap. postulasti. nu. 15. de foro competen. Abb. in cap. eum ab ecclesiarum. col. 3. de off. ordin. Rom. in sing. 467. incipien. ratione delicti. Rocc. qui dicit communem in cap. fin. fol. 72. de consuetudine. Didac. pract. quæst. 11. num. 4. Duen. reg. 378. in prima limitatione. Septima exceptio est, nisi cum essent duo Domini eiusdem Castri; qui diuidant iurisdictionem inter se; vnus in alterius iurisdictione deliquerit. Bart. in l. inter tutores. numer. 6. ff. de administr. tutorum, & est communis; vt dicit Gaspar Valas in repet. legis Imperium. numer. 186. ver. ex supradictis infertur. ff. de iurisdict. omn. iudic. communem etiã esse attestatur. Felyn. in cap. prudentiam. nu. 4. de offic. deleg. quia, (vt communiter dicitur) par in parem non habet Imperium. Octaua exceptio est, nisi exercitu alicubi posito miles crimen commiserit; hoc enim ad iurisdictionem militarem non Iudicem loci pertinet. Martin. Sill. in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide cath. & est commune; vt ait Corset. in reper. Abb. in verbo, Iudicis incompetentia. 33. limitat, Ita etiam tenere Doctores attestatur. Bald. in l. 3. nu. 3. ff. de off. præsid. & in d. l. cunctos populos. nu. 24. in fine dicens, quod ita est de generali consuetudine; & ante eum ita de consuetudine seruari dixit Bart. in d. l. cunctos populos. nu. 46. Idem attestatur Grammat. super constitu. Regni. fol. 64. nu. 6. & 7. Potest enim vniuersitas prorogare Iurisdictionem, & exercitus in hoc habetur loco vniuersitatis. Bar. in l. 1. nu. 13. ff. ad municipal. Nona exceptio est, nisi tractatus de crimine committendo alibi sit habitus, tunc enim ibi videntur puniendi nõ in hoc loco delicti illi qui tractarũt, sed reprobatur cons. 8. Bologne. in 11. dubitatione, vbi valde eleganter loquitur. Decima exceptio est, nisi existens in vno Territorio, Bombarda hominem in alio territorio interficiat hoc enim casu vtriusq; territorij Iudex competens est, & est locus præuentioni, & ita communiter concluditur, vt dicit Abb. in c. fin. num. 25. de foro competen, quem refert pract. Currad. fol. 250. in fine, ita etiam communiter teneri attestatur Alberic. in 4. part. statu. quæst. 79. quem refert. Nellus de Bannis. in 2. parte primi temporis. quæst. 8. Vndecima exceptio est, nisi delictum in confinio commissum sit; vt ignoretur in cuius territorio sit commißum, hoc enim casu vtriusq; territorij Iudex competens est, si tamen vnus præueniat; ille solus cognoscere debet, & hanc dicit communem. Iac. de Belui. iun. in repet. §. contrahentes. nume. 12. Boss. in tit. de foro competen. numer. 60. Duodecima exceptio est, nisi delinquens apud Iudicem domicilij accusetur, per ea quæ dicuntur infra conclus. 5. in princip. Accusari ibi quoq; potest reus; vbi habet domicilium; Iudex enim Domicilij rei competens est. lege in criminali. 5. in princip. C. de iurisdict. omnium iudic. lege 2. C. vbi de crimine agi oport. & lege relegatorum. 7. §. interdicere, cum sequentem ff. de interdic. & releg. quæ conclusio communiter approbatur, vt dicit Salycetus in lege prima, numero 3. C. vbi de crimine

agi

agi opor. quem refert Grammat. cons. 27. n.6. in fine, & dicit Afflict. super 3. parte constit. Regni. Rub. 55. numer. 18. quod ista est communis omnium Doctorum nemine discrepante, etiam si à loco domicilij absens sit, poterit à Iudice citari; & in contumaciam condemnari, ita dicit Abb. in cap. fin. num. 41. de foro competen. Prima exceptio est, nisi Iudex. loci in quo crimen est commissum petierit reum sibi transmitti, & est communis secundum Cepollam consil. crimin. 58. ver. primum est. & Curtius Iunior in l. hæres absens. §. 1. num. 5. ff. de Iudic. vbi Sapia. numer. 10. maximè si non cepit cognoscere Iudex domicilij, siuè originis, & petatur remitti reus. Marian. in capit. postulasti. num. 14. ver. si vero Iudex de foro competen. hanc etiam dicit communem Pract. Conrad. folio 249. numer. 12. Replicatio eius prima est, nisi Iudex à quo remissio petitur non habeat iurisdictionem reum capiendi, sed reprobatur consil. Cald. affirmatur tamen per Boss. in tit. de foro competen. num. 52. & sequen. Replicatio secunda est, nisi crimen sit leue; quia in leuibus non debet fieri remissio, & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in dicto c. fin. num. 15. de foro competen. & Duennas in reg. 278. limitatio. 3. & Didacus practic. quæst. num. 7. ver. octauo remissioni. Replicatio tertia est, nisi agatur ciuiliter pro crimine; quia tunc de iure non habet locum remissio, siue crimen sit leue; siue sit grauissimum, Abb. in dicto capitul. fin. numer. 15. de foro competen. dicit quod ita cõmuniter tenetur Aufrer. decis. 319. Fichard. in addit. ad Vill. R. 21. addit. 3. Replicatio quarta est, nisi à Curia Romana remissio Rei ab aliquo Iudice petatur, quia nunquam in aliquo casu remittit delinquentes ad aliam Ciuitatem; siue Prouinciam, & semper ibi fuit talis consuetudo, vt attestatur Oldrad. cons. 124. in fine. quia Roma est communis patria, & iudicat omnes. Replicatio quinta est, nisi cum idem de pluribus criminibus esset accusatus, processus de alijs criminibus apud eum Iudicem à quo petitur remissio, non sit dum finitus. Bossius in tit. de foro competen. num. 58. Duplicatio præcedentium replicationum generalis est, nisi Iudex Ecclesiasticus Clericum sibi remitti petat, ita sentiunt omnes; vt dicit Io. Campeg. inter cons. Alex. de Neuo. cons. 56. numero 3. & ita in facti contingentia consuluit Ias. consil. 121. in primo dubio libr. 1. Replicatio sexta est, nisi de consuetudine sit sublata remissio; quam hodie à consuetudine sublatam esse testatur. Cyn. in authen. apud eloquentissimum in tertio not. C. de fide instrumen. Bart. in lege sepulchri. numer. 3. ff. de sepulcro violato, quem refert Abbas consil. 24. numer. 1. libr. 1. & Gram. consil. 28. in fine Gand. de malef. in rubr. de citat. facien. num. 8. Bald. cons. 393. libr. 1. & cons. 209. in fine libr. 2. & cons. 238. libr. 4. & in l. 1. numer. 2. in fin. C. vbi de crim. agi opor. Soccinus cons. 76. numer. 7. libr. 3. Gramm. decis. 26. num. 9. Duplicatio eius est, nisi ambo Iudices sint sub eodem Principe quia quod non fiat remissio intelligendum est, vt procedat inter illos Iudices, qui non sunt subditi eiusdem Principis, & hæc est communis sententia, vt dicit Probus in Apostill. ad Io. Monachum in capit. Inquisitores. numer. 8. de hæret. in 6. Didacus practicarum quæst. 11. numer. 10. dicit quod hæc est totius Orbis sententia, ita etiam seruari testatur Bald. in l. exequutorem. num. 30. in fine C. de execut. rei iudic. & in lege requirendi. numer. 2. C. de seruis fugit. Paulus de Castro. cons. 309. numer. 1. lib. 2. Secunda propositæ conclusionis exceptio est, nisi Iudex loci in quo crimen commissum est, cæperit contra reum procedere. Marsil. in pract. crimin. §. constante numer. 90. & non fuerit contumax reus; quia si fuerit contumax secus erit, vt dicit Bald. in lege 1. numer. 5. C. vbi de crim. agi oport. & Bart. in l. sepulcri. numer. 3. ff. de sepul. viola. Tertia exceptio est, nisi extra Territorium crimen sit commissum, quia hoc constito non potest Iudex in accusatione procedere. Marian. in capit. postulasti. numer. 9. ver. circa 13. de foro competen. Bart. in l. cunctos populos. nu. 48. Iacobus de Bel. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de comp. Iud. adit. §. 1. in addi. antequam exeamus. Bald. in l. 1. C. de ædil. actio. cum alijs infra in prox. replic. post. ver. contrarium. Replicatio eius est, nisi non per viam accusationis; sed inquisitionis; & ex officio Iudex Domicilij contra delinquentem extra Territorium processerit. Alber. in 3. parte statutorum q. 36. n. 6. communem dicit Alex. cons. 111. lib. 1. quem refert Paris. cons. 159. nu. 6. lib. 4. contrarium tenet Mars. in pract. crim. §. constante. n. 90. quem refert Grãm. decis. 26. num. 9. & 11. & Apostill. ad Riminal. consil. 32. numer. 20. & cons. 484. numer. 1. Salyc. in lege seruos. C. ad l. Iuliam de vi plene per Legistas in lege fin. ff. de iurisd. omnium iudic. & per Grammat. cons. 74. nu. 21. vol. 2. & est ista magis com-

munis, vt testatur Soccin. in l. à diuo pio. §. sententiam. Rom. num. 16. ff. de iudic. Ang. Aret. conf. 58. num. 2. vol. 2. consiliorum Crimin. diuersorum, & ita est intelligendum statutum disponentem quod Iudex possit de delictis procedere per inquisitionem; quia intelligitur de commissis in suo Territorio non extra. Bald. in lege cunctos populos. col. 30. Alexan. consil. 3. vol. 1. Ruin. consil. 84. num. 9. vol. 4. Accusati enim puniuntur, aut de factis, vt de furtibus, cędibusq; aut de dictis, vt de conuicijs, & insidijs aduocationibus; aut de scriptis, vt de falsis, & famosis libellis; aut de consilijs, vt de coniurationibus, & de scientia Latronum, quos vel alios suasionibus iuuisse constat. l. aut facta. 16. in princ. ff. de pœnis, & de pœniten. dist. 1. capit. aut facta. Prima exceptio est, nisi non iniuria facienda, sed emendationis causa fecerit dicta lege aut facta. 16. § causa. ff. de pœnis. & l. 1. C. de emend. propinq. Replicatio eius est, nisi emendationis causa enormiter laserit. dicta lege vnica. ibi. Neque tamen. & lege sed & si. §. final. cum lege sequen. ff. ad lege Aquilliam. Secunda exceptio est, nisi sine dolo malo, & non certo proposito delictum factum sit. l. qui iniuriæ. 55. in princip. ff. de furtis. l. fraudis. 79. ff. de reg. iur. l. respiciendum. 11. §. delinquunt. ff. de pœnis. l. aut facta. 16. §. euentus. ff. eod. & l. fero. 108. ff. de reg. iur. & l. liberorum. 11. §. notatur. ff. de his, qui notan. infam. quia hoc casu non ordinaria, sed extraordinaria mitiori pœna delinquens est puniendus. Bart. in l. quidergo. §. pęna grauior. num. 11. ff. de his qui not. infam. & l. 1. §. 1. numer. 1. ff. si quis testam. liber. & est communis sententia, vt dicit Capolla consil. crimin. 33. col. 2. ver. quod sic probatur. Bald. in lege data opera. C. qui accus. non poss. Cyn. Bald. Ang. & Paulus de Castro in l. 1. ff. de legibus. Vill. C. 23. & 15. quest. 1. in princ. & §. cui sententia; & capit. non est, & de pæniten. distin. 2. capit. sciendum. 23. q. 5. cap. cum homo. in princ. & dicto capit. aut facta. Replicatio eius prima est, nisi lata culpa interuenerit, sed reprobatur iuribus praallegatis, quibus accedit Clarus. §. fin. quæst. 84. in princ. ver. neque sufficeret. Vill. D. 90. l. 6. cum adit. Replicatio secunda est nisi fatua fuerit; vel crassa ignorantia. Bald. in l. Plagij. numer. 2. C. ad lege Flauiam de Plag. sed magis reprobatur Vill. C. 216. Soarez. C. 30. Gabriell. libr. 7. conclus. 8. vbi etiam distinguitur. Replicatio tertia est, nisi abortionis, aut amatorium poculium dederit. l. si quis. 38. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Tertia exceptio est, nisi per ebrietatem, vel lasciuiam quis delictum commiserit. lege omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit. l. respiciendum. 11. §. deliquunt. ibi impetus. ff. de pęnis. & l. vnica. ibi, ac temulentia. C. si quis Imper. maledix, & 15. quæst. 1. capit. sane diximus, & capit. inebriauerunt. quia talis est puniendus pœna extraordinaria, & ita tenent communi consensu Doctores, vt ait Placa libr. 1. delictorum. cap. 30. num. 1. Menciacha cap. 96. num. 31. & secundum Abbatem antiquum in capit. 2. de maled. quem sequuntur communiter Doctores, teste Grammat. super constit. reg. fol. 113. n. 6. Soarez. B. 27. Quarta exceeptio est, nisi mandato alterius, cui parere necesse fuerit, delictum sit commissum. l. is damnum. 130. ff. de reg. iuris. l. libellorum. 15. §. fin. ff. de his qui notan. infam. l. ad ea. 199. ff. de reg. iur. l. non videtur. 127. ff. eod. glos. in l. in rem. §. tignum. in glos. fin. ff. de rei vendic. Soccin. consil. 54. num. 23. lib. 4. Ias. dicit communem in l. de pupillo. §. nunciationem. numer. 7. ff. de noui. oper. nuncia. Boss. in tit. de mandato ad homicidium. numer. 12. Roland. cons. 54. num. 6. libr. 5. Bald. cons. 144. libr. 1. & cons. 314. eod. vol. & cons. 463. libr. 3. & 436. libr. 5. Gabriell. lib. 6. de clausulis concl. 2. num. 96. cap. quod quis. 24. de reg. iur. in 6. & de consecrat. distinct. 4. cap. queris à me. in princip. maxime si Princeps cum minis aliquid fieri mãdauerit. Pract. Carrer. fol. 422. numer. 174. Taeg. in pract. Crimin. capit. 50. numer. 36. videtur enim facere ad sui defensam ne occidatur. Boss. de homicidio. numer. 98. in fine. Replicatio eius prima est, nisi delictum commissum sit de atrocibus. l. seruus. 19. ff. de actionibus, & obligationibus. l. sed & si. 17. §. si iussu domini vers. nec in omnia. ff. de iniurijs, & est communis opinio, vt dicit Ias. cons. 136. post medium. libr. 1. Duplicatio eius est, nisi mandanti fuit licitum; puta adulteram occidere; tunc enim etiam mandatarius excusatur propter mandantem. l. Gracchus. 4. §. idemq; filijs. C. ad leg. Iul. de adulterijs. Vill. P. 44. Triplicatio eius est, nisi alius, quam filius, vel seruus mandantis, ex mandato fecerit, controuertitur apud Clarum in §. homicidium. ver. dubium est. 51. approbatur à Cępolla relato à Carrer. in sua praxi fol. 325. nu. 113. Duplicatio secunda est, nisi mandans sit potens; ac seuerus in mandatario. Grammat. voto 38.

Dupli-

Duplicatio tertia est, quoad pœnam ordinariam, à qua excusatio competit propter mandatum, quamuis extra ordinem sit puniendus. glos. in l. 2. C. de sepul. viol. quam Doct. communiter approbant, vt attestatur Didacus super 4. decret. fol. 46. nu. 7. in fine. Replicatio secunda propositæ exceptionis est, nisi mandatario non fuit necesse mandato parere. l. non ideo. 5. C. de accusationibus. l. liber. 37. in princ. ver. quod si non. ff. ad l. Aquiliam. Duplicatio eius est, nisi id quod fecit non fuit de genere prohibitorum iuribus supra in exceptione proposita allegatis. Replicatio tertia est, nisi hæres iussu testatoris contra legem, vel statutum quid commiserit. lege senatus. ff. de legat. 1. & ita tenent omnes scribentes communiter in lege cætera. §. fin. eod. & Iason. in lege iuste possidet. numer. 18. & sequentibus ff. de acquiren. possess. In contrarium inclinauit consulendo Laurentius Sylu. consil. 26. numer. 17. tamen quicquid suadeat, non est à communi recedendum. Quinta exceptio est, nisi is qui fecit minor sit ætate. lege fere. 108. ff. de regul. iur. lege aut facta. 16. §. persona in fin. ff. de pœnis. l. infans. 12. ff. ad l. corneliam de sicarijs. 15. q. 1. c. illud. §. fin. c. firmissime. in princ. & c. intelleximus. de delictis puerorũ. infans enim non potest pro delicto Criminaliter puniri d. l. infans, & est communis, vt dicit Placa lib. 1. delictorum c. 32. nu. 1. Replicatio eius est, nisi minor ætate sit doli capax. l. impunitas. 7. C. de pœnis. declaratur. l. pupillum. 111. ff. de reg. iur. l. impuberem. 23. ff. de furtis. 15. q. 1. c. illud. §. fin. vers. nisi rationis sit capax. & cap. 1. de delictis puerorum, & est communis, vt dicit Placa in d. cap. 32. nu. 6. Replicatio secunda est, nisi minor sit pubertati proximus, vel pubes; & doli Capax; nam vtrunq; requiritur, & ita dicit August. ad Ang. de malef. in verbo scienter, & dolose. nu. 6. Replicatio tertia est, nisi minor pubertati proximus, & doli capax in commitendo; non omittendo deliquerit, hæc est distinctio Cyn. quam dicit esse ab omnibus approbatam Igneus. in l. 1. §. impubes. nu. 5. ff. ad Syll. quia talis minor delinquens in omittendo non punitur; secus in committendo. Igneus ibi ex Cyno. Duplicatio generalis propositarum replicationum est, quoad pœnam ordinariam; nam vtcumq; minor sit doli capax, pubertati proximus, & delinquerit in committendo, vel omittendo excusatur à pœna ordinaria, & extra ordinem punitur non impunis euadit. l. auxilium. 37. §. in delictis. ff. de minoribus. 25. annis. l. fere in omnibus. 108. ff. de regul. iur. c. 1. de delictis puerorum. ver. quamuis in eis non ita, & est communis opinio, vt dicit Gram. decis. 23. nu. 12. & Placa d. cap. 32. nu. 11. Sexta exceptio est, nisi Princeps; vel Augusta delictum cõmiserint. l. Princeps. 30. ff. de leg. vel Papa, qui non potest de aliquo crimine accusari, conuinci, ac damnari etiam si delictum notorium, & scandalosum foret, & ipse incorrigibilis esset. cap. 1. de hæreticis. cum l. 2. C. eod. glo. in c. si quis pecunia. 78. distinct. & in c. non nos. 40. dist. Moderni in c. at si clericis de iudicijs. Io. Nicolaus Arelatanus in tract. de hæreticis in 12. notabili. nu. 1. & sequentibus dicit communem omnium Thelogorum. Clar. in §. fin. quæst. 35. num. 2. & sequen. Septima exceptio est, nisi magistratus Populi Romani; Legatus, Præses, vel is qui reipublicæ causa abest delictum commiserit. l. hos accusare. 12. in princ. ff. de accusat. l. si adulterium. 38. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulterijs. distinguitur. l. si maritus. 15. §. legis Iuliæ. ff. eod. Octaua exceptio est, nisi is, qui crimen commisit mortuus sit. l. publica. 3. ff. de publ. iudic. l. defuncto. 6. in princ. ff. eod. l. 2. C. si reus, vel accusator mortuus sit. l. defunctis. 4. C. eod. 33. quæst. 2. capit. admonere. §. & nunc. post mortem. vers. nec a te post. & est communis; vt dicit Cagno. in l. pupillum qui. §. in hæredes. numer. 4. vers. & prædicta. ff. de regul. iur. neq; mortuo accusato transit in hæredes accusatio. l. 1. C. si reus, vel accusator mortuus sit; & hanc dicit communem. Placa. libr. 1. delictorum. cap. 38. num. 2. Replicatio eius prima est, nisi crimen læsæ maiestatis sit commissum. l. meminisse. 6. in princ. C. ad l. Iuliam maiestatis. l. post diui. 7. eod. 24. quæst. 2. cap. penult. §. fin. cum c. sequente. Gomes. in c. 1. delictorum. nu. 80. quia in eo potest procedi post mortem, & damnari memoria defuncti. l. fin. C. ad l. Iuliam maiestatis, & ita tenuit glo. in §. per contrarium in verbo damnata. Inst. de hæred. quæ ab intestat. deferã. quam dicit esse notabilem; & approbatam. Ferret. cons. 31. num. 8. Cæpoll. cons. crim. 17. & Ruin. cons. 3. lib. 5. Duplicatio eius prima est, nisi non per duellionis reus sit. lege vltima. ff. ad legem Iuliam maiest. ibi maiestatis imminuta. crimen rei morte obliterari; Perduellionis autem memoriam etiam post mortem damnari; magna enim est differentia inter maiestatis, & perduellionis Crimen, vt dixi de differentijs indiuiduorum in verbo læse maiestatis, & Perduellionis crimen &c.

capitulo 38. numer. 2. Replicatio eius prima est, nisi alius postea eundem reum de eodem crimine accusare velit, Tunc enim non obstat exceptio proposita dicta l. libellorum. §. fin. ibi ita ut liceat alij ex integro repetere reum. ff. de accusat. concordat. l. accusatore. 13. in princ. ff. de publ. iudic. & l. hi tamen 11. §. fin. ff. de accusat. Bart. in dicto §. fin. d.l. libellorum nu. 6. & est communis, ut dicit Ant. Gomes. lib. delictorum. cap. 1. nu. 36. Duplicatio eius est, nisi post triginta dies elapsos alius reum velit repetere. dicto §. fin. de dicta l. libellorum, & ibi Bartol. Triplicatio eius est, nisi post triginta dies alius de nouo velit reum accusare. Bartolus & Gomesius, ubi supra. Replicatio secunda est, nisi Iudex postea ex officio processum institutum prosequi velit, ita tenet Bart. in d. l. libellorum §. fin. num. 5. & ita communiter tenetur, ut dicit Corset. in repert. Abb. in verbo, abolitio, Ana. in cap. crimina. num. 5. ver. His autem praemissis de collus. deteg. & ita seruat Bart. ut attestatur Bossius in tit. de inquisit. num. 89. Decima exceptio est, nisi reus conspirationem sociorum; quam ruptis vinculis, & fracto carcere euadere conati sunt, dixerit l. in eos 13. in fine, ff. de cust. & exhib. reorum. Vndecima exceptio est, nisi iudicium caeptum intra tempus statutum non sit finitum, tunc enim reus est absoluendus l. criminales, 3. C. ut intra certum tempus crim. quaest. termin. l. cum Titia. 18. ff. de accusat. & ita communiter dicitur, ut attestatur per Salycetum, in l. qui de crimine num. 8. C. de accusat. quem refert Capiccius decis. 206. num. 4. & hoc tàm de iure Canonico, quàm de iure Ciuili ut omnes concordant, ut dicit Anan. in capit. qualiter, & quando il 2. §. licet autem num. 6. ff. de accusat. Replicatio eius est, nisi procedatur ex officio, vel sit consuetudo in contrarium, ut in effectu esse testatur. Bossius in tit. de inquisit. num. 89. Duodecima exceptio est, nisi eadem accusatio antea quoque in iudicium fuerit deducta; vel eiusdem criminis nomine semel actum l. si cui 7. §. ijsdem, ff. de accusatio. capit. de his, 6. de accusationibus, & reus absolutus, vel condemnatus, & est cõmunis, ut dicit Pract. Conradi fol. 227. num. 11. Ang. de Malef. in verbo, & ad querelam, num. 90. ita consuluit Mantua cons. 251. lib. 1. Ioan. de Amicis consil. 37. in prima regula. Soarez, A, 28. Replicatio eius prima est, nisi absente accusatore, & causa nondum cognita reus in priori iudicio uerit absolutus l. si accusatoribus 4. C. de accusat. Replicatio secunda est, nisi prior accusator fuerit praeuaricatus, vel per collusionem reus absolutus, l. quod & lex, 3. §. si tamen postea quam, ff. de liber. homi. exhiben. l. 1. C. de aduocat. diuers. iudic. l. praeuaricationis 3. in princ. ff. de praeuaricat. & l. si quis 11. C. de accusat. cap. ultimo de collusione detegenda, gloss. in d. cap. de his. de accusat. & est communis, ut ait Didacus lib. 2. resolut. capit. 10. num. 1. ver. secundo tunc demum. Replicatio tertia est, nisi is qui postea accusare volet suam iniuriam persequatur; doceatque se accusationem antea ab alio institutam ignorasse, l. si cui 7. §. ijsdem ff. de accusat. ita tenet gloss. unica in d. capit. de his, quam dicit esse communiter receptam, Didacus lib. 2. resolut. capit. 10. numero 1. ver. tertio admittenda, & in hoc casu probabitur ignorantia per proprium iuramentum ipsius accusare volentis, ut dicit gloss. in d. §. ijsdem, in verbo, doceatque quam, Doctor. sequatur ut ait Didacus in loco praeallegato.

Duplicatio eius est, nisi aliter in contrarium de scientia appareat. Gomesius libro 1. delictorum cap. 1. num. 19. in fine. Duplicatio secunda est, nisi ignorantia sit verisimilis, & probabilis, & subsit aliqua magna causa; adhoc ut iterum procedi possit dicto §. ijsdem ibi. magna causa. Replicatio quarta est, nisi ciuiliter non criminaliter sit actum lege unica, C. quando Ciuil. action. Crimin. praeiudic. si enim reus fuerit absolutus; eo quia Crimen commissum non fuerit, non potest amplius criminaliter accusari, Cynus in dicta lege unica in 3. quaest. quem sequuntur communiter Doctores, ut dicit Succin. in lege qui agnatis. numer. 3. ff. de exceptio, & est communis, ut ait Bossius in titulo de senten. numer. 77. Duplicatio eius est, nisi actio Ciuilis, & Criminalis tendant ad diuersa; tunc enim agi potest altera via, non obstante; quod prius actum sit una, ita intelligitur tex. dictae l. unicae, & est communis conclusio, ut attestatur Maranta in suo Speculo fol. 40. numer. 9. Replicatio quinta est, nisi reus ex alio crimine quam antea fuit accusatus; nunc accusetur. l. qui de crimine. 9. §. si tamen C. de accusat. quod verum est non modo si talia crimina ex pluribus factis resultent; sed etiam si ex eodem facto oriantur plura crimina, & specie diuersa; potest enim delinquens de ipsis omnibus separatim accusari, & de pluribus quoq; puniri, & ubi de uno crimine sit conclusum in causa; adeo quod sola sententia expectetur; erit supersedendum

donec

donec causa etiam super altero crimine expediatur, ita tenet Bart. in lege qui de crimine, ver. venio ad finem. C. de accusationibus; & hac conclusio est communiter approbata. Vt dicit Grilland. de diuersis criminib. lib. 3. q. 1. num. 13. Ang. in d.l. qui de crimine num. 5. ver. de secundo igitur. Replicatio sexta est, nisi in priore iudicio reus fuerit contumax, ita dicit Baldus in l.1. num.5. C. vbi de crimin. agi oport. Carauitta super ritu magnæ Curiæ ritu 205. numer.1. neque tenetur secundus Iudex; neque ad instantiam partis, neque ad instantiam primi Iudicis in causa supersedere; vel causam ipsam illi primò Iudici remittere ita dicit Bart. in l sepulcri, num. 3. ff. de sepul. viol. & Carauitta loco præallegato nu. 3. Replicatio septima est, nisi noua iudicia; vel probationes superuenerint; quando reus non est absolutus simpliciter, sed quia non fuit probatum, cum clausula ex deductis; vel stantibus rebus, prout stant, quia hoc casu quandocumque superueniant indicia; semper proceditur Clarus in §. fin. quæst. 57. num. 2, & 3. & ita seruari in partibus Hispaniarum testatur. Didacus variarum resolut. lib. 1. cap. 1. num. 8. idem in Gallia seruari testatur Igne. in repet. §. non alias, num. 180. & Rebuff. in prohem. constit. Franciæ, glo. 5. num. 118. Replicatio octaua est, nisi cum reus ab accusatore aliquo accusatus esset ab instantia Iudicij absolutus; & Iudex postea ex officio nihilominus procedere velit. Vill. T, 521. in addit. ver. vlt. Replicatio nona est, nisi mortuo accusatore, vel alia causa impedito, alius reum repetere velit, de qua vide supra 9. except. replic. 1. & sequentib. Replicatio decima est, nisi ratione transactionis cum priore accusatore initæ fuerit reus absolutus; quia non obstante tali remissione poterit ab alio accusari; & est communis, vt dicit Felyn. in cap. de his num. 3. de accusationibus. Curtius Iunior in l. transigere, numero 34. C. de transactio, Maranta in suo speculo. fol. 61. nu. 161. Didacus lib. 2. resolut. capit. 10. n. 5. ver. nono idem Don Antonius de hoc latius dicetur infra exceptione. Replicatio vndecima est, nisi in foro pænitentiali antea fuerit absolutus; quia talis pœnitentia non liberat quem à foro temporali, ita tenent communiter Doctores, vt dicit Aret. in cap. accusati numero 5. de accusationibus quem refert. Vill. L, A, n. 13. glos. in cap. de his de accusat. quam omnes approbant, vt dicit Augustin. ad Ang. de Malef. in verbo, & ad querelam, num. 91.

Didacus lib. 2. resolut. cap. 10. num. 3. idem dicit Cardin. Alexand. in capit. habent col. fin. ver. Ideo etiam: Etiam quod in foro pænitentiali pæna quantumcumque magna fuerit punitus; adhuc enim non attenta tali punitione poterit accusari, & puniri in foro pænitentiali. Ita tenet gloss. in cap. gaudemus, in glo. fin. de Diuortijs, quam omnes Doctor. sequuntur teste Ant. Gomes. capit. 1. Delictorum num. 40. ver. sit prima. Replicatio duodecima est, nisi cum idem crimen à diuersis iudicibus puniri posset, ab vno punitus, vel absolutus apud alium accusetur, quando iurisdictiones iudicum sunt separatæ & distinctæ ita testatur Bald. relatus ab Aret. in d. cap. de his, num. 20. & ita seruari dicit Iacob. de Belvisio consil. 9. circa finem, inter cons. crimin. diuer. lib. 1. Decimatertia exceptio est, nisi abolitio criminis interuenerit, vel Princeps crimen remiserit, l. si interueniente 12. in fine, ff. ad S. C. Turpill. 2. quæst. 3. cap. vlt. §. destitisse, ver. abolitio enim, glo. in l. 2. in verbo concedi. C. de in ius voca. quæ est ab omnibus communiter approbata, vt dicit Paris. cons. 1. num. 1. lib. 4. & num. 59. Replicatio eius prima est, nisi falsi crimen sit; hoc enim casu generali abolitione non comprehenditur. l. fallaciter 3. §. fin. C. de abolitionibus l. nemo 3. C. de episc. audiend. l. Lucius 17. ff. à S. C. Turpill. & ita communiter tenetur, vt dicit Nellus de Bannitis in tertia parte secundi temporis quæst. 12. quem refert Apostilla ad Angelum de Malefic. in verbo, & ad querelam num. 80. Replicatio secunda est, nisi crimen læsæ Maiestatis, Patriæ expugnatæ, peculatus, aut simile in iudicium sit deductum; huic abolitio generalis non competit iuribus supra in proxima repl. allegatis. Replicatio tertia est, nisi accusator pecunijs à reo corruptus, vel per deceptionem abolitionem petijt. lege 2. §. sin autem, C. de abolitionibus. Replicatio quarta est, nisi falsam causam allegando, abolitionem impetrauit accusator, veluti dicendo causam esse pecuniariam, cum esset criminalis l. vlt. §. fin. ff. ad S.C. Turpill. Replicatio quinta est, nisi fallaciter, & calumniosè accusauit, l. fallaciter 3. in princ. C. de accusat. l. fallaciter 9. C. de calumniatoribus. Replicatio sexta est, nisi inuito aduersario abolitionem petierit accusator, l. Imperatores 58. in princ. & §. ff. ad S.C. Turpill. Duplicatio eius est, nisi reus nullam iniuriam corporalem passus fuerit, dicta l. 3. C. de abolit. Triplicatio eius est, nisi non intra triginta dies, postquam reus custodiæ

traditus

traditus est, sed post triginta dies abolitio sit petita. d. l. 3. Septima replicatio est, nisi Testes qui torti sunt abolitioni non consentiant. d.l.3. §. quod si ingenuorum. Replicatio octaua est, nisi seruus reus fuerit. l. Domitianus 16. ff. ad S.C. Turpill. Replicatio nona est, nisi non omnium criminum; vel omnium reorum abolitio petita sit l.1. §.plura, ff. ad Turpill. l.vim passam 39. §.duos, ff.ad l.Iul. de adulter. Replicatio decima est, nisi causa non cognita abolitio sit indulta, l.2. in princ. C. de abolitionibus. Replicatio vndecima est, nisi absente aduersario abolitio sit petita, d. l. 2. Replicatio duodecima est, nisi non pro Tribunali, sed de plano sit impetrata abolitio l. 1. §. abolitio, ff. eod. Replicatio decimatertia est, nisi non competente Iudice abolitio sit impetrata l. 2. in princ. C.de abolit. Duplicatio generalis propositarum replicationum est, nisi quis suam suorumq; iniuriam persequatur, vel cognatos suos accuset. l.2.§.fin. C.de abolitio. l.quamuis.30. in princ. ibi, sed & his personis, C. ad l.Iul. de adulterijs. Replicatio decimaquarta est, nisi crimen sit liquidatum, vel sententia de eo sit lata, hoc enim sub generali abolitione contineri non videtur, vt notat Clarus in §. fin. quæstio.59. vers.vlt. num.13. Replicatio decimaquinta est, nisi abolitione generali interueniente crimen post eam sit commissum, ita communiter tenetur, vt dicit Imola in cap.fin. nu.11. de constitutionibus. Replicatio decimasexta est, nisi crimen sub spe generalis abolitionis sit commissum. Vt tradit Gul.de Bened. in secunda parte cap. Raynutius, fol.88. num.115. & in tertia parte fol.49. num.38. Replicatio decimaseptima est, nisi pars offensa non remiserit iniuriam, vt in terminis consuluit Ruy.consil.60. lib.7. maximè si extat talis consuetudo, vt non concedatur abolitio, nisi prius pars offensa remiserit iniuriam, vt attestatur Boss.de pace, in princ. & in tit.de remed. ex sola Clem. nu.24. Duplicatio eius est, nisi Princeps specialiter, & expressè non generaliter abolitionem alicui de aliquo crimine concesserit: potest enim Princeps remittere iniurias, & damna singularium personarum, nec eorum consensus requiritur, & est communis conclusio; à qua nullus discrepat, vt dicit Decius consil.520. nu.5. quem refert Petrus Bellus de re militari, fol.130. n.20. Menoch.controuer.Illustr.c.4.n.11. Replicatio decimaoctaua est, nisi in supplicatione pro impetranda abolitione omissa sint ea; quæ verisimiliter Principem ab abolitione, seu indulgentia retraxissent; si sciuisset, per ea quæ allegãtur supra in 16. Replic. Decimaquarta exceptio est, nisi de crimine sit transactum & accusatio ab aduersario sit remissa. reprobatur iure communi, l.vlt. ff.de præuaricator. l.2.in princ. ff. de bonis eorum, qui ante senten. lege in fisci 4. & l.eius qui 29. ff. de iure fisci, l. transigere 18. C. de transact. & est communis, vt dicit Alexand. in d. l. transigere num. 16. quem refert Mantua ibi.num.194.in fine, & fuit opin.glo. in l.iurisgentium, §.si paciscar. in verbo, non liceat, ver.sed an idem.ff.de pactis, Paris.consil.150. num.4. lib.4. communem dicit Villapand. in repet. d.l.22. cap.4. num.1. Verum de consuetudine approbatur; Nam quandocunque fiunt paces, & transactiones super criminibus, semper valent, & sunt seruandæ. Clarus §. fin. quæst.58. in princ. & ver.sed punctus, num.2. Replicatio eius prima est, nisi per inquisitionem Iudex ex officio procedat; hoc enim casu non obstat transactio facta inter partes. Clarus d. quæst.58. in princ. ver.sed de consuetudine. Sed nouo processu opus est, quia licet sequuta morte accusatoris, abolitione, vel transactione, possit Iudex accusationem ipsam prosequi ex officio, debet tamen nouum processum, & nouam instantiam incohare, ex quo prima remansit extincta, ita tenet Bart. in d.l. transigere, nu.8. cuius sententiam communem dicit Anton.Gomes. cap.1. delictorum, num. 36. ver. ex quo apertè, licet ipse teneat contrarium, & in rei veritate cum Iudex concurrat cum accusatore inquirendo non potest di ei instantia per transactionem perempta, sed durare, quam potest Iudex prosequi quandocumque secundum Angel. in d. l. transigere num. 7. quem ibi refert Don Anton. de Padill. num. 47. & ita de consuetudine seruari testatur Anton.Gomes. loco præallegato, num.37. in fine. Replicatio secunda est, nisi post captum iudicium transactio facta sit, hoc enim casu deuenitur ad condemnationem contra delinquentem perinde, ac si nulla pax aut remissio partis sequuta esset, & dicit Gand. de Malef. in tit. de transact. num. 13. quod hoc est opinio omnium doctorum communiter, & quod ita de consuetudine seruatur, quem refert Villapand. in repetit. l.22. capit.6. num.5. Pract.Carrer. fol.105. num.379. relatus à Villa. in litera T, num.121. qui ita in praxi obseruari testatur. Vital. de Malefic. in tit. de pace, num.4. dicit quod in hoc concordant communiter omnes, & quod ita seruatur idem testatur Ang. in d. lege transi-

transfigere, nu.10. quem refert Ana. in cap.1. numero 20. de cullus.deteg. & dicit Alber. in secunda parte statutorum; quæst.127. quod ita communiter tenetur, & seruatur. Duplicatio eius est, nisi tale sit delictum pro quo Iudex ex officio non possit procedere, ita firmat Clarus in §. fin. quæst. 51. num.11. ver. sed quid si accusator. in fine. Sed si consuetudine cum super omnibus delictis possit ex officio procedi, vt in multis locis testatur idem Clarus, & in quæstio.58.num.2.in fine. Iudex quandocunque procedere potest. Replicatio tertia est, nisi alius, quam qui transegit; postea accuset, & est communis opinio, vt dicit Felyn. in d.cap.de his, numero 3. de accusat. vbi dicit, quod ita tenent omnes Doctores. Curtius Iunior in dicta lege transigere. num. 34. Maranta in suo speculo. fol. 84. numero 61. Didacus lib. 2. resolut. capit.10. num.5. ver. nono idem. Don Anton. de Padilla in dicta lege transigere num. 31. Duplicatio eius est, nisi in contrarium adsit consuetudo. Clarus in d. §. fin. quæst.58. num.2. ver. & licet de iure communi transactio. Replicatio quarta est, nisi Pater in causa filij transegit, vt firmat idem Clarus vbi supra, numero 21. ver. quæro nunquid ibi, & re vera; Decimaquinta exceptio est, nisi furiosus delictum commiserit. 3.quæst.9. capit. indicas 15. quæst.1. in princ. & cap. illud, §. furor, §. meas vero, cap. aliquos, cap. cauenda, ver. neque enim si, capit. nec is qui. §. fin. l. infans, ff. ad l. Cornel. de sicar. & est frequentiori Doctorum calculo approbata sententia, vt dicit Placa lib.1. delictorum cap.29. numero 1. ita tenet Bald. in l. furiosum. circa finem, C. qui testamen. fac. poss. & est communis opinio, vt attestatur Iason in d.l. furiosum. num.8. & in l. ex facto num. 30. ff. de vulg. & in l. si seruum. numero 7. ff. si ex noxali caus. agat. Ripa in d.l. ex facto, num.73. & in l. fin. num.229. C. de reuocan. donat. Gomes. in §. item si quis in fraud. num.6. Instit. de actio. Mar. in lege 1. num. 58. ad leg. Cornel. de sic. Didacus in repet. clem. si furiosus fol.316. num.2. Carer. fol.365. num. 14. Cagn. in lege in negocijs numero 3. ff. de regulis iuris, Menciach. controuer. Illust. cap.96. numero 31. Duenas regula 259. Apostilla ad Decium in dicta lege in negocijs num.3. Guliel. de Benedic. in secunda parte, cap. Raynucius fol.45. num.25. in fine. Decimasexta exceptio est, nisi quis per cæcitatem delictum cōmiserit, approbatur, & distinguitur cap. illud, §. sed obijcitur. 15.q.1. Decimaseptima exceptio est, nisi animal Brutum delictum commiserit, 15. quæst.1. capit. firmissimè §. animalia enim, quia merum Imperium non exercetur in Beluas, & est communis, vt dicit Sapia in lege Imperium num.6. ff. de iurisdict. omn. iudic. Replicatio eius est, nisi homo cum Bestia se carnaliter commiscuisset. Clarus in §. fornicatio. ver. cùm animali. Decimaoctaua exceptio est, nisi crimen commissum sit vulgare, & vsitatum 23. quæst.4. cap. siquis potestatem, §. fin. cum capit. sequente, Turp. opin. 96. numero 4. Vill. C. 182. Gabriel. lib.7. conclus.8. numero 17. quod intellige in hoc seculo. Turp. vbi supra numero 5. Decimanona exceptio est, nisi non constet de Crimine an sit commissum. Crassus inter consilia crimin. diuersorum consil.99. num.7. ver. secundo etiam lib.1. est enim vulgaris, & tuta conclusio, quod ante omnia debet Iudici constare de delicto; quæ colligitur ex text. in vulgata l.1. §. item illud ff. ad Sillan. quem textum sciunt omnes, vt dicit Bossius in tit. de delicto. nu.2. Replicatio eius est, nisi ad inquirendum denunciatio facta sit; tunc enim inquirendum est, quamuis de crimine nondum constet. Clarus in §. fin. quæst.4. numero 2. & 3. Duplicatio eius est, nisi crimen sit facti permanentis, vt homicidium, incendium, & similia. Clarus vbi supra, d.num.3. & sequentibus. Vigesima exceptio est, nisi reus probet delictum ipsum non fuisse commissum; idque per euidentiam rei; puta si homo, qui dicitur occisus, exhibeatur viuus, vel Domus, quæ dicitur combusta reperiatur illæsa, vel huiusmodi. Bald. in l. si quis testibus. in finem, C. de testibus, quem refert Ang. de Malef. in verbo comparent, & produxerunt instrumentum pacis num.33. & Pract. Carrer. fol.558. num.96. Idemque si delictum, quod commissum fuisse dicitur; sit per rerum naturam impossibile. Vigesimaprima exceptio est, nisi quis dormiendo delinquat, puta hominem interficiat, vel huiusmodi, non enim erat tempore delicti compos mentis, ideo tanquam de furioso videtur iudicandum, Bart. in l. penult. ff. ad l. pompe. de Parrie. & est communis opinio, vt ait Didacus in repet. clemen. si furiosus fol.310. num.6. Placa lib.1. delictorum, capit.31. num.3. Replicatio eius est, nisi alias tali dormienti sæpe talia euenire solerent, vt scilicet è lecto surgere, & ensem euaginare, vel similia facere, & non præcauit claudendo hostium, quia hoc casu diceretur esse in culpa, & ideo deberet pœna extraordinaria puniri iuribus præallegatis. Vigesima-

secunda

secunda exceptio est, nisi per ignorantiam, vel errorem quis crimen commiserit. Clarus in §. fin.q.6.n.11. Vigesimatertia exceptio est, nisi delictum fuerit authoritate magistratus ab aliquo commissum, l.non videntur 127. ff. de reg. iur. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de constit. §.1. colum.penult. Hostien.in capit.1. eod. Bart. in l.omnes populi ff. de iustit. & iure, cum alijs quos cumulat Vinius opin. 770. incipien. Statutum disponens, in princ. Replicatio eius est, nisi inualidum fuerit decretum magistratus. Vigesimaquarta exceptio est, nisi vi metusvè causa delictum fuerit commissum; metus enim instantis periculi, & mortis excusat delinquentem à capitali pæna, ideoq; si quis Tirannus, aut potens, dicat alicui non potenti, occidas talem, alias occidam te, & ille reperiretur constitutus in huiusmodi periculo, & calamitate, quod si eius iussum non adimpleret mitteret minas ad effectum, tunc si aliter euadere non posset vitam suam, nisi occidendo, excusatur si occidat, nec vtique aliqua pæna punitur propter mortis periculum, secundum Bald. & Alexand. in l.liber homo, ff. ad l. Aquiliam & Floria. ibi in princ. & in lege quod dicitur, ff. eod. & in l.1.ff.de sicar. Petrus & Cyn. in l.scientia, §.qui cum aliter, ff. ad l. Aquiliam Bald.in l.1.quæst.2.C.vnde vi.in l.seruos, C.ad l. Iuliam de vi. & in cap.1. §.iniuria, col.fin. de pace tenen. Gand.in rubr.de pænis.colum.penult. Gloss.in l.si familia communis, in ver. etsi seruus, ff.si fam. fur.fec.dic. Capolla caut.4. & 40. Ioan.de Lig. in tract. de Bello fol. 125. Felin.in cap.significasti.il 2.circa finem.de homic. Curtius cons.20. Iason. in §. mitius, col.antepenult. inst.de actionibus. Decius cons.336. & in regula velle non creditur, ff. de reg.iuris, & in l.quod iussu, eod. & in l.vt vim, ff.de iustit. & iure vbi scribit istam esse cōmunem. Mars. consil.25. Corsettus in singul. in verbo, metus, hanc fatetur communem, Grāmat. voto 28. Bolenc.in repet.l.capitalium, §.famosos.num.200. ff.de pænis. Vigesimaquinta exceptio est, nisi quis iusto dolore motus delictum aliquod commiserit; hoc enim casu contra talem delinquentem pæna est temperanda. Text.est in l.si quis in graui, §. maritus ff. ad Syll. & in l. si adulterium, cum incestu, §. Imperator ff. de adulter. & dicit Afflict.super 3.parte constit.Regni. rubr.46.num.1.quod sæpius vidit ita fuisse practicatum tempore Regis Ferdinan. primi exemplum poni potest in marito occidente vxorem deprehensam in adulterio. Clarus in §. homicidium, ver.sed quid dicendum, Alexand. consil.103.num.13. ver.& dato quod comes lib.1. & ita practicatur, vt ait Blanc. in pract. Crimin.fol.139.num.8. Vigesimasexta exceptio, nisi clam, vel palam delictum fuerit commissum; Nam si delictum est ex illis, quę ex sui natura possunt esse licita, & illicita, vt sunt contractus, qui regulariter liciti sunt, sed in aliquibus casibus prohibentur, puta Tutoris cū Pupillo, vel huiusmodi, & tunc magis punitur, qui ea clam committit; quam qui palam: Nam ex quo illud clam facit præsumitur scire illud illicitum esse, & ideo non excusatur. Si vero delictum est ex ijs, quæ de sui natura sunt semper illicita, vt est blaspemia, furtum, homicidium, & huiusmodi, & tunc plus punitur, qui ea palam committit, quam, qui clam, & hæc est communis distinctio, & resolutio Doctorum, vt dicit Gomes. in §. ex maleficijs num.21. inst. de actionibus subdens non esse ab ea in consulendo, & iudicando recedendum. Vigesimaseptima exceptio est, nisi senex sit qui delictum commisit, non enim pæna ordinaria erit puniendus, sed mitiori. Ita dicit gloss.in l.ferè in omnibus circa principium ff.de reg.iur.& hæc est frequentiori calculo recepta sententia, vt dicit Placa lib.1. delictorum cap.32.num.13. in fine. Replicatio eius est, nisi crimen à sene commissum sit de atrocioribus iuribus allegatis. Vigesimaoctaua exceptio est, nisi quis per iracundiam delictum commiserit, secundum Ias. in l.si duo Patroni, §.si quis iurauerit.el primo numero 1. ff. de iureiuran. quod ita solet communiter dici, vel saltem (secundum omnes) mitius puniri debet, & potest poni exemplum in eo, qui calore iracundiæ blasphemauit, est enim mitius puniendus secundum Abbatem antiquum in c. 2. de maled. quem Doctores sequuntur, vt dicit Grammat. super constit. Regni fol.113. num.5. Replicatio eius est, nisi aliunde quam à iusta causa proueniat ira, ex qua delictum fuit commissum, hoc enim casu in nihilo delinquentem excusat.& hæc est communis opinio, vt attestatur Menciach.controuer. Illustr.cap.18.nu.29. Duplicatio eius est, nisi non facto, sed verbis contumeliosis ex iniusta causa iratus delictum cōmiserit, hoc enim casu mitius punitur, vt testatur Afflict. super 3. parte constitutionum Regni rubr.54.num.6. Vigesimanona exceptio est, nisi quis per Amorem delictum aliquod commiserit, cum teste Platone in Phedro sit Amor furoris species, hac ratione mitius puniendus videtur, qui propter amorem deliquit, & dicit Cassanæus super

per

per consuetud. Burgund. fol. 39. num. 13. quod in facti contingentia vidit excusari propter amorem quandam mulierem, quæ receptauerat res furatas ab Amasio, fuit etiam absolutus quidã, qui fecit sortilegia propter amorem; vt testatur Clarus in §. hæresi. ver. successiuè quæro, sed secundum Grammat. in decis. 36. hoc non profuit illis nobilibus Neapolitanis, qui posuerunt scalas ad Domum Amasiarum suarum, qui iussu Vice-regis fuerunt decapitati. Non ita fecit Pisistratus Rex Atheniensium, qui cuidam nobili Iuueni, qui eiusdem Regis filiæ amore accensus eam deosculatus fuit, libenter, ac patienter pepercit, etsi vxor vindictam ab eo instantissime efflagitaret, de quo Dantes in purgatorio Cantilena 15. ibi.

Indi m'apparue vn'altra, con quell'acque
Giù per le gote, che'l dolor distilla,
Quando per grã dispetto, in altrui nacque:
E dir, se tu sei Sire della Villa
Del cui nome, ne' Dei, fù tanta lite,
E onde ogni scientia disfauilla,
Vendica te di quelle braccia ardite,
Ch'abbracciar nostra Figlia, ò Pisisttato:
E'l Signor mi parea benigno, e mite,
Risponder lei, con viso temperato,
Che farem noi, à chi mal ne desira,
Se quei, che ci ama, è pet noi condennato.

De forma accusationis & modo procedendi, ac custodia Reorum. Cap. II.

QVi aliquem de aliquo maleficio, crimine, seu delicto coram Senatore, seu illius Iudice maleficiorum, accusare vult; teneatur suam accusationem dare in scriptis, in qua locus, tempus, & qualitas perpetrati delicti contineatur, & absque eo quod se in accusatione subscribat, iuret coram Iudice, se credere accusationem esse veram, & non calumniosam: & in ipsa accusatione nomina Testium, quos putat de delicto informatos, non plus numero quàm decem, describat; vltra quos, alios Testes producere non possit: Iudex tamen ex suo officio, ne delicta remaneant impunita, aut per collusionem occultentur, possit etiam post publicationẽ Testium, alios, & quotquot sibi videbitur super accusatione prædicta, & contentis in ea, recipere: qua porrecta, reum citari, aut moneri faciat super dicta accusatione seu querela, cum comminatione, quòd si non comparuerit de & super eo delicto, pro confesso reputabitur, & condemnabitur; eoque ter citato, siuè personaliter, siuè domi copia dimissa, & contumace existente, iterum eodem modo & in scriptis ad audiendam sententiam citetur, & illius contumacia accusata, ad sententiæ diffinitiuæ prolationem & diffidationem, iuxta delicti qualitatem, procedatur: & hæc de ciuibus & habitantibus in Vrbe, & circa eam per milliaria triæ intelligantur. Qui verò extra Vrbem in Vrbis districtu, & vltra dicta tria milliaria ab Vrbe, forum in Vrbe vel ratione delicti, vel territorij, aut personæ sortiuntur, citentur edicto Senatus cum inserto tenore accusationis seu querelæ, quatenus infra terminum dierum viginti vel alium Iudicis arbitrio pro peremptorio assignandum (habita distantiæ locorum, personarum, & delicti ratione) debeat coram ipso Iudice comparuisse, & accusationi seu querelę respondisse cum comminatione, quòd eo termino elapso, pro confesso habebitur, & tanquam confessus contra eum ad sententiam & diffidationem procedetur. & hæc executio citationis fiat, vt in ciuilibus causis de citandis edicto Senatus dictum est: quo contumace existente, iterum per affixionem schedulæ ad valuas curiæ affixæ, ad sententiam ad primam diem citetur, illoque contumace existente, ad sententiam & diffidationem, vt supra, procedatur. Vagi autem, & domicilium non habentes, citentur ad valuas Palatij, affixa copia citatorij edicti, vt dictum est, & ibi etiam copia dimissa, vt facilius ad eorum notitiam possit citatio deuenire. Quòd si reus prædictus ante sententiam cõparuerit, Iudex faciat eum per se ipsum accusationi, seu querelæ respondere; qua responsione habita, si reus de eo delicto accusetur, pro quo de iure vel ex forma Statutorum pęna pecuniaria imponenda venit, Iudex eum, præstitis idoneis fideiussoribus, vsque ad summam per eum taxandam relaxet: Quòd si in defectum solutionis pecuniariæ pœnę, corporalis veniat imponenda, vel etiam corporalis pro pecunia redimi possit; tunc nisi reus idonea pignora, aut pecuniam in Camera deposuerit, quæ pro pęna & interesse partis sufficiat, carceribus mancipetur, in quibus diligenter custodiatur, vsque ad totalem & finalem causæ expeditionem. Vbi verò pœna corporis afflictiua, siuè ea sit à Statutis aut à lege præcisè taxata, siuè Iudicis arbitrio relicta, veniat imponenda; tunc nullatenus reus pignoribus aut cautionibus com-

committatur, sed omnino in carceribus custodiatur, vsque ad finalem causæ decisionem. Prædicta autem confessione aut negatione secuta, & prædictis impletis, ad iustificationem & impugnationem dictæ accusationis seu querelæ partibus aliquo competenti termino ad probandum præfixo procedatur. Iudex autem qui in prædictis & eorum quolibet negligens, aut remissus fuerit, pęna quinquaginta aureorum in syndicatu puniatur, & interesse parti lęsæ resarciat.

De forma accusationis, & modo procedendi, ac custodia Reorum. Cap. 2.

Glossa.

Idem modus, & forma accusationis datur in lege libellorum, 3. vbi glossa, ff. de accusatio. Sola subscriptio accusationis de qua in lege si cui. 7. ff. eodem in lege in caussis 16. C. eodem in lege accusationis 17. C. eodem hoc præsenti statuto est sublata ibi absque eo quod se in accusatione subscribat. Ad instar accusatoris; qui suam suorumque iniuriam prosequitur, & Mariti accusantis vxorem de adulterio, qui de iure communi accusationem subscribere non tenebantur lege de crimine 12. C. de accusatio. lege quamuis 30. §. in primis, C. ad leg. Iuliam de Adulter. licet hodie de iure authenticorum Maritus se subscribat, §. si de adulterio. Nouell. constit. 117.

Iudex tamen ex suo officio; *secuta accusatione iuxta hic traditam formam Iudex debet requirere, & adnotare Reos, ita etiam dictat textus in lege 1. ff. de requir. reis, & in lege 1. C. eodem in lege absentem, vbi gloss. & Bald. C. de accusatione & facere eos apprahendere si adsint, & delictum id exigat, §. cæterum Nouell. constitut. 134. lege 1. §. fin. ff. de receptor. & apprahensi sunt custodiendi, l. 2. §. fin. C. de exhiben. reis l. 2. ff. de cust. rer. vbi gloss. Nisi forte satisdederint iudicio sisti l. Diuus. 3. ff. eodem. lege si grauius. C. de dignitat. vel nisi fortè absoluti, seu condemnati pœnam fuerint l. de his, C. de custodien. reor. l. rectores 24. C. de pęnis, & eorum custodia spectat ad Commentariensem, & eius Adiutorem lege ad Commentariensem, C. de custodien. reor. Nec Tironi, nec vni, sed duobus ad minus est custodia reorum committenda lege non est 14. ff. de custod. reor. Qua autem custodia Reus sit custodiendus, est in arbitrio Iudicis lege 1. ff. eodem si graue crimen sit Reus est in carcerem custodiendus dicta lege 1. & lege 2. C. eodem, & debent custodes in carcere separare mares à fęminis lege quoniam 3. vbi gloss. Baldus & Salyc. C. de custodien. reorum, & singulis triginta diebus debent inquirere personarum numerum, delictum, ordinem, & ætatem, & Iudici deferre, lege de ijs, vbi gloss. & Bald. C. de custod. reor. Debent etiam eos humanæ tractare, eisque victum; & stratum dare, lege Iudices 9. C. de episcop. audien. lege si victum 34. ff. de re iudicatum. Ferrum vero, & venenum prohibere, lege carceri 8. ff. de custodien. reor. & curare debent, ne sine vinculis custodiam agant, Nam si custodia euaserint Custodes punientur, lege ad commentariensem, C. eodem. lege cuiusque 4. §. penult. ff. ad leg. Iuliam Maiestat. lege si quis 38. §. Miles, ff. de pœnis, lege Milites 12. ff. de custodien. reor. & lege non est 14. ff. eodem. Illi enim qui carcere effracto, vel custode occiso euaserunt sunt capite plectendi, lege in eos, 13. ff. de custodien. reor. lege 1. ff. de effract. lege si quis 38. §. miles ff. de pœnis, lege milites 13. §. eius fugam, ff. de re milit. dicta lege non est facile 14. §. sed si custodia, ff. de custodiend. reor. lege prima, §. illud etiam, C. eodem, & non ita facile à Magistratu custodia est dimittenda, lege ne quis 10. ff. eodem. Nullus enim reus in iudicio exhibendus est, nisi de exhibitione Iudex ipse pronunciauerit, & id spectat ad commentariensem, lege quarta ff. eodem, & Reus in vna causa exhibitus, non recipitur Reus in alia, nisi ex hoc temporalis actio in periculum cadat, lege secunda, §. fin. vbi gloss. & Bart. ff. de custodien. reorum. In reatu autem constitutus bona sua potest administrare, eique debitor rectè bona fide solut. l. aufertur, §. in rectu, ff. de iure fisci de qua re latè supra lib. primo, capitulo 115. Nisi Reus sit in fuga, & eius bona sint adnotata, vel nisi reus repetundarum vel Maiëstatis sit, lege vltima in fine, ff. de requir. reis lege ex iudiciorum, 20. §. adeo vt, ff. de accusation. lege quisquis 5. §. emancipatio, C. ad leg. Iuliam Maiestat. & sunt rei de loco ad locum commissi delicti remittendi, lege vltima, C. de accusatione, lege solent, 7. ff. de custodiend. reorum, lege non dubium, 11. ff. eodem. lege desertorem, ff. de re milit. lege prima, C. vbi de crimin. agi opor. lege si cui, §. eidem Imperator. ff. de accusation. lege si dum, 12. C. ad leg. Iul. de Adulter. quomodo autem sint audiendi Rei, & quæ dilationes sint eis*

accusatione succubuerit. Si vero aliqua alia corporalis pęna quàm mortis; tunc cautio prędicta de soluendo ducatos auri centum, & de stando in carceribus, vt dictum est, præstare debeat: ad quas pœnas eo ipso condemnatus intelligatur, quòd reus fuerit absolutus; & nihilominus parti ad interesse teneatur, & statim pro dictis pęnis contra ipsum & fideiussorem executio fieri possit. Si vero accusare voluerit de excessibus pro quibus pecuniaria pęna, siue principaliter, siue in subsidium imponenda esset; tunc nec etiam audiatur, nisi dederit idoneos fideiussores de soluendo medietatem pęnæ, in qua accusatus condemnandus veniret, absque aliquo beneficio pacis aut confessionis; ad quam pęnam censeatur eo ipso condemnatus, quòd aduersarius fuerit absolutus, & statim contra ipsum & illius fideiussorem executio fieri possit: & nihilominus parti ad interesse teneatur, & Iudex aliter eum ad accusandum admittens, de suo teneatur in syndicatu.

De cautione ab accusare volentibus præstanda, & pœna eorum, qui delicta non probauerint. Cap. 3. Gloss.

Et de iure communi similem cautionem accusatores præstare tenebantur, lege si cui 7. in princ. vbi glo. ff. de accusat. l. qui crimen, 3. C. qui accusa. non poss. vbi gloss. Bart. & Bald. in princ. & se obligabant ad pænam talionis, vt ibi gloss. & Doct. Sed pęna talionis vsu sublata est, & hoc statutum, quoad carcerationem seruat pænam talionis; quoad alias pænas loco talionis exigit ab accusatoribus summas diuersas pecuniarum; secundum qualitatem delictorum, vt ibi in princ. & in §. si vero, & similitudine custodiæ, & carceris accusati patiebantur de iure communi accusatores, si calumniosi apparuerant, l. accusationis. 17. C. de accusat. l. 2. §. fin. C. de exhib. reis.

Accusatorum enim temeritas tribus modis detegitur, & tribus pænis, de iure communi subijcitur, Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniantur si falsa crimina intendunt, atque proponunt l. 1. ff. ad S. C. Turpill. si non probant quod proponunt d. l. 1. §. calumniatoribus, l. qui non probasse 3. C. de calumniatoribus l. ab accusatione 6. §. fin. ff. ad Turpill. & eadem pæna sunt calumniatores puniendi, qua essent puniti Rei, si fuissent damnati l. vlt. C. de calumniatoribus l. non prius 7. C. eod. l. accusationi 17. C. de accusat. vbi gloss. Bart. & Bald. l. si quis 7. C. ad l. Iul. de vi publ. & non tantum delator punitur si non probauerit, sed & mandator, quem delator ipse debet exhibere, l. non tantum 24. ff. de iure fisci. Calumnia punitur pæna legis Rhemiæ Reo prius absoluto si accusator inexcusabilis sit. l. 1. §. calumniatoribus, ff. ad Turpill. glo. in cap. 2. de calumn. Abbas in cap. calumniam, num. 2. de pænis, cum allegatis per Clarum in §. fin. quæst. 62. num. 6. & excusatur quando habet pro se aliqua euidentia indicia, licet suam accusationem non probauerit plenè. Abb. in cons. 78. num. 1. lib. 1. quod fuit etiam de mente Bart. in l. cum quidam, §. quod dicitur, num. 3. ff. de acquiren. hæredit. Guido Papæ, decis. 446. Vox publica. num. 1. Clarus vbi supra, num. 8. Præuaricantur quando vera delata crimina abscondent, & colludunt cum Reo per eos accusato. l. 1. in princ. §. præuaricari, & §. præuaricator, & §. præuaricatorem, ff. ad Turpill. l. præuaricatores 212. ff. de verb. signif. & huius Iudicij diuisionem tradit text. in l. præuaricationis, ff. de præuaricator. Huius autem criminis pæna est extraordinaria, l. 2. l. ab Imperatore 6. ff. de præuaric. Verum si accusator præuaricationem non probauerit efficitur infamis, l. 1. in fine, C. de Aduoc. diuer. iudic. Reus præuaricationis damnatus fit infamis, & postea ex lege amplius non accusat l. si is 4. & l. accusator 5. ff. de præuaric. & in proposito scias quod Oldradus tristicia cuiusdam criminis præuaricationis obijt, vt dicit Paul. de Castro. in l. 1. in vltimis verbis, C. de Aduoc. diuer. iudic. refert Nun auis de los corregidores, fol. 34. colum. 2. ver. consulo. Tergiuersantur si in vniuersum ab accusatione desistunt, si cum Aduersario de compositione criminis loquuntur, si intra præfinitum tempus accusationem non prosequuntur, vel se absentant, l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. l. res quæ. §. fin. ff. de iure fisci, l. in Senatus Consultum. 15. ff. ad Turpill. l. ab accusatione. 6. ff. eodem l. qui explicandi 10. C. de accusat. d. l. ab accusatione, §. destitisse, & l. 1. & 2. C. vt intra certum tempus crimin. quæst. termi. & tunc ex S. C. Turpilliano pæna quinque librarum auri tenentur. lege 3. §. fin. ff. de præuaric. qua pæna tenentur etiam fideiussores, & illi qui accusatorem submiserunt, instigarunt, instruxerunt, aut ei mandarunt, lege prima, vbi glossa, & Doctor. ff. ad Turpillian. & §. incidit, lege in Senatus 15. ff. eodem. lege seruus, 34. §. finale, ff. de pęnis: Puniuntur etiam quarta parte bono-

dij: De percussionibus cum sanguinis effusione, vel fractura cranei, quò ad percussorem tantum: De inferentibus vel nunciantibus minas, vt infra suò loco: De spernentibus mandata Senatoris in assecurando, & contra iniuriam Nuncijs inferentes: De sumentibus vindictam contra innocuos, Et de receptatoribus delinquentium, Et de offendentibus Magistratum, vel officiales, Aduocatos, Procuratores, & Notarios ratione officij: De Blasphemis: De Incestu: De Plagiarijs: De Proditoribus, De proijcientibus stercora, Et de famosis libellis: De iacientibus plumbatam: De prohibentibus Annonam siuè grasciam ad Vrbem adferri: De portantibus vel habentibus arma prohibita, vel venenata: Contra diruentes antiqua ædificia: Contra priuatum carcerem exercentes: Contra incisores Vinearúm & vitium in Vrbe & extra: De congregatione, conspiratione siuè coniuratione, contra bonum & pacificum Ciuitatis statum: Et de seditiosis: Contra ementes victualia vescibilia & esculenta in Portis & Pontibus Vrbis, & extra Plateas designatas: De excessibus commissis in Curia Capitolij & platea tàm Capitolij, quàm sanctæ Mariæ de Aracæli: De excessibus commissis in ludo Testaciæ & Agonis, & rixis & percussionibus ibi factis: Si Senator, Conseruatores, & Marescalli aut Capitaneus Curiæ Capitolinæ, seu eorum alter irent per Vrbem, & in eorum vel alterius ipsorum præsentia vel conspectu excessus fuerit commissus: Si excessus dicetur commissus in exercitu Romano, aut intra ecclesias Vrbis, & de alijs casibus, de quibus per præsentia Statuta, inquiri posse vel debere permittitur, & mandatur. In quibus omnibus casibus, volumus etiam per denunciationem procedi posse.

In quibus casibus per inquisitionem procedi possit. Cap. 5. Gloss.

Deficiente remedio ordinario accusationis, & querela de quo supra cap. 1. 2. & 3. oportuit, ne delicta remanerent impunita prouidere de remedio extraordinario inquisitionis ex Iudicis officio, quo reperti culpabiles venirent uti accusati puniendi, & hoc nostrum statutum dinumerat casus in quibus per inquisitionem potest procedi, vltra quos procedi non debet, nam & de iure Ciuili non in omnibus procedi potest per inquisitionem, sed in aliquibus casibus, licet secus sit de iure Canonico quo in omnibus casibus procedi posse constitutum esse affirmant Baldus in cap. 1. de offic. ordin. Dec. in rubr. de Iudicijs, num. 68. & 69. Barbat. in cons. 43. col. 4. lib. 1. Maran. par. 6. de inquis. num. 39. & casus in quibus procedi potest per inquisitionem de iure Ciuili dinumerant gloss. & Bart. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. Angel. in l. si vacantia, C. de bon. vacan. Spec. de Inquisit. §. 2. Doctor. & præsertim Soccin. in cap. qualiter, & quando. de accusat. Clarus in pract. q. 5. ver. scias etiam. Maranta vbi supra num. 16. & sequen. ponit vltra 50. casus. Et vbi ex consuetudine procedi potest in omnibus casibus indistinctè; seu in aliquibus vigore statuti vt hic. Debet in primis, & ante omnia constare de corpore delicti, l. 1. §. item illud, & ibi omnes. ff. ad Syllanianum l. necessario, §. 1. ff. eod. l. vnde neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. l. Diuus Traianus. ff. de milit. testam. l. si is qui rem. la 2. §. si lex Titium. ff. de fur. Crauetta in cons. 244. Gabr. lib. 7. de Maleficijs conclus. 17. num. 1. Clarus pract. quæst. 4. Deinde est facienda inquisitio generalis ad Curiæ informationem pro delinquente reperiendo, quæ dicitur facti, vt in l. congruit ff. de offic. præsidis Bald. in l. ea quidem. C. de accus. de qua post alios per Sygismundum Scacciam de Iudic. li. 1. cap. 83. rubr. de inquisitione generali num. 1. & seq. & habita informatione, vtputa, quod Titius sit de illo delicto diffamatus demum inquiritur specificè contra ipsum, quæ dicitur inquisitio iuris ad puniendum Titium de illo crimine l. 2. §. si publico. ff. de adulter. & sic inquisitionem iuris, & facti respectu diuersorum effectuum posse dici docuit Hostiensis in summa de inquisitione §. 1. Conra. in pract. de inquisit. num. 5. hoc idem in effectu dixit Specul. eod. tit. de inquisit. §. quando autem. dum primam præparatoriam ad inueniendum, aliam solemnem ad puniendum appellat. Nouem capita distinctionum in materia inquisitionis tradit luculenter Soccin. in repet. cap. qualiter & quando, il 2. artic. 1. in quæst. 1. de accusatio. Sed omnibus omissis hodie præmissis duobus modis scilicet primò generaliter, deinde specialiter per inquisitionem vbique locorum proceditur. teste Innocen. in cap. bona il 1. nu. 5. de elect. sequitur Bald. in l. edita num. 30. C. de eden. & in l. ea quidem, num. 42. C. de accusatio. vbi etiam Ang. num. 5. Doct. in c. inquisitionis vbi Anan. num. 4. Felyn. num. 5. de accusat. Tiraquel. de pœna temper. cau. 53. num. 3. quos & alios refert Clarus in pract. quæst. 5. ver. poterit igi-

tur & quæst.20. & quæst.50. ver. item quia Menoch. de præsumpt. quæst.88. num.7. & 8. lib. 1. Sed ad specialem non potest procedi, nisi præcedentibus indicijs, alias inquisitio erit ipso iure nulla, vt per Doct. in l. milites C. de quæst. in l. iustissimos, C. de offic. Rect. prouinc. & in l. si quis alicui. C. ad l. Iul. Maiest. Ruyn. in consil.2. num.7. lib.5. Crauetta in cons.262. Boss. de inquisit. num.21. Fulgos. in cons.175. Ceph. cons.204. num.18. cons.206. num.21. lib.2. Roland. in cons.96. num.10. lib. 4. Menoch. de arbitrar. quæst. 78. num. 1. Mascardus conclus.351. lib.1. de probat. Decian. in cons.18. numero 52. & sequen. lib. 1. Nisi forte Princeps ita mandaret motuproprio asserendo talem deliquisse; hoc enim Principis mandatum sufficeret pro indicio sufficienti ad specialiter contra illum talem inquirendum, Mars. sing.14. & in pract. § constante, num.21. & sequen. & est glo. communiter approbata in verbo, fuerat, cap.2. de accusat. in 6. Innocent. in cap. cum oporteat, de accusat. Alexand. in cons.180. num.2. lib.2. Dec. in cons.175. num.3. Menoch. de arbitr. quæst.78. num.4. lib.1. Magonius in Lucanis. decis.22. num.7. Non autem concedendo arbitrium Iudici poterit sine indicijs inquirere specialiter Bald. in cap.1. in ver. libera, de offic. ordinarij. Gratus cons.74. num.8. lib.2. Ruyn. cons.147. num.1. lib.5. Rolan. in cons.57. n.13. & cons.94. num. 12. lib.4. in cons.17. num.9. lib.3. Magon. d. decis.22. Alias tenebitur in syndicatu ad damna, & interesse inquisiti sine indicijs præcedentibus, Rolan. in cons.17. nu.9. lib.3. in cons.94. num.13. lib.4. Osasebus in consil.64. num.6. Et si inquisitio sit de crimine læsæ Maiestatis. Fulgos. in cons.137. Doctor. in l. si quis alicui, C. ad l. Iul. Maiest. Mar. in l.1. in princ. num.36. ff. de quæst. Roland. in cons.57. num.10. & 12. lib.4. in cons.64. lib.2. in cons.17. lib.3. Dec. in cons.18. nu.52. lib.1. sed leuissima indicia sufficere ait, & indicia debent esse legitima. Cartar. de execut. senter. c. fin. nu. 59. per tex. in l. iustissimos. C. de off. Rector. & l. milites. C. de quæstio. quæ autem sint legitima indicia tradit Ang. de malef. in verbo, hæc est quædam inquisitio. § 2. principaliter. nu.30. vbi allegat Soccin. in l. ex quidē. C. de accusat. vbi Salycet. nu. 41. Boss. de inquisitio. n.8. & leuia ad inquerendum sufficere indicia dixit Bossius vbi supra nu. 61. sed reprobat eum Rolan. d. cons.57. n.23. lib.4. Clar. pract. q. 20. ver. ad formandam, Menoch. de hac re lib.1. de præsumpt. q.88. nu.2. & seque. Decian. in d. cons.18. n.57. lib.1. & Mascard. conclus.754. nu.22. de probat. lib.2. Sed hoc est intelligendum quando inquisitus comparuit, & opposuit de nullitate inquisitionis ob defectum indiciorum, nam si non fuit oppositum substinebitur inquisitio, & processus sine legitimis indicijs formatus. c.2. de accus. in 6. Alex. cons.120. lib.7. Ruyn. cons. 80. lib. 4. Beccius cons. 70. num. 26. lib. 1.

Sed est aduertendum, quod inquisitus, & absolutus non est amplius de eodem delicto inquirendus, vel molestandus. l. penult. § fin. ff. naut. caupo. stabul. l. si cui § ijsdem. vbi Bart. ff. de accus. c. de his. vbi Doct. eod. l. fin. C. de cust. reor. Specu. de absolutione. § 1. ver. porro, Anan. cons.37. col.1. Alex. cons.11. col.2. lib.1. Maran. par. 6. de Inquis. num. 48. Mant. cons.251. lib.1. Clar. pract. q. 57. Ceph. con.39. nu.14. lib.1. cons.192. nu.12. lib.2. Quod idem erit in gratiato à Principe. l. 1. & toto tit. C. de senten. passis. l. fin. C. de gener. abolit. l.1. § de qua autem. ff. de postul. glos. in l.2. in verbo, cōcedi. C. de in ius voca. Paris. cons.1. lib.4. Clar. pract. q. 59. in princ. & ver. & hæc quidem conclusio. Sciendum est etiā quod elapsis viginti annis post commissum delictum non inquiritur, Iodoc. prax. crimi. de inquisit. nu. 27. per tex. in l. querela & ibi Doct. C. ad l. Cornel. de falsis. Balb. de præscript. in 4. par. 4. Partis principalis q.2. num.2. Abb. in c. cum haberet. n.4. de eo qui dux. in matri. Viuius comm. opin. lib. 1. vers. accusatio falsi. Clarus in pract. q. 51. Angel. de Castr. in cons. crimi. diuer. cons. 94. nu.61. lib.1. & inquisitio est facienda per iudicem competentem, alias erit nulla l. 1. & toto tit. C. si à non competen. iudic. Ang. de Malefic. in verbo, hæc est quædam inquisitio, vers. quarto principaliter. Bossius de inquisit. num.62. Amod. de Syndic. num. 30. Iodoc. de inquisit. c.8. nu.4. Marant. part.6. num.102. Osasc. in cons.64. nu.7. & ideo reus contra quē inquiritur debet esse suppositus iurisdictioni inquirentis aut ratione loci originis, vel domicilij, aut ratione commissi delicti l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. c. si diligenti. de foro competen. Ang. vbi supra nu.50. Bossius de inquisit. n.67. Cepoll. cons. crim. 58. nu. 22. Didac. pract. quæst. c.11. num.6. Soccin. reg.87. Osaschus d. cons. 64. Hinc infertur, quod Iudex secularis inquirens contra personas Ecclesiasticas nulliter, & inualidè agit, quia Clerici neq; ciuiliter, neq; criminaliter possunt conueniri coram iudice laico. c. clerici. & c. cum non ab homine.

de

de iudic. c.2. de foro competen. cap. continua. c.placuit. c.clericum nullum. 11. q.1.auth.Statuimus.C.de epis. & cleric.c. si iudex laicus.de senten. excom. in 6. Roland. cons. 12. nu. 34. lib.2. Clarus in practic. q. 36. Et ex hoc quod statutum dat Senatori,& Iudicibus Capitolinis facultatem inquirendi colligitur eos habere merum, & mixtum imperium, quia solum Iudices habentes merum,& mixtum imperium habent facultatem inquirendi. Bart.in l. inter cõuenientes.ff. ad municip. Spec.de inquis.§.item opponitur. Hostien. in summa eod. tit.§. quis possit. Vant de nullit. defec. iurisdic. nu. 45. Angel.de malef. in ver. per iudicem maleficiorum nu.1.quod intellige principaliter,Nam incidenter Iudex ciuilis potest de criminali causa coram se incidenti cognoscere,& inquirere,Bossius de foro competen.nu.121. Menoch. de retine. posses. remed.3.nu.552.& est tex. in l.quoties.C. de iudic. Menoch. de arbitr.lib.1.q.91. num.9. per l.1. C. de ordin. cognit. & l.si quis à liberis. §. si vel paren. ff. de liber. agnoscen. Et eadem ratione licèt Iudices criminales de ciuilibus non cognoscant. l. solemus. §. latrunculator.ff.de iudic. Bal. & Cyn. in l. si quis ex consensu. C. de epis. audic. Rota in antiquis decis.19. de iudic. Menoch. de arbitr. q.82.lib.1. Tamen incidenter ratione connexitatis de ciuilibus in criminales incidentibus possunt cognoscere. Bald. & Paul. de Castro.in d. l.solemus. ff. de iudic. idem Castren. in l. quæsitum. C. de seruis fugi. & in l. quos retrahi. C.si aduer. liber. Boss. de foro competen.nu.121. Menoch.de arbitr. d. q. 91. nu.8. lib.1.& in d. 3. remed. n.552. Sed ciuiliter non potest condemnare, nisi criminaliter etiam condemnet. Rimi.cons.crimini. diuer. 106.nu.8. lib.1. Natt. cons.407. numer. 14. lib. 2. Crescen. decis. 5. de iudic. aliàs 167.

Et est inquisitio formanda contra præsentem, quia contra absentem, nisi absens sit per contumaciam, de iure procedi non potest, vt notant omnes in c. qualiter & quando. il.2. de accusat. Clar. in pract. q. 11. Sed contrarium seruat consuetudo.

De modo procedendi per Inquisitionem.
Cap. VI.

Antequam formetur particularis inquisitio, debeat per iudicem,inquisitionem formare volentem, recipi sufficiens informatio,de delicto vel maleficio per testium receptionem, de qua apparere debeat in actis Notarij maleficiorum; quæ testium depositiones per extensum in libro describi,& adnorari debeant; quibus receptis,Iudex causam in assettamento proponat, in quo si per Iudices, aut eorum maiorem partem fuerit resolutum inquiri posse, ad inquisitionem procedatur. Debeat tamen de dicta deliberatione per acta Protonotarij, & illius fidem,quam gratis dare teneatur, cõstare: qua demum deliberatione facta,Iudex inquisitionem formet,in qua omnes & singulas qualitates delictorum, quæ ad eius notitiam peruenerint,vel publica fuerint, apponere debeat: aliàs ipse Iudex, etiam si omiserit qualitatem corporalem, pœnam requirentem, pęnam similem incurrat. qua formata, si talis sit causa, in qua pœna corporis afflictiua imponenda venit, & reus haberi non possit; tunc moneatur reus per affixionem schedulæ ad domum suæ solitæ habitationis, & ad valuas Curiæ Capitolij, si in Vrbe aut circa eam per milliaria tria inhabitet: aliàs edicto Senatus,vt de accusatione dictum est, quatenus infra triduum, aut alium terminum competentem, loci & personæ habita ratione, sub pœna confessi criminis debeat personaliter comparuisse ad se excusandum super delicto per eum in illum casum, tali die & loco, commisso; cum comminatione, quòd eo non comparente, pro confesso habebitur,& ad diffinitiuam sententiam, & diffidationem contra eum procedetur: eoq; peremptoriè ad docendum se paruisse citato, & contumace existente, rursus iuxta traditam supra de accusationibus formam, ad sententiam audiendam citetur; eoq; in contumacia persistente, diffinitiua sententia promulgetur, & demum ad pœnarum executionem procedatur, iuxta iuris, & Statutorum formam. Quòd si inquisitus comparuerit, aut captus fuerit, & in posse Curiæ deuenerit; tunc formatæ contra eum inquisitioni respondere cogatur; qua responsione facta,vel in carceribus detineatur,vel fideiussoribus, aut datis pignoribus committatur, iuxta delictorum qualitatem,& prout supra de accusationibus est expressum: vel etiã si Iudici videbitur opportunum, reum custodiat, vsque quo delictum fuerit probatum,vel euacuatum; aliter autem formata inquisitio (si de illius nullitate ante sententiam objiciatur) non teneat, & per prædicta non censeatur sublata facultas Iudici incipiendi etiam à captura inculpati, iuxta dispositionem iuris com-

probat text. in d. l. 1. §. item illud. ff. ad Syll. sibi liquere igitur debet, & in l. si quando ibi patefacta. C. vnde vi. vbi Bald. nu. 2. Ias. nu. 12. Ang. in l. certum. ff. de confess. Cappell. Tholo. decis. 313. Boer. decis. 288. nu. 2. in fine. Crauetta cons. 244. Mysing. obser. 81. cent. 3. Dec. in cons. 410. num. 5. Osasc. cons. 66. num. 20. Mascard. conclus. 830. nu. 5. lib. 2. de probat. & liquidè dicitur constare per testes, seu per euidentiam facti Gand. de præsumpt. & indic. indub. col. 2. num. 6. Boss. de delicto, num. 15. & 16. & 18. Clar. q. 4. & defectus probationis corporis delicti non suppletur per confessionem partis dicentis deliquisse, quia si de eo non constat non potest pro eo damnari. Bart. in lege diuus. ff. de milit. test. Bald. in l. 1. C. de confess. Soccin. in l. non vtiq; circa finem. ff. de except. Rimin. cons. 6. Boer. decis. 164. num. 8. Grammat. decis. 2. n. 28. Paris. cons. 153. n. 8. lib. 4. Marsil. cons. 8. n. 1. Crauett. in cons. 211. nu. 3. in cons. 262. nu. 3. Mysinger. obser. 81. cent. 3. Ceph. cons. 230. num. 11. lib. 2. Rolan. cons. 51. num. 13. lib. 1. Bursatt. cons. 201. nu. 29. lib. 2. Honded. cons. 108. nu. 50. Clar. q. 55. Mascar. conclus. 754. libr. 1. de prob. Decian. cons. 18. nu. 218. lib. 1. cons. 86. n. 19. lib. 3. vt sit maximè importantiæ hoc requisitum, cum sine ipso non possit inquiri, neq; ad condemnationem etiam confessi procedi, vt dicunt omnes memorati Doctores vno ore.

Si mulier de delicto accusetur, aut contra eam inquiratur. Cap. VII.

MVlier honesta accusata, vel inquisita de leuibus criminibus, aut vadat personaliter ad respondendum ante Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Aracæli; aut si noluerit, Notarius maleficiorum ad eius domum accedat ad responsionem recipiendam, pro quo viatico recipiat bolonenos quinque, & non ultra. Pro grauioribus delictis, vbi tamen pœna corporis afflictiua non infertur, ad dictam Ecclesiam ire teneatur, & ante dictam Ecclesiam accusationi aut inquisitioni respondere cogatur: in vtraque tamen causa per idoneos fideiussores cauere teneatur, & debeat de condemnatione soluenda. Si autem capitalis aut corporalis pœna imponenda veniret, tunc in carceribus pro mulieribus factis, & faciendis, seorsum à viris; aut si nobilis persona fuerit, vel de magnatibus, in aliquo tuto loco, sub idoneis fideiussoribus de tuto carcere custodiatur: & in omnibus & per omnia contra eam procedatur, prout de viris dictum est, & dicetur.

Si mulier de delicto accusetur, aut contra eam inquiratur. Cap. 7. Gloss.

De iure mulieres pro delicto accusatæ, vel inquisitæ non possunt personaliter detineri, capitulo mulieres. de iudic. in 6. Boer. in repet. l. consentaneum, num. 144. C. quomodo & quan. Iudex. Quod tamen intelligi debet de mulieribus honestis, non de meretricibus, & vilibus, vt per Menoch. post alios de arbitr. lib. 1. quæst. 84. numero 13. & seq. Hoc statutum pro delictis capitalibus disponit posse carcerari, quod & consuetudo vbique introduxit, sed in carceribus separatis à carceribus virorum teste Imola. in c. 2. num. 16. de pignor. Soccin. de citatio. artic. 5. quæst. 17. ver. 16. fallit Grammat. decis. 33. numero 11. Blanc. in pract. Crimin. fol. 4. num. 27. Boer. in decis. 349. nu. 5. Bonum est tamen, & ita disponit statutum quod iudex in hoc sit valde circumspectus, quia si mulier sit nobilis, & honestæ conditionis non debet illam cum dedecore ad se conduci facere; neq; statim in carcerem conÿcere. Grammat. dicta decis. 33. Foller. in pract. crim. fol. 34. nu. 18. & quando carceratur est separatim à Viris custodienda per allegata supra in cap. 2. ver. & debent. In reliquis processus proceditur contra mulieres, vti proceditur contra Viros, vt per statutum in fine.

Quando procurator admittatur, & de securitate Reis danda pro alÿs excessibus. Cap. VIII.

SI ex delicto, pro quo reus accusatus est, vel inquisitus, pœna corporis afflictiua, siue principaliter, siue in defectum pecuniariæ, & siue ea arbitraria, siue à Statuto taxata sit, imponenda venit; reus se ipsum præsentare, & querelæ vel inquisitioni respondere cōfitendo vel negando delictum, de quo inquiritur aut accusatur, omnino teneatur. In alijs vero iudicij actibus admittatur procurator ad omnia, quæ pro defensione reorum fuerint opportuna. Si vero ex crimine veniat pœna pecuniaria imponenda, & reus idoneæ cauerit, dato fideiussore de pęna soluenda, admittatur procurator ad respondendum, habens speciale mandatum ad sic respondendum: quòd si reus accusatus, vel inquisitus timeat ad respondendum accedere, eo quod de alijs excessibus diffamatus

num. 4. & sequen. lib. 1. Nam non videtur secure venire; qui non potest secure redire. arg. l. de ætate, ff. ad Trebell. Alexand. in cons. 46. lib. 2. Gayl. & Myssing. vbi supra Dec. in consil. 51. & securitate pendente. siue concedatur à Principe, siue ab inferiore ex iusta causa nihil est contra eam committendum l. 1. §. vlt. ff. de quæst. l. relegati, ff. de pœnis l. 3. §. seruus, ff. de acquiren. possess. l. fin. ff. de ijs qui ad eccles. confu. Rebuff. de appellat. artic. 16. glo. 1. num. 36. Tomo 3. Obseruandum etiam est, quod si alicui itineris cautio concessa est, & vt vocant saluus conductus, hæc cautio extenditur etiam ad illius vxorem & si de ea nulla facta fuerit mentio, ita consuluit Bald. in cons. 414. lib. 5. sequitur Iason. in l. si stipulatus fuero, ff. de verb. obligat. Petr. à Plac. lib. 1. delict. cap. 6. nu. 24. Verum Saluus conductus concessus à Principe non extenditur ad debitum iuratum, Alexand. in consil. 37. lib. 3. plenè Felyn. in cap. constitutus. de rescriptis, Grammat. decis. 12. num. 3. De validitate tamen securitatis concessæ à Principe dubitare nullo modo quis potest citra sacrilegij crimen, l. 2. C. de crimin. sacrileg. Dec. in cons. 64. num. 3. & 7. Iason. in l. 1. in princ. ff. de constit. Princ. Pedemon. decis. 88. num. 16. Guido Papæ decis. 418. Aliquando Iudices has securitates concedunt de iure, Blanc. in pract. Crimin. fol. 33. num. 15. & sequen. quod admittit hoc nostrum statutum, & de Saluaguardia concessa consuluit. Neuizan. in cons. 83. & adest tractatus de securitate Ioan. Rayn. ad quem erit pro indigentijs recurrendum.

Quod testes ex officio super innocentia recipiantur, & eorum dicta describantur.

Cap. IX.

SEnator, & Iudex, sicut ex eorum officio diligenter pro delictis reorum & nocentium indagandis & inuestigandis inquirunt, & testes examinant: ita & pariformiter ex eorum officio, æqualitate seruata, pro innocentia inuestigare & indagare, & testes de veritate facti informatos, per quoscumque ad eorum notitiam deducantur, interrogare & examinare, & in actis annotare & describi facere teneantur, & debeant; & non præterire testem & testium dicta, pro innocentia deponentes: aliàs tam Iudex veritatem facti pro innocentia quærere, quàm Notarij dicta testium scribere & annotare, & in actis ponere, per malitiam, aut per manifestam desidiam cessantes, in syndicatu ad interesse teneantur, & pœna falsi puniantur.

Quod testes ex officio super innocentia recipiantur, & eorum dicta describantur.

Cap. 9. Gloss.

Contra hoc statutum committunt in Vrbe mali Iudices, & pessimi Notarij, quoniam ea, quæ tendunt ad reum exonerandum per testes ex officio examinatos testificata non scribunt; Dicunt enim quod in repetitione illa adnotabuntur, & ita necessitant ad minus Reos ad repetitionem faciendam pro sua defensione; quæ alias hoc statuto seruato non esset necessaria; sæpe etiam euenit, quod testes isti repeti non possunt in graue damnum inquisitorum; Itaque sicut pro indagandis delictis sunt testes ex officio examinandi, ita æqualitate seruata sunt pariformiter pro innocentia reperienda ex officio examinandi, & eorum dicta sunt pro innocentia adnotanda hoc disponit statutum per dictionem pariformiter, hoc est simul eodem tempore inquirere ex officio de delicto, & de innocente, & innocentia, l. quod de pariter mortuis, ff. de rebus dub. l. si fundus, §. si duo. de pignor. l. si hi qui. de donat. caus. mortis cap. 1. de tempor. ordin. in 6. l. si pariter, ff. de liber. caus. l. 1. C. commun. de success. Archid. cap. 1. §. 1. de decim. Bertac. in repert. in verbo, pariter; Nam sicut attestatio probe, & sincere scripta præsumitur; ita est scribenda, cap. quoniam contra. de probat. & ibi Doctor. capit. bonæ memoriæ il 1. §. nos igitur. de elect. cap. in præsentia. de renunc. capit. sicut §. fin. de senten. & re iudic. Alexand. in cons. 22. num. 1. lib. 2. & in consil. 105. nu. 1. & 2. lib. 6.

Sed reo citato instante repetendi sunt, & iterum examinandi cum iuramento, & eorum dicta sunt in scriptis adnotanda, gloss. Bart. & alij in l. repet. ff. de quæstionibus, Salyc. in l. fin. C. eod. Nam examinati pro informatione Curiæ ex officio Reo non citato non probant, lege si quando, §. sed cum C. de testibus, §. & hic vero quia multoties. Nouell. cap. 90. Auth. de testibus.

An autem testis repetendus possit se referre ad primam eius depositionem; & quod non docuit Bart. in l. eos, ff. de falsis, Soccin. cons. 98. num. 13. lib. 3. Pedemon. decis. 128. nu. 13. Nec sunt testes cogendi quicquam dicere contra veritatem aliquo modo per Iudicem, l. lege Cornelia ff. de Sicar. Bart. in l. 1. in princ. ff. eodem, Immo Iudex debet inquirere conditionem testis

ex

ex officio, etiam parte non petente. glos. in l. 1. §. si curatores. ff. de mag. conue. vbi Bald. Innocen. in c. per tuas. de testibus. Paris de Puteo de Syndic. ver. & aduerte. Nam infamis homo repræhensibilis, humilis, & abiectus à testificando repellitur. l. testium. 3. in princ. ff. de testibus. l. eos testes. 4. C. eodem. Seruus accusatoris, vel inducentis. d. l. eos testes. §. si vero. Nouella. c. 90. de testibus, limita, & declara, vt in l. 7. ff. de testibus, & in l. 7. C. eod. l. 1. §. diuus. ff. de quæstionibus. lege diuus. 9. §. ex quibus. ff. de quæstio. l. vnius. 18. §. seruo. ff. eod. Omnes Religiosi sine consensu Superioris. c. & si Christus. & ibi Doct. de iure iuran. limita vt in §. si quando. authen. de sanctis epis. minores. 20. annis. l. in testimonium. 20. ff de testibus. l. 3. §. lege Iulia. ff. eod. l. inuiti. 19. in fine. ff. eod. l. ex liberis. 15. §. 1. ff. de quæstio. Sed examinati cum alijs ex officio faciunt iudicium. Iacob. Butrig. Guid. de Suza. quos refert Florianus in d. l. in testimonium. Bart. in l. 3. §. impuberes. ff. ad Syllan. glos. in l. fin. C. eod. Bart. in l. maritus. ff. de quæst. addentes ad Capellam Tholosanam. q. 237. Pauperes repelluntur quia eis minus quam diuitibus creditur. §. sancimus. auth. de testibus, & l. testiũ. ff. eod. Soccin. reg. 289. Pauper. Io. de Amicis cons. 78. nu. 9. Roland. cons. 64. nu. 33. lib. 2. quod intellige concurrente turpitudine vitæ. Berous in c. 1. nu. 54. de accusat. Clar. in §. fin. quæst. 14. ver. sed hic etiam. domestici familiares, commensales, mercennarij, & famuli. l. præsenti. §. sanè. C. de his qui ad eccles. confug. l. 2. C. de testibus. l. idonei. 6. ff. eod. l. testes. 24. & l. testis. 9. ff. eod. Canonistæ in cap. in literis. de testibus, nisi familiares, vel domestici sint valde honesti; vt Papæ, Principum, Cardinalium, Prælatorum, & similium. lege etiam. C. de testibus. Inno. in d. c. in literis. de testibus. Bald. & Salycet. in d. l. etiam. Lanfranc. in c. quoniam contra. de probat. in verbo depositiones. ver. quæro primo ponit per ordinem qui testes admittantur, & qui non, vel nisi agatur de re, quæ à solis domesticis, & familiaribus sciri magis possit, Io. And. ad Spec. de teste. §. 1. ver. quid si olim. Mutus non potest esse testis. Spec. vbi supra. §. nunc tractandum. ver. quid de muto. Roman. sing. 745. facit tex. in l. 3. §. idem diuus. & §. Caninio. ff. de testibus. vbi testes viua voce oportet deponere alias repelluntur; nec per scripturam sunt admittendi. Felyn. in c. de testibus. num. 7. eod. Sed limitat quinque modis quæ falentiæ non procedunt in Vrbe vbi adest Statutum. cap. 75. lib. 1. In Regno Bohemiæ, Austria, & Bauariæ adest consuetudo contraria, vt per Gayll. obseruat. 100. in fine. lib. 1. Infames vtiq; repelluntur. Bart. in l. 1. §. bestias. ff. de postulan. vt publico Iudicio Rei, vel in publicis Carceribus detenti. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus, vel publico Iudicio damnati; etiam propter calumniam ab eis commissam. l. in testimonium. 20. d. §. lege iulia. l. scio. l. ex eo. & l. repetundarum. ff. de testibus. l. quæsitum. 13. ff. eod. l. ob carmen. 21. ff. eod. & periuri. Io. And. ad Spec. de testibus. §. 7. ver. ferre testimonium. Abb. in c. testimonium. nu. 7. de testibus. Clar. in §. periurium. ver. repellitur. Redemptor litis, & continuus litigator repellitur. cap. suspectos. 3. q. 5. & c. nullus eadem causa. Roman. sing. 314. inimicus. §. insuper. auth. de testibus. l. 3. in princ. ff. eod. etiam quod sit nouiter reconciliatus. Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. publ. c. accusatores. 3. q. 5. Bald. in l. si quando. col. fin. C. vnde vi. Bart. in l. quoties. C. de naufr. lib. 10. Nisi causa cognita aliter Iudici videatur. l. 1. §. præterea. ff. de quæstion. Sed si inimicitia capitalis fuerit etiã in casibus exceptis non admittitur. Felyn. in c. cum oporteat. num. 8. de accusat. c. per tuas de Simon. Mars. cons. 65. nu. 20. Grammat. decis. 33. nu. 7. & si de recenti sit reconciliata Innocen. in d. c. cum oporteat. n. 6. Fely. n. 10. Didac. pract. quæstionum cap. 13. nu. 3. Testes proditi; traditi, vel custoditi ab eo contra quem proferuntur sunt repellendi. l. 1. §. cum quis latrones. ff. de quæstionibus. l. sicuti 4. C. eod. Hæretici repelluntur, cum distinctione de qua in l. quoniam. 12. C. de hæreticis. infideles, & excommunicati. c. si hæreticis. 2. q. 7. Meretrices. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus. Amicus pro amico non est idoneus. l. 3. in princ. ff. eod. Sed Cubicularij pro innocentiam accusati admittuntur, item Parentes, & consanguinei. Florian. in l. testes idoneos. ff. de testibus post Spec. de inquis. §. 1. ver. sed nunquid. Ang. in l. 4. ff. de confess. Bald. in l. parentes. C. de testibus. Notandum est conditionem testis esse de tempore perhibiti testimonij inspiciendam. Dec. in cons. 163. col. pen. testes obscuri, & ignoti non admittuntur. §. sancimus auth. de testibus. Nec Socij criminis. c. de quibus. de senten. excom. glo. & Doct. in l. fin. ff. de accus. l. qui filium cum ibi notat. C. de liber. caus. Nec testes qui antea contra eundem testimonium perhibuit. l. produci. 23. ff. de testibus. Nec Pater contra filium,

filium,

filium, nec filius contra Patrem recipitur. l. parentes. 5. C. de testibus. nec Aduocatus nec Procurator, nec sollicitator. l. vlt. ff. de testibus. l. mandator. ff. eod. Nec ille qui negocio non interfuti. §. quamuis anthea authen. de testibus. Nec de causa propria quis deponere potest. lege nullus. 10. ff. de testibus. l. omnibus. 9. C. eod. causa propria quæ sit definitur in l. 1. §. in propria. ff. quando appell. sit. Sed testes non iurati nihil probant. l. iurisiurandi. 8. C. de testibus lege testium. 14. C. eod. Gayl. obseruat. 101. per totam. lib. 1. Nec sibi contrarij. §. si qui plane. authen. de testibus. l. ob carmen. 21. §. si testes. ff. eod. Nec odiosi inter se §. fin. auth. de testibus. cap. cum oporteat. de accus. Nec varij, & ita dicuntur qui nulla causa assignata dicunt contrarium eius, quod primo dixerunt. c. dilectus. de tem. ordin. Nec qui vacillando dubiè loquuntur. l. eos. ff. de falsis nec titubantes. l. fin. C. de ordin. cognit. Spec. de teste. §. 1. ver. item quod sunt varij. l. 2. ff. eod. Nec pecunia corrupti. Bart. in lege 1. §. 1. ff. de falsis. lege si quis testium. C. de testibus Nec illi qui deponunt in verisimilia. lege ob carmen. ff. eodem. Nec qui deponunt per eundem præmeditatum sermonem lege 3. §. 1. ff. eodem seu per eadem verba dicto §. 1. Nec qui dicunt de diuersis delictis. capit. licèt. de probat. vel diuersis locis, vel diuersis temporibus, vel de diuersis personis. lege testium. C. de testibus. lege ad probationem. C. de probat. argumento notatorum in lege quid tamen. §. denunciasse. ff. de adult. capit. nihil. 3. quæst. 7. Nec minus illi qui rationem scientiæ dicti sui non reddiderint. gloss. in lege 3. C. de testibus, & testibus, non autem attestationibus Iudex credere debet, lege 3. §. diuus. ff. de testibus. Nam Iudex debet videre, & audire testem qua fronte qua voce loquatur, lege de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & ibi Bartol. dicta lege 3. §. Caninio. ff. de testibus. Maximè in causis criminalibus. §. quoniam scimus ibi in criminalibus enim. authent. de testibus. In causis Ciuilibus in Vrbe nunquam examinantur coram Iudice, in Criminalibus raro, vt attestationibus Iudicem credere oporteat; non autem testibus, & malè. An autem Fiscus possit contra testes productos ad rei defensionem easdem opponere exceptiones? & dic quod sic. Baldus in lege parentes. C. de testibus. Gemin. & Francus in capitul. 1. de testibus. in 6. Abbas in capit. 1. de confessis. Lanfranc. in dicto capit. quoniam contra. verbo, depositiones. vers. vnum solum restat. Angelus de malefic. in verbo, qui Iudex statuit, & ibi addentes. Bonifac. de malefic. de testibus. Felynus in capit. cum oporteat. de accusation. Alexand. in consil. 93. & in consil. 24. libr. 2. Sed quando à nemine possunt haberi testes integri, & habiles admittuntur non idonei; ne veritas occultetur, siue causa sit Ciuilis, siue Criminalis. lege diuus. ff. de quæstio. authen. si dicatur. C. de testibus. capit. 1. in fine. de re iudic. capit. fin. & ibi Doctor. de testibus cogen. & capitul. 3. de testibus. Sed cum tortura. lege ob carmen. §. fin. ff. de testibus. capitul. si testes. §. si verò. & §. in autem 4. quæst. 2. & 3. gloss. in capit. cum P. de accusation. Ioan. Andr. in capit. in contemplatione. de regulis iuris. declara, vt per Dec. in consil. 342. numer. 8. Mars. singul. 73. Roland. in consil. 24. numer. 77. libr. 1.

De termino Reis dando. Cap. X.

SI reus accusationi, aut inquisitioni respondendo, delictum de quo accusatur vel inquiritur, negauerit, & accusator vel Fiscus suam intentionem iustificasse prætendat, antequam ad rigorosum examen deueniatur, Romano & Romæ habitanti, terminum sex dierum; aduenæ verò & de districtu, duodecim dierum ad se defendendum, etiam si pars non petierit, præfigatur: in quo termino copia indiciorum contra eum laborantium, si eam habere voluerit, & facultas suos procuratores alloquendi, dari debeat.

De termino reis dando. Cap. X.

Glossa.

Omnes dilationes iure communi inspecto arbitrariæ sunt, non quod Iudex possit eis penitus derogare, sed consideratis locorum distantijs, personarum, temporis, viarum, & negocij qualitatibus, potest eas (cum viderit expedire) moderare, vel prorogare. c. quod ad consultationem. de re iudic. capit. personas. de appellation. lege 2. & ibi Doct. ff. de re iudic. Specul. de citatione. §. nunc. vers. nam omnes. quæ iura loquatur in causis Ciuilibus.

Sed an idem sit in Criminalibus? & Alexand. in lege prima, in princ. ff. de edend. numero 6. dicit quod sic. Contrarium quod super facto proprio non debet dari Reo terminus ad deliberandum, tenuit Bald. in leg. cum falsum. numero 2. ff. de acquirend. hæredit. Clarus in §. fin. quæstio. 45. numero 7. Accusatori verò ad probandum sic, leg. fin. ff. de ferijs, vbi gloss. magna ibi, & Bald. Clarus in §. fin. quæst. 48. numero 2. Sed datę accusatori sunt accusato communes, addentes ad Signor. in cons. 160. Clar. d. quæst. 48. num. 4.

Sed dandæ sunt à Iudice pro tribunali sedente leg. à procedente, C. de dilationibus. Hoc nostro statuto præsentibus sex dierum, absentibus duodecim danda est Reis in criminalibus dilatio; vt cesset controuersia de qua supra. Et data accusatoribus erit, & Reis communis, vt dixi; Immo accusatori duæ, Reo verò tres concedi debent, leg. fin. de ferijs, vbi gloss. & Bart. num. 15. Gayl. obseruat. 91. numero 15. lib. 1. & de pace publ. capit. 9. numero 7. libro 1. Et omnis dilatio, quæ datur à lege, vel statuto est peremptoria, & non requirit ministerium Iudicis leg. mancipiorum. ff. de opt. leg. l. peremptorias, C. senten. resc. non poss. Spec. de dilat. §. videndum, ver. item nota. Gayl. obseruat. 91. in princ. libro 1. & illius terminus de iure in dubio est continuus, gloss. sing. in leg. 2. C. de diuer. & tempor. præscript. & ideo feriæ in numero connumerantur, Bald. in leg. 1. ff. de ferijs, leg. siue pars, C. de dilatio. Gayl. obser. 53. num. 12. libro 1. Quod secus esses si concederentur dies vtiles, quoniam ab istis excluduntur feriæ, quia dies vtiles dicuntur, quibus Iudex sedit, & copia eius haberi potest, leg. iure mariti, C. de adult. leg. 1. in princ. ff. de diu. & tempor. præscript. & à iure ob eam causam tales dies dicuntur aliquando dies sessionum, lege is cui §. sex autem mensium, ff. vt in possess. legat. Soccin. iun. in cons. 19. num. 16. lib. 3.

De minoribus. Cap. XI.

MInores annis decem & septem, absque curatoris legitimi interuentu in iudicio criminali stare non possint, & aliter eorum confessiones, & gesta cum eis non valeant.

De minoribus. Cap. XI.

Glossa.

Nec minus de iure communi minor habet legitimam personam standi in iudicio criminali sine curatore. l. Clarum, C. de auth. præst. & etiam quod sponte confiteatur, & confessio erit nulla sine curatore. Cyn. in d. l. Clarum. Bart. in l. fin. §. pupillus, ff. de verb. obligat. Immo curator debet adesse ad videndum iurare minorem, Salyc. in l. 1. C. de confess. Sed curator dandus est ab eo Iudice coram quo causa pendet, Bald. in l. fin. post princ. C. de administratione tutorum, & ideo Iudex ecclesiasticus dat curatorem laico minori coram ipso litem habenti, cap. fin. de iudic. in 6. & è contra. Rota in antiquis decis. 207. quam citat Maran. in 4. par. 11. distinct. num. 13. & 39. Mysing. obseruat. 87. Centur. 1. An hoc statutum extendatur etiam ad mulierem maiorem? Nam ad minorem decem, & septem annorum non est dubitandum, quia masculinum in fauorabilibus concipit fœmininum in statutis, rescriptis, & priuilegijs, leg. qui duos. ff. de legat. 3. leg. pronunciatio, ff. de verborum significatione, Tiraquel. de retractat. lignag. §. 1. gloss. 9. numero 203. & sequen. Rota diuers. decis. 125. numero 31. parte 2. Doctor. in leg. si quis maior. C. de transactio. & extendi etiam ad mulierem maiorem notarunt allegati per Lambertengum de contract. gloss. 1. numero 356. per Aretin. de Malefic. in verbo, comparent dicti inquisiti, columna 3. ver. nec non sis bene cautus, & ibi addentes, etsi minor, vel mulier propter indicia torquendi sint, in interlocutoria de subijciendo eos tormentis erit citandus curator datus, & si nullum habeant prius illis detur, & postea interloquatur, nec est necesse quod adsit in tormentis, quia est executio illius sententiæ; ad quam executionem videndam non est curator citandus. An autem minoris confessio in tormentis ei præiudicet sine auctoritate curatoris? & cum non requiratur præsentia Curatoris, vt dixi præiudicat, Nicho. de mate. & Ioan. And. ad Spec. de confess. §. sequitur, ver. secundo, quia fit ad habendam veritatem, Ang. in l. certum §. in pupillo ff. de confess. Cynus in lege 1. C. de confess. Alberic. in quarta parte statut. quæstio. 82. Alberic. & Fulgos. in d. l. clarum. tenent contrarium. Circa qua vide Boss. si adu. rem iud. numero 22.

Roland.

Roland. in consilio 31. numero 1. libro primo. Petr. à Plac. libro 1. delictor. capitulo 32. numero 12. Grammat. consil. ¶. *Clar. in §. fin. quæstio. 50. & ibi Baiardus in addit.*

De positionibus in causis criminalibus non faciendis. Cap. XII.

IN causa criminali non recipiantur positiones pro responsione ab alterutra parte habenda, nisi quando mixte pro violentia expulsiua vel turbatiua intentaretur simul ciuile & criminale iudicium: possint tamen fieri & produci capitula ad offensam & defensam, de quibus parti copia, si voluerit, dari debeat.

De positionibus in causis criminalibus non faciendis. Cap. 12. Gloss.

Nec communi iure inspecto in causis mere Criminalibus positiones admittuntur; nec pro confessatis in contumaciam non respondentis recipiuntur, sed ad probandum eas producentes admittuntur, & ratio est, quia in causis criminalibus probationes luce meridiana clariores requiruntur, lege fin. C. de probation. lege absentem, ff. de pœnis, lege qui sententiam C. eodem capitulo sciant cuncti. secunda quæstione sexta, leg. singulis, C. de accusation. & ratio rationis est, quod quoties de hominis vita agitur perspicacius, & diligentius est agendum leg. additos, C. de appellation. gloss. in leg. fin. in verbo, iudicijs, C. de probation. & vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum, cap. vbi periculum. de electio. in 6. lege prima, §. sed etsi quis, ff. de carbo. edict. Nam & Iuuenali Satyr. 6. inquit: Nulla vnquam de morte hominis cunctatio fera est; & quod positioni criminosæ, nemo respondere teneatur, probat Neuizan. in consil. 5. numer. 68. Pedemontan. decis. 66. numero secundo, & vndecimo, & notaui de differentijs induiduorum litera I, numero 56. ver. quarto, & quid differant positiones ab articulis tradit Maranta par. 6. de positionibus num. 1. quam non admittit Gayl. obseruat. 79. in princ. lib. 1.

De quæstionibus, & tormentis. Cap. XIII.

PVblici lattones & viarum violatores, homicidæ, falsarij monetarum maiestatis rei, incendarij, violatores mulierum, sodomitæ, status Romani Populi turbatores, & proditores; ac de prædictis, seu aliquo prædictorum infamati vel descripti, & nominati in infrascriptis libris infamatorum pro prædictis, si fama publica præcedente per tres saltem idoneos testes probata, ad manus Curiæ deuenerint, ne tanta scelera impunita remaneant, pro veritate eruenda, prout dictauerit discretio Senatoris, & suorum Iudicum, ad tormenta contra eos procedatur. Accusati autem & inquisiti de alijs quibuscumque excessibus, maleficijs & delictis nullatenus torqueantur, nisi præcedentibus legitimis indicijs, vel depositione vnius testis de visu, cum aliquali indicio; vel saltem quatuor testium examine, de publica fama deponentium cum aliquali indicio, vt dictum est. Prius tamen interrogetur reus super delicto; & si confiteri voluerit, torqueri non possit: aliàs vero antequam ad torturam deueniatur, terminus ad defendendum, prout supra de termino teis dando dictum est, etiam si reus non petierit, præfigatur. & eo elapso votum omnium Iudicum de affettamento, seu maioris partis eorum accedat; de qua deliberatione & voto Protonotarius rogare se debeat, & per illius fidem in actis Notarij criminalis constet, & aliter ad torturam deueniri non possit: & si aliter fiat, confessio extorta confitenti non noceat, & Iudex in syndicatu pœna centum aureorum puniatur, & interesse, si æstimabile fuerit, parti resarciat.

De quæstionibus, & tormentis. Cap. 13.

Glossa.

Diffamati de delictis in hoc statuto notatis; præcedentibus indicijs leuioribus sunt quæstionibus, & tormentis subijciendi, accusati, & inquisiti de alijs delictis hic non enumeratis non nisi præcedentibus indicijs legitimis, vel depositione vnius testis de visu, cum aliquali indicio, vel saltem quatuor testium de fama deponentium cum aliquali indicio. ibi accusati autem: Nullo enim iure extat constitutum à tormentis esse incipiendum; Ad tormenta seruorum ita demum veniri oportet, cum suspectus est Reus, & alijs argumentis ita probationi admouetur, vt sola confessio seruorum deesse videatur, l. 1. & ibi gloss. 1. & Doct. ff. de quæstionibus; & hoc si aliæ probationes euidentes habe-

haberi non possint lege edictum 8. in principio, ff. eodem. leg. diuus 9. lege prima, §. in causa. ff. eodem, quod intellige semper præcedentibus legitimis indicijs, dicta lege prima, l. de minore 10. §. tormenta. lege vnius 18. §. in causa est. lege vltima, ff. de quæst. & vbique Doctor. l. primum 3. C. eodem lege sicut 17. in fine, C. ad l. Cornel. de falsis. Quæ autem indicia præcedere debeant, vbi non adest statutum, vt hic, Iudicis arbitrio relinquitur iudicandum, lege testium fides, 3. §. quæ argumenta, ff. de Testibus: Et de iure vnius Testis testimonium non sufficit ad quæstionem inducendam. lege maritus 20. vbi glossa in verbo admitti, ff. de quæst. Quæstionem autem habere debet ipse Iudex in præsentia Clarissimorum Virorum, & Patronorum causarum. lege custodias. 12. ff. de pub. iudic. §. corroborantes Auth. de Testibus, hæc laudibilis lex non seruatur, nisi in aliquibus locis, etsi seruaretur vbique Iudices non ita crudeliter contra quærendos seuirent. Statim enim reis exhibitis etiam diebus feriatis, quæstio de eis est habenda. dicta lege prima, & dicta lege duodecima, & supra in glossa, capitulo 58. libro 1. & ex pluribus Reis vnius facinoris timidior, vel Iunior torqueatur, lege prima, §. 1. vbi glossa in verbo, incipiendum, & lege vnius 18. vbi glossa in figuratione casus, ff. de quæstionibus, & quidem torqueatur non quantum accusator postulat; sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant, lege quæstionis 7. vbi glossa, leg. de minore 10. §. tormenta, & ibi glossa in verbo, temperamenta, ff. de quæstio.

Prius tamen interrogetur super delicto; Iudex qui quæstionem est habiturus non debet specialiter interrogare testes an Titius homicidium commiserit, sed generaliter quis id commiserit, Alterum enim magis suggerentis, quam requirentis videtur, lege 1. §. qui quæstionem. Reos verò sic, dicto §. qui quæstionem. vbi glo. in verbo, interrogare, & in verbo, de se, ff. de quæstio. & plusquam semel quæstio haberi potest. leg. repeti. 16. vbi glossa, & leg. vnius 18. §. 1. ff. de quæstionibus. vbi gloss. in verbo, repeti. An autem quæstioni fides adhibenda sit, & quæ. est in arbitrio ipsius Iudicis dicta leg. 1. §. quæstioni. Vnde autem id Iudex arbitrari possit tradit text. in lege de minore, §. plurimum, ff. de quæst. Regulariter autem quæstioni, & confessioni partis fides est adhibenda. lege edictum 8. ff. de quæstio. & iure communi inspecto, de quo nec latum vnguem abusus seruat; Non passim quiuis pro, vel contra quemuis torquendus est, l. milites 8. §. fin. C. de quæstio. Sed tantum serui torquendi sunt l. diuus Pius 9. §. licet itaque ff. de quæstionibus, leg. si quis 12. ff. eodem facit l. is cui 19. ff. eodem, & non semper, Nam contra Dominos, nec pro dominis torquendi sunt, lege prima, §. Antoninus, ff. de quæst. leg. pridem 6. C. eodem leg. seruos 14. C. eodem. liberi homines regulariter torquendi non sunt, quod colligitur ex mox allegatis iuribus, quibus permissum est solos seruos posse torqueri, ideo liberos prohibitum, vt est text. in lege ex libero homine 15. ff. de quæst. leg. de minore 10. §. fin. & lege si quis 12. ff. eodem, Nisi fortè manumissi sint, ne torqueantur. lege prima, §. si seruus, ff. eodem, vel nisi liberi sint obscuri, & in testimonio dicendo, vel respondendo suspecti, tunc enim quamuis liberi torqueri possunt, §. corroborantes, §. si eiusmodi. Auth. de testibus, leg. ob carmen 21. §. si ea rei, ff. de testibus. Item, nisi agatur de Crimine lesæ Maiestatis, in quo omnes omnino torquendi sunt; siue Testes, siue accusatores, instigatores, & Rei; masculi, & feminæ cuiuscunque gradus, dignitatis, ac conditionis fuerint, lege de minore 10. ff. de quæst. leg. nullus 4. C. ad leg. Iul. Maiest. leg. si quis 3. C. eodem. leg. Decuriones 16. C. de quæstio. leg. primum 3. C. eodem, & iure merito; Sed quod omnes liberi homines, & in omni casu sine distinctione gradus, dignitatis, & conditionis torqueantur pessimus abusus est, quo vt serui, vel vt liberi obscuri, & suspecti tractantur, quamuis Christiani, Nam gentiles illis fauoribus vsi sunt.

De termino dando capto capitaliter diffidato. Cap. XIV.

Diffidato, seu condemnato capitaliter ad mortem, si infra annum sponte se constituerit; terminus competens statuatur, ad suam innocentiam (si potuerit) probandam, non obstante quòd à sententia diffidationis de coniumace & confesso per eum, vel eius procuratorem non fuerit appellatum: infra quem terminum, etiam super nullitate sententiæ audiatur.

De ter-

De termino dando capto capitaliter diffidato. Cap. 14. Gloss.

*De materia vide supra, capit. 10. & terminus competens erit idem de quo ibi. Condemnatus in contumaciam, etsi non fuerit pro eo à nemine appellatum; infra annum comparens per hoc statutum auditur, & admittitur ad suam innocentiam probandam cum præfixione termini competentis. Et infra eundem anni terminum potest dare de nullitate sententiæ, vt in hoc Criminalis causa cum Ciuili concurrat, vt patet supra cap. 191. de causis nullitatum, §. de nullitate autem, lib. 1. Sed de iure comparens infra annum non tenetur docere de sua innocentia Alber. in l. 1. num. 5. ff. de requir. reis, Guliel. de Benedic. in cap. Raynutius, par. 2. verbo mortuo itaque testatore, numero 152. de testat. Clarus in §. fin. quæst. 44. ver. quando Reus, de qua re Gand. tit. Quid sit agendum reo absente, num. 1. Boss. de requir. reis num. 1. & de citat. num. 5. Clarus d. quæst. 44. Roland. in cons. 68. nu. 11. lib. 2. Sed necesse habebit fiscus suam intentionem probare alias erit Reus absoluendus, l. qui accusare, C. de eden. Ex dispositione statuti huius cum disponatur ad probandam innocentiam esse admittendum, videtur talis comparens teneri de sua innocentia docere; Quod quidem ego puto verum quando constat sententiam contra cõtumacem latam fuisse ob delictum, non autem ob simplicem contumaciam; Nam lata ob contumaciam, si illa per comparitionem purgata fuerit, & sic resoluta, censentur quoque resolutæ omnes pœnæ contumaciales, l. 1. §. si frater vers. etsi quidem per contumaciam, ff. de collat. cap. ex literis. vbi latè Felyn. de constit. quod enim contumacia abstulit obedientia restituit. Bald. in cap. fin. citum. 1. tit. per quos fiat inuestitura, & sententia lata ex contumacia eius est naturæ, vt tamdiu solùm duret, quamdiu durat contumacia. Gayl. de pace publ. cap. 6. num. 4. lib. 2. & Reo comparente reducitur ad simplicem citationem Bald. in l. 1. ver. extra opponitur. C. de postulan. Bart. in l. 1. §. fin. ff. de requir. reis, Tiraquel. de cessante causa par. 1. num. 57. & sequen. & in dubio potius ob contumaciam, quam ob delictũ contra absentes latam est præsumendum l. Papinianus, §. meminisse, & ibi Bart. ff. de inoffic. l. si ideo vbi Bart. ff. de euictio. l. qui repudiatis in fine, ff. de inoff. testamen. Alberic. de statut. par. 1. quæst. 81. Capolla cons. Crim. 58. & consil. 64. num. 210. Mars. sing. 4. Tiraq. de cess. caus. par. 1. num. 62. Gabr. de senten. conclus. 3. num. 1. Nonnius cons. 94. num. 4. Gayl. de pace pub. lib. 2. cap. 5. num. 9. Rota coram Achille. decis. 1. de absolutione, in manuscriptis in impressis verò 11. de dolo, & contumacia, & in Romana Canonicatus S. Angeli vltima februarij 1567. coram Cotta, & 17. Maij 1567. & in Imolen. Castrorum die 22. Aprilis 1575. coram Cardinale Seraphino, et in Ciuitatis Castelli 16. Decembris eiusdem anni, coram eodem Seraphino, & in manuscriptis apud D. Iulium Feum. 1447. & 1448. quod procedere stante etiam statuto disponente quod contra contumaces procedatur tanquam contra confessos affirmauit Rota in prædictis decisionibus. Secus autem erit si de delicto in actis constet, & sententia ob delictum in actis probatum contra absentem, & contumacem lata legatur, vt per Bald. in l. 1. num. 9. C. de hæred. instit. omnes in l. 2. C. qui test. fac. poss. Bero. cons. 8. numero 3. & 11. lib. 2. Menoch. in consil. 492. numero 23. libro 5. Gayl. de pace pub. capit. 6. numero 4. in fine, libro 2. remissiuè ad capitulum 19. Contrarium quod stantibus Bullis, & hoc statuto contra tot supra citatos, & Rotam dicatur lata ob delictum, non ob contumaciam conatur defendere D. Prosper Farinaccius quæstio. 11. ante num. 93. & d. num. 93. & sequen. par. 1. Sed quicquid sit negari tamen non potest ex dispositione statuti huius esse admittendos infra annum comparentes ad eorum innocentiam probandam, & ad dicendum de nullitate sententiæ, quia statum in hoc videtur satis clarum; An autem quod disponitur in sponte comparente infra annum procedat etiam in capto? & quod sic dicit rubrica ibi de termino dato capto capitaliter diffidato, quod etsi non repetatur in nigro; tamen habetur pro repetito, quia rubrica est concordanda cum nigro. Iason. in rubr. Inst. de actionibus numero 28. Imola. in rubr. de verborum obligation. Alberic. & Salycet. in lege 1. ff. si certum petatur. Euerardus in loco de rubro ad nigrum. Mysinger. obseruat. 89. numero 3. cent. 1. et rubrica pro lege potest allegari si perfectam orationem contineat; vt ista; vt per Felyn. ad rubr. vt lite non contestata, Abbas, & alij in capit. ex parte il 1. num. 43. de rescript. gloss. in lege vnica, C. ne liceat in vna eademque. in verbo, retractare, & ibi Bald. numero 6. in fine, gloss. in prohem. decret. §. nos ad apicem. in verbo, titulis. in 6. Iason. in lege prima, num. 2. ff. si certum petat. Bald. in rubr. nu. 1.

C. an seruus pro suo facto. Gayl. de pignorationibus cap. 4. num. 2. & 3. & ita etiam intellexit vsus auctore Summo Pontifice introductus de quo testatur D. Farinaccius in d. quæst. 11. sub num. 104. vers. Limita 4. per totam.

De libro diffidatorum, & inuestigatorum, & eorum nominibus publicandis.
Cap. XV.

SEnator Vrbis retineat apud se vnum librum cum chartis numeratis, & signo Cameræ Vrbis impressis; in quo per Alphabetum nomina omnium diffidatorum describi faciat, illumq; diligenter custodire, & finito officio, in manibus syndicatorum successori tradendum, consignare teneatur; aliàs ad omne interesse, & vltra, ad pœnam centum ducatorum Cameræ obligetur, & de suo salario in syndicatu retineantur. Similiter etiam retineat, sicut hactenus consuetum est, librum alium (quem vacchettam appellant) in quo Notarij maleficiorum, sua manu, nomina delinquentium, qui ad eorum notitiam peruenerint, cum annotatione temporis, & diei, & qualitatis delicti, summatim annotare debeant: & aliter ad capturas inuestigatorum (nisi in grauioribus delictis) deueniri non possit: quę capturæ semper sigillo Senatoris fieri debeāt, & aliter non valeant, & dictus liber conseruetur & restituatur vt supra, sub dicta pęna. Omnes autem & singuli diffidati pro crimine, in dicto libro descripti; describantur in charta membrana capaci, per nomina, & cognomina, & Regiones cum expressione pœnæ: Et singulis hebdomadis prima die iuridica, exhibeantur in publico, & in valuis Palatij eadem charta appendatur, vt ab omnibus inspici & legi possint; & ibi saltem per vnam horam, dum ius redditur, retineatur. & fiat dicta annotatio similiter per alphabetum, & ab vna parte describantur ciues, & incolæ domicilium in Vrbe habentes; ab alia forenses, & extra Vrbem habitantes: Vel fiant duæ chartæ distinctæ, vt facilius inueniantur, & maiori infamia notentur, & omnibus magis innotescāt: Et detur fides huiusmodi scripturis, ad effectum procedendi ad capturam diffidatorum, & offendendi ipsos, in casibus permissis; ac etiam excipiendi contra eos, vt ab agendo, & ab officijs publicis, ac dignitatibus repellantur. Si vero contingat aliquos ex ijs reaffidari, vel eorum diffidationes cassari; pariformiter Scribæ Senatus Vrbis, aut Protonotarius Curiæ Capitolij, nomina eorū ex dictis chartis, de mandato Senatoris & Iudicum, & ad cuiusque petentis instantiam, delere, & cancellare teneantur, ita vt legi non possint; & nullus alius, sub pęna falsi, manus apponere possit, aut corrumpere præsumat dictas patentes scripturas. Et si Senator, vel eius Iudex maleficiorum, vel Scriba Senatus, aut Protonotarius in his exequendis cessauerit; is qui cessauerit, aut neglexerit, decem aureorum, toties quoties omiserit, pęnam incurrat. Item Senator habere, & retinere debeat vnum aliū codicem, similiter cum numero chartarum signatarum, & impressarum; in quo omnes infamati de homicidijs, de furtis, vel alijs huiusmodi facinoribus, diligenter annotentur, & describantur ad hoc, vt contra eos procedi possit vt supra.

De libro Diffidatorum, & inuestigatorum, & eorum nominibus publicandis.
Cap. 15. Gloss.

Hoc idem communi iure dispositum legitur in l. 1. ff. de requir. reis, & in l. 1. C. eod. Nam rei si absint, vel latitent sunt prius requirendi, & postea adnotandi, vt in dictis iuribus, l. annus 4. ff. eod. vel potius adnotantur, vt requirantur l. 1. ibi sed adnotari, C. de requir. reis, & d. l. 1. ibi, sed absens requirendus adnotandus est. ff. eod.

Quod diffidati impune offendi possint, & quando in iudicio esse permittantur.
Cap. XVI.

DIffidati de crimine capitali ad mortem, impunè offendi possint, & per Senatorem contra illos occidentes vel tradentes in manibus Curiæ præmium de pecunia Camerę soluendum constitui possit; diffidatus autem citra pęnam mortis, non possit nec etiam leuiter offendi; immo eum offendens, ita puniatur, ac si non diffidatum offendisset. Qui verò diffidatum etiam capitaliter ad mortem, postquam in manibus & posse Curiæ, vel suæ familiæ deuenit, offenderit; perinde puniatur, ac si non diffidatum offendisset. Ciuiliter autem siue citra mortem diffidati, si ab alio ciuiliter conueniantur, possint se per procuratorem legitimum defendere, diffidatione non obstante. In causis tamen criminalibus audiantur

diantur agendo & excipiendo, si suam vel suorum iniuriam prosequantur. Diffidati autem siue pro causa ciuili siue pro criminali nullatenus ad aliquod officium intra vel extra Vrbem eligi possint, & electio non teneat.

Quod diffidati impunè offendi possint, & quando in iudicio esse permittantur. Cap. 16. Gloss.

Impunè. *Statutum hoc valet, vt dixit Dec. post alios in l. vt vim. ff. de iustit. & iure, & in c. quæ in Ecclesiam. de constit. Rip. in l. ex facto §. ex facto. ff. ad Trebell. scribentes in l. 1. C. de haret. Petr. Plac. lib. 1. delict. c. 36. nu. 1. Alex. cons. 2. in fine. lib. 2. cons. 65. n. 2. Dec. in cons. 327. nu. 3. Alex, Ias. & alij in lege si plagij. ff. de verbor. obligation. Viuius in commu. opin. in verbo, Statutum disponens quod Bannitus. Clarus in §. homicidium, ver. plerumq; occidens bannitum habentem saluum conductum an teneatur de homicidio? tradit Soccin. in consil. 61. & stante statuto quod ex delictis iteratis augeatur pœna, an occidens bannitum impunè teneatur ad augmentum pœnæ? & puto quod sic; licèt enim offendens bannitum, qui de iure occidi potest interpretatione iuris non dicatur delinquere propter impunitatem; tamen non potest negari; quod delinquens sit; & delictum commiserit. Bald. in lege 1. & 2. ff. ne quis eum qui in ius voc. & in l. decuriones vbi etiam Castren. n. 4. C. ex quibus caus. infam. irro. Nam illud quod in suo genere est malum, non potest vlla de causa bene fieri. Arist. in 2. Aetich. quem Sotus de iustit. & iure lib. 5. q. 1. artic. 2. & id quod pœnam non meretur, offensa tamen est, & non abstergit nomen delicti; licèt pœnam tollat, vt docuit Bart. in l. 1. ff. de his quibus, vt indignis. Quamuis enim multa faciamus sine pœna, tamen non carent vitio, & dedecore c. nerui. 13. distinc. Contrarium nititur defendere Magon. in Lucanis decis. 41. nu. 15. & 18. pro quo videtur Bald. in l. 1. nu. 15. C. si non à competen. Ruyn. in cons. 4. num. 13. & 28. libro 5.*

De Homicidis. Cap. XVII.

HOmicidia, capite naturali puniatur, si capi poterit, seruata forma de qua supra: alioqui diffidetur, & condemnetur de homicidio, & bona eius publicentur, & Cameræ Vrbis applicentur: deducta legitima filiorum, & nepotum. Domus autem occisoris, pro Vrbis decore nullatenus diruatur; de quibus bonis medietas sit Cameræ Vrbis, & alia medietas hæredum legitimorum proximiorum in gradu, qui ab intestato venirent ad hæreditatem interfecti: siue interfectus testamentum fecerit, siue non, & illis deficientibus, sit hæredum in testamento descriptorum, deducta tamen semper ex omnibus dictis bonis legitima filiorum, & nepotum interficientis, quæ eisdem applicetur: & Senator in possessione dictæ medietatis bonorum hæredes supradictos immittat, & immissos manuteneat, & partem pro diuiso, si voluerint, assignet.

De Homicidis. Cap. 17. Gloss.

Non occides dicit Dominus in quinto præcepto decalogi, & omni iure Homicida capite punitur; & communi iure vltore ferro ex lege Cornelia de Sicarijs homicida punitur. §. item lex. instit. de publ. Iudic. l. 3. §. penult. & l. qui cædem. 16. ff. ad l. Corn. de Sicarijs. Si quis autem hominem sica, vel veneno occiderit, vel hominis necandi causa cum telo ambulauerit, venenum confecerit, dederit, vendiderit, habuerit, vel aliter mortis causam dederit, tenetur lege Cornelia de Sicarijs. l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. is qui 7. C. eod. §. lex Cornelia. & §. telum. instit. de publ. iudic. l. 1. §. præterea. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. eiusdem. 3. ff. eod. l. qui venenum. 236. ff. de verbor. signif. & l. nihil interest. 15. ff. ad l. Corn. de Sicarijs. Causam autem dedisse dicitur morti, qui falsa indicia professus; profitendaue curauit, vt innocens circumuentus condemnaretur. l. 3. §. item qui author. ff. eod. l. 1. in princ. ff. eod. Item si falsum testimonium quis dixerit; quo quis publico iudicio reus capite damnaretur. d. l. 1. §. præterea si magistratus pecuniam acceperit, vt reum damnaret innocentem. d. §. præterea. Si mulier visceribus vim intulit, vel medicamenta adhibuit, quo partum abigeret. l. si mulierem. 8. ff. ad l. Cor. de Sicar. l. diuus. 4. ff. de extraordin. Crimi. l. Cicero. 39. ff. de pœnis. Si vim ac tumultum quis excitauit, vnde aliquis interemptus sit. l. quoniam. 6. C. ad l. Iul. de vi publ. Si quis author seditionis fuit. l. 3. §. item qui. ff. ad l. Cor. de sicar. Si homo sinè Iudice sit damnatus. l. circumcidere. 11. §. 1. ff. ad l. Cor. de sicar. & §. fin.

§. fin. Si hominem castrauerit, aut filios circumciderit. d. l. 3. §. qui hominem. & l. 4. §. idem diuus. ff. ad l. Cor. de sicar. Si partum abiecit; eiq; quis alimoniam deneget. l. necare 4. ff. de agnoscen. liberis. Sed præmissa limitabis nisi non occidendi animo facta fuerint. l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 1. C. eod. l. 5. C. eod. l. 7. ff. eod. quoniam procedunt in homicidio voluntario quod ex proposito, & dolo committitur, vt notat Ias. in l. ff. de legibus vbi Mar. Salamo. egregie de homicidio voluntario, & inuolũtario scribit, Gayl. obser. 110 lib. 2. in princ. & num. 3. Sed quotiescumq; constat aliquem homicidium commisisse; vel homicidio causam dedisse, semper præsumitur ex proposito, & dolo commisisse. l. 1. C. de sicar. l. non conuitij. C. de iniur. & si dicat non ex proposito, nec dolo commisisse, vel aliter, vt veniat excusandus debet probare. glo. in d. l. 1. Spec. de præsump. §. species. ver. illud est. Limita 2. nisi tutandæ propriæ salutis causa homicidium commiserit. l. 2. C. ad l. Cor. de sicar. l. 3. & 4. C. eod. l. itaq; si. ff. ad l. aquil. lege sed & si 5. ff. eod. declara tamen, vt tutela sit facta cum moderamine tutelæ inculpatæ. Doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Gayl. vbi supra nu. 10. & 13. Limita 3. nisi quis latronem, ac depopulatorem agrorum occiderit. l. 1. C. quando liceat vnic. sine iudice se vindic. Limita 4. nisi quis adulterum cum filia deprehensum occiderit. l. patri 20. & l. sequen. l. Gracchus 4. C. eod. l. nihil. in princ. C. ad l. Iul. de adult. Limita 5. nisi militiæ desertorem occiderit. l. 2. C. quan. lice. vnic. sine iudic. se vindic. vel transfugam. l. 3. §. fin. ff. ad l. Corn. de sicar. Limita 6. nisi furem nocturnum occiderit. l. itaq; 4. ff. ad l. aquil. declara, vt in lege furem. 9. ff. ad l. Corn. de sicar. & vbiq; Doctor. Limita 7. nisi stuprum sibi, vel suis per vim inferentem occiderit. l. 1. §. fin. ff. ad l. Corn. de sicar. Limita 8. nisi quis occiderit quem dispositione legis, vel statuti impunè occidi possit, vt colligitur ex allegatis iuribus, & supra in cap. 16. Limita 9. nisi per furiosum dormientem, infantem, pupillum, vel ebrium homicidium sit commissum, vt per Gayl. obser. 100. nu. 20. & sequen. lib. 2. Clar. §. fin. q. 60. alios casus excusabiles ponit, idem facit Tiraquel. de pœnis temperandis. Clarus in d. §. fin. q. 83. num. 10. Sed qui imprudenter aliquem interfecit, exulet vsq; ad mortem summi Pontificis. Num. c. 35. Ios. 20. & in præceptis affirmatiuis præcepto. 224.

Deducta legitima filiorum. *hoc idem seruabatur de iure antiquo, quo bona confiscabãtur salua filijs homicidæ condemnati legitima. l. 1. ff. de bonis damnator. iure vero nouissimo nequaquam nisi in certis casibus. §. fin. auth. vt null. Iudic. & auth. bona. C. de bonis proscriptorum. Hoc statutum vtrumq; ius amplectitur, ius nouissimum quando homicida in fortiam Curiæ venit, ius antiquum quando est contumax, cum mandet in pœnam diffidationis, & capitis damnari; & confiscationis bonorum salua semper legitima filiorum. dicta lege 1. ff. de bonis damnat.*

Si homicidium ab aliqua Ciuitate vel Castro de Vrbis districtu committatur. Cap. XVIII.

SI contigerit Communitatem alicuius Terræ de districtu Vrbis, committere homicidium, condemnetur, si fuerit Ciuitas, in mille ducatis auri; & si fuerit Castrum, in quingentis Cameræ Vrbis, & tantundem hæredibus interfecti, & plus in quolibet casu arbitrio Senatoris, & diffidetur: & non possit reaffidari, nisi primo hæredibus occisi, & Cameræ Vrbis dictam soluerit quantitatem: & nihilominus auctores, & homicidæ pœna iuris, & præsentium Statutorum, puniantur. Diffidata autem seu condemnata Communitate alicuius Castri vel Terræ pro pœna prædicta; singuli de Castro vel Terra censeantur diffidati, seu condemnati pro eadem pœna, Clericis, Religiosis, Pupillisque & Mulieribus duntaxat exceptis.

Si homicidium ab aliqua Ciuitate; vel Castro de Vrbis districtu committatur. Cap. 18. Gloss.

Ab aliqua Ciuitate: *Est enim Ciuitas multitudo, seu vnitas Ciuium in hoc collecta, vt optimo iure societatis viuat. c. si ciuitas. de sentent excom. in 6. & Cicero in somn. Scipio. In Ciuitate inquit, & vbi vis locorum necessario requiritur in primis Verbum Dei, deinde Magistratus, qui administret rempub. Id quod gentes quoq; (quamuis Christum Saluatorem nostrum ignorarent(Lumine tamen aliquo naturali cognouerunt, vt Aristoteles, Plato, & alij quamplurimi testantur. Ideoque inter exempla publici iuris referuntur Sacerdotes, & Magistratus. l. 1. §. 1. ff. de iustit. & iure. Ci-*

uitas

uitas appellari sæpè solet cœtus vel congregatio, non quibuscumq;, sed conciliata in vnam societatem, ac communionem Fidei; & Sacramentorum. Vnde Apostolo. ad Corint. Ecclesia Dei (inquit) quæ est Corinthi. & ad Coloss. c. 1. pro corpore ipsius (ait) quod est Ecclesia. Vocatur autem propriæ Ciuitas, quæ habet Episcopum. c. in illis. & c. sequen. 80. distinc. Et quæ Episcopum non habet. Alciat. in c. perniciosam. de offic. ordinar.

Vel Castro. *Castrum numero vnius notissimæ est significationis, Castra vero numero multitudinis locum significat, vbi milites tentoria figunt, quo in sensu accipit, Modest. in l. 1. §. emansor. ff. de re milit. & horum genera multa erant; quædam enim prætoria de quibus Tacitus lib. 1. de Tiberio loquens dispersas per Vrbem cohortes in vna Castra conduxit Tiberius. Alias erant vrbana. l. si maritus. §. legis. ff. de adulter. Alia vigilum. d. §. legis. Idem dicitur Castrum quasi Casa alta, vel casa stricta; quia habitatio Castri non debet esse diffusa; ne multa egeat custodia. Io. And. in c. si ciuitas. nu. 2. de senten. exc. in 6. vbi Phil. Fran. nu. 5. Abb. in c. tuæ. nu. 2. de Cler. non resid. Ias. in l. si hæres iussus §. vicis. nu. 4. ff. de legat. 1. & potest esse sine districtu, Territorio, & iurisdictione. l. per Prouincias. C. de ædif. priua. Franc. & Ioan. And. vbi supra, quo casu nullo gaudet priuilegio de iure communi; sed Ciuitati viciniæ subest. Anchar. in c. statutum. §. nec audiatur nu. 5. de rescript. in 6. Franc. in d. cap. si ciuitas. Secus si subditos habeat, & ius Territorij; siue vniuersitatis, quo casu vtitur priuilegijs Ciuitatis. d. §. vicis. vbi Ias. n. 1. Anchar. d. §. nec audiatur. Bald. in c. 1. nu. 5. & 6. de Capit. qui cur. vend. Gayl. obser. 62. lib. 2. multa dicit de iuribus Castro competentibus, & de eius pertinentijs.*

De Vrbis districtu. *Districtus astringendo significat Territorium, & Diocesim apud Doct. pragmaticos, & apud veteres hoc verbum reperiri dixit. Alciat. in l. Pupillus. ff. de verbor. signific. vbi etiam de Territorio dicit quod sit vniuersitas agrorum intra fines cuiusq; Ciuitatis ab eo dictum, quod Magistratus eius loci intra eos fines terrendi, hoc est submouendi ius habet. l. 3. §. non perpetua. ff. de Sepul. viol. Varro. lib. 4. lat. lig. Myssing. obser. 89. nu. 7. & 8. cent. 4.*

Si contigerit Communitatem. *Communitas non potest puniri de delicto commisso per Ciues, nisi perpetratum fuerit ex proposito, & consilio Ciuium; etiam si omnes Ciues vexillo erecto, & pulsata Campana illud delictum committerent sine deliberatione publica. Curt. Iun. in cons. 174. num. 33. & in cons. fin. in fine Oldrad. in cons. 65. & 315. num. 3. Dec. in cons. 221. nu. 2. Soccin. in cons. 20. col. 20. lib. 1. Clarus in §. fin. q. 16. ver. vlt. quæro. Myssing. obseruat. 79. per totam. cent. 4. & quando ex consilio fuit commissum, & locus sit statuta pœna pro qua est imponenda collecta, tunc innocentes non contribuunt. Felyn. in cap. graue. de senten. excom. Brun. in cons. 28. n. 11. Pedemon. decis. 90. nu. 9. l. semper. §. in sepulcro. ff. quod vi aut clam. Ias. in cons. 139. lib. 4. Dec. in cons. 667. nu. 9. & 672. nu. 7. Aymon. cons. 21. nu. 8. Quod verum est in delicto momentaneo, secus in habente causam successiuam, vt rebellio, quia tunc Ciuitas tenetur dato quod consilium, & deliberatio non præcesserit. Anchar. in cons. 158. col. 4. Bart. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis, Castre. cons. 114. lib. 2. Corn. cons. 224. lib. 4. Affict. decis. 376. Paris. consil. 21. num. 33. & sequen. lib. 4. Zabar. in Clemen. 1. col. 8. de pœnis. Pedem. in decis. 138. Sed pro communitate potest procurator interuenire in istis causis. Myssing. obseruat. 76. n. 3. cent. 4. Sed pleriq; voluerunt vniuersitatem delinquere non posse; quod an verum sit, & quomodo intelligatur docuit Myssing. obseruat. 78. per totam cent. 4. & d. obseruat. 79. vtiq; per totam eadem cent. 4. Homicidium vero à pluribus commissum vti singulis, non vti vnũ corpus ex deliberato consilio quomodo sit puniendum, tradit ex multis quos citat Gayl. obseruat. 109. per totam lib. 2. pract. obseruat. & mitius esse agendum tradit Tiraquel. de pœnis temper. causa. 47. Prosp. Farinac. in q. 96. per totam par. 2. Nam ob populum multum crimen pertransit inultum.*

De pace, & quibus non suffragetur. Cap. XIX.

SI quis instigãte diabolo, homicidium commiserit, nullatenus reaffidari possit, nisi pacem ab hæredibus legitimis proximioribus in gradu interfecti (si extant, siue defunctus testamentum fecerit, siue non: vel si non extent legitimi, ab hæredibus testamentarijs) habuerit. Statuimus autem, quòd si is homicida, secundum homicidium, seu plura homicidia commiserit, & pacem habuerit à legitimis hæredibus interfecti, vel etiam testamentarijs;

tarijs; pax ipsa pro secundo, seu pluribus homicidijs reddira, nihil illi proficiar, nec opitule tur: quinimmo contra eum ad pœnam legis & Sratutorum Vrbis, cum rigore iustitiæ procedatur, pace huiusmodi non obstanre. Similiter & pacem suffragari nolumus his, qui dolosè occiderint patrem, matrem, filium, filiam, fratrem carnalem, vel nepotem carnalem, patruum, auunculum, & materteram, sororem carnalem seu vxorem: sed pace non obstante, contra tales facinorosos ad pęnam legis & statutorum rigorosè procedi mandamus: nisi mulier interfecta in regione vel vicinia esset manifesta meretrix, quo casu pacis beneficium, vt cæteris suffragari possit.

De pace, & quibus non suffragetur. Cap. 19. Gloss.

De pace. *Pax est vinculum perfectionis secundum Apost. & Christus est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur, & differt à concordia; quia pax est genus, concordia vero species. Alex. & alij in l. 1. ff. de pac. vnde aiunt; quod statutum de pace habenda non verificatur in concordia, & est pax humanarum rerum tranquillitas dicta à pactione d. l. 1. ff. de pac. c. 1. de treug. & pace, vbi Felyn. & quod sit vinculum caritatis notant in c. nouit. de iudic. de qua Doct. in l. transigere. C. de transact. Didac. var. res. lib. 4. c. 10. Boss. de pace. Clar. in §. fin. q. 58. Gozzad. in cons. 31. & Gayl. de pace pub. lib. 1. capit. 1. multa dicit de laudibus pacis.*

Nullatenus. *Idest nullo modo. c. statutum de testam. Archid. in c. quoniam. de immun. eccles. c. 7. de decimis in 6. Corsett. in sing. litera N. ver. nullatenus. cap. 2. vt lite penden. in 6. c. super literis. de rescriptis. & c. cum contingat. eod. c. quia diuersitatem. de prebendis. Bart. lib. 1. Minoricarum c. quidam in testamento suo.*

Reaffidari possint. *Sicut diffidare est in banna ponere, ac pro crimine condemnare, ita reaffidare est ad priorem statum diffidatos restituere, & diffidati dicuntur pro crimine condemnati reaffidati restituti à pœna. l. 1. & l. relegatorum. ff. de interdic. & relegat. & tales reaffidati poterunt recuperare omnia quæ per diffidationem amiserunt. Nam per reaffidationem dicitur quis restitutus. Bart. in l. fin. nu. 11. C. de senten. passis. Boss. de remed. ex sola clemen. Princ. n. 1. & seq. Sed non extenditur ad bona alienata per fiscum. Felyn. in c. inter. n. 4. de maior. & obed. Iason. in l. gallus. §. & quin si tantum. n. 70. ff. de liber. & posthu. Natt. consil. 471. Nisi expressè dictum fuerit. Rube. cons. 164. nu. 6. & dicitur diffidatio sententia interlocutoria. lege 1. ff. de requir. reis. auth. item nulla. C. de epis. & cleric. Bald. in l. si quis filio. §. eius qui. ff. de inoff. testam. glo. in l. 1. §. quid ergo. in ver. vel multis. ff. de ventr. inspic. Et ad solum Principem spectat dare istas reaffidationes. Paris. in cons. 1. lib. 4. per glo. in l. 2. in verbo, concedi. C. de in ius vocan. Pedem. decis. 101. vel ad populum; qui non recognoscit superiorem, vt dicit Bart. per illum tex. in l. relegati. ff. de interdic. & relegat. & in l. is qui reis. ff. de pub. iudic. Sed non debet Princeps diffidatum reaffidare nisi parte concordata, hoc est habita pace; vt disponit hoc statutum, & dicit Ruy. in cons. 60. lib. 5. Boss. de pace. in princ. Gramma. voto 35. num. 8. & cons. 31. Sed pro bono pacis; ac maxima cum causa potest diffidatum sine pace reaffidare secundum Dec. in cons. 520. nu. 5. Iudices vero possunt reaffidare, si reaffidati occiderint Bannitum; l. non omnes. §. fin. ff. de re milit. Roman. sing. 538.*

Committens plura homicidia ex dispositione statuti huius beneficio pacis non suffragatur. §. statuimus autem. Nec minus cõmittens homicidium in personis nominatis in §. similiter. nisi forte esset manifesta meretrix. Et diffidati sunt laicaliter excommunicati, vt per Salycet. in d. auth. item nulla communitas. C. de epis. & cleric. & in l. 1. C. de hered. instit.

De beneficio pacis. Cap. XX.

SI de aliquo delicto, aut maleficio, pro quo pœna pecuniaria veniat imponenda, pax infra decem dies à die delicti computandos, ab offenso habeatur, hoc casu pœnæ medietas remittatur.

De beneficio Pacis. Cap. 20. Gloss.

Plura de pace, ac beneficio illius in terminis similis statuti tradit Clar. in §. fin. q. 58. per totum; & de materia mitigationis pęnarũ plures causas affert. Tiraq. de pęnis temperan. Clar. in d. §. fin. q. 60. & q. 85. numer. 10. Grammat. decis. 8. & decis. 23. & post præallegatos easdem, & alias affert pęnarum temperanda-

randa-

randarum causas D. Prosper Farinac. q. 87. vsq; ad q. 98. inclusiuè.

De beneficio confessionis. Cap. XXI.

Cvilibet accusato vel inquisito de delicto, de quo similiter pœna pecuniaria imponenda venit, sponte & in prima responsione confitenti maleficia, vnum, vel plura, de quibus proceditur contra eum, remittatur quarta pars pœnæ pecuniariæ, quæ in huiusmodi maleficijs, vno vel pluribus confessatis, secundum Statuta imponi deberet.

De beneficio confessionis. Cap. 21. Glos.

Cum quis crimen non conuictus confiteatur, est etiã de iure communi cum eo mitius agendũ; quam si negans postea conuinceretur. l. 1. C. ne tut. vel curat. vectig. cond. auth. sed nouo iure C. de pœn. iudic. qui male iudic. cap. vlt. & ibi glo. de furtis. c. inter corporalia. ver. sane, de translat. epis. cap. 3. & ibi glo. 30. distinct. cap. vlt. 82. distinc. glo. in l. non omnes. §. fin. ff. de re milit. Immo sponte confitenti interdum omnino parcitur, vt puta quando se ipsum defert. l. edicto. in princ. ff. de iure fisci. l. 3. §. vlt. ff. de alie. iudic. mut. caus. fac. vbi glos. & Salomon. Prouerb. 28. Qui confessus fuit scelera sua, misericordiam consequetur, huc spectant; quæ de altercatione differendo dixit Fab. lib. 7. ita. Nocet etiam diu pugnare in his, quæ obtinere non possit; nam vbi vinci necesse est, expedit cedere; quia siue plura sunt, de quibus queritur, facilior erit in cæteris fides siue vnum, mitior solet pœna irrogari verecundiæ: nam culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est. Et Cicer. in Verrem ante finem. Nemo ita in manifesto peccato tenebatur, vt cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur si negaret, & Plin. libr. 4. epist. & lib. 9. Rem (inquit) manifestam inficiari, augentis erat crimen, non diluentis. & Arist. libr. Rethoric. de causis ciuilibus ad Alex. dixit. Si te accusarit, ac dixerit deliquisse; vt veniam consequare facile præstabis, & apud Athenienses manifestanti se ipsum impunitas præstabatur, teste Liuio 1. dec. lib. 1. quod & lege Mosaica idem seruari conijcitur Exod. c. 22. & Numer. 5. vbi glo. Nicolai de Lyra. Sed prædicta intellige procedere in sponte confesso citra metum tormentorum. glo. in c. de hoc. ver. iure. de simon. & ibi Abb. & in cap. at si cleric. col. 2. ver. nota para esse, vbi etiam Felyn. ver. nota etiam. quod mitius Dec. in 6. not. de iudic. Secundo intellige non procedere, quando per legem, vel Statutum quis incurreret pœnam ipso iure delicto commisso. Bar. in l. id quod seruo. §. 1. ff. de pec. leg. l. palam. §. vlt. ff. de ritu nupt. Ang. de malef. in verbo, comparent inquisiti, Bal. in l. ea quæ. in 2. q. C. de condict. indeb. Anchar. in c. perpetuè. col. 1. de elect. in 6. & in c. 1. col. vlt. de homicid. in 6. Alex. in l. eum qui. ff. de iure iur. D. Prosper. Farinac. q. 81. c. 5. nu. 181. & 182. citat tenentes contrarium. Tertio intellige non procedere in sponte confitente delictum; sed negante qualitatem alterantem ipsum delictum; quoniam si de negata qualitate postea conuincatur, æque punitur, ac si omnino negasset, vt per Bart. in disputat. incip. per Italiam communiter sunt statuta, & in d. l. eum qui. ff. de iure iur. & in l. proinde. §. notandum. ff. ad l. Aquil. Bald. in d. l. ea quæ. in 7. q. Aug. de malef. vbi supra. Farinac. vbi supra. num. 180. & 186. Quarto intellige non procedere in eo qui posteaquam negauit delictum pœnitentia ductus confessus fuerit. Bart. in d. l. eum qui. nu. 4. ff. de iure iur. Soccin. in l. non fatetur. num. 7. ff. de excep. Sed contra dixit Ias. in d. l. eum qui. num. 8. sequitur Iasonem. Clar. in §. fin. q. 82. ver. stante statuto. Ias. & Clari opin. reprobatur ratione quia dolus proprius nemini debet patrocinari. l. in fundo. ff. de rei vendic. & quia ex malitia non debet quis præmium reportare. l. conuenire. ff. de pac. dotal. vt Bart. opinio videatur melioribus rationibus fulcita. An autem præmissa procedant solum in pœnis arbitrarijs; vel etiam in ordinarijs certis à lege, vel Statuto appositis, & quod sic firmat D. Prosper. Farinac. in d. q. 81. c. 5. num. 183. & sequen. dummodo illæ pœnæ sint de illis; quæ mitigari, ac temperari possint; vt sunt pecuniariæ ex dispositione statuti huius, & vide Catal. de Boncompagnis de Syndicatu. n. 137. tom. 14.

Vt semel gratiosè à carceribus liberati, amplius non liberentur. Cap. XXII.

Qvi semel extractus fuerit, seu liberatus de Carceribus, in honorem Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis, vel alijs solemnitatibus, ex benignitate Sanctissimi Domini nostri Papæ, non possit vlterius similem gratiam obtinere.

De

De pace per metum extorta, & quòd securitas non habeat vim Pacis. Cap. XXIII.

SI quis terrore vel minis præcedentibus, aliquem ad pacem præstandam adduxerit, omni pacis commodo, & beneficio (quo ad diminutionem pœnæ) sit exclusus, & omni beneficio cuiuscumque rescripti, seu gratiæ, omnino priuatus: nec pax minis præcedentibus secura, prosit illis, qui sic illam fuerint consequti, quoad dictos effectus: sed eo beneficio indigni reddantur, & habeantur; & pax sic præcedentibus minis, vel alijs violentijs facta violenta, & coacta præsumatur; & quo ad effectum remissionis pœnæ, vel consequendę gratiæ, ex rescripto Principis, aut Superiorum; nulla, nulliusq; roboris vel momenti existat. Quo autem ad effectum securitatis præstitæ de se mutuo non offendendo, valida sit, & perpetuò inuiolabiliter obseruetur, ac salua, & firma remaneat, & vim perpetuæ securitatis obtineat. Perpetua autem securitas, nullatenus intelligatur vim pacis habere ad dictos effectus gratiæ, vel remissionis partis pœnæ ex beneficio Statuti vel rescripti.

De pace per metum extorta, & quòd securitas non habeat vim Pacis. Cap. 23. Gloss.

Iure merito statutum est pacem per metum extortam non suffragari; quia nemo potest cogi facere pacem arg. tex. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui notan. infam. §. qui vero. auth. vt litigan. iur. collat. 9. cap. fin. de rescriptis. Bart. in d. §. qui iussu. nu. 2. Bald. in l. 1. §. qui es. ff. de off. præfect. Vrb. Alex. ad Bart. in l. æquissimum. ff. de vsufr. Bald. in l. ex stipulatione. C. de senten. & inc. 1. §. fin. de pace tenen. Felyn. in rubr. de treg. & pace. nu. 1. & sequen. Clar. in §. fin. q. 58. in fine nu. 4. ver. pro complemento.

Contrarium voluit Bart. sibi contrarius in l. congruit. n. 4. ff. de off. præsidis. Abbas de treg. & pace. nu. 1. c. placuit. 90. distinc. Card. in Clemen. 2. de re iudic. Viuius opin. 424. nu. 4. quod verum existimo si pro quiete Republicæ per Principes cogerentur priuati ad pacem faciendam pro scandalo euitando. Catald. de Syndic. nu. 25. Bald. in l. cum affirmes. C. de liber. caus. & in d. l. æquissimum. Martin. Lauden. de confœderatione Principum. q. 12. Felyn. in d. rubr. de tregua, & pace. nu. 3. & 6. Mar. cons. 98. nu. 5. Viuius d. opin. 424. nu. 4. ver. nec non Iudex. Baiardus ad Clar. dicta q. 58. nu. 75. Nam priuatus à priuato cogi non potest per allegata in princ. & si fuerit coactus nō subsistit, nec sustinetur, vt disponit etiam hoc nostrum statutum, pro quo faciunt allegata supra, & Bulla Inno. viii. 128. Paul. II. Clem. vii. & aliorum, quas Baiard. q. 59. n. 51.

De occidentibus, & percutientibus per pecuniam, vulgo Assassinis vocatis. Cap. XXIIII.

QVicumque pretio vel pecunia aliquem quomodocumque occiderit, aut occidere tentauerit, vel occidi fecerit, aut mandauerit. Dummodo ad actum proximum deuentum fuerit, per Terram trahatur, & in furcis laqueo suspendatur, ita vt moriatur, & bona eius confiscentur applicanda prout supra de Homicidijs dictum est. Si quis autem pretio, vel pecunia aliquem, citra tamen animum occidendi, percusserit; seu percuti fecerit; tam ipsi percutienti, quàm percuti facienti amputetur manus ita vt a brachio separetur, & in quadruplum eius in quo teneretur, si pecunia non interuenisset, puniatur, & tam huiusmodi occisores vel percussores, quam mandantes nullo pacis aut confessionis beneficio gaudeant. quod & locum habere volumus etiam si occasione vindictæ talia perpetrentur.

De occidentibus, & percutientibus per pecuniam, vulgo Assassinis vocatis. Cap. 24. Gloss.

Contra istos insurgit armata lex Cornelia de Sicarijs. ff. & C. ad l. Cor. de sicar. & in istis delictis probabilia argumenta sufficiunt ad condemnandum, vt probat tex. in c. pro humani. de homicid. in 6. ibi & postquam probabilibus constiterit argumentis, vbi Geminia. n. 2. Archid. nu. 2. Franc. nu. 5. notab. 11. Felyn. in c. afferte. nu. 9. in 3. limitati. de præsumpt. addent. ad Ang. de malef. in verbo, quod fama publica. nu. 26. Boss. de indit. nu. 201. Dec. in cons. 189. nu. 4. Boer. decis. 164. nu. 5. Roland. cons. 27. nu. 4. lib. 1. Gabr. libr. 7. conclus. 1. nu. 20. Clar. in §. fin. q. 20. ver. scias autem, & in §. Assassinium ver. præterea.

Assassini erant populi quidam ex Siria, qui à pueritia ita instruebantur, vt inimicos Regis, aut domini cui obediebant, eius mandato au-

denter

denter incautos opprimebant, Volater. lib. 1. capit. de feris Syriæ, quod probat Didac. lib. 2. var. resolut. capitulo 20. numero 10. quia allegat eiusdem opinionis Ioan. Andr. in capitulo primo de homic. in 6. Alberic. in dictionario in verbo, assassinus. assassini qui fuerint, & vnde originem traxerint tradit Paul. Aemilius libro 5. de rebus gestis Francorum, ita inquit. Non Agri modo infesti ab hoste erant, sed, & in Vrbibus insidiæ proceribus struebantur, nec vllus locus tutus, nullum tempus metu vacuum. Nec tum magni Reges, Imperatoresque formidolosi erunt, quam Assassini gens obscura, assassini sunt illi qui aliquem Christianum occidi prætio mandant alteri siuè infideli, siuè Christiano, vt dixit Aretin. in consil. 163. sub numero decimoseptimo. Viuius cõm. opin. in verbo, assassini omnes. Capic. decis. 155. Grammat. voto 8. & 9. Et secundum hoc nostrum statutum sunt etiam illi, qui occidunt per pecuniam, vt in rubr. qui ambo puniuntur de affectu, etsi non sequatur effectus, dummodo tentauerint efficere, vt in dicto statuto, & de iure conatum sufficere sine effectu dixit Angel. in consil. 14. In quæst. præmissa, Didac. in repetit. Clementina si furiosus, fol. 280. ver. secundo proponitur. Afflict. par. 1. Const. Regni rubr. 22. numero 11. Grammat. voto 9. Capic. decis. 155. capit. 1. de homic. in 6. vbi Franc. quod intellige secundum casus quos ponit Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. casu 360. sub numero 38. ver. quartus est casus 39. & sequen. Gayl. de pace pub. capit. 1. 4. num. 21.

Pœna de iure communi est diffidatio à toto populo Christiano, & possunt impunè offendi, d. capit. 1. de homic. in 6. Grammat. voto 8. numero 2.

De pace fracta. Cap. XXV.

QVicumque pacem cum aduersario suo factam studiosè fregerit, per se vel per alium, si capi poterit, capite puniatur ad mortem; si autem capi non potuerit, capitaliter diffidetur ad mortem; bonis eius publicatis: & si pœna fuerit in instrumẽto apposita, illa etiam à datis fideiussoribus exigatur, & cùm offenso diuidatur, secũdum formam instrumenti pactorum, & non possit aliquo tempore reaffidari, nec liberationem à Senatore impetrare; & si impetrauerit, ipso iure nulla sit. Domus autem eius ne Ciuitas ruinis deformetur nullatenus diruatur, sed publicata pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate parti offensæ applicetur: reseruatis semper iuribus dotium mulierum, & quorumcunque creditorum. Et si aliquis de Baronibus aut Magnatibus Vrbis de ctum pacis fractorem receptauerit, post diffidationem, vel condemnationem de prædictis, puniatur in ducatis auri mille, & amplius arbitrio Senatoris: & sententia seu diffidatio lata contra delinquentem, ipso iure noceat fideiussori; & hoc locum habeat, si de pace constet per publicum instrumẽtum.

De pace fracta. Cap. XXV.

De pœna frangentis, seu violantis pacem, vel treguam iuxta dispositionem iuris communis tradit text. in cap. 1. de pace tenenda in vsibus feudorum, vbi Bald. dicit quod ille qui hominem sub pace occiderit capite puniatur, nisi probauerit ad sui defensionem occidisse, si aufugerit bona eius mobilia publicantur, immobilia relinquuntur hæredibus, per ipsos prius iurato quod delinquenti nullum auxilium præstabunt, si non occiderit, sed vulnerauerit amputatur manus; Si verò sine sanguine percusserit, vel absque percussione inuaserit pecuniaria pœna veniet puniendus, hæc Baldus ibi, sequitur in parte Vulpel. de pace, quæst. 51. Sed Bero. in consil. 114. numero 38. & sequen. lib. 1. dicit quod pro pace violata, nec mobilia publicantur, sed reseruãtur filijs.

Ciuitas violans pacem punitur pœna auri librarum centum, oppidum triginta, Duces, Marchiones, & Comites quinquaginta, Capitanei viginti; Alij verò inferiores trium, ita text. in cap. 1. §. si quis verò de pace iuramen. firmam Vulpell. d. quæst. 51. numero 1. & 9. Bart. in l. 1. numero 6. ff. ad l. Iuliam. Maiest. per illum text. videtur velle quod pacis violator incidat in pœnam læsæ Maiestatis, sed loquitur in pace publica facta per duas Ciuitates non recognoscentes superiorem, ita Vulpell. d. quæst. 51. num. 3.

Albericus in tract. de statutis par. 1. q. 51. in princ. simpliciter dixit fractorẽ pacis capite puniendum, eum refert Mars. in rub. ff. de fideiussor. q. 29. nu. 243. versic. contrariam tamen partem, quod debet intelligi in milite publicæ pacis violatore, per text. quem ibi allegat in l. fin. ff. de re militari, & quandoque violatoribus pacis bona publicantur, & quandoque

etiam deuastantur teste eodem Alberic. vbi supra par. 3. quæstio. 18. numero 14. in fine Iodoccus verò in pract. Crimin. capit. 108. rubric. de pacis, ac induciarum violatione alias tribuit pœnas.

Hoc nostrum statutum disponit, quicumque pacem cum aduersario suo factam studiosè fregerit per se, vel per alium, si capi poterit, capite puniatur ad mortem, si autem capi non potuerit capitaliter diffidetur ad mortem, bonis eius publicatis.

De hac materia multa dicit glossa ad constitutionem Marchiæ libro 4. capitulo 76. & 77. licet ibi diuersa pœna imponatur, etsi pœna in instrumento fuerit apposita, illa etiam a datis fideiussoribus exigatur, & cum offenso diuidatur secundum formam instrumenti ita disponit statutum ibi etsi pœna, & bene quia pœna conuentionalis nō confunditur cum pœna principalis delicti, Ripa in rubric. ff. de damno infect. numero 24. Herculan. de Caut. de non offenden. capitulo decimo, numero 4. capitulo decimoquarto, numero octauo, capitulo 36. numero quarto, capitulo 45. numero 1. Sed applicata partis confunditur cum damnis, & interesse passis per fracturam pacis; quæ omnino debentur si sit pœna hæc in totum applicata fisco, ita colligitur ex allegatis per Herculan. vbi supra, capitulo decimo, numero quarto, capitulo 31. numero 19. Contrarium quod etiam debeantur damna quando pœna est applicata parti tenet Vulpell. de pace quæstio. 64. & est communis secundum eum.

Applicatur enim de iure communi pœna conuentionalis fractæ pacis, & per præsentia statuta illi, cui partes in instrumento expresse applicari voluerunt. Herculan. de caut. de non offenden. capitulo 10. numero 8. Maluas. consil. 33. numero primo, & sequen. & num. 11. Sed vigore Bullæ Pij Quarti 128. sunt istæ pœnæ stipulandæ ad fauorem Cameræ Apostolicæ, etsi aliter factæ fuerint, in ipsius Cameræ fauorem nihilominus stipulatæ censeantur, & pœna conuentionalis semel soluta propter semel fractam pacem, non potest iterum exigi propter aliam fractionem, & contrauentionem, talis enim promissio; seu cautio, non nisi de sequuta offensione prima vice intelligitur per text. in lege boues, §. hoc sermone, ff. de verborum significatione, vbi Alciat. & Rebuff. & latissimè Tiraquell. Nisi aliter sit conuentum, & apposita clausula rato manente pacto &cæt. toties quoties &c. vel etiam iuramentum, quod habet vim prædictæ clausulæ rato manente pacto, vt per Alexand. in consil. 115. numero 7. libro 4. Cephal. consil. 35. numero 26. lib. 1. Ferrett. de ferijs numero 101. Herculan. de caut. de non offenden. capitulo 31. numero 20. & capit. 36. num. 27.

Sed si plures in pace, seu cautione de non offendendo promiserint non offendere alios plures; & vnus ex promissoribus contrauenerit; Tunc ille solus promissor tenetur ad pœnam conuentam in solidum, non alij. Bart. in l. fin. quæstio. 2. vbi etiam Ang. ff. de duobus reis, idem Aug. in l. si seruus, §. plurium, numero 6. ff. si quis caut. Corne. consil. 167. numero 4. libro 3. consil. 248. numero 8. lib. 4. Gayl. de pace public. lib. 1. capit. 3. num. 17. Et licet contrarium voluerit Riminal. in consil. 306. lib. 3. Tamen à prima non puto recedendum, nisi promissio facta fuisset à pluribus non vt singulis, sed prout vnum corpus, vt in specie loquitur Alexand. in consil. 116. lib. 4. & declarat Batardus in addit. ad Clarum in quæst. 47. numero 33. Sed bene possunt omnes Socij ipsius offensi agere contra offensorem ad pœnam pro virili, ita Herculan. de caut. de non offend. capit. 18. numero 14. quod puto intelligendum cum declaratione præcedenti; alias soli offenso debebitur, ita Riminal. dicto consil. 306. lib. 3. Facit Thob. Non. in consil. 108. num. 20. inter consil. crimin. 152. Vulpel. de pace, quæstio. 57. num. 3. & quæstio. 63.

Sed si expressum sit quod vnus teneatur pro alio, & omnes in solidum sint obligati; tunc omnes tenebuntur, Herculan. cap. 18. num. 19. d. tract. de caut. de non offenden.

De frangentibus securitatem, vel treguam. Cap. XXVI.

Similiter etiam contra frangentem securitatem perpetuam, vel ad tempus, vltra pœnas conuentionales, eadem pœna capitis ad mortem, sicut contra frangentes pacem, imponatur: & prædicta locum habeant, si de securitate vel tregua constet per publicum instrumentum.

De Fran-

De frangentibus securitatem, vel Treguam. Cap. 26. Gloss.

Eadem capitali pena per hoc statutum puniuntur fractores securitatis, & Tregua; vltra conuentionales penas, sicuti fractores pacis de quibus supra c. proximo, & quidem bene; Nam de iure communi secundum vnam opinionem tenentur isti pena criminis lesæ Maiestatis, quæ est capitalis d. cap. 1. de pace tenenda; Alij autem tenuerunt debere tradi offenso puniendum, alij vero teneri pœna eadem qua fractor pacis; alij pœna amputationis manus, alij tanquam proditorem, vt per Bart. & Alberic. in l. 1. licitas, §. ne potentiores ff. de offic. præsidis. Sed in hac opinionum diuersitate præualuit illorum qui arbitrariam iuxta facti, & personarum qualitatem extra ordinem dixere. ita post Bart. Alberic. in d. §. ne potentiores, Cumanus in cons. 32. Menoch. de Arbitr. casu 335. num. 3. lib. 2. Sed vbi certa pœna à statuto est apposita, vt hic cessat Iudicis arbitrium; Quod quidem vbi non adest statutum potest extendi vsque ad mortem. Doct. in §. in summa. Instit. de iniurijs, Herculan. de caut. de non offen. capit. 10. numero 4. Bart. in l. 1. C. de superexact. lib. 10. Sed de consuetudine non seruatur, Clarus §. fin. quæst. 84. ver. sed hic incidenter, & hoc statutum intelligitur de securitate, & cautione voluntaria, non de ea quæ datur Iudicis imperio, quod colligitur ex illis verbis ibi si de securitate, vel tregua constet per publicum Instrumentum, hoc est per voluntariam conuentionẽ, quod idem dicendum est de pace, quia de vtraque idem disponitur, vt in d. cap. 25. & hoc capit. 26. Licet generaliter, & de iure non valeat argumentum de pace seu tregua, ad securitatem licet possint concurrere, Benintend. decis. 65. num. 16. & sequen. Vulpel. de promis. de non offenden. quæst. 73. Herculan. de caut. de non off. cap. 15. num. 4.

Quomodo pacis securitas fracta intelligatur. Cap. XXVII.

PAcis securitas, siue fideiussio fracta intelligatur, si quis eum, cum quo pacem & securitatem habet, studiosè per se, vel alium percusserit, bona aut munitiones inuaserit, vel violenter abstulerit: Item per quamcumque violentam inuasionẽ ad domum iniurioso animo factam: Item per solam violentam & iniuriosam aggressionem: Item per solam euaginationem gladij, & per adminationẽ, cum quocumque genere armorum, licet persona non tangatur: Item per solam infugationem cum armis, vel sine armis: Item si per pallium iniuriosè apprehenderit, vel si equitantem per frenum ceperit, & retinuerit. Pro verbis tamen iniuriosis, vel contumeliosis, non intelligatur pacis securitas fracta; sed agi possit ciuiliter, & criminaliter æstimatoria iniuriarum: Et si criminaliter agatur, imponatur pro quolibet verbo iniurioso vel contumelioso pœna decem ducatorum, vel arbitrio Senatoris, puniatur etiam pœna corporali pro personarum verborum, & locorum qualitate; sin autem ciuiliter agatur, æstimentur arbitrio Iudicis. Quæ autem dicta sunt de pœna verborum iniuriosorum, locum habeant etiam inter quos nulla est pacis securitas: mitigetur tamen pœna eius, qui prouocatus, verba iniuriosa responderit; & si modum & mensuram non excesserit, impunitus euadat.

Quomodo pacis securitas fracta intelligatur. Cap. 27. Gloss.

Hic ponuntur plures modi quibus pacis securitas rupta intelligitur, qui omnes factum aliquod iniuriosum continent vsque ibi pro verbis tamen, & tale factum ex hoc statuto debet habere qualitatem, quod studiosè factum sit per se vel per alium; vt sine hac qualitate non intelligatur ex eo pacis securitas rupta; quia statutum disponens cum aliqua qualitate, ad hoc vt habeat locum, de illa qualitate constare debet. Bart. in lege prima, §. quod autem. ff. ne quid in flum. publi. Felyn. in capitulo 2. de rescriptis. Dec. in consil. 520. numero 11. Natta in consil. 474 numero 31. Bero. in consil. 29. lib. 2. numero 29. Suraus cons. 45. numero 14. alios citat.

An autem per alia facta iniuriosè ac studiosè facta vltra dinumerata in statuto intelligatur pacis securitas rupta? & puto quod sic quoties illa fuerint maiora expressis in statuto; vel similia, non autem minora, quod colligi potest ex deductis per Farinaccium. de var. ac diuer. Crimin. quæst. 107. par. 2. artic. 13. Nam per modicam offensionem minorem expressis in statuto pacis securitas rupta non intelligitur, vt per Baldum in consil. 195. num. 6. libro 2. Marsil. in cons. 80. numero 11. Herculan. de caut. cap. 26. num. 10. & cap. 27. per totum, Bertaz. cons. 4. num. 6. lib. 1. cons. 147 num. 18. & con-

sil.248.num.5. Rimin. cons.61.num.10. lib.1. Vt puta per vrtatam cubitalem, vt per Paris. in cons.165. per totum lib.4. Et si aliter de iure per modicam offensionem rupta intelligatur, vt per Gratum in cons.44. num.13.lib.2. & in cons.73. num.2. quoties dolo, & culpa studiosè fuerit illata, ita Paris. d.cons.165. Rimin.consil.101. num.5.lib.1. Mysing.obser.98. cent.3. Thob. Non. in consil.111. num.33. Bertaz. in consil.245. num.5.lib.1. Ceph.in cons.587. numero 9. lib.4. Gratus d.cons.44.num.5.

Sed si aliquid ex noua causa factum appareat licet sit tale, quod ex eo dici possit securitas pacis rupta; Tamen ex noua causa si factum appareat rupta non intelligitur, quicquid dixerit Roma.in l.licitatio. §.quod illicitè num.7. ff.de publ. & vectigal.ita communiter reprobatur,vt per Thob. Non. in cons.111.num.10.& 26. & Bart. ita tradit originaliter, in l. aut facta §. causa,de pœnis. Soccin.in l.mulieri, numero 19. ff. de condit. & demonstrat. & ita notant omnes in l.qui seruum ff. de verb.obligat. Bald.in cap.1.num.2. de pace tenen. Alexand.in consil.19.num.1.lib.1. in cons.115.num.4.libro 4. Mars.in cons.76.num.30. in cons.119. nu.1. & 2. & in sing.503. Gratus in consil.114. numero 9. & in cons.73. nu.28. & 29. lib.2. Soccin.iun. in consil. 103.num.7. lib.3. Corne. in consil.51. num.2. lib.1. Roman.in cons.183.numero 1. vbi Mandos. citat concordantes in addit. Bero.in cons.198.num.1.lib.3. Ceph.in consil.35.num.6. Viuius opin. 566. Gayl. de pace publ.lib. 1.cap.3.num.16. Et in dubio noua causa præsumitur. Bald. in l.penult. num.17. ver. sed si mihi, C.de edilit.edict. Iason.in l.qui seruum num.2. ver. & aduerte, ff. de verb.oblig. Roman. cons.183. in fine, Alexand.consil.115. num.6.lib.4. Mars. sing.503. Soccin.iun. consil.102.num.14.lib.3. Gratus cons.73.num.19. lib.2. Paris.consil.165. num.26. lib.4. Rimin. cons.22.num.5.lib.1. Bero.in cons.198.nu.14. lib.3. Cotta in verbo,offensio, Viuius opin.566. nu.3. Et contrarium asseuerans tenetur id probare per probationes hanc præsumptionem superantes, Ceph.in cons.587.num.33.lib.4. per Rimin.in l.cum proponas la 2.in fine, C.de pactis Gratus in cons.93. num.19. lib.2. Brunus à Sole. quæst.41 num.18.& 20. Maluas.consil.33. num.25. Simon de Pretis in cons.188.num.19.

Quod tamen intelligi debet, causam nouam præsumi quando constat de aliquo praexistenti nouæ causæ productiuo, vt præsupponunt Doct. supra allegati, & alij allegati per Mandos. in addit. ad Roman. in cons.83. Ceph. in cons.35. num.4. lib.1. Vulpell. cons.9.num.10. cons.53. num.5. Viuius opin.566.num.3. Honaed.consil.97.num.30. lib.1. & in consil.89. num.75. lib.2.Rota in Parmen.Censurarum coram Tholom. decis.115. incipien. Parmen. censurarum in manuscriptis. Quod quidem probari potest præsumptionibus, per probationem semiplenam, & per vnicum testem, Alexand. cons.19. nu.2. lib.1. Latè Mascardus de probat. lib.3.conclus. 1131. num.38. & conclus. 1157. num. 72. & 73. Eugen. cons.82.num.22. Et qualibet noua causa, etiam leuis, & iniusta sufficit, vt non dicatur offensio facta ex causa antiqua ad effectum excusandi quem à pena pacis vel securitatis ruptæ, secundum Alexand. in d.consil.19. num.2.lib.1. Iason. in d.l. qui seruum, num.2. ff. de verb.oblig. Mars. sing. 503. Soccin. iun. in cons.103. num.10. lib.3. Bero. in cons.198. num.1.lib.3. Ceph.cons.190.num.5.lib.2. Mysing. obseruat. 98. cent.3. Hercul. de caut. capit.13. num.10.& 11. Viuius opin.566. nu.3. Mascar. d.conclus.1131. num.34 & conclus. 1157. num.13. Eugen.cons.82.nu.13. Baiard. ad Clarum quæst.47. nu.55. Honded.cons.97. num.31.lib.1.Ceph.in cons.557.num.30.lib.4. & pro hoc facit Bald.in cons.195.lib.2. vbi aixit iustam offendendi causam,quæ ex ludo,vel ebrietate processit, quod ante voluit Bart. in l.aut facta, §. causa ff. de pœnis, sequitur Vulpel.in cons.79. num. 14. & in cons.72. num.5. & 6. & 10.

Sed ad quid perdictio hæc in Vrbe cui inseruire intendo cū adsit constitutio Pij Papæ Quarti 128. ver. quodque in causis, in qua disponitur quod in causis treguarum & pacis non possint fractores, vel eorum fideiussores allegare offensam ex noua causa processisse, & allegata non suffragetur, quæ constitutio fuit confirmata per Pium V. in eius constitutione 10. in Bull. fol.933. & valere huiusmodi constitutiones non est dubitandum, vt per Hercul. de caut.cap.13. num.5. Vulpel. de pace. quæst.45. Thob. Non. in cons.110.nu.9. Mago. in Lucanis decis.100. nu.8. Eugen. in cons.82.nu.1. Baiar. in addit. ad Clarum.q.47.num.55. Riminald.cons.300. num.37. Sed tamen valere intelligendum est, vt non possit dici, & allegari causa friuola, & iniusta, non autem quod non possit deduci, & probari ea causa quæ iusta,& probabilis fuerit, secundum Bero.in cons.198. num.16.lib.3. Herc. de caut. de non offe. capit.13.num.3. capit.51. num. 24. Mascard. conclus.1131. numero 37.

mero 37. & conclus. 1157. numero 43. & 51. Bertazo. in consil. 4. numero 10. lib. 1. & in cons. 147. numero 24. & in cons. 151. num. 12. Baiard. ad Clarum d. quæst. 47. num. 55. Hondeid. consil. 97. num. 38. lib. 1. & consil. 89. numero 73. lib. 2. Rimin. cons. 300. num. 38. lib. 3. Vel quod non possit deduci & probari noua causa necessaria offendendi ad sui defensionem, quoniam hæc nec a lege, nec à statuto, nec ex partium conuentione potest prohiberi, & si prohiberetur non valeret prohibitio, cap. 1. §. siquis hominem & §. si quis alium, & ibi glo. in verbo vitam suam defendendo. de pace tenenda. Bero. in consil. 198. num. 15. lib. 3. Hercul. de cau. de non offen. capit. 13. numero 11. & capit. 42. num. 30. Mago. in Luca. decis. 100. numero 8. Eugen. cons. 82. num. 40. Mascard. d. conclus. 1157. numero 54. & sequen. Bertaz. ampliatiuè in cons. 151. numero 10. & sequen. Honded. in cons. 89. num. 72. lib. 2. Nam cum tales constitutiones sint exorbitantes, & odiosæ sunt ideo restringendæ quantum fieri potest, vt non procedat in casibus à lege permissis, Herculan. de caut. capit. 51. num. 2. & 3. & 5. & num. 19. Bert. d. consil. 151. numero 7. 23. & sequen. reprobat. Ceph. in cons. 35. numero 35. Eugen. d. consil. 82. num. 32. Riminald. in consil. 30. numero 17. lib. 3. Et in dubio semper iudicandum est pacem non esse fractam, nec cautioni de non offendendo esse contrauentum. Alexand. in consil. 19. num. 2. lib. 1. Cornel. in cons. 167. num. 8. lib. 3. & in consil. 40. numero 5. lib. 2. Hercul. vbi supra cap. 33. num. 1. Vulpel. consil. 2. num. 33. Rimin. cons. 299. numero 18. Thob. consil. 111. numero 25. Honded. cons. 103. num. 23. cons. 89. num. 53. lib. 2. Mascard. conclus. 1131. num. 11. & conclus. 1157. num. 3. Et leges, constitutiones, pacta, & instrumenta ad exclusionem pœnę, & contrauentionis sunt semper interpretanda, argum. l. veteribus ff. de pactis, l. si præses & l. præses & l. interpretatione ff. de penu, l. quidquid astringendæ ff. de verb. obliga. cap. inter dilectos. de fide instrum. capit. ex literis. de probat. Bald. in specie in cons. 145. numero 7. lib. 2. Cornel. in consil. 167. num. 7. lib. 3. in cons. 40. num. 4. libro 2. in cons. 218. num. 10. lib. 2. in cons. 248. num. 3. lib. 4. Dec. in cons. 406. nu. 7. Sylua in cons. 74. num. 14. Gabr. in cons. 182. num. 5. & 6. lib. 1. Honded. cons. 103. num. 38. lib. 1. Vulpell. de pace quæst. 56. num. 2. & cons. 2. nu. 1. Riminald. in cons. 105. num. 3. & 11. lib. 1.

Pro verbis iniuriosis. *Verba iniuriosa, & contumeliosa non rumpunt pacem, nec cautionem de non offendendo ita dictat statutum ibi pro verbis &c. Sed quid si fuerit promissum, & cautum non offendere, neque in dictis neque in factis, an per verba iniuriosa erit contrauentum, & non est dubium quod sic, vt per text. in l. 1. §. omnem autem ff. de iniur. l. item apud, §. generaliter, ff. eod. Alberic. de Statut. lib. 2. quæst. 173. num. 1. Bald. de Statutis, in verbo maleficium, num. 4.*

Præterea sciendum est quod communi iure accusatus accusatorem, quando suam suorum iniuriam prosequitur potest reconuenire criminaliter, & accusare, maximè si reconuentio fiat antequam nomen accusati sit receptum inter reos, quia in talibus casibus in criminalibus admittitur reconuentio, sicut in ciuilibus per text. in l. 1. vbi Bald. num. 17. & sequen. & in l. neganda in princ. C. qui accusare non possunt. Bart. in l. is qui reus num. 1. & sequen. ff. de pub. iudic. & in auth. & consequenter num. 7. C. de senten. & interloc. omn. iudic. Abbas, in cap. 1. num. 20. de mut. petit. Marant. par. 4. distinct. 6. num. 47. in praxi. Accusati nomen inter reos receptum esse tunc dicitur, quando Iudex exceptionibus dilatoriis non obstantibus pronunciauit procedendum esse ad vlteriora super accusatione, vel quando accusatus litem super libello Criminali sua sponte sit contestatus, vt notatum dimisit Bart. in d. l. is qui reus, num. 5. Abb. d. cap. 1. num. 22. de mutu. peti. Bald. in l. quamuis, num 2. C. si pend. app. mors interue. & in d. l. 1. num. 22. C. qui accus. non poss. Quod tamen intelligendum est, si reconuentio fiat coram Iudice ordinario accusatoris reconuenti, & Iudice vtriusque causæ; Nam regula actorem eum Iudicem, quem elegit, & approbauit recusare non posse de qua in l. cum Papinianus, C. de senten. & interloc. omn. iudic. non habet locum in causis criminalibus; quia accusator non eligit Iudicem Rei, nec sponte ad eum accedit, sed hoc facit quadam necessitate vrgente, propter maleficium, seu iniuriam sibi factā, quæ quidem causa cessat in ciuilibus causis ex contractu, vel quasi suam originem trahentibus Bart. vbi supra. Abb. vbi supra, & Canonistæ omnes in d. cap. 1. de mutuis petit. per tex. omnes in l. 2. §. sed etsi agatur, ff. de iudic.

Hac ratione quæritur an reconuentio habeat locum in causa fractæ pacis, seu securitatis? & videtur dicendum quod non, quoniam crimen fractæ pacis innocentia, non relaxatione est purgandum per text. in dicta lege is qui reus, ff. de

publ. Iudic. Aut enim vult accusatus accusatorem ex eodem delicto reconuenire, vt puta quia accusator prior eum prouocauerit, & causam frangendi pacem dederit, & hoc debet fieri per modum defensionis respondendo libello, & dando articulos defensiuos, non autem per modum reconuentionis, capitulo series, de testibus, capit. si quidem, de except. quibus articulis accusator necesse habet respondere, & illis negatis accusatus admittitur ad illos probandum, lege in exceptionibus, & lege pactum, ff. de probat. & illis probatis, & ita intentata actione elisa, vel alias actione per accusatorem non probata accusatus absoluetur, & accusator in expensis condemnabitur, lege qui accusare, C. de eden. l. qui sententiam, C. de pœnis, etsi super Criminibus in eadem rixa factis ratione connexitatis videatur Bart. reconuentionem admittendam in dicta lege is qui reus. num. 3. quæ connexitas operatur, vt vnum delictum mutuæ iniuriæ censeantur, sicuti plures iniuriæ vnico perturbati animi impetu geminatæ pro vnica iniuria accipiuntur, per text. in lege Prætor ff. de iniur. vbi Bart. numero 2. & in l. nunquam plura, num. 11. ff. de priuat. delict. Alber. de statut. lib. 2. quæst. 39. Ang. de Malefic. in verbo, verba iniuriosa, num. 6. Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 10. num. 8. Secus si crimina essent separata, & commissa diuersis temporibus, lege si plures, ff. de iniur. gloss. in dicta lege nunquam plura, in verbo, ob aliud, ff. de priuat. delictis. Aut accusatus vult accusatorem super alio delicto contra pacem commisso reconuenire, & non permittitur, sed super nouo illo facto est danda, & instituenda accusatio, & est super ea procedendum, vt moris est super aliis accusationibus procedere. Nisi fortè ita reconuentus nihil opposuerit, sed spontè suã litem super reconuentione fuit contestatus, & ita tacitè iurisdictionem prorogauerit; Nam clarum est iurisdictionem Iudicis habentis in similibus causis iurisdictionem prorogari posse per partes, lege sed etsi manente, ff. de precar. l. 2. §. sed si agant, ff. de Iudic. l. 1. C. vbi de crimin. agi opor. vbi gloss. in verbo, incohoata, Aret. in l. 1. §. si quis num. 22. ff. de verborum obligation. Felyn. in cap. cum olim, numero 2. ver. ratio. de offic. deleg. Calcan. in consil. 114. Alias secus, quia vbi Iudex in similibus iurisdictionem non haberet, nulla foret eius prorogatio, sed potius esset nouæ iurisdictionis collatio, quæ partium voluntate in criminalibus tribui non potest. l. 1. ff. de iudic. d. l. 3. §. sed si agant. ff. eod. l. 1. C. de Iurisdic. omn. iudic. vbi glos. in verbo iudicibus. Bart. in l. inter conuentiones. nu. 1. ff. ad municip. Castren. dicta l. 1. numer. 20. C. de iurisd. omn. iudic. Abb. in c. si diligenti. nu. 14. de foro competen. Clar. in §. fin. q. 42. per totam vbi dicit prorogationem fieri debere ad speciem non diuersam, vnde de mixto ad merum Imperium prorogatio non admittitur, sed de mero, ad merum, & de mixto ad mixtum sic. Abb. in d. c. si diligenti. n. 14. de foro competen. Bart. in d. l. inter conuenientes. ff. ad municipal. Nam prorogare est extendere, & quod non potest extendi non potest prorogari. l. priuatorum. C. de iurisdic. omn. iudic. c. P. & G. de off. iudic. delegat. d. l. sed & si manente. & l. bonorum. ff. rem ratam haber. Abb. in c. non omnis. nu. 14. & de pœnit. & remiss. & in c. oblatæ. nu. 9. de appellat. Ias. in l. si per errorem. nu. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. Præterea in causis fractæ pacis non fit propriè prorogatio iurisdictionis Iudicis, quia causæ fractæ pacis non habent alium Iudicem ordinarium, nisi Principem; vel eius vice Iudices habentes ab eo merum, & mixtum Imperium, quo fit, vt si libellus reconuentionis admittatur tacito vel expresso partium consensu, nullum erit peccatum si Iudex super eo procedat, cum reconuẽtio coram Iudice vtriusq; causæ admittatur etiam in criminalibus, vt dicebam antea.

Sciendum est etiam factum cum suis qualitatibus in hac fractæ pacis actione esse probandum, prout in illius libello deducitur. Doctor. in c. ex parte. il 1. de rescript. vbi Felyn. n. 21. & in c. licet causam. nu. 40. de probat. Nam qualitate in libello deducta non probata; factum aliud esse censetur quam illud quod in libello propositum legitur. c. ab eo qui contra. de elect. in 6. l. habebat. ff. de instit. act. l. prætor ait. la. 2. §. docere ibi cæterum si alibi datum sit, quam in turba. ff. de vi bon. rapt. & l. fulcinius. §. cum hoc edictum. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. l. 1. §. fin. ff. de incend. rui. naufr. l. non ignorat. C. de his qui accus. non poss. glo. in c. significasti. in verbo, cum omni. 33. q. 5. Castr. in l. 2. in fi. C. ad l. Iul. de vi. pub. Dec. in cons. 261. nu. 2. & est doctrina Bart. in l. 1. §. quod autem ait. nu. 1. ff. ne quid in flumine publ. idem tradit Ias. in l. non solum. §. sciendum. nu. 3. ff. de nou. oper. nunc. Alex. in cons. 172. nu. 5. lib. 1. in cons. 82. num. 14. lib. 3. Nam succumbens in qualitate succumbit in toto, quia sermo qualificatus censetur indiuiduus.

agant

diuiduus, & ideo in vna parte vitiatus corruit in totum. Fely. in d.c. ex parte. il 1. de rescript. per tex. in d. c. ab eo. de elect. in 6. Doct. in l. diuus. ff. de re iudic. Bald. in l.2. ff. de probat. Bart. in l. quemadmodum. nu. 9. C. de agric. & cens. lib. 11. Clar. §. fin. q. 85. numer. 9. Marsil. sing. 187. n. 3. Ancbar. in cons. 271. nu. 2. Natt. in cons. 254. num. 2. Roma. in cons. 144. Curt. Sen. cons. 59. nu. 7. Nam qualitas inhæret subiecto eiq; formam dat. l. Titius. ff. de milit. testam. c. statutum. de elect. in 6. c. vbi periculum. §. cæterum. eod. Paris. cons. 53. nu. 44. lib. 4. cons. 58. nu. 58. & sequen. lib. 4. & cons. 27. n. 75. lib. 2. Ideoq; accusator qualitates promissæ securitatis, & pacis articulare, & probare debet, aliàs accusatus absoluetur, & ipse accusator in expensis condemnabitur. d. l. qui accusare: C. de eden. Ias. in lege non est nouum. nu. 5. C. eod. Clar. §. fin. q. 62. Qualitate enim non probata probatio non est concludens, & ideo non releuat. c. in præsentia. de probat. Marsil. sing. 187. n. 1. & in l. si quis. n. 131. ff. de quæstio. Roman. in cons. 110. nu. 1. Castrē. in l. si communem. §. 1. nu. 2. ff. quemad. seruit. amitt. Neq; pro probatione habetur, quia rem facit magis dubiam, & in dubio contra probantem etiam in materia fauorabili est interpretatio facienda. l. si quis intentione. ff. de iudic. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. gloss. in dicto capit. in præsentia. in verbo, dubium. Bald. l. matrem. nu. 1. C. de probat. & in l. 2. nu. 5. C. de bon. posses. clarè. Dec. in cons. 322. num. 6. & in cons. 109. num. 3. cons. 483. nu. 23. Roman. cons. 305. nu. 8. & sing. 749. Mars. sing. 267. & 494.

Præterea deficiente requisito studiositatis de quo in statuto, & quod sit facta voluntariè, deficit iurisdictio Senatoris agendi pro pace rupta per tex. in l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. in l. 1. & in l. fin. C. si à non competen. iudic. Probationes itaq; extra causam fractæ pacis, sunt impertinentes, & nullius momenti. c. examinata. de iudic. l. Bebius. in fine. ff. de pactis. & qui aliam quam intentauit actionem probat inepte agit; & qui ex singulari causa agit, & aliam probat nihil potest obtinere. d. l. Bebius. in fine de pact. dota. l. illud. ff. de liber. caus. l. habebat. ff. de instit. act. l. 1. §. fin. vbi glo. in verbo, non tenere, ff. si men. fal. mod. dix. c. examinata. de iudic. c. Abbate. de re iudic. in 6. Abbas in c. sicut. nu. 12. eod. Bald. in l. 2. nu. 2. C. de probat. Roman. in cons. 110. nu. 1. quia sententia debet esse libello conformis. c. licet. Heli de Simo. & de qua re Iudex cognouit, de ea iudicare debet. l. de qua re. ff. de iudic. Sed si qualitate remota factum non alteretur, nec pœna minuatur, vel augeatur, sed eadem sit, tunc tam in Ciuili, quàm in Criminali iudicio, non refert quod probetur. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. act. Bald. in l. 1. nu. 11. & sequen. ff. de condict. indeb. & in l. 11. nu. 8. ff. de eden. refert, & sequitur Felyn. in d. c. ex parte. il 1. nu. 30. de rescrip. & in c. licet causam. num. 41. de probat. vbi multa adducit Bald. in l. Titia. nu. 1. ff. solut. matr. Bart. in lege denunciasse. §. quid tamen. nu. 2. ff. ad l. Iul. de adult. Nam & qualitas facto impertinenter adiecta superuacanea est, & habetur pro non adiecta, & non est de necessitate probanda, vt volunt Bald. Fely. & alij vbi supra; quod intellige de alia qualitate quam à lege, seu statuto apposita, quia illa semper est probanda, vt antea dicebam.

An autem conatus in causis fractæ pacis habeatur pro effectu? & puto quod sic per illa verba statuti ibi item per solam &c. & iure merito, quia pacem quis violare potest sine homicidio, & homicidium committere, ita ut pacem non rumpat. l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. l. idem est. §. qui armat. ff. de vi & vi armat. Qui autem armati venerunt inquit ibi I. C. & si non armis vsi sunt ad deijciendum, sed deijcierunt armata vis facta esse videtur, sufficit enim terror armorum, vt deiecisse videatur. l. qui dolo. §. fin. ff. de vi pub. lege aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicar. l. 2. §. dolo malo. ff. vi bon. rapt. l. prætor ait. §. eritq; ff. eod. Natt. in cons. 240. num. 10. lib. 2. & licèt regulariter non puniatur affectus, nisi sequatur effectus. l. qui falsam vbi Mar. n. 2. ff. ad l. Cor. de falsis. l. 1. §. fin. vbi glo. in verbo putamus. ff. quod quisq; iuris. Tamen regula illa non procedit in atrocioribus delictis in quibus conatus, vt effectus ipse punitur, vt in crimine raptus. l. si quis non dicam rapere, ibi attentauerit vbi gloss. & Doct. C. de epis. & cleric. & in crimine læsæ maiestatis in primo capite. l. quisquis. C. ad lege Iul. Maiest. cap. quisquis. de pœnit. distinct. 1. Clemen. pastoralis. de re iudic. l. 1. C. de raptu virgin. Felyn. in hac simili quæstione, & in c. 1. n. 9. de off. deleg. & in c. 1. nu. 2. de præsumpt. Bald. in l. data opera. nu. 7. C. qui accus. poss. Gigas de læsa maiest. q. 66. Dec. in cons. 482. nu. 12. Tiraq. de pœnis causa 37. Clar. §. fin. q. 92. num. 2. hanc declarat. Sufficit ergo in

atrocio-

atrocioribus, quod deueniatur ad actum aliquem exteriorem, & si effectus non sequatur, Nam voluntas exterius indicijs patefacta ibi habetur pro delicto, & generaliter quotiescumq; non stat per aliquem, quominus actus perficiatur, tunc actus habetur pro perfecto, & impleto l. de papillo. §. si is cui. ff. de nou. oper. nunc. idq; maximè obtinet in maleficijs, vbi principium, & voluntas spectatur; non exitus. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi. publ. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. l. diuus. ff. ad l. Cor. de sic. c. pro humani. §. fin. de homic. in 6. Nam vt dicebat Cice. in Paradox. peccata non rerum euētu, sed vitijs hominum sunt metienda. Quod autem crimen fractæ pacis, seu securitatis ruptæ atrocissimum sit, non est qui dubitet, vt merito conatus ipse veniat puniendus, vt dixit statutum ibi item per solam. l. generaliter. §. 1. vbi Bart. nu. 1. ff. de calumn. l. 1. §. item. ff. de postul. vbi gloss. in verbo siuè. l. 3. ff. quod quisq; iuris l. si quis seruo. ff. de furtis, & seruo corrupto. Bart. in d. l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cor. de sicar. Tiraquel. de pœnis causa 37. num. 7. Crimen enim contrahitur, si & nocendi voluntatis interdicit. l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. d. §. diuus. ff. eod. & dolus, & propositum maleficia distinguunt. l. qui iniuria. ff. de furtis. l. quod reipub. ff. de iniur. c. 1. 15. q. 1. Sed mitior pœna in delictis attentatis irroganda est, quam in consumatis, Doct. in l. 1. §. fin. ff. de extraord. Crimi. & in l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. Doct. in l. 1. §. hęc autem. ff. quod quisq; iuris. Tiraquel. de pęnis. causa. 39. Clar. q. 92. Tiraq. vbi supra causa 40. nu. 2. Et licet apud Deum, qui solùm cor intuetur votum pro opere, idest voluntas pro facto reputetur. c. 1. de pęnit. distinc. 1. Tamen non debet tanta pęna imponi pro voto quanta pro facto, etiam in foro conscientiæ. glo. in c. qui viderit. in verbo iam mechatus. 32. q. 5. Nam & Leuit. c. 24. scriptum est qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur, & Numer. c. 35. si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus reus erit homicidij, & ipse morietur, vt solus conatus morte non sit multandus, & quamuis Exodo c. 21. ... vatur. Qui percusserit hominem volens occidere morte puniatur; Tamen ibi Nichol. de Lyra intelligit quod conueniat cum locis superioribus, & ita se habere hebraicam lectionem testatur. Percutiens hominem, & moritur; idest percussus, ita quod verbum percussio pro occisione accipiatur, nec sufficiat sola voluntas nisi sequatur effectus, quoad pęnam ordinariam. Clarus in §. sodomia. ver. quæro. nu. 8. Bart. clarè. in l. 1. §. diuus. nu. 1. ff. ad l. Cor. de sicar. & ratio est quia quod delictum attentatum habeatur pro perfecto, non ex veritate; sed ex fictione procedit, at statuta propriè, & naturaliter, non fictè sunt interpretanda. l. 3. §. hæc verba. ff. de negoc. gestis. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obligat. Tiraquel. de pęnis causa. 37. num. 2. Fely. in c. 1. nu. 12. de præsumpt. Bart. in l. is qui cum telo. nu. 1. C. ad l. Corn. de sicar. de qua re supra lib. 1. cap. vlt.

Accusatus de pace fracta si capi non potuerit est capitaliter diffidandus ad mortem bonis publicatis ita disponit statutum. c. 25. huius occasione dubitatur an pendente iudicio fractæ pacis contra contumacem possit interim de rebus suis disponere? & videtur quod sic per tex. in l. post contractum. ff. de donat. vbi Bart. in l. si quis posthac. C. de bonis proscript. Gomes. variar. resolu. lib. 3. c. 14. n. 4. Nam regulariter reus criminis bonorum suorum administrationem non amittit, eiq; debitor bona fide soluit. l. in fraudem. ff. de iure fisci. l. auferturæ. §. in reatu. ff. eod. l. res vxoris. C. de donat. inter. vir. & vxor. quod tamen intelligi debet secundum distinctionem quam facimus supra libro 1. c. 115. Sed cum extet statutum in dicto c. 115. disponens quod venditio facta ab accusato de crimine capitali, seu publico non valeat, & hoc fractæ pacis, seu securitatis sit capitale, dicendum est, indistinctè accusatum de hoc crimine non posse valide de rebus suis disponere per contractum venditionis, & alienationis. Quod secus erit per testamentum, & vltimam voluntatem; quia statutum d. c. 115. non loquitur de vltimis voluntatibus, quæ ideo remanent in dispositione iuris communis, qua canetur; quod accusatus de crimine accusatione pendente, possit condere testamentum. l. qui à latronibus. §. fin. de testam. quia ante sententiam declaratoriam si decedat Ciuis Romanus decessisse intelligitur. l. 1. §. hi quibus. ff. de legat. 3. l. liber homo. §. si hæres. ff. de hæred. instit. Castren. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rupto irrito fac testa. Nec est omittendum pacem à tregua in eo differre, quod pax sit perpetua, tregua vero pax temporalis, quando securitas præstatur rebus, & personis ad tempus, discordia nondum finita; per allegata per nos de differentijs indiuiduorum vtriusq; iuris in verbo, pax, & per gloss. in c. 1. in verbo, treguas. de tregua, & pace. Ias. in l. cum proponas la 2. nu. 6.

nu. 6. C. de pact's. Sciendum est etiam pacem in dubio ruptam non præsumi, sed obseruatam, ne pœna de ea obseruanda committatur. Bald. in l. si prædum. C. de edilit. edic. Roman. in consil. 183. in fin. Dec. in cons. 406. in fin. pro quo facit regula præsumptionem semper esse in dubio faciendum, vt pœna euitetur. l. proximè. ff. de ijs. quæ in testa. delent. l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. vlt. sequitur Menoch. præsumpt. 144. nu. 4. lib. 3. de præsumpt.

De frangentibus reconciliationem osculo oris, aut aliter factam. Cap. XXVIII.

SI quis autem fregerit pacem, securitatem, vel treguam, de qua non est factum instrumentum, sed solum pacis osculum, seu potus, vel alius reconciliationis modus interuenerit, puniatur in quadruplum eius pœnæ, quę pro admisso delicto imponenda veniret, si pax aut reconciliatio facta non esset.

De frangentibus reconciliationem osculo oris, aut aliter factam. Cap. 28. Glos.

Supra in præcedentibus capitibus actum fuit de pace per instrumentum facta inter partes, nunc agendum est de ea, quæ fit osculo oris, aut aliter, Pax enim non præsumitur, sed est per allegantem probanda. Gratus in cons. 41. nu. 18. lib. 2. post Bald. in cons. 402. lib. 1. & probatur multis modis, & primo per Instrumentum. Ale. post Bald. & Ang. in l. 1. nu. 2. ff. de pactis vbi Castren. nu. 2. est enim instrumentum probatio probata. Bald. in c. 1. §. instrumentum. de natura feudi. Tiraquel. de retract. consang. §. 2. glo. 1. nu. 20. Secundo probatur per testes, sicut per instrumentum quia eorum par est virtus, l. in exercendis. C. de fide instru. Ancbar. moder. q. 10. nu. 6. per Calian. in cons. 29. nu. 15. Surd. decis. 71. nu. 6. & 7. Hercul. de caut. de non offen. c. 36. nu. 23.

Nam si deponant vidisse aliquem cum inimico osculari, cum osculum indicet consensum. Felyn. in c. super nu. 4. de off. deleg. ex osculo infertur pacem fuisse initam, Io. Faber. in §. fin. vbi etiam Ang. instit. de iniur. Felyn. in c. repellatur. nu. 7. ver. item per osculum. de accusatio. Abb. in c. olim. nu. 6. eod. Herc. c. 36. nu. 23. Corsettus de priuileg. pacis. nu. 26. & est glo. in c. pacem. in verbo, probauerit, de consecrat. distinct. 3. Sed præmissa non procedunt, quando quis aliquem recipit in Ecclesia ad osculum pacis, nam cum tale osculum ex quadam necessitate honestatis recipiatur, & ea honestate salua non possit refutari, ex eo pax non arguitur, ita Io. Faber. & Ang. in d. §. fin. instit. de iniurijs per tex. in c. fin. de senten. excom. Tertio probatur pax per tactum palmarum amicabilem secundum Bald. & Ang. in l. 2. ff. de pactis; & in l. 1. in lectura antiqua. num. 9. ver. in eadem glos. ibi à percussione palmarum. ff. eod. vbi Alex. nu. 4. Surd. con. 92. nu. 22. quia manum stringere significat dilectionem glo. fin. in c. 1. de spon. duor. glo. in verbo, dexteras, cap. fundamenta. §. tu es Petrus. de elect. in 6. Felyn. in c. repellantur. num. 6. ver. item per tactum. de accusat. Alex. ad Bart. in l. non solum. §. iniurias. ff. de iniurijs, Corsettus de priuileg. pacis. nu. 26. Castren. in d. l. 1. ff. de pact. Dicitur enim dextera signum pacis. Lucas de penna. in l. 1. C. de aqueduc. lib. 12. quod idem comprobant Poete; & Tassus canto 11. cantilena 69. ait.

D'vn bel pallore ha il bianco volto asperso,
Come à gigli sarian'miste viole
E'gl'occhi al Ciel'affissa, e'n lei conuerso
Sembra per la pietate il Cielo, e'l Sole,
E la man nuda, e fredda alzando verso
Il Caualiero in vece di parole;
Gli dà segno di pace; in questa forma.
Passa la bella Donna, e par'che dorma.

Quarto probatur, initaq; dicitur pax, quando inimici insimul biberunt, comederunt, & riserunt. Alex. ad Bart. vbi supra, & in d. l. 1. nu. 4. ff. de pactis. glos. in verbo, dissimulatione. §. fin. instit. de iniurijs, quam ibi sequuntur omnes, & Iacob. de Beluis. in praxi iudic. de iniurijs. nu. 75. addentes ad Capel. Tolos. in decis. 233. Vital. de malefic. col. 3. ver. item tollitur similis actio. quod intellige si facta hec fuerint voluntariè, non coactè; nec ex quadam necessitate honestatis per dicta supra ver. nam si deponant. ita Io. Faber. Angel. & Aldobrand. in d. §. fin. instit. de iniurijs. vbi dant exemplũ in duobus inimicis inuitatis ab aliquo, & ex improuiso simul ad vnam mensam, cum alijs multis positi, qui honestatè cogente id permiserunt.

Quinto inita dicitur pax, & probatur per mutuam salutationem. Bald. in l. filio quem. ff. de liber. & posth. per tex. in c. cum adrianus. 63. distinc. & in c. omnis. 24. q. 1. Qui enim alicui dicit aue cum illo dicitur communicare.

d.c.om-

d. c. omnis. & c. excommunicatos. 11. q. 3. & ex conuersatione, & communicatione probatur pax, Bald. in l. in ipsius. C. fam. ercis. & ex nō reddita salutatione præsumitur inimicitia. glo. in d. c. cum Adrianus in ver. ad salutandum, quam singularem existimat. Barbat. in cap. repellantur. de accus. Abb. in c. olim. nu. 6. de iniur. & in c. ad hæc il 1. nu. 3. de appell. Mantua cons. 173. num. 6. lib. 2. & ita qui salutat Amicus præsumitur, & per salutationem pacem initam inter inimicos asseuerauit. Fely. in d. c. repellantur. n. 7. Mantua cons. 325. n. 15. lib. 1. Io. de Anicis cons. 41. & 85. n. 17. quod idem voluit Hostien. in c. olim. de iniur. Grammat. cons. 42. nu. 12. & voto 34. nu. 6.

Sexto inita pax dicitur, & probatur si quis à suo Inimico eligatur ad aliquid pro eo agendum. lege amicissimos, & ibi Bart. ff. de excus. tutor.

Septimo inita pax dicitur, & probatur per grata seruitia sibi inuicem facta; vel ab vno tantum, & ab alio recepta. Bal. in l. ipsius vbi alij. C. familiæ erciscun. Lancel. Conrad. de decurioni. lib. 1. c. 9. §. 3. in fine. ver. decimoquinto. Bal l. in l. liberi. C. de inoff. testam.

Octauo inita dicitur, & probatur pax per legata relicta inter inimicos. Bal. in d. l. in ipsius. ver. quæris hic. C. famil. ercis. facit. l. 2. in fin. ff. de adimen. lega. & l. quos si iterum. ff. eod.

Nono per receptionem satisfactionis pax inita dicitur arg. §. 1. instit. quibus mod. toll. oblig. l. sed & si vnius. §. si ante iudicem. ff. de iniur. Qui enim satisfactionem accepit inquit Vlpia. iniuriam suā remisit. & l. si pupillus. ff. de administ. tuto. Rimin. in l. si vnus. §. pactus. num. 348. ff. de pactis. Omnibus istis, & alijs quibusuis modis similibus si inita pax rumpatur non capitali pœna fractores puniuntur, vt in facta per publicum instrumentum, vt supra cap. 25. & 26. Sed in quadruplum eius pœnæ, quæ pro admisso delicto imponenda veniret si pax facta non esset, ita disponit hoc statutum, & quidem cum maxima ratione, quia pax publico instrumento facta est maioris efficaciæ; quam facta per osculum oris, & aliter; vt fractores illius pacis sint maiori pœna feriendi, quam fractores istius, de qua in statuto, ex quibus autem rupta probetur dicit statutum præcedens. c. 27. vbi dinumerantur modi, quibus rumpitur; alios multos secundum dispositionem iuris cōmunis dinumerat Mascard. in conclus. 1157. per totam. lib. 3. de probat. & rumpere pacem crimen grauissimum est, c. 1. de pace tenen. c. 1. de tregua, & pace, c. 1. §. 1. de pace tenen. inter subditos in vsibus feudorum, Immò contra Dei præceptum committit, qui ab illa discedit, dilige enim proximū tuum sicut te ipsum dicit Dominus, & in eius aduentu Angeli cecinerunt gloriam Deo in excelsis; & in terra pacem hominibus; & Christus semper dicebat pax vobis, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, & Poetæ Gentiles, vt Virg. lib. 11. Æneid. dixit.

Nulla salus bello, pacem te querimus omnes.

Et Lucan. lib. 1. de Bello Ciuili inquit.

Heu quantum Terræ potuit pelagisq; parari,
Hoc quem Ciuiles hauserunt sanguine destræ

Idem lib. 10.

Nulla fides pietasq; viris, qui Castra sequūtur,
Venalesq; manus, ibi fas, vbi maxima merces

Virg. Georg. lib. 2.

Quippè vbi fas versum atq; nefas, tot bella per orbem.
Iam multæ scelerum facies, non vllus aratro
Dignus honos: squallēt abductis arua colonis

Iuuen Satir. 14. art.

Ius, & iura negant homines, & numina fallunt,
Nec Iouis Imperium, nec Phlegetonta timent.

Qui, & si loquantur de bellis publicis, nihilominus conueniunt etiam priuatis inimicitijs, & Areostus dixit,

Non conosce la pace, & non la stima,
Chi prouata non ha la guerra prima.

Qui, & quibus petere possint securitatem, & fideiussores de non offendendo. Cap. XXIX.

QVicunque vulnerauerit aliquem cum armis & sanguinis effusione, aut fractura ossis, aut sic offendenti auxiliatus fuerit, non possit petere securitatē ab offenso, seu consanguineis, & affinibus illius, nisi prius contra eum ad effectualem executionem pęnę per Curiam processum, vel per ipsum spontè dicta pœna soluta, aut deposita fuerit; & vtroque casu facto compromisso in Pacerios, aut alios duos nobiles viros, & præstita per ipsum cautione idonea de satisfaciendo parti læsæ, iuxta declarationem per dictos Pacerios, seu arbitros faciendam, ac etiam præstita idonea fideiussione de non offendendo aduersarium sub pœna per Senatorem iuxta personarum qualitatem arbitranda. Si verò offensio sine sanguine facta fuerit, securitas per ipsum offensorem & socios ab offenso peti possit, facta satisfactione iniuriæ arbitrio Paceriorum, & cau-

cautione, vt dictum est, præstita, & pœna soluta. Consanguinei tamen, & affines vtriusq; partis vsq; ad tertium gradum inclusiuè, de Iure Canonico computandum, incontinenti inuicem securitatem cum idoneis fideiussoribus petere possint, ad id per Senatorem, omni mora postposita, per iuris & facti remedia compellantur: & si ipsi id non petierint, Senator, & Iudex etiam ex officio ipsos consanguineos & affines sine mora inter se securitatem & fideiussores præstare compellat, & cogat; & idem inter omnes facere possit & debeat, inter quos de futura rixa dubitetur, in quibus liberum habeat arbitrium: & si minæ præcessetint, non solum pro se ipsis, sed pro attinentibus illius, qui minas intulit vsq; ad tertium gradum inclusiuè, de Iure Canonico similiter computandum, minas securitatem præstare teneatur: Ipsi tamen vulnerato & offenso liceat quandocunq; ab offensore & consanguineis & affinibus eiusdem securitatem petere præstita tamen per ipsum fideiussione de non offendendo illum, à quo securitatem petit. Et prædicta, & quæ in sequentibus dicuntur, locum habeant etiam si contra bonos mores, & quietum Populi statum inuicem etiam cum iuramento conuentum fuisset, & promissum de securitate inuicem non petenda, nec præstanda. Possit etiam quilibet à quacunq; persona ex quacunq; causa & suspicione securitatem petere, in qua cum idoneis fideiussoribus partes inuicem cauere debeant, sub pęna arbitrio Senatoris iuxta personarum qualitatem moderanda, pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia offenso applicanda, quod in omnibus casibus prædictis locum habere volumus. Et si pars conuenta, & cui per petentem securitas est promissa, & fideiussio de non offendendo est præstita, similem cautionem præstare cessauerit; cogatur illico & incontinenti, vnica tamen cautione præcedente per Senatorem iuris, & facti remedijs opportunis, etiam per diffidationem & capturam personalem, ad dictum securitatem & fideiussionē præstandam; nec antea reaffidetur, aut captus à carceribus liberetur, quàm securitatem cum idoneis fideiussoribus præstiterit, & quinque pro centenario ex summa, pro qua cautio præstari mandatum fuerit, Cameræ Vrbis pro pęna persoluerit. Senator autem & Iudices, qui in præmissis negligentes fuerint, pœnam ducentorum ducatorum auri incurrant, & partibus ad interesse teneantur. Debeat etiam illi, cuius aduersarius ob non præstitam securitatem vel fideiussionem fuerit diffidatus, pro tuitione sui corporis defensibilia arma deferendi licentia, si petierit, concedi.

Qui, & quibus casibus petere possint securitatem, & fideiussores de non offendendo. Cap. 29. Gloss.

De hac re non nulla dicta fuerunt supra fol. 325. sub nu. 30. & sequen. Quid autem sit securitas de non offendendo tradunt Goffred. & Hostien. in summa Spec. Abb. & Fely. in rubr. de tregua, & pace Io. And. ad Spec. ead. rubr. Fely. in c. significasti de Iudic. vbi etiam gloss. Bart. in cons. 200. Bald. in cons. 195. num. 3. lib. 2. Benintend. decis. 65. num. 15. Euge. in cons. 82. Dec. in c. nouit. nu. 51. de iudic. Vulpell. de pace q. 1. & q. 71. & in cons. 9. nu. 1. Hercul. de caut. de non offend. c. 15. nu. 1.

De iure communi cautio de non offendendo à Iudice ordinario ad postulationem eius, qui iniquam offensionem metuit ab alio; rectè conceditur. l. denunciamus. C. de ijs, qui ad eccles. confug. vbi Bart. & Doc. & l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præsid. l. sanctum. ff. de rerum diuis. Clar. in §. fin. q. 47. Immo quando Iudex videt imminere periculum ne partes se inuicem offendant potest ex officio, easdem partes etiam inuitas cogere ad sibi inuicem cauendum de non offendendo, Bart. & Doct. in l. congruit. ff. de officio præsidis. & in d. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. eod. Alberic in l. æquissimum. ff. de vsufr. Benint. decis. 65. num. 15. Franc. decis. 359. & cogi possunt per mulctam, per capturam, & carcerationem, per exilium, & per alias pœnas arbitrarias secundum facti & personarum qualitatem, de quibus per Hercul. de caut. de non offen. c. 5. & c. 44. & c. 50. n. 29. Clarus in §. fin. q. 47. ver. sed nunquid. cons. diuer. crim. 78. num. 24. lib. 1. Gayl. de pace publ. lib. 1. c. 3. num. 7. Et quando Iudex monet partes ad cauendum sub aliqua pœna interim donec præstetur, vel mulctentur in pęnam comminatam habetur pro præstita. Hercul. d. c. 5. nu. 1. & 5. & c. 9. nu. 21. Gayl. de pace pub. lib. 1. c. 2. nu. 6. Vulpel. de promis. de non offen. q. 81. in fine, Baiard. ad Clar. in d. q. 47. nu. 21. Sed si Iudex fuerit requisitus ab aliqua ex partibus multo magis tenetur facere hanc cautionem præstare per allegata supra in vers. de iure communi. Hercul. c. 3. num. 1. de caut. de non offen. Gomes. de iniurijs. nu. 16. Gayl. de pa-

de pace pub. lib. 1. c. 2. nu. 1. Vulpel. de pace. q. 73. nu. 3. & d. conſ. 73. nu. 3. diuer. crimi. Immò ſi Iudex con coegerit hāc cautionem præſtari facit iniuſtitiam, & tenetur in ſyndicatu de omni damno, & ſcandalo ſecuto. Hercul. de caut. de non offend. c. 3. nu. 5. c. 50. nu. 32. & ita diſponit hoc noſtrum ſtatutum in fine. §. Senator autem, & Iudices.

An autem offenſus poſſit ex officio; vel ad partis inſtantiam cogi præſtare ſimilem cautionem? & quod ſic concludunt Bart. Alexand. Imola. & alij in l. qui bona. §. ſi iuſta. ff. de damno infec. Abb. in c. literas. de reſtit. ſpol. & in c. 1. in 6. not. vt lite non conteſt. Pariſ. in conſ. 168. col. fin. lib. 4. Clar. d. q. 47. ver. ſed pone. Sed ſemper mitius agendum eſt cum offenſo, quam cum offendente, vt dicunt omnes. Hoc ſtatutum in princ. vult, quod quicumq; vulnerauerit aliquē cum armis et ſanguinis effuſione, aut fractura oſſis, aut ſic offendenti auxiliatus fuerit, non poſſit petere ſecuritatem ab offenſo, ſeu conſanguineis, & affinibus illius, niſi prius contra eum ad effectualem executionem pœnæ per Curiam proceſſum, vel per ipſum ſpontè dicta pœna ſoluta aut depoſita fuerit, vt hoc in caſu à parte huiuſmodi cautio non poſſit peti; nec petita obtineri, niſi &c. nam dictio niſi inducit conditionem; quæ in primis debet impleri. Alber. in dict. in verbo, niſi, cū alijs allegatis per nos in tract. de condit. par. 1. c. 89. nu. 3. & par. 2. c. 1. q. 3. nu. 2. Sed dubitatur an excluſa facultate petendi niſi prius &c. vt in d. ſtatuto, poſſit nihilominus Iudex ex officio cogere offenſum ad hanc cautionem non aliter adimpleta per offendentem conditione ſtatuti huius? & puto quod ſic, quia ſtatutum loquitur de petita à parte offendente; non autem de ea quam Iudex ex officio poteſt à partibus aſſumere pro bono pacis, ſed non debet id facere ex abrupto, ſed parte citata, & cauſa cognita; quia cogere homines ad cauendum eſt quid oneroſum. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. de Iudic. Bart. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præſid. Imol. in l. 2. §. 1. in fine. ff. ſolut. matr. Fely. de tregua, & pace. nu. 10. Pariſ. conſ. 168. num. 4. & 10. libr. 4. Menoch. de arbitr. caſu 140. nu. 4. Baiard. ad Clar. d. q. 47. num. 16. Niſi periculum eſſet in mora. Hercul. de caut. de non offend. c. 3. nu. 10. & 11. & c. 42. nu. 28. Clar. §. fin. d. q. 47. ver. ſed nunquid, Gayl. de pace pub. lib. 1. c. 2. nu. 16. & c. 3. nu. 6. Nam officium Iudicis eſt latiſſimum. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Spec. de off. omn. iudic. §. 1. ver. 1. Et vbi ceſſat actio ordinaria datur Iudicis officium. l. quædam. in princ. & ibi Bart. ff. de eden. glo. in l. vinum. ff. ſi cert. petat. Bald. in l. fin. §. ſin autem. in princ. C. de furtis. Corn. in conſ. 18. litera G. lib. 3. Aret. in princ. rub. inſt. de actio. alios citat Bertach. in repert. in verbo, officium Iudicis. ver. 58. officium Iudicis competit etiam prohibito intentare actionem per ſtatutum.

Sed nec ex officio, nec ad inſtantiam partis poteſt Iudex vnam ſolam partem cogere ad cauendum ſine altera contraria, ſecundum Bart. in l. ſi bona §. ſi quis circa. in fine. ff. de damno infec. Fely. de tregua, & pace. col. penul. declarat. 6. Ripa in rubr. ff. de damno infec. nu. 19. Hercul. de caut. de non offend. c. 31. nu. 1. 7. 11. & ſequen. Bertaz. conſ. 18. nu. 7. lib. 1. conſ. 183. nu. 13. lib. 1. Vulpel. conſ. 2. num. 36. conſ. 3. nu. 10. Gratus conſ. 138. lib. 1.

Conſanguinei autem. *Et de iure communi in caſibus in quibus cautione de non offendendo opus eſt, pro amicis cauendum eſt, multo magis pro conſanguineis, & affinibus. Bart. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. nu. 5. ff. de offic. præſid. Felyn. in rub. de tregua, & pace. num. 10. in fine. Ripa in rubr. ff. de damno infec. nu. 12. & ſequen. Hercul. de caut. de non offend. c. 7. per totum, & è contra ab amicis familiaribus complicibus adhærentibus, tam maſculis quam fœminis peti poteſt, & cogendi ſunt eam præſtare, vt dicunt allegati Doctor. & Bald. in l. 1. in fine. C. de epiſ. & cleric. Hercul. c. 8. nu. 1. & ſequen. de caut. de non offend. ſtatutum diſponit, quod ipſi conſanguinei debeant hanc cautionem præſtare, non autem partes pro eis, quod iuri communi videtur conſentaneum, quia nemo tenetur cauere pro altero, niſi ei taliter ſubiectus fuerit, vt valeat eidem prohibere, ne delinquat. Rip. in rubr. ff. de damno infec. n. 16. Salycet. in l. denunciamus. nu. 2. C. de ijs qui ad eccleſ. confug. Vulpel. de promiſ. de non offen. q. 87. Laderchius in conſ. 208. nu. 2. Cephal. in conſ. 587. nu. 37. & ſequen. lib. 4. Sed ſi inter ſe erunt inimici non erunt ad hanc cautionem aſtringendi; quia bona fides id non patitur, vt quis pro ſuis inimicis ad hanc cautionem compellatur. l. ſi merces. §. culpæ. ff. locat. quod fuit etiam de mente Bart. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. n. 5. ff. de off. præſid. Hercul. d. c. 8. nu. 2. & 3. & Laderchius d. conſ. 208. nu. 3. & ſi quis huic cautione contrauenіat, vt promittens pro eo ſoluat pœnam, erit à contrauenіente releuandus. vt per Hercul. de caut. de*

non offende. capit. 35. num. 23. & capit. 42. num. 20. Vulpel. de pace. quaest. 57. num. 4. & quaest. 63. num. 2. etiam si promissionem pro eo factam non ratificauerit nec promissorem indemnem releuare promiserit, & si non iure actionis saltim Iudicis officio ex quadam aequitate, quae vult, vt quis alteri damnum resarcire teneatur; quod culpa, & facto suo patitur. lege. 2. §. item si in facto, vbi Alciat. numer. 4. ff. de verbor. oblig. c. fin. de iniurijs.

Cum idoneis fideiussoribus. *Obligatus praestare cautionem de non offendendo, illā praestare tenetur cum idoneis fideiussoribus ita disponit hoc nostrum statutū, & ita etiam disponit ius commune, vt per Guliel. de Cuneo; quem citat Bart. in d. l. illicitas. §. ne potentiores. num. 4. ff. de offic. praesid. vbi arguit, pro & contra; & postea tenet opinionem Gulielmi sequitur Salyc. in l. denunciamus. numer. 2. C. de ijs qui ad eccles. confug. Alberic. in l. non est verisimile. ff. quod met. caus. Felyn. de tregua, & pace. numer. 10. Ripa. in rubr. ff. de damno infec. numer. 9. cap. literas. ibi sufficienti securitate promissa, & cap. ex transmissa ibi sufficienti cautione recepta de restit. spol. Nam verbum cautio adiunctum, verbo, sufficienti intelligitur, cum fideiussore, vt per gloss. in cap. ad nostram. de iureiuran. & in capit. quamquam fideiussionem, de vsur. in 6. lege si cuius, & lege sequen. ff. de vsufr. Clar. §. fin. q. 47. numer. 5. Surdus decis. 320. sub numer. 7. & 8. Sed si ille qui cauere debet pauper sit, admittitur ad cautionem iuratoriam. Clar. dicta quaest. 47. numer. 5. Hercul. de caut. de non offend. cap. 5. numer. 11. & sequen. Vulpel. de promis. de non offend. quaest. 77. numer. 1. & 2. Nisi ex aliqua causa aliter Iudici videatur, vt eius arbitrio hoc sit commissum. Gomes. de delict. capit. 6. numer. 17. Menoch. de arbitr. casu. 140. il 1. & casu. 140. il 2. numer. 6. Hercul. de caut. de non offend. capit. 4. num. 5. 7. & 13. Vulpel. de promis. de non offend. q. 77. num. 3. Limita 2. nisi Iudex procedat ad hanc cautionem ad instantiam partis, quia tunc non potest admittere ad cautionem iuratoriam secundum Felyn. in rubr. de tregua, & pace, num. 10. in 2. declaratione. Hercul. vbi supra capit. 7. numer. 16. Sed de hoc dubitat Ripa in rubr. ff. de damno infec. numer. 11. in fine. Limita 3. non procedere in homine valde maluagio, & rixoso; quia talis ad iuratoriam cautionem non est admittendus. Ripa vbi supra. numer. 11. ver. praeterea. vbi persona est suspecta. Clar. in §. fin. dicta quaest. 47. numer. 5. ver. sed quaero. Hercul. vbi supra cap. 4. num. 4. & 13. Vulpel. de promis. de non offen. q. 77. num. 3. & 4. Limita 4. in forense vagabundo, vt per Bart. & Ang. in lege sed si susceperit. §. fin. ff. de iudic. & per Felyn. de tregua, & pace in 4. declarat.*

An autem idoneus per se, qui possidet immobilia teneatur cauere cum fideiussoribus? & sunt opiniones. nam Guliel. & Bart. in d. l. illicitas. §. ne potentiores dicunt quod non, sequitur Salycet. in l. denunciamus. numer. 2. C. de his qui ad eccles. confug. contrarium voluit Ripa in rubr. ff. de damno infecto. numer. 9. Clar. §. fin. quaest. 47. numer. 5. Surdus in decis. 295. numer. 13. Nam statuto seu lege requirente cautionem est illa praestanda, cum fideiussore; etiam à diuite, vt volunt allegati per Surdum in dicta decis. 295. numer. 13. & sequen. multo magis quando in lege vel statuto exprimitur, quod cum idoneis fideiussoribus caueatur, vt hic in statuto.

Sed cautio haec non debet esse perpetua; sed temporalis ad Iudicis arbitrium, Bart. in d. lege illicitas, §. ne potentiores, numero 7. ff. de offic. praesid. reiecta opinione illorum, qui dixerunt durare per spatium 30. dierum in §. sed neque Auth. de mand. Princ. hoc idem ante Bart. voluit Guliel. de Cuneo in d. l. denunciamus, numero 35. C. de his qui ad Eccles. confug. Ang. in l. dies cautioni. vbi etiam Alexand. num. 5. ff. de damno infect. idem Ang. & Imola in l. qui bona, §. caeterum, ff. eod. Felyn. in rubr. de tregua & pace num. 10. in 3. declarat. Ripa, in rubr. ff. de damno infect. num. 23. in fine, addentes ad Capellam Tholosan. in decis. 489. Gomes. de iniurijs, num. 16. Clarus in §. fin. quaestio. 47. numer. 6. Menoch. de arbitr. casu 141. numer. 2. Et huiusmodi Iudicis arbitrium potest extendi vsque ad decem annos, & non vltra secundum Ang. Imol. & Castr. in lege penultima, ff. de praetor. stipulat. Felyn. vbi supra. Alexand. vbi supra numero 6. Menoch. d. casu 141. numero 3. Herculan. de caut. capit. 9. numero 6. & 8. & in perpetuum ex magna causa, Vulpell. de promiss. de non offenden. quaestione 78. numero secundo, & tertio. Sed melius est sine termino illam accipere ne differatur vindicta in illud tempus; & tantum durabit quantum durabit inimicitia, Ripa in dicta rubrica, ff. de damno infect. numero vigesimotertio, etsi hoc in casu secundum Herculan. duret in perpetuum in dicto capitulo 9. numero 22. & 23.

Contrariũ videtur firmare, Eugen. in conf.82. num.8. Sed facultas agendi illius vigore spatio 20. annorum præscribitur arg. l. quærelã, C. de falsis, Herc. d.cap.9.num.24. Potest tamen Iudex ex causa cogere partes ad illam renouandã si præfixum tempus sit finitum. Clar. d.q. 47. Herc. d.cap.9. num.19. Non autem potest cogere eosdem fideiussores l.nec emere, C. de iure delib. Herc.nu.25. Et stante stylo quod præstentur durante tempore officialis, & per duos menses postea; finito d. tempore cautio expirat exemplo l.centesimis, §.fin. ff.de verbor. oblig. Hercul.de caut.de non offend.cap.31.num.14. & 15.& per regulam quod prohibitum ad tempus; post tempus censetur permissum l. Imperator. ff.de postul. ideo oportet quod successores faciant eas renouare, ne ob eorum negligentiam offensiones sequantur, vt monuit Clarus q.41. numero 6. ver. item quæro. Nisi fortè præstita appareat simpliciter sub nomine dignitatis, non autem sub nomine proprio, iuxta notata in lege & quia ff.de iurisdict. omn.iudic. Hercul. de caut. de non offenden. capit.9. num.24. in fine.

Si securitas per Ciuem ab aliquo de districtu petatur. Cap. XXX.

SI Ciuis vel Incola Vrbis, securitatem ab aliquo in districtu habirante petierit, & ille edicto Senatus citatus, cautionem præstare recusauerit, aut contumax fuerit, suprascriptam pœnam Ciuibus comminatam incurrat, & insuper requiratur Ciuitas, Castrum vel dominus loci vbi habitat, vt dictam securitatem, & fideiussionem præstari faciat: quod si non fecerit, Communitas ipsa, si Ciuitas sit, in ducatis auri ducentis; si Castrum aut Villa, aut Baro illius dominus, in centum condemnetur; & execurio contra quemliber illius ciuem, aut oppidanum, etiam Romæ apprehensum, fieri possit.

Si securitas per Ciuem ab aliquo de districtu petatur. Cap. 30. Gloss.

Ciuis maximè is dicitur, qui ad suæ Ciuitatis honores suscipiendos est habilis, ita vt particeps sit imperandi, & parendi, Arist.lib.3. Politic.cap.1.& capit.3. & nostri dicunt illum propriè esse Ciuem, qui substinet Ciuitatis onera; & gaudet cum alijs Ciuibus priuilegijs Ciuitatis, vt post alios Cephal. in conf.246.num.1.& seq. lib.2. Decian.in cons.550.colum.2. Menoch.in cons.390. num.52. & de præsumpt.lib.6. præsumpt.30.num.23.& 24. Iason.in cons.77.col. vlt.lib.3. Ruyn.in cons.220. nu.12.lib.2. Rota diuer.in decis.327.nu.3.& 4. quia ad solos Ciues spectant commoda, & incommoda Ciuitatis, l.1. ff. ad municip. & Ciuitas nihil aliud est, quam vniuersalis status Ciuium comprehendens eorumdem Ciuium commoda, & incommoda l.cum filius, §.1. l.cum Pater. §. mensæ. ff.de legat.2. glo.in l.ædificia, ff. de verb.signific. Dec. in cons.550. colum.2. & ideo ad hunc effectum etiam Ciues ex priuilegio, licet secundum aliquos non sint propriè Ciues, vtiq; Ciues dicuntur quia, & ipsi commoda, & incommoda Ciuitatis sufferunt, vt in iuribus allegatis, & per Ruyn. in cons.222.numero 2.libro 1. Roland. in consil.79. numero 1. & sequen. libro 3. Decianus in consil.44. per totum.lib.4. Surdus latè pro, & contra in consil. 313. per totum lib.3.

Incola Vrbis. *Incola procedit à pari cum Ciue hic; & supra lib.1.cap.41. & 42. & alibi, & ita etiam est de iure, Rebuff.in l. pupillus. §. incola. ver. quarto quia, ff. de verborum signific. & quando quis sibi in aliqua Ciuitate larem rerumque, ac fortunarum suarum summam constituit, ibi Domicilium habere Incolam esse, ac eiusdem Ciuitatis incolatus iure ad munera obligatum dicitur, lege si in patria, & l. Ciues. vbi gloss. C.de Incolis. lib.10. Immò secundum aliquos sufficit vel larem, vel maiorem partem suarum rerum habere pro domicilio in aliquo loco contrahendo. leg.2. C. vbi Senat. vel claris. Menoch. de arbitr. libro 2. casu 86. numer.58. & sequen. Caputaquen.in decisio.80.par.2. Rebuff.in d.§. Incola, Rota diuer. in decis.150.par.2. & in decis.105.numero 4. par.2. de materia, & habens incolatum in aliqua Ciuitate, dicitur esse de illa Ciuitate. gloss. in cap. statutum, in ver. eiusdem Ciuitatis, & in ver. vnam dietam, de rescript. in 6. vbi Gemin. dicit quod potest incola dici Ciuis, sequitur eum Alexander in consil. 16. columna 3. numero 6.libro 5. Dec. in consil.358. numer. 2. & 4. Paris. consil. 12. numer. 13. libr. 3. & gaudet beneficio statuti vti Ciuis, Caccialupus in l.cunctos populos.numero 564. & sequen. C. de Summa Trinit. & fide Catholic. Rebuff.vbi supra. Paris. d. consil.12. num.13. lib.3. Surdus cons.59. num.6.7.& 8. lib.1. & in consil.174. num.7. lib. 2. Brunus de statut. artic. 6. numero 5. & sequen. & ideò Ciuis & In-*

Incola Vrbis inter cetera gaudet etiam beneficio statuti huius.

Et executio contra quemlibet. *Ob denegatam iustitiam repræsaliæ vt hic conceduntur; quod & iure communi cautum esse dignoscimus cap. Dominus noster. 23. quæst. 2. Martin. Lauden. de represalijs, num. 4. Bald. in auth. sed omnino. num. 1. C. ne vxor pro marito, Gayl. de Arrestis Imperij, cap. 9. num. 13. & sequen. Sed causam dans represalijs tenetur ad omne damnum inde proueniens; nisi iniustè concessæ appareant. Iason. in l. 2. §. fin. colum. fin. ver. extat gloss. ff. de verb. obligat. Viuius lib. 2. commun. opiu. opin. 35. Myssing. obseruatio. 1. num. 10. cent. 6. de materia dixi supra. Rota diuer. decis. 611. par. 1.*

De inferentibus, & nunciantibus minas. Cap. XXXI.

SI quis per se, vel per Nuncium, vel per litteras, seu quocumque alio modo, quibuscumque consanguineis, vel amicis, vel institoribus, vel socijs, vel factoribus, seu famulis, seu mercenarijs, vel quibuscumque alijs propter causam brigæ, vel ad nocendum suis inimicis, minas intulerit, seu minas inferendo, aliquem domi se includere, & custodire fecerit, vel quocumque alio modo ad brigam prouocauerit: si plebeius, vel filius familias, vel iuuenis, aut adultus sit, de facto capiatur, & arbitrio Senatoris torqueatur, & ad semestre in carceribus & compedibus detineatur. similiq; pœna Nuncius, qui scienter litteras reddiderit, vel tales minas, alicuius mandato denunciauerit, puniatur, nec prædicti de carceribus liberentur, nisi soluta prius pęna centum aureorum, pro singulis, ac præstita fideiussoria cautione (si petatur) pro se ipsis, & pro omnibus eorum attinentibus, vsque ad tertium gradum de iure Canonico computandum, de non offendendo perpetuò in persona, vel in bonis, nec offendi faciendo. Sed si capi non possint, ad querelam cuiuscumque, vel ex mero officio inquiratur contra eos, & procedatur ad diffidationem per contumaciam, & pro confessis habeantur, & ad capitalem pœnam mortis condemnentur. & in omni casu contumaciæ, seu latitationis, aut fugæ, liceat eos post diffidationem impunè offendere. Possint etiã per eos, quorum interest, capi, & tradi in manibus Curiæ: & si in Vrbe capti fuerint, non possint detineri vltra spatium quinque horarum; si extra Vrbem, seruetur dispositio Iuris, secundum locorum distantiam, ita vt quam primum possit, Iudici illæsi præsententur, nec possint post capturã impunè quouis modo offendi; vel si tuto præsentari non possint, denuncietur Curiæ, vt familiam mittat. Contrafacientes verò, puniantur de violentia arbitrio Senatoris. Possit etiam suo arbitrio Senator, si sibi videbitur, constituere præmiũ capientibus, vel occidentibus prędictos in contumacia perseuerantes, & illud de introitibus Cameræ solui facere. Et idem seruetur contra quoscumque contemptores mandatorum, & inobedientes, & contumaces cauere vel assecurare recusantes, vel cessantes; & in omnibus grauibus, & atrocibus criminibus, & contra quoscumque facinorosos, ac rebelles diffidatos aut condemnatos, quos liceat impunè offendere; & præmium, eos capientibus constituatur arbitrio Senatoris vt supra. Si verò huiusmodi minas inferentes, aut inferri facientes, vel ad brigam prouocantes, partes familias existant, pœnam ducentorum ducatorum incurrant, & ad cuiusque suspicionem habentis, instantiam, vel etiam ex officio, si ad notitiam Curiæ quomodocumque peruenerit, illico & sine mora præcipiatur eisdem, vt sub pœna quingentorum aureorum (quæ tamẽ pœna augeri possit ad quamcumque summam, arbitrio iudicum, secundum personarum conditionem, & qualitatẽ) cum idoneis fideiussoribus aduersarium securum facere debeãt, secundum modum supradictum: & si neutra partium talem securitatem præstari petierit, aut petere voluerit, Senator, & Iudices ex eorum officio, vbi, & quoties cognouerint, inter ciues Romanos dissensionem aliquam, aut rixam exoriri posse (de quo extraiudicialiter, & ex sola probatione famæ, inuestigare, & se informare sufficiat) vtrique parti mandent mutuas securitates præstari, & ad præstandum cogant, per diffidationes, condemnationes, carcerationes, & per alia iuris & facti remedia: & contra inobedientes, & contumaces, si in contumacia perseuerauerint, seruetur modus supra traditus, cum omni seueritatis rigore. Præsumatur autem is, qui imputatur de huiusmodi minis, illas fecisse, vel fieri fecisse; si illum, contra quem minæ illatæ dicuntur, recuset; vel semel monitus, distulerit assecurare.

De infetentibus, & nunciantibus minas. Cap. 31. Glossa.

Si iniuria etiam nutu fieri potest, dummodo ex nutu appareat signum designans voluntatem iniuriantis, vt voluit Beluis. in practic. lib. 1. capitulo 3. rubric. de iniurijs, numero 34. Iodocb. pract. crimin. capitulo 135. numero primo, & capitulo 137. numero 1. immò etiam risu Baiard. ad Clarum in §. iniuria numero 15. Thesaur. in dec. 229. & infra capitulo 70. §. si quis verò. Multo magis fieri posse dicendum est per minas illatas alicui, vel per Nuncium demandatas; vt opus fuerit pęnis in hoc statuto contentis etiam minis occurrere ne fiant, neque denuncientur, quia etiam per minas, etsi in illis verbum iniuriosum non dicatur iniuria infertur, ita adden. ad Angel. de Malefic. in verbo, & dictus Titius, columna 3. ver. quæritur an ex solis minis. Bertaz. in consil. 434. numero 8. lib. 2. Baiard. ad Clarum in dicto §. iniuria. numero trigesimotertio, siuè minæ illatæ sint, siuè demandatæ, vt in iuribus supra citatis, & per text. in leg. item apud labeonem, §. fecisse conuitium, ff. de iniur. & in leg. non solum. in princ. & in §. si mandato meo, & §. sequen. & in leg. sed si iniuria, §. si iussu Domini ff. de iniur. Bartol. in dicta lege non solum. numero primo, & in d. §. si mandato, & in leg. sed si vnius, §. seruus meus, ff. eodem. Doctor. in §. non solum. Instit. de iniur. capitulo fin. de iniurijs. Azzo. in summa de iniur. numer. 3. & 13. Hostien. in summa eodem titul. numero 6. §. contra quos. Vital. de iniurijs. numero vndecimo, & 41. & vltra pœnas in hoc statuto contentas tenentur inferentes, seu denunciantes minas, assecurare minatos, quod illos non offendent, vt ibi in §. si verò huiusmodi pro quo facit text. in leg. famosi §. 1. ff. ad l. Iuliam Maiest. & alij allegati per Gayl. de pace publ. libro 1. capit. 2. numero 4. & notatur in lege decernimus, & ibi Doctor. C. de Episcop. audien. Bald. Ang. & Petr. de Sunn. in l. sed etsi susceperit, §. 1. ff. de iudic. Lillicitas, §. ne potentiores, vbi Ray. & Bart. de offic. præsid. Aretin. de Malefic. ver. verba iniuriosa. Doctor. in l. 1. C. si quis Imperat. maledix. & in l. metum, C. quod metus caus.

De iniuriam inferentibus Nuncijs. Cap. XXXII.

Contra offendentes aut inferentes iniuriam Nuncijs, ad deferendum mandata, citationes, & edicta, per Magistratus destinatis, ex causa dicti officij (quod semper præsumatur, nisi contrarium probetur) qui ius gentium violare, & Principis maiestatem offendere videntur, seuerissimè inquiratur, & Communitates, & Domini Castrorum, diffidentur ad pęnam quingentorum ducatorum: sed contra ipsos iniuriam inferentes, si capi possint, si iniuria fuerit personalis & atrox, ad Capitalem pœnam procedatur, & vltimo supplicio afficiantur: si verò personalis fuerit minus atrox, ad Triremes per triennium mittantur vel alia pœna corporali, citra mortem, Iudicis arbitrio, plectantur. Si verò iniuria fuerit tantum verbalis; tunc arbitrio Iudicis, quod extendi possit vsque ad relegationem, puniri debeant: Et credatur iuramento ipsorum Nunciorum cum vno Teste idoneo de visu. & non sit opus eos, qui moneri vel citari debebant, vlterius in illa causa citare, nisi in valuis Capitolij per affixionem schedularum.

De iniuriam inferentibus Nuncijs. Cap. 32. Gloss.

Diuus Paulus ad Romanos cap. 13. inquit. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas, nisi à Deo, quę autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati; Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatē? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est in bonum tibi, noli itaque ei quãuis minimò resistere, quia eius opera etiam Summo Pontifici pro iustitia ministranda est necessaria. Immò contra ius gentium committunt illi; qui Nuncijs iniuriam inferunt, teste Liuio lib. 4. Decad. 1. Romanæ Historiæ.

An autem credatur relationi facta per Nuncium? & quod sic in spectantibus ad suum officium non est qui dubitet esse credendum in Vrbe; quamuis sit controuersia apud Doctor. vt per Menoch. casu 112. numero 1. & 2. de Arbitr. libro 2. Sed quando agitur de re grauis præiudicij, vt puta quia refert

fuisse

fuisse offensum iniuriatum, seu vulneratum; tunc soli Nuncio non credi, firmat idē Menoch. vbi supra numero 9. & sequen. quod, & hoc nostro Statuto disponitur ibi, & credatur iuramento ipsorum Nunciorum cum vno teste idoneo de visu; vt solis ipsis Nuncijs in similibus credendum non sit; Sed quando cum vno idoneo teste de visu, ac illorum iuramento probant, quod referunt; tunc erit locus statuto nostro quoad pœnas contra relatos infligendas; & nihilominus non erit opus eos, qui moneri vel citari debebant vlterius in illa causa citare, nisi in Valuis Capitolij & iure merito, quia citatio. propter impedimentum non executa habet vim citationis per edictum, quæ perinde citatum arctat, ac si esset facta in personam, lege dies cautionis, §. toties, ff. de damn. infect. Clementina prima de Iudic. vbi gloss. capitulo ex tuæ. de Cleric. non residen. capitulo Romana, §. contrahentes. de foro competen. in 6.

An ex hoc Statuto idem erit de executione non facta propter impedimentum, vt scilicet habeatur pro facta? sed hoc non determinat statutum; licet offendentes ad differenda mandata castiget, vt in dispositione iuris communis permaneat; & in mandato de immittendo in possessionem; quod impeditus immitti dicatur possidere in præiudicium impedientis dixit Ruyn. in consil. 161. num. 16. libro 1. & quod in eam immissus dicatur per executorem solo aspectu rei, cum aliquo impediente non potuit ingredi, dixit Tiraquell. de iure constit. possess. par. 3. limit. 17. numero 3. & 7. per text. in lege quamuis 13. ff. de bonis author. iud. possid. Bald. in lege 2. numero 6. ver. nam est reperire, C. ne vxor. pro marito, Milis in repert. in ver. possessio. ver. possessio tunc acquiritur per aspectum. Surdus in consil. 374. num. 3. & 4 libro 3. & in decis. 203. num. 17.

De sumentibus vindictam contra innocuos. Cap. XXXIII.

Qvicumque ab aliquo offensus, consanguineos, affines, aut amicos vel domesticos offendentis, qui ipsi offensores non fuerunt, vindictam sumendo vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter vel personaliter offendere ausus fuerit; pœnam capitis ad mortem & publicationis bonorum, ac perpetuæ infamiæ, iuxta saluberrimas Pauli Papæ Secundi, & aliorum summorum Romanorum Pontificum Constitutiones, quę in hac parte in omnibus, præterquam quo ad demolitionem domorum (vt eisdem placuit) ne Ciuitas ruinis deformetur, seruandæ sunt, incurrant. Sed si reus in potestate habeatur, & decapitatus fuerit, seu mortis supplicio affectus, publicationis bonorum pęna locum non habeat, nisi in vindictam sumendo, homicidium sit commissum. Si verò homicidium interuenerit, vltra pœnam capitis, etiam si decapitatus, seu aliàs vltimo supplicio affectus fuerit, bona publicentur, & in omni casu pro dimidia applicentur parti offensæ, vel suis hæredibus; quam si habere noluerint, tota applicetur Cameræ Vrbis, vt supra. Ad demolitionem autem domorum, non aliter deueniendum esse statuimus, nisi quando aliter in personam, vel in alijs bonis excedentibus summam quingentorum ducatorum auri puniri non posset: & si domus esset communis cum alijs, vel nexu hypothecæ alicui obligata, si socius partem delinquentis emere, vel creditor hypothecam habens in solutum recipere, & pretium, quod superesset, æstimatione illico facta, refundere voluerit; præferatur, & pretium applicetur vtsupra: aliàs, facta sine mora diuisione, pars tota, quæ Fisco & parti læsæ obuenerit, diruatur; vel si diuisionem non recipiat, tota parti offensæ, vel suis hæredibus vtsupra adiudicetur, & pleno iure transferatur, qui vera debita satisfacere teneantur.

De sumentibus vindictam contra innocuos. Caput 33.

Glossa.

Adest constitutio similis Innocentij Papæ Octaua contra sumentes vindictam in personam tertij, & est vindicta duplex priuata, & publica; Priuata non est communi iure permissa, lege scientiam, §. qui cum aliter. & ibi Florian. ad leg. Aquil. Nam nemo se sine Iudice potest vindicare; nisi in quibusdam casibus de quibus per Spec. de Actor. ver. item qui vult, & de offic. omn. iudic. §. potest. in princ. & de Accusat. ver. Sed pone Doctor. in lege prima, & secunda, C. quando liceat sine Iudice &c. & in casibus in quibus est a iure permissa vel a statuto; non potest alteri committi, seu demandari, Baldus in capitulo 1. §. 1. columna 1. ver. & hoc facit,

de pace iuram. firm. & in l.3. in fine, C. commun. diuid. per l. cum fundum, §. fin. de vi & vi arma. & in lege accusationis, C. quod metus caus. & in lege vt vim, de iustitia & iure, & in lege 1. C. vnde vi. Alexand. & Castren. in lege si cum dotem §. transgrediamur, ff. solut. matrimon. Bart. in lege 1. C. de bis quibus vt indign. & illam ex permissione legis, vel statuti sumens tenetur actione iniuriarum de excessu. Baldus in lege si familia ff. de iurisdict. omn. iudic. Aretin. in lege si seruus. in fine, ff. de verborum obligatione. Sed vindicta priuata Deo est seruanda. Nam mihi vindictam, & ego retribuam capit. 1. post medium 13. quæst. 1. cap. ita planè 23. quæst. 3. cap. seditionarios 46. distinct. & cap. quod habetur 14. quæst. 1.

Vindicta publica quæ ad correctionem fit per Iudices est iusta, & exequenda cap. est iniusta, & c. sequen. 23. quæst. 4. & cap. sed his, & cap. quando eodem, & hæc dicitur pena, capit. felicis de penis, lege seruus, de seruis exportan. cap. vlt. 23. quæst. 4. Et quia non ea mente Magistratus agit, vt iniuriam faciat, sed ad vindictam publicè Maiestatis respicit, actione iniuriarum ideo non tenetur, ita Spiege. ex Budeo, in lege quod reipubl. ff. de iniurijs. Azzo. in summa C. eodem. num. 14. Hostien. num. 6. §. contra quos, eodem Bossius de iniurijs, num. 11. Vital. num. 33. & 55. eod.

De tumultuosis armatorum Collectis. Cap. XXXIV.

Simili modo, vt de sumentibus vindictam contra innocuos dictum est, aduersus omnes, qui tumultuosas armatorum collectas, non solum ad vindictam sumendam, sed etiam ad iniuriam inferendam, & ad quoscumque actus illicitos, siue aliàs sine legitima causa, de die, vel de nocte, facere ausi fuerint, in omnibus & per omnia procedendum esse; eosq; in easdem pœnas incidere, & pariformiter puniri debere, statuimus.

De tumultuosis armatorum Collectis. Cap. 34. Gloss.

Tumultuosus est ille, qui turbas excitare solitus est l. fin. de offic. Proc. Cæsar. & tumultus accipitur pro omni motu periculoso præcipuè populari, & rapidè facto, quem sedare rem necessariã dixit Imperator, in §. 1. Auth. de mandat. Principum. gloss. in l. 1. §. 1. ff. depositi, & pro tumultu sedando multa conceduntur; quæ alias negarentur, l. penultima, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Et qui aduersus Rempublicam seditionis, ac tumultus auctor est efficitur reus Maiestatis, lege 1. in fine, ff. ad l. Iuliam Maiest. l. 1. & 2. C. de seditiosis, Clarus in §. fin. quæst. 68. num. 37. & de tumultuosa conuenticula est text. in l. conuenticulam, C. de Episc. & Cleric. & in cap. conuenticula de pace tenen. Sed hoc nostrum statutum loquitur de priuatis collectis armatorum. de quibus Guido Papæ in decis. 423. Cornel. in consil. 175. lib. 3. Crauetta in consil. 220. & in consil. 224. Alexand. in consil. 55. lib. 7.

Quæ dicantur illicitæ Collectæ. Cap. XXXV.

Tumultuosæ autem collectæ, factæ intelligantur, si numerum decem armatorum excedant: quo casu principales ductores tantum, ad pœnam in præcedenti capite contentam obligentur. Sequaces vero, vltra alias pœnas delictorum perpetrandorum, singuli aureorum centum pena, sine diminutione aliqua, necnon & quatuor ictuum funis mulctentur. Si vero minor numerus fuerit, sed sint supra quatuor; principales arbitraria pœna plectantur, quam vsque ad sanguinem, & mutilationem membrorum inclusiuè, pro personarum qualitate, arbitrari Senator possit. Sequaces vero, pena quinquaginta ducatorum auri, singuli sine diminutione, & trium ictuum funis, mulctentur & plectantur: & nihilominus pro delictis commissis puniantur. Si vero sint quatuor, vel infra, omnes tam principales, quàm auxiliatores pari pena puniantur, pro delictorum, & facti, & personarum qualitate: quæ penæ aduersus eos, qui tumultuosas collectas fecerint, locum habeant in omni tumultu illicito, & in omni collecta armatorum prohibita, & non in casibus à iure permissis: in quibus quidem casibus locum non habeat capitalis, seu publicationis bonorum pœna: sed si aliqua delicta commiserint, vel si aliquam illicitam violentiam intulerint, vel exercuerint; extra ordinem, vel secundum Statuta puniantur.

Quæ

Quæ dicantur illicitæ Collectæ. Capit. 35. Gloss.

Regulariter omnes confederationes, coniurationes, conspirationes, ac conuenticula sunt illicita, ac iure probibita. l. denunciamus. C. de ijs qui ad ecclesi. confug. l. 1. & 2. C. de seditio. l. conuenticula. C. de epis. & cleric. & de colleg. ff. per totum nisi causa religionis, vel authoritate Domini fiant. l. 1. §. 1. l. 2. & l. 3. §. 1. ff. de collegijs. Et de iure trium personarum numero constituuntur. l. Neratius 85. ff. de verbor. signif. boc nostro statuto decem numero illicitam collectam armatorum constituunt, & in dubio semper illicitæ præsumuntur. Innocen. in c. 1. de scisma. Io. And. in c. 2. de verbor. signif. Permittis tamen tua collectam bominum armatorum ad aliquod bonum, puta si quis timeret se oppressum iri à suis inimicis in itinere; nam cum defensio tam rerum, quàm personarum licita sit; & iure permissa. l. vt vim. & ibi Doct. ff. de iustit. & iure. l. 1. C. vnde vi cum similibus, vtiq; permissum est pro defensione sua personæ ire associatus ab bominibus armatis, quia iure permittente fit arg. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. l. 1. C. de bis qui ven. ætat. impetr. Bart. expressè in extrauag. ad reprimendum in verbo, occulte. Vtiq; licitæ etiam sunt armatorum collectæ; vt resistant, & adiuuent aliquem ne spolietur; & eijciatur de re sua l. 3. §. eum. ff. de vi. & vi armata. Bar. & Ang. in l. 1. C. de delat. lib. 10. infr. c. 77. Sed bæc omnia facere poterunt præcedente licentia superioris, ita disponente statuto infra c. 38. De medelis autem, & documentis circa seditiones reprimendas; ac sedandas tradit Arist. libr. 5. Politic. capit. 4. per totum.

De incendiarijs. Cap. XXXVI.

SI quis data opera, ignem immiserit, & ex eo incensum fuerit Castrum, Villa, Casale, aut aliqua domus, in toto vel in parte; igne comburatur, ita vt moriatur. si vero Area cum frumento, vel acerui seu postæ lignorum, furca suspendatur. Qui verò ad ostia meretricum ignem immittunt, si inde domus incendium non sequatur, si capi poterint, tribus ictibus funis torqueantur. Et insuper si viles personę fuerint, fustigentur per Vrbem, & in perpetuum exilium vel ad Triremes arbitrio Senatoris damnentur: & si personæ nobiles aut bonæ æstimationis aliàs fuerint, vltra torturam vt supra, per triennium relegentur, vel per annum arbitrio Senatoris in carceribus detineantur, & præterea in quadruplum damni illati damnum passo condemnentur, & si capi nō possint, pro dicta pœna diffidentur.

De incendiarijs. Cap. 36. Gloss.

Pęna incendij de iure communi quæ sit, quando babeat locum; & quando quis ex incendio teneatur ad damna, & interesse damnum passo latè tradit post alios Farinac. in q. 110. c. 1. de var. ac diuer. crim. per totam. vbi determinat an conductor Domus de illius incendio teneatur; & quando: de boc eodem articulo multa etiam tradit Gayl. obseruat. 21. lib. 2. & in obseruat. 22. differit an vicinus vicino de incendio teneatur: multa de incendijs ac incendiarijs tradit etiam Clar. in §. fin. q. 68. nu. 20. & sequen. & de iudicio damni ab igne manantis est Diuina Scriptura Exod. c. 22. & de materia. l. 1. & tot. tit. ff. de incendio ruin. naufrag. Mascardus de probationibus conclus. 892. libr. 2. Menocb. de arbitrar. casu 390. per totum, ambo latissimè. Sed quia mali bomines assumpta sub specie boni occasione currunt ad incendia, & ruinas, & inde rapiunt quicquid ad eorum manus peruenit, ideo contra tales datur actio de incendio, ruina, naufragio, & c. in quadruplum infra annum; post annum in simplum eius quod rapuerint l. 1. in princ. & §. 1. ff. de incend. rui. naufrag. &c. & §. ex incendio. l. 3. §. non tantum. & §. non solum. ff. eod. Sed de damno sine dolo malo dato tales occurrentes ad defensionem non tenentur. d. l. 3. §. quod ait prætor. ff. de incendio ruin. naufr. &c. Nec minus tenentur bac actione si post incendium, ruinam, &c. rapuerunt. l. 1. §. fin. cum duabus legibus sequen. ff. eod. l. si quis 5. ff. eod. Nec si ex alio loco quam quo incendium &c. fit abstulerint. nisi fortè ibi ex incendio remota res reposita sit. d. l. si quis 5. §. quod ita verum, & l. 1. §. ex incendio ibi proinde & §. item ruinæ. ff. de incend. ruin. naufr. Nec minus si ante incendium, ruinam, &c. rapuerint; nisi fortè in ipsa suspicione incendij &c. raptum sit. l. 1. §. si suspicio. lege pedius. 4. ff. de incendio, ruina, naufrag. &c.

De receptatoribus delinquentium.
Cap. XXXVII.

IVxta Sacras Conſtitutiones fœlicis recordationis Innocentij Octaui, & aliorum ſummorum Romanorum Pontificum, contra receptatores, & minas inferentes, vſui receptas; Statuimus, vt ſi quis, etiam non brigoſus, diffidatos de crimine vel condemnatos, ſiue de enormibus delictis infamatos, vel alios quoſcunque mandatorum à Magiſtratibus factorum, contemptores, vel inobedientes, & contumaces, ſeu mandatis de aſſecurando, parere recuſantes, aut ceſſantes, ſcienter receptauerit; pœnam trecentorum ducatorum, vel aliàs iuxta formam dictarum Conſtitutionum patiatur. Præſumatur autem ſcientia, ſi diffidati, vel per ſententiam condemnati appareant: Et ſi Ciuitas, vel Cõmunitas, vel ipſarum domini immediatè, vel Vicarij ſint, apud quos illicita prædictorum fieret receptatio; contra dominos & officiales, & ipſas Vniuerſitates ex officio inquiratur, & diffidentur, aut condemnentur ad pœnam quingentorum ducatorum, vel alias iuxta formam earundem Conſtitutionum, & ad effectualem executionem, per pignorum captiones, perſonarumq; & animalium arreſtationes, & per generales repreſalias, procedatur, & non reaffidentur, nec à repreſalijs deſiſtatur, donec fuerit integra pęna ſoluta, & à tali receptatione deſtitiſſe, per legitimas probationes docuerint. Sed & ſi de diffidatione, vel condemnatione eorum, qui ſic fuerint receptati, non appareat; poſtquam per litteras Senatoris ipſi Barones & officiales ipſarum Communitatum, & Vniuerſitatum moniri, aut aliter legitimè certiores facti fuerint, vt ab huiuſmodi receptatione abſtineant, vel deſiſtant, eandem pęnam niſi paruerint, incurrant. Senator autem, & Iudices, quomodocumque ad aures, & notitiam eorum peruenerit, quo in loco tales perſonæ receptentur, ſtatim monere debeant receptantes, vt eos capiant, vel expellant; alioquin contra eos procedant, & exequantur, vt ſupra eſt dictum; & ſi negligens in his fuerit Senator, vigintiquinque aureorum pœnam in ſyndicatu patiatur; & Camerarius Cameræ Vrbis ad omnem requiſitionem Senatoris teneatur ſoluere mercedem Nunciorum, aut Curſorum ad prædicta deputandorum: & ad id, officio eiuſdem, ſi opus fuerit, compellatur: ſaluis nihilominus remanentibus alijs pœnis contra prædictos receptatores, per eaſdem Conſtitutiones Apoſtolicas inflictis.

De receptatoribus delinquentium.
Cap. 37. Gloſſ.

Peſſimum genus eſt receptorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt, vnde precipitur, vt perinde puniantur. atq; latrones, ita diſponit tex. in l. 1. ff. de receptoribus. l. congruit. ff. de offic. præſid. l. 1. C. de ijs, qui latrones vel alios occult. & l. 2. C. eod. l. oues. §. fin. ff. de Abige. Niſi illi qui receperint, & occultauerint affines, vel cognati ſint illorum; quos receptarunt, nam iſti neq; abſoluendi, neq; ſeuerè admodum ſunt communi iure puniendi. l. 2. §. eos apud quos. ff. de receptatoribus. Crauetta in conſ. 309. Maſcard. concluſ. 1258. nu: 7. citat alios. De iſtis adeſt præſens ſtatutum, & adſunt aliæ plures ſeueriſſimè ſummorum Pontificum Conſtitutiones, quibus tales receptatores non ſolum extranei; ſed etiam affines, & coniuncti ſeueriſſimè puniuntur; vt pœna iuris communis videantur ſatis leues. Cynus Bald. & Salycet. in l. 1. & 2. C. de ijs qui latrones occultauerunt inſeruut ad varias quæſtiones de materia.

Scienter receptauerint. *Cautè loquitur ſtatutum de ſcienter receptante, quia nemo ignorans peccat. l. qui iniuria. ff. de furtis: Nam receptatio dolum malum requirit. l. quicumq; C. de ſeruis fugit. & eſt de natura boni. Bald. in l. d. quocumq; n. 1. quia natura cognationem quandam inter homines conſtituit, quæ vnum ad alterius auxilium inducit. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. l. ſeruus. in fine. ff. de ſeruis expor. vbi gloſ. ceſſante ergo dolo ceſſat delictum; quod ſine dolo non committitur, quia non omnis qui recipit ſtatim delinquit ſed qui dolo malo ſcienter non per ignorantiam recipit. c. fælicis. ibi ſcienter. de pœnis in 6. l. 3. §. non tantum. ff. de incend. rui. &c. l. Metrodorum. ff. de pœnis. l. in furti. §. rectè. ff. de fur. l. generaliter. C. de tabul. lib. 10. l. fin. in fine ff. de oper. publ. l. genero. ff. de ijs qui notan. infam. & in dubio ignorantia præſumitur, quia cum illa qualitas ſcientiæ non inſit à natura ideo non præſumitur niſi probetur. l. in bello §. facta ff. de capt. & poſtlim. reuer. Iaſ. in l. fin. §. ſed quia notab. 4. C. commun. de legat. Pedem. deciſ. 73. nu. 5. & deciſ. 71. cap. præſumitur. de regulis iuris in 6. Maſcard. concluſ. 1258. numero 3. & 4. lib. 3. de probat. & ignorantia regulariter à delicto, & pœna excuſat. l. ſi quis ignorans.*

rans. ff. locat. glos. in l. 1. in verbo, latrones, ff. de receptat. vbi Bart. & in §. pari. nu. 2. & in l. fin. nu. 2. ff. si quis testa. liber esse & in l. omnes. nu. 1. C. de Agric. & cens. lib. 11. Bald. in c. à nobis. nu. 1. de except. per tex. in l. scimus. C. de pœnis. Hyppol. in l. qui ignorans. nu. 9. & sequen. ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. qui falsam. nu. 65. ff. eod. Nellus de Bann. in 3. par. 2. temporis. q. 20. n. 12. Gigas de crimin. læsæ maiest. libro 3. tit. de pluribus & varijs quæst. q. 10. nu. 8. & de materia receptatorum Bannitorum plura tradit Gayl. de pace publ. lib. 2. c. 10. per totum. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 348. Bossius de rapinis, Foller. in pract. crim. §. banniatur. nu. 2. Clar. in §. fin. q. 90. numer. 9. & ibi Baiard. & alij addentes. Sed extra dubitare contigit an Bannitus mortuus in Banno possit sepelliri in patria in sepulcro maiorum suorum? & quod non dicit Bart. in l. 3. ff. de cada. punien. quia, qui viuus in Ciuitate morari non poterat ad eam mortuus ferri non potest. Dubitare denuo contingit An Principes possint impedire eorum subditos, & colonos, ne ab eorum iurisdictione, & potestate discedant; & quatenus discesserunt an possit eosdem à receptatoribus vindicare? & vide Lucam de Penna in l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. 11. & in l. si quis prædium. C. eod. Doct. in c. 1. de capit. qui cur. vendid. glos. in c. 1. § præterea. de probib. feud. alie. per Feder. in verbo, ad alium, Menoch. de recuper. remed. 10. alia plura de materia non iniocunda; quæ possent occurrere Dominis Baronibus Sedis Apostolicæ, si vnus alterius vassallos ac subditos fugitiuos reciperet tradit Gayl. de arrestis Imperij. c. 8. sub nu. 13. & sequen. vsq; in finem, vbi adducit Luc. de Pen. in d. l. si coloni. & Menoch. vbi supra, nu. 48. & sequen.

Et pro defensione eius qui imputatus sit receptasse res furatas vide Bald. in cons. 410. lib. 2. in cons. 48. lib. 3. in cons. 382. nu. 8. lib. 5. Rimin. in cons. 80. Roland. in cons. 45. in 1. dubio lib. 1.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possit, & quos secum retinere.

Cap. XXXVIII.

Liceat offenso, vel iniustis minis præcedentibus, ad brigam prouocato, vel aliam iustam suspicionis causam habenti, pro securitate suæ personæ, vel suorum, qui sint eiusdem familiæ, vel ei qui domi se includendi, & in briga se continendi iustam & rationabilem causam habuerit, impunè id facere: habita tamen prius licentia à Senatore, & Pacerijs: & si fuerit de offensoribus, iustam causam habere etiam intelligatur, postquam soluta pœna delicti, offensor ipse Magistratibus parere, & obediens esse paratus sit; & de parendo mandatis eorum idoneas cautiones dederit, & aduersarius inobediens fuerit, & Superiorum mandatis parere recusauerit, vel distulerit, seu latitando se subtraxerit, vt capi non possit: Et dummodo vltra eos, qui sunt de eadem familia, absq; Senatoris, vel Paceriorum expressa licentia (de qua in scriptis apparere debeat) aliquos armatos non retineat: ita tamen, quòd si licentiam retinendi aliquos armatos obtinuerit, nec diffidatos pro crimine, nec brigosos, nec aliquos qui minas alicui intulerint, nec inobedientes Magistratibus, nec assecurate recusantes eos, qui securitatem ab eis petierint, nec aliquos criminosos de grauibus delictis infamatos, receptare; nec condemnatos pro ciuili debito, apud se stare permittat: alioquin eandem pœnam incurrat (si pecuniaria sit pœna) ad quam diffidati, vel condemnati obligantur: & si debitum sit ciuile, ad tantundem obligetur. Sed si receptati capitaliter, vel ad pœnam sanguinis diffidati sint, receptantes brigosi in pœnã in proximè præcedenti capite contra receptantes impositam, incurrant. Sed nec homicidas, nec raptores, nec falsificantes monetas, nec alios latitantes, & à manibus Curiæ se eximere quærentes, etiam si non fuerint diffidati vel condemnati, quouis modo audeant receptare: & si prædictos, aut alios delinquentes scienter receptauerint; ad ducentorum ducatorum auri pęnam obligentur, à qua pœna eximantur, si illi qui receptantur, de iuris permissione receptari possunt, non tamen diffidati, vel condemnati de crimine. Si autem prædicti brigosi, plures, quàm de dicta licentia permissum fuerit, receptauerint armatos, aut apud se in domo stare permiserint, incidant in pęnam centum ducatorum, quoties contrafecerint; salua semper prohibitione, & pœna illicitæ collectæ, de qua supra, si vltra decem armatos receptauerint, & hoc vltra pœnam in licentia & mandato prohibitionis impositam, si qua per Magistratum apposita fuerit: nullamque post huiusmodi prohibitionem, ignorantiam prætendere possint. Senator verò & Iudices ex eorum officio, teneantur in omnibus dictis casibus diligenter

inue-

inuestigare, inquirere, & perquirere, seu perquiri facere singulis mensibus, in domibus brigosorum, & ad executionem dictarum pœnarum procedere; aliàs ipsi, qui talia impunè transire permiserint, ad eandem pœnam obligentur.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possit, & quos secum retinere.
Cap. 38. Gloss.

Huic statuto pertinent dicta supra in capit. 25. ver. permittit tamen ius. vsque in finem.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere. Cap. XXXIX.

SI aliquis brigosus, vel inimicitias habens, non permiserit Magistratus, vel officiales, & executores, cum mandatis Iudicum, intrare in eorum domos, & receptacula, etiam perquiri, si contra constitutiones, armati, & diffidati apud eos existant, in pœnam ducentorum ducatorum auri incurrat. Quam pœnam pecuniariam, si soluere nequeat, luat in in corpus, arbitrio Senatoris, & Iudicum. Quòd si maiores Magistratus non admiserit, capitaliter puniatur ad mortem, & contra sic delinquentes Senator ex officio inquirere teneatur: saluis tamen Constitutionibus fœlicis recordationis Pij Papæ Quarti, & Sanctissimi Domini Nostri Gregorij Papę Decimitertij contra prætensas franchisias editis.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere.
Cap. 39. Gloss.

Vide quæ dicta sunt supra in cap. 32. & huc referas. Scias etiam Iudici licere suam iurisdictionem defendere pęnali iudicio. lege 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ibi Bart. Bonif. de malef. de pęnis cond. ver. sed nunquid Iudex ... aduersus non subditum. c. dilecto. de senten. excom. in 6. l. nullum. C. de testibus: etiã cum armis. Castren. in d. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obst. & tenetur defendere suam iurisdictionem, vt reus, vt actor, & vt Iudex; & vt reus armis, & processibus. Bald. in Margar. ad Innocen. in verbo, Iudex tenetur suam iurisdictionem; & Iudicis potestati permissa non semper sunt iuris necessitati subiecta. Rota in nouis. decis. 3. aliàs 31. de sequestr. possess. & fruct. Potest etiam capere personam. l. cum eo. ff. ad l. Iul. repet. l. consentaneum. C. quomod. & quan. Iudex l. plerique ff. de in ius vocan. Bart. in d. l. 1. vbi Cagnol. de materia.

De visitatione Brigosorum permissa. Cap. XL.

VIsitantes Brigosos, si sint amicitia vel beneuolentia coniuncti, consanguinei vel affines, vel vicini, quando & quoties (vt fieri solent) humanitatis causa, & ex charitate, hoc faciant, aliqua pœna non puniantur: & præsumantur charitatis causa facere, si armati cum armis sibi prohibitis non incedant; vel si continuam residentiam in illorum domibus non faciant, vel si per Magistratus non fuerint prohibiti; quibus casibus, si secus fecerint, incidant in pœnas supra contra armatos impositas. Deferentes autem arma ad domos eorundem brigosorum, & propter causam brigæ, sine Senatoris licentia, armati ibi commorantes, in pœna quinquaginta ducatorum singuli mulctentur, & contra hos inquirere Senator debeat.

De offendentibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut Executionem impedientibus. Cap. XLI.

OFfendentes Magistratus, ius coërtionis habentes, in officio vel propter officium etiam pendente syndicatu, capitaliter ad mortem plectantur. Sed si iniuriosa, aut contumeliosa verba protulerint, capiantur, & carcerentur, vel torqueantur, vel alijs etiam grauioribus arbitrarijs pœnis, arbitrio Senatoris, & Iudicum, verborum & personarum qualitate pensata, puniantur. Idemque obseruetur contra verberantes, aut iniuriam inferentes Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs ratione officij; & præsumatur offensio facta ratione officij, nisi contrarium probetur. Resistentes verò Marescallis, vel executionem impedientes, si cum armis restiterint, carcerentur, & in carceribus ad mensem detineantur, & torqueantur, vel alijs pœnis corporis afflictiuis, secundum personarum, & facti qualitatem, afficiantur: & non liberentur, nisi prius integraliter omne interesse parti, & pœnam Fisco persoluerint: si pecuniarium sit interesse, vel pęna: sed si pęna esset capitalis, vel sanguinis;

ad

ad quam exemptus tenebatur, similem pęnam is qui exemit, patiatur. Si verò fine armis resistatur, resistens in causa ciuili, pęnam quinquaginta aureorum incurrat, & damnum parti resarciat: in criminalibus verò in pęnam aureorum quingentorum condemnetur. Pro offensionibus autem in personam executorum illatis, duplicentur pęnæ pro delictorum qualitate limitatæ, & prædicta locum habeant etiam contra Communitates, & Barones executionem fieri impedientes, aut executores expellentes: & si Communitas cum armis, pęnam quingentorum aureorum; si sine armis, pęnam aureorum trecentorum incurrat, & dãnum vt supra resarciat. De expulsione verò credatur Executori vel Mandatario cum vno teste idoneo, medio iuramento deponenti. Et præmissa intelligantur saluis prædictis Constitutionibus eorundem Pij Papæ Quarti, & Sanctiss. Domini Nostri Domini Gregorij Papæ XIII. quæ in suis casibus seruandæ sunt.

De offendentibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut executionem impedientibus. Cap. 41. Glos.

Exod. c. 22. Præcipitur ne maledicatur Iudici, nec ceteris, vt multo minus sit offendendus, Nam offendentes magistratus ius correctionis habentes capitaliter ad mortem etiam communi iure plectuntur, Bald. in c. 1. §. iniuria. in princ. de pace iuram. firman. Io. de Ann. in c. inquisitionis. in fine de accusat. Fely. in c. ex literis. ver. 1. declaratio. nu. 25. vbi etiam Dec. de constit. Paris. de syndic. in verbo pęna. ver. an sit. Ias. in l. qui iurisdictionem nu. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. 1. in 1. not. C. de precib. Impe. offer. Grammat. decis. 36. nu. 4. Bossius de iniurijs. nu. 30. Roland. in cons. 48. nu. 8. lib. 2. Nam iniuria illata Magistratui dicitur atrox. l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. Bart. in l. non solum. §. mandato. ff. eod. Salyc. in l. non ideo minus. ff. de accusat. Doct. in c. cum illorum. de senten. excommu. Francis. Marc. decis. 34. par. 2. Menoch. de arbitr. casu 263. nu. 5. & sequen. lib. 2. & de materia post alios multa tradit Farinac. quæst. 17. de delictis, & pęnis. num. 38. & sequen. Sed an erit excusandus ille, qui à Iudice quasi priuato prouocatus, eundem Iudicem offendit; & puto quod sic, à pœna statuti huius firma remanente pęna offensionis condigna; nã cum sit sicut specula erga mores Ciuium, custos æqui, & iusti, & eius propria virtus sit prudentia; & illius superbia causa seditionum; debet esse quietus, & temperatus, vt occasionẽ propriæ offensioni nemini tribuat; Nam si aliquam dederit agendo; seu loquendo, tenetur, & ipse actione iniuriarum. l. nec Magistratibus. vbi Alberic. & Ang. nu. 1. ff. de iniurijs, Io. Faber. instit. cod. in princ. Vital. de iniurijs. nu. 29. & 30. Baiard. ad Clar. in §. iniuria. n. 26. nisi fortè protulerit verbum iniuriosũ animo corrigendi. Baiard. vbi supra, & infr. c. 71. & 86. & exemplo Magistri; qui verberat discipulum ad correctionẽ. l. sedet. §. Magistrum. ff. ad l. Aquil. Io. Fab. in l. si non conuitij. n. 5. C. de iniurijs. Vital. vbi supra n. 33. ver. item non tenetur. Gayl. obseruat. 106. nu. 6. par. 2. Menoch. de arbitr. casu. 364. n. 10. nam actione iniuriarum non tenetur, nisi modum excesserit. Vital. vbi supra. Clar. in §. fin. q. 56. ver. potest etiam poni exemplum. Menoch. d. casu. 364. nu. 12.

De Blasphemia. Cap. XLII.

QVicumque Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expressè blasphemauerit, si Nobilis aut soluendo sit pro prima vice pœnam XXV. ducatorum auri incurrat, pro secunda pœna duplicetur: pro tertia autem centum ducatos auri soluat, & ignominia notatus exilio mulctetur. Qui verò Plebeius fuerit, & pęnam prædictam infra decem dies non soluerit, aut soluendo non sit, pro prima vice manibus post terga ligatis, & capite discooperto in Platea Capitolij in loco infamiæ, seu ad Berlinam, per diem integrum constituatur: pro secunda fustigetur per Vrbem: pro tertia lingua eius perforetur, aut ad Triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, arbitrio Iudicis puniatur. Executoribus autem siue Birruarijs pœnæ prædictæ aggrauentur, Senatoris & Iudicis arbitrio: Et de prædictis quilibet possit accusare, & Curia teneatur inquirere; & quilibet qui audierit denunciare teneatur.

De Blasphemia. Cap. 42. Gloss.

Est enim Blasphemia crimen læsæ Maiestatis Diuinæ atrocissimum, nefandissimum per quod de Deo, vel de eius semper Virgine Matre Mariæ, aut de Sanctis eius falsa dicuntur, ita Sanctus

ctus Augustinus de mendacio quem sequitur D. Petrus Lombar. in comment. epistol. S. Pauli ad Ephesios. c. 4. *Et illa dicitur Blasphemia per quàm attribuitur Deo, quod ei nõ conuenit; vel ab eo remouetur, quòd ei conuenit; vel attribuitur creaturæ, quod Deo omnium Creatori cõuenit, & sic in effectu Blasphemare est de Deo falsa loqui vno ex tribus modis prædictis.* Summa Caietana in verbo, Blasphemia, Summa Armilla, Angelica, & alia in eodem verbo. Sotus de iust. & iure. libr. 8. quæst. 2. artic. 3. & inter nostros Lucas de Penna in lege omnes Iudices. C. de delat. lib. 10. Alber. in dictionario. in ver. Blasphemia. Soccin. in cons. 102. lib. 1. Boer. decis. 301. Corn. in cons. 181. lib. 1. Clar. in §. Blasphemia. & est tex. in c. si quis per Capillos. 22. q. 1. & auth. vt non luxur. contra naturam, & in l. vlt. §. fin. C. de religiosis. alios citat Plotus de Blasphemia in princ.

Et iure Ciuili pęna mortis Blasphemi puniuntur. §. & quoniam. col. 6. & ibi glos. Bart. & Ange. auth. vt nõ lux. cont. natu. glo. in c. fin. de cleric. maled. & in d. c. si quis per capillos. 22. q. 1. Didac. in repet. c. quamuis. par. 2. §. 7. nu. 10. de pac. in 6. Boer. d. decis. 301. nu. 10. Menoch. de arbitr. casu. 375. nu. 25. vt statuentes in pœnis Blasphemis infligendis hic fuerint satis indulgentes; cum nec recidiuos ad mortem damnent. de materia. Mascard. conclus. 194. lib. 1. de probatio. & Farinac. quæst. 20. n. 2. & seq. Plotus in tractatu, & alij supra citati. Nec mirum si statuentes pęnam iuris Ciuilis modificarunt; quia de consuetudine pęna mortis recessit ab aula; & eius loco successit arbitraria contra Blasphemos, vt per Bald. in l. 2. C. de rebus credit. Menoch. de arbitr. d. casu. 375. nu. 26. Bellam. in cons. 96. nu. 6. Franc. Marc. decis. 509. & desuper adest Concilium Lateranen. de quo meminit Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 6. nu. 3. in fine, & Bulla Pij V. in Bullario. 5. in ordine. Si plura volueris adeas Soccin. in c. 2. de maledic.

De crimine læsæ Maiestatis. Cap. XLIII.

QVicumque contra statum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & eius successorum, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel contra illius Reuerendiss. Cardinales, Romanum Populum, vel Senatorem, vel Senatus officium gerentes, seu Rempublicam, ab aliquo receperit stipendium, seu aliter machinatus fuerit; capitaliter ad mortem puniatur, & eius bona publicentur. Qui verò rebellionem commiserit, per terram trahatur per Vrbem, & furcis laqueo suspendatur, & eius bona Cameræ applicentur: & alienationes per eum à tempore maleficij perpetrati factæ, ipso iure non valeant; & locus vnde esset rebellionem committens, vel stipendium recipiens, si de consensu vel voluntate dictæ Terræ prædicta commiserit; si fuerit Ciuitas, in ducatis auri mille; si terra vel Castrum, in quingentis; si Villa, in trecentis Cameræ condemnetur. Scientes autem & non reuelantes, pœna iuris communis puniantur.

De crimine læsæ Maiestatis. Cap. 43. Gloss.

Inter publica iudicia est lex Iulia Maiestatis; quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rempublicã aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. §. publica. instit. de pub. iudic. & crimen læsæ maiestatis definitur hic per statuentes; non dissimilem definitionem tradit tex. in l. 1. & 2. ff. ad l. Iuliam maiestatis, & in l. 3. §. 1. ff. eod. & l. Iulia maiestatis, & hoc statuto tenetur, qui seditionem; aut tumultum mouerit. l. 1. §. fin. ff. eod. & l. 2. C. de seditiosis. qui plebem, vel rusticanos in patrocinium susceperit. l. 1. vbi gloss. & Doct. C. de seditiosis. l. 5. C. ad l. Iul. maiest. vbi plures numerantur causæ quibus quis l. Iul. maiest. illaqueatur. Item tenetur ille cuius opera factum sit, quo quis contra rempublicam arma ferat; vel faciat. l. 1. l. cuiusq; 4. ff. ad l. Iul. maiest. & qui iniussu Principis bellum gesserit, delectuum habuerit, exercitumuè comparauerit; vel successori in Principatu exercitum non tradiderit. l. 3. §. eadem. ff. eod. l. 1. C. vt armorum vsus, & ille cuius opera factum sit, vt magistratus, vel qui Imperium, ac potestatem habet occidatur. d. l. 1. & d. l. quisquis. 5. ff. & C. eod. Item si hostes fecerit reipub. vel ex amicis hostes, vel hostes concitauerit, hostibus nuncium, vel literas miserit, signum aliquod dederit, hostes, armis, telis, equis, pecunia, vel aliter adiuuauit. l. cuiusq; 4. l. 3. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. & 2. C. quæ res export. non debeant. l. cotem. 11. C. de public. l. 1. C. de litor. & itiner. custo. Tenetur etiam l. Iulia maiestatis ille qui Barbaros artem nauium cõficiendarum docuit. l. vlt. C. de pœnis. & ille qui Prouinciam, vel Ciuitatem hostibus prodidit. l. maiestatis. 10. ff. ad l. Iul. maiest. & qui in bello fugit, aut Ca-

stra

stra hosti concessit, siue Ciuem hosti tradidit lege 3. in princ. & §. ff. eodem, & qui hostem fugientem suscepit, vel dissimulauit, aut ad hostes aufugit, l. 2. ff. eodem. lege Metrodorum. 40. ff. de pœnis, & exercitum deseruit. d. lege 2. & l. 3. ff. ad leg. Iul. Maiestat. & ille etiam cuius dolo malo factum sit quominus hostes superentur lege 4. ff. eodem, Capicc. decisione 130. Gigas. de Crimine læsæ Maiestatis, Cephalus consil. 75. libro 1. & tales legibus, & hoc statuto morte plectuntur, §. publica. instit. de public. iudic. leg. 3. ff. ad leg. Iul. Maiest. lege 5. C. eodem. communi iure damnatur etiam eorum memoria, dicto §. publica instit. de pub. iudic. l. post Diui. 7. C. ad l. Iul. Maiest. & publicantur bona. leg. quisquis, C. eod. leg. meminisse 6. & dicta lege 7. C. eodem. Sed si Ciuitas, vel vniuersitas crimen rebellionis committat, communi iure priuatur priuilegijs, & bonis, & eius memoria damnata funditus euerti, & solo æquari potest, lege vsusfructus, ff. quibus modis vsusfr. vbi exemplum de Carthagine, Innocen. in capitulo ex iniuncto numero secundo de oper. nou. nunc. Bart. in lege aut facta, §. nonnunquam. num. 6. ff. de pœnis. Bald. de pace, Constan. in verbo, damna numero secundo, & in verbo, Imperialis, numero 8. & in cons. 367. numero 6. lib. & in auth. habita numero 7. C. ne filius pro patre. latè Afflict. in capitulo 1. numero 13. de Capit. Conrad. gloss. in §. 1. in verbo, rebellando, in fine. qui sint rebelles; & veteres in euertendis vrbibus inducere solebant Aratrum. teste Horat. lib. 1. Carmi. Ode 16.

imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Et quod amittat omnia priuilegia Ciuitas rebellis dicit Bald. in Margar. ad Innocen. in verbo, Ciuitas, l. cognitionum, §. consumitur, ff. de var. & extraor. cognit. Bart. in lege fin. numero 24. ff. de Colleg. illic. gloss. in cap. priuilegium. de regulis iuris in 6. Innocen. in cap. cum ex iniuncto. numero 2. de nou. oper. nunc. Bello. consil. 1. numero 8. Curtius sen. in consil. 26. numero 4. latè Gail. obseruat. 61. per totam lib. 2. Et delictum rebellionis non est difficilis probationis cum sit publicum, & celari non possit text. in cap. manifesta, & in cap. de manifesta 2. quæst. 1. & in cap. euidentia. de accusat. Mascardus conclus. 1257. num. 16. libro 3. de probat. Nam cum sit delictum continuum ad quod totus populus tanquam bellua multorum capitum furiosè concurrit quando exoritur. Virg. lib. 1. Aeneidos

Seditio, seuitq; animis ignobile vulgus.
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

Satis enim facto ipso Vniuersitatis voluntas declaratur, quia hominis voluntas magis factis, quam verbis ostenditur. cap. dilectè filij, de appellat. l. reprehendenda, C. de instit. & subst. Boer. de seditio. in 7. præsupposito. num. 9. & sequen. Quod tamen intelligendum existimo in rebellione Ciuitatis, Terræ, Castri, & Vniuersitatis, non autem alicuius priuati hominis, quoniam adhuc; vt quis probetur rebellis necessariò requiritur sententia super rebellione præcedentibus probationibus. Castren. in consil. 212. in fine lib. 2. Soccin. cons. 22. num. 6. lib. 1. Capicc. decis. 162. num. 15. Paris. cons. 1. num. 23. lib. 1. cum alijs allegatis per Mascardum in d. conclus. 1257. in princ. vbi conclusionem limitat atque declarat. Sed probato aliquem esse rebellem de eo sumpto supplicio, ac memoria eius damnata ædificia eius solo æquantur, & insignia gentis, & familiæ tolluntur, & deijciuntur per text. in lege eorum, & ibi Bart. numero primo, ff. de pœnis & in §. receptatoribus, de pace tenen. & iuramen. firma. Roman. in sing. 480. eorum arma. & in singul. 673. An arma. Tiraquel. de Nobilit. capit. 6. num. 15. & capit. 27. num. 116. Ias. in §. pœnales. numero 14. instit. de act. & in l. si is id quod, ff. de iurisdict. omn. iudic. Sic Sylla ambitus condemnatus imagines amiserat teste, Cicer. in orat. pro Sylla. dum inquit si iudicio vestro erit liberatus, domus erit exornata, aperientur maiorum imagines, ipsè ornatum, & vestitum recuperabit; omnia Iudices hæc amissa sunt, omnia generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta, vnius iudicij calamitate ociderunt.

Si fuerit Ciuitas in ducatis auri mille. *Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam ff. de pœnis magnis indictionibus, & varijs tributorum generibus dicit esse grauandas Ciuitates rebelles. Natta in consil. 158. numero 10. lib. 1. hoc statutum ad imitationem iuris communis grauat in scutis mille auri; & tali casu collecta non per capita, sed per æs & libram, hoc est pro virib. patrimonij est imponenda. gl. in l. 1. §. fin. in verbo, proconsul, in fine. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine Bart. in l. si se nō obtinuit 4. §. act. n. 2. ff. de re iudic. vbi Alex. n. 12. Natta in d. cons. 158. Gomes. var. resolut. lib. 3. c. 1. n. 53.*

Et quidem optima ratione, quia ob multitudinem delinquentium receditur à regulis iuris cõmunis, & ob multorum ſtragem vitandam ſeueritati detrahitur. cap. ipſa pietas §. verum cap. Guiliſarius, & cap. non poteſt. 23. quæſt. 4. cap. fin. de tranſact. capit. latrone. de Cleric. excom. capit. dilectus. de ſimonia l. penult. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Clarus in §. fin. quæſtio. 60. num. 30. & de Romanorum decreto, militari multitudine peccãte, Cicer. in orat. pro A. Cluentio. Statuerunt, inquit, maiores noſtri, vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortione in quoſdam animaduerteretur; vt metus videlicet ad omnes, pœna autem ad paucos perueniret, & Plutar. in vita Craſſi hunc morem Romanorum peruetuſtum eſſe ſcribit, qui minorem damno ignominiam continet; plurimumque aſpicientibus horrorem inijcit. Idem notat in Scipione Affricano, quod ipſo egrotante cum eſſet orta inter milites magna ſeditio, rem ipſam Scipio ad Conſilium retulit; cuius maior pars in eos, à quibus initium tumultus ortus erat animaduertendum, & reliquis ignoſcendum cenſuit, ſic enim fieri poſſe, vt pœna ad paucos, exemplum ad multos perueniret, facit text. in l. 1. C. ad l. Iul. repetund. in lege aut facta, §. fin. ff. de pœnis, in lege 1. C. de precibus Imper. offer. in capit. 1. §. ſed nos. Qui ſint rebelles. Tiraquell. de pœnis temper. cauſa. 47. Alexand. ab Alexand. Genialium dierum. lib. 2. cap. 10.

De falſa moneta. Cap. XLIV.

SI quis falſam Monetam non solum auream, argenteam; ſed etiam æream, vel etiam ex quacumque alia materia, ex qua Monetæ expendibiles fieri conſueuerint, ſiue ſit materia ſimplex, ſiue mixta percuſſerit, cuſerit, ſignauerit, vel impreſſerit, aut fuderit, aut quocumque modo fabricauerit, & quocumque ſtigmate vel ſigno non ſolum Pontificis, ſiue Imperatoris, ſed etiam Regum, Ducum, & Ciuitatum ius cudendi Monetam habentium, falſificauerit; vltimi ſupplicij pęna puniatur: & diligentiſſimè non ſolum contra prædictos, ſed etiam contra mandantes, & fabricari facientes, necnon contra permittentes, & ſcientes, receptantes, & contra quoſcumque conſcios, qui lucri participes fuerint, inquiri volumus & mandamus; & ſi fuerint Domini alicuius Terræ, Caſtri, vel Villæ, ipſi Domini, ſi in poteſtate haberi poſſint, capitaliter ad mortem puniantur; ſi haberi non poterunt, diffidentur ad capitalem pęnam, & publicentur bona omnia: & contra ſubditos, & vaſallos, & contra Communitates, & Vniuerſitates eorum ad diffidationes, & repreſalias procedatur; & quandocumque capi poſſint, ad executionem dictæ capitalis pœnæ procedatur. Communitates verò etiam ipſæ, ſi ſciuerint, & non prohibuerint, vel ſi prohibendi facultatem non habeant, ſi quamprimum potuerint, non denunciauerint Principi, vel alijs Superioribus, incidant in pœnam mille ducatorum, & ad dictam pœnam diffidentur, & ad repreſalias contra omnes municipes, & eorum bona deueniatur. Contra alias verò priuatas perſonas ſcientes, qui lucri participes non fuerint, neque conſilium, auxilium, vel fauorem, ante vel poſt factum dederint, arbitraria ſit pęna, quam Senator, & Iudices arbitrari poſſint, ad pęnam ſanguinis, mutilationis membrorum, fuſtigationis, carcerum, tormentorum, exilij, perſonarum qualitate & conditione conſideratis. In omnibus autem dictis caſibus, ex ſola infamia, per tres ſaltem veridicos, & fide dignos teſtes probata, cum aliquali indicio, Senator inquirere teneatur; & ſi accuſator, vel denunciator, palàm, vel ſecretè, nominatis teſtibus interuenerit, quartam partem pœnæ, ſi pecuniaria ſit, lucretur. Si verò capitalis, vel corporis afflictiua, conſtituatur ſibi præmium arbitrio Senatoris, & Conſeruatorum Cameræ Vrbis. Quam partem pœnæ, ſiue præmium, de manibus Camerarij, cum ſolita ſchedula Senatoris, & Conſeruatorum, & non aliter, recipiat.

De falſa moneta. Cap. 44.

Gloſſa.

Nummi ex inſtituto facti ſunt, vt pro indigentia ſint; non enim natura conſtant; ſed lege, & vt menſura res ipſas metiendo ad æqualitatem redigunt, omnium aliarum rerum menſura ideo commodè dici poſſunt, eo quod omnia redigant ad æqualitatem teſte Ariſtot. libro quinto Moralium de retaliatione nummo, & indigentia capitulo quinto. Quod profecto fieri non poterit ſi adulterati fuerint, & ideo opus fuit contra adulterantes; vel cudentes falſam monetam lege vltrice obuiam ire; vt factum videmus in l. quicumque 8. et in l. 9.

ff. ad

ff. ad l.Cor. de falsis & in l.1. & 2. C. de falsa moneta vbi varijs plectantur pęnis & in d.l.1. & 2. C. de falsa moneta illico omni dilatione submota, flammarum accensionibus mancipentur, ac appellandi licentia priuato denegetur. Didac. de veter. numis. coll. cap. fin. Viuius com mun. opin. in ver. monetam falsam, Clarus in §. falsum. ver. dixi etiam. locus vbi hæc sunt perpetrata publicatur cum quadam distinctione incuriæ negligentia; vel nescientia d.l.1. §. domus, vbi disponitur quid in vidua, quid in impubere, quid in Tutore agendum sit, & rescriptum de cudenda moneta impetratum non solum non valet; sed etiam impetrans est puniendus, l. si quis 3. C. de falsa moneta. Sed qui incępit, & non perfecit iustè pęnitentię suffragio est absoluendus, l. qui falsam 19. ff. ad l.Corn. de falsis. Et illi qui in publica moneta operantur, si extrinsecus sibi pecuniam signauerint tenentur peculatus actione lege Sacrilegij. 6. §. qui cum ff. ad l.Iul. pecul.

De vendentibus, aut erogantibus falsas Monetas; & de tondentibus, & minuentibus Monetam. Cap. XLV.

SCienter vendentes Monetas falsas, seu re probas, & scienter ementes, mercandi seu lucrandi causa; si summam vigintiquinque ducatorum excesserint, capitaliter, vt supra puniantur; & si minor sit summa, amputetur eis manus dextera, dummodo vltra quam semel talia non perpetrauerint. Verum si bis, vel vltra, vendere vel emere scienter falsas, vel reprobas Monetas, quis compertus fuerit, capitaliter ad mortem, vt supra puniatur. Et idem in omnibus & per omnia seruetur, contra incisores aut imminutores Monetarum etiam Argentearum, videlicet, si semel, vsque ad summam vigintiquinque ducatorum inciderint, capitaliter ad mortem; si verò infra eandem summam xxv. dummodo vltra summam decem ducatorum, pœna manus; si verò pluries id commiserint, etiam pœna mortis plectantur. Expendentes verò aut cambiantes scienter falsam Monetam, si non sint de complicibus fabricantium, de quibus dictum est capite præcedenti, pœnam ducatorum auri vigintiquinque vice qualibet incurrant: Sed & contra hos omnes inquiratur, & accusatores quartam partem etiam lucrentur, vt supra.

De vendentibus, aut erogantibus falsas Monetas; & de tondentibus, & minuentibus Monetam. Cap. 45.

Glossa.

Falsum quatuor modis committitis scripto, dicto, facto, & vsu dixit Azzo. in summa, C. ad l. Cornel. de falsis, quod antea innuit Aristot. lib. 5. Metaph. cap. 29. De falso in scriptis est text. in leg. 1. §. qui rationibus, & l.2. ff. ad leg. Cornel. de falsis l. lege Cornelia 9. §. pęna ff. eod. l. Paulus 16. §. Paulus ff. eod. l. quid sit 23. l. eum qui 14. C. eod. cum similibus. De dicto est text. in d.l.1. §. sed, & si quis & §. pęna legis, & d. l. lege Cornelia. §. pęna ff. ad l.Cornel. de falsis. l. qui falsa 16. ff. de testibus. De facto, vt in eo qui falsam monetam cudit est text. in l.1. & in l. qui falsam ff. ad l. Cornel. de falsis. cum alijs allegatis supra in præcedenti capite 44. & vt in eo qui falso mensuratur l. quicumque & l. penult. ff. eod. vel pondera; aut mensuras falsauit d.l. penult. & l. annonam 6. §. fin. ff. de extraordin. crimin. l. in Dardanarios, ff. de pœnis. De vsu, vt in eo qui falsis vtitur probationibus, est text. in l. si falsos, C. de falsis. l. diuus 13. ff. ad l.Cor. de falsis, seu falsis constitutionibus, & rescriptis l. fin. ff. ad l. Cor. de falsis l. maiorem 4. C. eod. l. 1. ff. de concussionibus l. qui nomine, ff. ad l. Cor. de falsis. Quatenus attinet ad rem nostram circa monetam quatuor Crimina solent occurrere, aut enim falsa moneta cuditur, aut tingitur, aut erogatur & expenditur; aut tonditur seu minuitur. Quibus Criminibus sicuti à iure particulares pœnæ ascriptæ leguntur, vt patet in iuribus allegatis supra in præcedenti capit. 44. & per Menoch. de Arbitr. casu 316. per totum lib. 2. ita & pariter per præsentia statuta cudentibus falsam monetam, vendentibus aut erogantibus; tondentibus, & minuentibus particulares pœnas ascriptas esse legimus.

Monetam falsam cudens qua pœna puniatur dicit statutum cap. 44. Quod procedit etsi bonam monetam quis cudat, quia dicitur falsa quæ sine Principis auctoritate cuditur. glo. in l.2. in verbo, obnoxia, C. de falsa moneta l. sacrilegij, ff. ad l. Iul. pecul. Alex. in l. singularia, num. 26. ff. si cert. petat. Francis. Marc. decisio. 261. num. 4. par. 2. Monetam falsam expendens qua pœna puniatur dicit hoc statutum, & de iure puniri cum distinctione tradit Menoch. d. casu 316. num. 51. & sequen.

Monetam tondens, & minuens qua pęna puniatur tradit hoc statutum & de iure puniri in pęnam capitis dixit text. cum quadam distinctione status in l. quicumque ff. ad l.Cor. de falsis, vbi Bart. Cyn. in l.2. C. de falsa moneta. Sed non procedere in eo qui totondit, & diminuit monetam illam, quæ iustum pondus excedebat, si ita tondendo illam ad iustum pondus redegit dixit Marsil. in l. qui falsam. num. 100. de falsis, Alciat. in cons. 461. quia non est diminuere, quando remanet iustum pondus, vt inquit Alciat. ex capit. quanto. de iureiurau. de materia Bald. in cons. 494. Sciendum est quod moneta lib. 1. & de falsarijs, & eorum pœnis in inferno secundum Theologos dicit Dantes in inferno Cantilena trigesima per totam, & in specie de monetarijs Cantilena vigesimanona ita cecinit

Si vedrai, ch'i son l'ombra di Capocchio,
   Che falsai li metalli con alchimia,
   E ten' dee ricordar, se ben' t'adocchio,
Com' i fui di natura buona Scimia.

Et Cantilena 30. ibi.

Iui è Romena là dou' io falsai
   La lega sugellata del Batista.
   Perch'io il corpo suso arso lasciai.

De testibus falsum deponentibus.
Cap. XLVI.

Testis qui in causa Ciuili falsum Testimonium tulerit, fustigetur per Vrbem, & in exilium per triennium mittatur: qui autem ipsum scienter produxerit, litem & causam amittat, & pœnam aureorum centum, Cameræ Vrbis applicandam, si Plebeius sit, incurrat; & per Vrbem fustigetur: si verò Nobilis sit, pœna pecuniaria duplicetur, & in exilium per septennium mittatur: si Baro, aut de Magnatibus, siue illorum Bastardus, eadem pœna pecuniaria quadruplicetur, & in exilium per decennium mittatur, & nihilominus tam testis, quàm producens, parti ad expensas teneatur.

De testibus falsum deponentibus.
Cap. 46. Gloss.

Testimonium, teste Arist. in cap. 15. Rhetbor. ad Alessandrum, est rei cognitæ voluntaria confessio. & paulò inferius dicit quomodo testibus sit contradicendum; qui verò rem sibi incognitam deponit falsus est testis; Nam exod. capit. 23. legimus Testem quæ nouit testificari debere, non quæ non nouit alias de falso tenetur etiam hoc statuto, & statuto deficiente tenetur pœna l. Corneliæ de falsis l. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis l. lege Cornelia 8. §. pœna legis. eodem lege qui falsa. 16. ff. de testibus, & procedit non solum, si quis falsum testimonium dixerit, sed & etiam si dicendum curauerit, vel ob dicendum, vel non dicendum pecuniam acceperit d.l.1. in princ. & §. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis & l.2. in fine. ff. de concussio. Vel si quis vt puta Notarius dicta testium non rectè scripserit; vel Testationes corruperit, d.l.1. & l.8. §. pœna legis. ff. ad l. Cornel. de fals. Caputaquen. in decis. 196. & 197. par. 3. Vel probationes alterius occultauerit l. Paulus, §. 1. ff. de falsis l. eum qui C. eod. Bald. Alexand. & Soccin. in l. qui accusare, C. de eden. Mar. in rubric. C. de probat. numero 80. Boer. decis. 292. num. 5. Felyn. in capit. accepimus. colum. vlt. de fide Instrumen. declara vt per Menoch. de Arbitrar. casu 311. per totum.

Sed dubitatur an ob testimonium de veritate perhibendum possit testis aliquid accipere, & non posse notant Doctor. in capitulo qualiter. il primo. de accusatio. Diuus Thomas in secunda, 2. quæstio. 70. artic. 1. capitulo nolite timere. vndecima quæstione 3. capitulo intimauit. de testibus. capitulo non sanè. 14. quæstione 5. Didac. in capitulo peccatum. 2. par. §. 3. numero 2. de regulis iuris in 6. Sed si aliquid accipiat qua pęna puniatur, tradunt allegati per Didac. in capitulo quem pactum, par. 1. §. 7. numero 5. de pact. in 6. Mar. singul. 353. & alij quos recenset Menoch. de Arbitrar. casu 310. per totum. Sed sumptus testibus à producente sunt præstandi mandato Iudicis, lege quoniam 10. C. de testibus, l. eos. 6. §. si quis, C. de appellat. Menoch. vbi supra. numero decimo, & sequen.

De testibus contraria deponentibus.
Cap. XLVII.

In quacumque causa ciuili, vel criminali, Testes iudicialiter, vel coram arbitris, vel arbitratoribus, citata tamen parte, examinati, contraria in facto deponere reperiantur, si ad concordiam eorum dicta reduci non possint, ante prolationem sententiæ, facto capiantur,

piantur, & carcerentur, vel denuntientur per arbitros, seu arbitratores Senatori: qui, visis & consideratis attestationibus, contrarietate reperta, eo ipso ad capturam procedat, & vt sibi videbitur, per quæstiones, & tormenta, veritatem eliciat. Incipiat autem, tam quo ad capturam, quàm quo ad tormenta, ab ijs qui magis suspecti videbuntur, personarum qualitate, & alijs circumstantijs consideratis, & illis demum fides adhibeatur, qui habita quæstione, in suo dicto perseuerauerint: Iudex autem, vel arbiter, siue arbitrator, qui in denunciando negligens fuerit, in pœnam vigintiquinque ducatorum incidat. Possit etiã, & debeat Senator ad cuiuscumque querelam, seu denunciationem, de ijs inquirere, & inquiri facere, in quibus, si negligens fuerit, eandem pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, de suo salario retinendam.

De testibus contraria deponentibus. Cap. 47. Gloss.

Communi iure contraria inter se testimonia deponentes testes tenentur l. Cornelia de falsis l. eos qui 27. ff. ad l. Cornel. de falsis l. qui falsa 16. ff. de testibus; Nisi errore non dolo malo contraria dixerint. §. si dedita opera collat. 90. Auth. de testibus. Quod idem erit si testis vnum dixerit in iudicio, & aliud extra, Bart. in l. eos num. 8. ff. ad l. Cor. de fals. Tindarus de testibus, cap. 11. Afflict. in constit. lib. 3. tit. de periurijs num. 14. Sed hanc Bart. opinionem reprobant Bald. in capit. 1. §. si enim colum. 2. Quid sit inuestit. Alberic. de statut. secun. par. quæstio. 147. Alexand. consil. 74. num. 6. lib. 1. Felyn. in capit. cum in tua. de testibus, Didac. in dicto capitulo quamuis, 1. par. §. 7. num. 5. de pac. in 6. ad rem Bald. in consil. 106. libro 1. Bologne. consil. 30. Viuius opin. 351. Gand. in rubr. de falsarijs. num. 21. Marsil. in d. l. eo. dicit leuiter esse tales testes puniendi, vt mendaces. de hac re latè Gabriel libro 7. de Malefic. conclus. 31. & sequen.

Sed in quantum fieri potest sunt ad concordiam eorum dicta in Iudicio reducenda ad eui tandam falsitatem inter ipsos; Clarus in §. falsum num. 36. & ibi Baiardus sub numero 307. Petra de fideicommiss. quæst. 12. numero 901. & sequent. Decian. in consil. 40. lib. 2. & consil. 93. numero 44. & ad faciendum, vt aliquid probent; & quibus magis sit credendum latè tradit Gabr. lib. 1. de testibus. conclus. 3. per totam. Verum ex Diuino affirmatiuo præcepto 181. Deuteronom. 13. & 19. Diligentissimè sunt explorandi testes; quod vtique Ciuili iure sancitum esse legimus in lege Testium fides 3. ff. de testibus, in lege eos testes. 4. C. eodem lege in testibus 2. ff. eodem §. corroborantes, cap. 90. Auth. de testibus, & hoc nostro statuto de eodem statuto moniti sumus.

De fabricantibus, & fabricare facientibus falsa Instrumenta, & priuatas Scripturas. Cap. XLVIII.

NOtarius qui fecerit falsum Instrumentum, & qui fieri fecerit, & ipsorum quilibet insolidum puniatur in ducatis auri ducentis, & vlterius Notario amputetur manus dextera, & fieri faciens si Plebeius sit, fustigatus per Vrbem ad Triremes per trienniũ mittatur. Si verò Nobilis aut de genere nobilium, in ducatis auri quadringentis condemnetur: & per quinquennium relegetur, & quilibet ex prædictis, qui ex hoc fuerit in Iudicio condemnatus parti læsę damnum resarciat. Quos ducentos & quadringentos ducatos si Plebeius aut Nobilis prædicti infra decem dies à die latæ sententiæ, vel postquam in fortiam Curiæ deuenerint, non soluant, amputetur eis manus dextera. Notarius verò prædictus postquam de falso diffidatus aut cõdemnatus fuerit, non possit amplius in perpetuum Tabellionatus officium exercere; & Instrumentis post diffidationem seu condemnationẽ per eum factis & rogatis, nulla fides adhibeatur: Et qui scienter produxerit falsum Instrumentum, aut eo vsus fuerit, si Plebeius fuerit, in ducatis auri ducentis; si Nobilis, aut de genere nobilium, in quadringentis, si Baro in mille similibus ducatis condemnentur. Quicumque verò priuatas falsas scripturas fabricauerit, aut fieri mandauerit, si Plebeius pœnam ducentorum ducatorum auri incurrat, & postquam in loco infamiæ in scalis Capitolij per totam audientiam steterit: per triennium in exilium mittatur; si Nobilis quadringentos ducatos auri soluat, & per triennium relegetur. Quàm pecuniariam pœnam si tam Plebeius quàm Nobilis infra decem dies, vt supra soluere cessauerint, amputetur eis manus dextera; & nihilominus in exilium Plebeius mittatur; & Nobilis relegetur, vt supra. Quicumque verò scienter falsam priuatam scripturam in iudicio

De receptatoribus delinquentium.
Cap. XXXVII.

IVxta Sacras Constitutiones fœlicis recordationis Innocentij Octaui, & aliorum summorum Romanorum Pontificum, contra receptatores, & minas inferentes, vsui receptas; Statuimus, vt si quis, etiam non brigosus, diffidatos de crimine vel condemnatos, siue de enormibus delictis infamatos, vel alios quoscunque mandatorum à Magistratibus factorum, contemptores, vel inobedientes, & contumaces, seu mandatis de assecurando, parere recusantes, aut cessantes, scienter receptauerit; pœnam trecentorum ducatorum, vel aliàs iuxta formam dictarum Constitutionum patiatur. Præsumatur autem scientia, si diffidati, vel per sententiam condemnati appareant: Et si Ciuitas, vel Cõmunitas, vel ipsarum domini immediatè, vel Vicarij sint, apud quos illicita prædictorum fieret receptatio; contra dominos & officiales, & ipsas Vniuersitates ex officio inquiratur, & diffidentur, aut condemnentur ad pœnam quingentorum ducatorum, vel alias iuxta formam earundem Constitutionum, & ad effectualem executionem, per pignorum captiones, personarumq; & animalium arrestationes, & per generales represalias, procedatur, & non reaffidentur, nec à represalijs desistatur, donec fuerit integra pęna soluta, & à tali receptarione destitisse, per legitimas probationes docuerint. Sed & si de diffidatione, vel condemnatione eorum, qui sic fuerint receptati, non appareat; postquam per litteras Senatoris ipsi Barones & officiales ipsarum Communitatum, & Vniuersitatum moniti, aut aliter legitimè certiores facti fuerint, vt ab huiusmodi receptatione abstineant, vel desistant, eandem pęnam nisi paruerint, incurrant. Senator autem, & Iudices, quomodocumque ad aures, & notitiam eorum peruenerit, quo in loco tales personæ receptentur, statim monere debeant receptantes, vt eos capiant, vel expellant; alioquin contra eos procedant, & exequantur, vt supra est dictum; & si negligens in his fuerit Senator, vigintiquinque aureorum pœnam in syndicatu patiatur; & Camerarius Cameræ Vrbis ad omnem requisitionem Senatoris teneatur soluere mercedem Nunciorum, aut Cursorum ad prædicta deputandorum: & ad id, officio eiusdem, si opus fuerit, compellatur: saluis nihilominus remanentibus alijs pœnis contra prædictos receptatores, per easdem Constitutiones Apostolicas inflictis.

De receptatoribus delinquentium.
Cap. 37. Gloss.

Pessimum genus est receptorum, sine quibus latere nemo diu potest, vnde precipitur, vt perinde puniantur. atq; latrones, ita disponit tex. in l. 1. ff. de receptoribus. l. congruit. ff. de offic. præsid. l. 1. C. de ijs, qui latrones vel alios occult. & l. 2. C. eod. l. oues. §. fin. ff. de Abige. Nisi illi qui receperint, & occultauerint affines, vel cognati sint illorum; quos receptarunt, nam isti neq; absoluendi, neq; seuerè admodum sunt communi iure puniendi. l. 2. §. eos apud quos. ff. de receptatoribus. Crauetta in cons. 309. Mascard. conclus. 1258. nu. 7. citat alios. De istis adest præsens statutum, & adsunt aliæ plures seuerissimè summorum Pontificum Constitutiones, quibus tales receptatores non solum extranei; sed etiam affines, & coniuncti seuerissimè puniuntur; vt pœnæ iuris communis videantur satis leues. Cynus Bald. & Salycet. in l. 1. & 2. C. de ijs qui latrones occultauerunt inserunt ad varias quæstiones de materia.

Scienter receptauerint. *Cautè loquitur statutum de scienter receptante, quia nemo ignorans peccat. l. qui iniuriæ. ff. de furtis: Nam receptatio dolum malum requirit. l. quicumq; C. de seruis fugit. & est de natura boni. Bald. in l. d. quocumq; n. 1. quia natura cognationem quandam inter homines constituit, quæ vnum ad alterius auxilium inducit. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. seruus. in fine. ff. de seruis expor. vbi glos. cessante ergo dolo cessat delictum; quod sine dolo non committitur, quia non omnis qui recipit statim delinquit sed qui dolo malo scienter non per ignorantiam recipit. c. fœlicis. ibi scienter. de pœnis in 6. l. 3. §. non tantum. ff. de incend. rui. &c. l. Metrodorum. ff. de pœnis. l. in furti. §. rectè. ff. de fur. l. generaliter. C. de tabul. lib. 10. l. fin. in fine. ff. de oper. publ. l. genero. ff. de ijs qui notan. infam. & in dubio ignorantia præsumitur, quia cum illa qualitas scientiæ non insit à natura ideo non præsumitur nisi probetur. l. in bello §. facta ff. de capt. & postlim. reuer. Ias. in l. fin. §. sed quia notab. 4. C. commun. de legat. Pedem. decis. 73. nu. 5. & decis. 71. cap. præsumitur. de regulis iuris in 6. Mascard. conclus. 1258. numero 3. & 4. lib. 3. de probat. & ignorantia regulariter à delicto, & pœna excusat. l. si quis ignorans.*

rans. ff. locat. glos. in l. 1. in verbo, latrones, ff. de receptat. vbi Bart. & in §. pari. nu. 2. & in l. fin. nu. 2. ff. si quis testa. liber esse & in l. omnes. nu. 1. C. de Agric. & cens. lib. 11. Bald. in c. à nobis. nu. 1. de except. per tex. in l. scimus. C. de pœnis. Hyppol. in l. qui ignorans. nu. 9. & sequen. ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. qui falsam. nu. 65. ff. eod. Nellus de Bann. in 3. par. 2. temporis. q. 20. n. 12. Gigas de crimin. lesæ maiest. libro 3. tit. de pluribus & varijs quæst. q. 10. nu. 8. & de materia receptatorum Bannitorum plura tradit Gayl. de pace publ. lib. 2. c. 10. per totum. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 348. Bossius de rapinis, Foller. in pract. crim. §. banniatur. nu. 2. Clar. in §. fin. q. 90. numer. 9. & ibi Baiard. & alij addentes. Sed extra dubitare contigit an Bannitus mortuus in Banno possit sepelliri in patria in sepulcro maiorum suorum? & quod non dicit Bart. in l. 3. ff. de cada. punien. quia, qui viuus in Ciuitate morari non poterat ad eam mortuus ferri non potest. Dubitare denuo contingit An Principes possint impedire eorum subditos, & colonos, ne ab eorum iurisdictione, & potestate discedant; & quatenus discesserunt an possit eosdem à receptatoribus vindicare? & vide Lucam de Penna in l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. 11. & in l. si quis prædium. C. eod. Doct. in c. 1. de capit. qui cur. vendid. glos. in c. 1. § præterea. de probib. feud. alie. per Feder. in verbo, ad alium, Menoch. de recuper. remed. 10. alia plura de materia non iniocunda; quæ possent occurrere Dominis Baronibus Sedis Apostolicæ, si vnus alterius vassallos ac subditos fugitiuos reciperet tradit Gayl. de arrestis Imperij. c. 8. sub nu. 13. & sequen. vsq; in finem, vbi adducit Luc. de Pen. in d. l. si coloni. & Menoch. vbi supra, nu. 48. & sequen.

Et pro defensione eius qui imputatus sit receptasse res furatas vide Bald. in cons. 410. lib. 2. in cons. 48. lib. 3. in cons. 382. nu. 8. lib. 5. Rimin. in cons. 80. Roland. in cons. 45. in 1. dubio lib. 1.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possit, & quos secum retinere.

Cap. XXXVIII.

LIceat offenso, vel iniustis minis præcedentibus, ad brigam prouocato, vel aliam iustam suspicionis causam habenti, pro securitate suæ personæ, vel suorum, qui sint eiusdem familiæ, vel ei qui domi se includendi, & in briga se continendi iustam & rationabilem causam habuerit, impunè id facere: habita tamen prius licentia à Senatore, & Pacerijs: & si fuerit de offensoribus, iustam causam habere etiam intelligatur, postquam soluta pœna delicti, offensor ipse Magistratibus parere, & obediens esse paratus sit; & de parendo mandatis eorum idoneas cautiones dederit, & aduersarius inobediens fuerit, & Superiorum mandatis parere recusauerit, vel distulerit, seu latitando se subtraxerit, vt capi non possit: Et dummodo vltra eos, qui sunt de eadem familia, absq; Senatoris, vel Paceriorum expressa licentia (de qua in scriptis apparere debeat) aliquos armatos non retineat: ita tamen, quòd si licentiam retinendi aliquos armatos obtinuerit, nec diffidatos pro crimine, nec brigosos, nec aliquos qui minas alicui intulerint, nec inobedientes Magistratibus, nec assecurare recusantes eos, qui securitatem ab eis petierint, nec aliquos criminosos de grauibus delictis infamatos, receptare; nec condemnatos pro ciuili debito, apud se stare permittat: alioquin eandem pœnam incurrat (si pecuniaria sit pœna) ad quam diffidati, vel condemnari obligantur: & si debitum sit ciuile, ad tantundem obligetur. Sed si receptati capitaliter, vel ad pœnam sanguinis diffidati sint, receptantes brigosi in pœnã in proximè præcedenti capite contra receptantes impositam, incurrant. Sed nec homicidas, nec raptores, nec falsificantes monetas, nec alios latitantes, & à manibus Curiæ se eximere quærentes, etiam si non fuerint diffidati vel condemnati, quouis modo audeant receptare: & si prædictos, aut alios delinquentes scienter receptauerint; ad ducentorum ducatorum auri pęnam obligentur, à qua pœna eximantur, si illi qui receptantur, de iuris permissione receptari possunt, non tamen diffidati, vel condemnati de crimine. Si autem prædicti brigosi, plures, quàm de dicta licentia permissum fuerit, receptauerint armatos, aut apud se in domo stare permiserint, incidant in pęnam centum ducatorum, quoties contrafecerint; salua semper prohibitione, & pœna illicitæ collectæ, de qua supra, si vltra decem armatos receptauerint, & hoc vltra pœnam in licentia & mandato prohibitionis impositam, si qua per Magistratum apposita fuerit: nullamque post huiusmodi prohibitionem, ignorantiam prætendere possint. Senator verò & Iudices ex eorum officio, teneantur in omnibus dictis casibus diligenter inue-

inuestigare, inquirere, & perquirere, seu perquiri facere singulis mensibus, in domibus brigosorum, & ad executionem dictarum pœnarum procedere; aliàs ipsi, qui talia impunè transire permiserint, ad eandem pœnam obligentur.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possit, & quos secum retinere. Cap. 38. Gloss.

Huic statuto pertinent dicta supra in capit. 25. ver. permittit tamen ius. vsque in finem.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere. Cap. XXXIX.

SI aliquis brigosus, vel inimicitias habens, non permiserit Magistratus, vel officiales, & executores, cum mandatis Iudicum, intrare in eorum domos, & receptacula, etiam perquiri, si contra constitutiones, armati, & diffidati apud eos existant, in pœnam ducentorum ducatorum auri incurrat. Quam pœnam pecuniariam, si soluere nequeat, luat in in corpus, arbitrio Senatoris, & Iudicum. Quòd si maiores Magistratus non admiserit, capitaliter puniatur ad mortem, & contra sic delinquentes Senator ex officio inquirere teneatur: saluis tamen Constitutionibus fœlicis recordationis Pij Papæ Quarti, & Sanctissimi Domini Nostri Gregorij Papæ Decimitertij contra prætensas franchisias editis.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere. Cap. 39. Gloss.

Vide quæ dicta sunt supra in cap. 32. & huc referas. Scias etiam Iudici licere suam iurisdictionem defendere pænali iudicio. lege 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ibi Bart. Bonifa de malef. de pænis cond. ver. sed nunquid Iudex ... aduersus non subditum. c. dilecto. de senten. excom. in 6. l. nullum. C. de testibus; etiã cum armis. Castren. in d. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obst. & tenetur defendere suam iurisdictionem, vt reus, vt actor, & vt Iudex; & vt reus armis, & processibus. Bald. in Margar. ad Innocen. in verbo, Iudex tenetur suam iurisdictionem; & Iudicis potestati permissa non semper sunt iuris necessitati subiecta. Rota in nouis. decis. 3. aliàs 31. de sequestr. possess. & fruct. Potest etiam capere personam. l. cum eo. ff. ad l. Iul. repet. l. consentaneum. C. quomod. & quan. Iudex l. plerique ff. de in ius vocan. Bart. in d. l. 1. vbi Cagnol. de materia.

De visitatione Brigosorum permissa. Cap. XL.

VIsitantes Brigosos, si sint amicitia vel beneuolentia coniuncti, consanguinei vel affines, vel vicini, quando & quoties (vt fieri solent) humanitatis causa, & ex charitate, hoc faciant, aliqua pœna non puniantur: & præsumantur charitatis causa facere, si armati cum armis sibi prohibitis non incedant; vel si continuam residentiam in illorum domibus non faciant, vel si per Magistratus non fuerint prohibiti; quibus casibus, si secus fecerint, incidant in pœnas supra contra armatos impositas. Deferentes autem arma ad domos eorundem brigosorum, & propter causam brigæ, sine Senatoris licentia, armati ibi commorantes, in pœna quinquaginta ducatorum singuli mulctentur, & contra hos inquirere Senator debeat.

De offendentibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut Executionem impedientibus. Cap. XLI.

OFfendentes Magistratus, ius coërctionis habentes, in officio vel propter officium etiam pendente syndicatu, capitaliter ad mortem plectantur. Sed si iniuriosa, aut contumeliosa verba protulerint, capiantur, & carcerentur, vel torqueantur, vel alijs etiam grauioribus arbitrarijs pœnis, arbitrio Senatoris, & Iudicum, verborum & personarum qualitate pensata, puniantur. Idemque obseruetur contra verberantes, aut iniuriam inferentes Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs ratione officij; & præsumatur offensio facta ratione officij, nisi contrarium probetur. Resistentes verò Marescallis, vel executionem impedientes, si cum armis restiterint, carcerentur, & in carceribus ad mensem detineantur, & torqueantur, vel alijs pœnis corporis afflictiuis, secundum personarum, & facti qualitatem, afficiantur: & non liberentur, nisi prius integraliter omne interesse parti, & pœnam Fisco persoluerint, si pecuniarium sit interesse, vel pœna: sed si pœna esset capitalis, vel sanguinis,

ad

ad quam exemptus tenebatur, similem pęnam is qui exemit, patiatur. Si verò sine armis resistatur, resistens in causa ciuili, pęnam quinquaginta aureorum incurrat, & damnum parti resarciat: in criminalibus verò in pęnam aureorum quingentorum condemnetur. Pro offensionibus autem in personam executorum illatis, duplicentur pęnæ pro delictorum qualitate limitatæ, & prædicta locum habeant etiam contra Communitates, & Barones executionem fieri impedientes, aut executores expellentes: & si Communitas cum armis, pęnam quingentorum aureorum, si sine armis, pęnam aureorum trecentorum incurrat, & dãnum vt supra resarciat. De expulsione verò credatur Executori vel Mandatario cum vno teste idoneo, medio iuramento deponenti. Et præmissa intelligantur saluis prædictis Constitutionibus eorundem Pij Papæ Quarti, & Sanctiss. Domini Nostri Domini Gregorij Papæ XIII. quæ in suis casibus seruandæ sunt.

De offendentibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut executionem impedientibus. Cap. 41. Glos.

Exod. c. 22. Præcipitur ne maledicatur Iudici, nec ceteris, vt multo minus sit offendendus, Nam offendentes magistratus ius correctionis habentes capitaliter ad mortem etiam communi iure plectuntur, Bald. in c. 1. §. iniuria. in princ. de pace iuram. firman. Io. de Ann. in c. inquisitionis. in fine de accusat. Fely. in c. ex literis. ver. 1. declaratio. nu. 25. vbi etiam Dec. de constit. Paris. de syndic. in verbo pęna. ver. an sit. Ias. in l. qui iurisdictionem nu. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. 1. in 1. not. C. de precib. Impe. offer. Grammat. decis. 36. nu. 4. Bossius de iniurijs. nu. 30. Roland. in cons. 48. nu. 1. lib. 2. Nam iniuria illata Magistratui dicitur atrox. l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. Bart. in l. non solum. §. mandato. ff. eod. Salyc. in l. non ideo minus. ff. de accusat. Doct. in c. cum illorum. de senten. excommu. Francis. Marc. decis. 34. par. 2. Menoch. de arbitr. casu 263. nu. 5. & sequen. lib. 2. & de materia post alios multa tradit Farinac. quæst. 17. de delictis, & pęnis. num. 38. & sequen. Sed an erit excusandus ille; qui à Iudice quasi priuato prouocatus, eundem Iudicem offendit; & puto quod sic, à pœna statuti huius firma remanente pęna offensionis condigna; nã cum sit sicut specula erga mores Ciuium, custos æqui, & iusti, & eius propria virtus sit prudentia; & illius superbia causa seditionum; debet esse quietus, & temperatus, vt occasionẽ propriæ offensioni nemini tribuat; Nam si aliquam dederit agendo; seu loquendo, tenetur, & ipse actione iniuriarum. l. nec Magistratibus. vbi Alberic. & Ang. nu. 1. ff. de iniurijs, Io. Faber. instit. cod. in princ. Vital. de iniurijs. nu. 29. & 30. Baiard. ad Clar. in §. iniuria. n. 26. nisi fortè protulerit verbum iniuriosũ animo corrigendi. Baiard. vbi supra, & infr. c. 71. & 86. & exemplo Magistri; qui verberat discipulum ad correctionẽ. l. sedet. §. Magistrum. ff. ad l. Aquil. Io. Fab. in l. si non conuitij. n. 5. C. de iniurijs. Vital. vbi supra n. 33. ver. item non tenetur. Gayl. obseruat. 106. nu. 6. par. 2. Menoch. de arbitr. casu. 364. n. 10. nam actione iniuriarum non tenetur, nisi modum excesserit. Vital. vbi supra. Clar. in §. fin. q. 56. ver. potest etiam poni exemplum. Menoch. d. casu. 364. nu. 12.

De Blasphemia. Cap. XLII.

QVicumque Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expressè blasphemauerit, si Nobilis aut soluendo sit pro prima vice pœnam xxv. ducatorum auri incurrat, pro secunda pœna duplicetur: pro tertia autem centum ducatos auri soluat, & ignominia notatus exilio mulctetur. Qui verò Plebeius fuerit, & pęnam prædictam infra decem dies non soluerit, aut soluendo non sit, pro prima vice manibus post terga ligatis, & capite discooperto in Platea Capitolij in loco infamiæ, seu ad Berlinam, per diem integrum constituatur: pro secunda fustigetur per Vrbem: pro tertia lingua eius perforetur, aut ad Triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, arbitrio Iudicis puniatur. Executoribus autem siue Birruarijs pœnæ prædictæ aggrauentur, Senatoris & Iudicis arbitrio: Et de prædictis quilibet possit accusare, & Curia teneatur inquirere; & quilibet qui audierit denũciare teneatur.

De Blasphemia. Cap. 42. Gloss.

Est enim Blasphemia crimen læsæ Maiestatis Diuinæ atrocissimum, nefandissimum per quod de Deo, vel de eius semper Virgine Matre Maria, aut de Sanctis eius falsa dicuntur, ita Sanctus

ctus Augustinus de mendacio quem sequitur D. Petrus Lombar. in comment. episto. S. Pauli ad Ephesios.c.4. Et illa dicitur Blasphemia per quàm attribuitur Deo, quod ei nõ conuenit; vel ab eo remouetur, quòd ei conuenit; vel attribuitur creaturæ, quod Deo omnium Creatori cõuenit, & sic in effectu Blasphemare est de Deo falsa loqui vno ex tribus modis prædictis. Summa Caietana in verbo, Blasphemia, Summa Armilla, Angelica, & alia in eodem verbo. Sotus de iust. & iure. libr. 8. quæst. 2. artic. 3. & inter nostros Lucas de Penna in lege omnes Iudices. C. de delat. lib. 10. Alber. in dictionario. in ver. Blasphemia. Soccin. in cons. 102. lib. 1. Boer. decis. 301. Corn. in cons. 181. lib. 1. Clar. in §. Blasphemia. & est tex. in c. si quis per Capillos. 22. q. 1. & auth. vt non luxur. contra naturam, & in l. vlt. §. fin. C. de religiosis. alios citat Plotus de Blasphemia in princ.

Et iure Ciuili pœna mortis Blasphemi puniuntur. §. & quoniam. col. 6. & ibi glos. Bart. & Ange. auth. vt nõ lux. cont. natu. glo. in c. fin. de cleric. maled. & in d. c. si quis per capillos. 22. q. 1. Didac. in repet. c. quamuis. par. 1. §. 7. nu. 10. de pac. in 6. Boer. d. decis. 301. nu. 10. Menoch. de arbitr. casu. 375. nu. 25. vt statuentes in pœnis Blasphemis insligendis hic fuerint satis indulgentes; cum nec recidiuos ad mortem damnent. de materia. Mascard. conclus. 194. lib. 1. de probatio. & Farinac. quæst. 20. n. 2. & seq. Plotus in tractatu, & alij supra citati. Nec mirum si statuentes pœnam iuris Ciuilis modificarunt; quia de consuetudine pœna mortis recessit ab aula; & eius loco successit arbitraria contra Blasphemos, vt per Bald. in l. 2. C. de rebus credit. Menoch. de arbitr. d. casu. 375. nu. 26. Bellam. in cons. 96. nu. 6. Franc. Marc. decis. 509. & desuper adest Concilium Lateranen. de quo meminit Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 6. nu. 3. in fine, & Bulla Pij V. in Bullario. 5. in ordine. Si plura volueris adeas Soccin. in c. 2. de maledic.

De crimine læsæ Maiestatis. Cap. XLIII.

QVicumque contra statum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & eius successorum, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel contra illius Reuerendiss. Cardinales, Romanum Populum, vel Senatorem, vel Senatus officium gerentes, seu Rempublicam, ab aliquo receperit stipendium, seu aliter machinatus fuerit; capitaliter ad mortem puniatur, & eius bona publicentur. Qui verò rebellionem commiserit, per terram trahatur per Vrbem, & furcis laqueo suspendatur, & eius bona Cameræ applicentur: & alienationes per eum à tempore maleficij perpetrati factæ, ipso iure non valeant; & locus vnde esset rebellionem committens, vel stipendium recipiens, si de consensu vel voluntate dictæ Terræ prædicta commiserit; si fuerit Ciuitas, in ducatis auri mille; si terra vel Castrum, in quingentis; si Villa, in trecentis Cameræ condemnetur. Scientes autem & non reuelantes, pœna iuris communis puniantur.

De crimine læsæ Maiestatis. Cap. 43. Gloss.

Inter publica iudicia est lex Iulia Maiestatis; quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rempublicã aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. §. publica. instit. de pub. iudic. & crimen læsæ maiestatis definitur hic per statuentes; non dissimilem definitionem tradit tex. in l. 1. & 2. ff. ad l. Iuliam maiestatis, & in l. 3. §. 1. ff. eod. & l. Iulia maiestatis, & hoc statuto tenetur, qui seditionem; aut tumultum mouerit. l. 1. §. fin. ff. eod. & l. 2. C. de seditiosis. qui plebem, vel rusticanos in patrocinium susceperit. l. 1. vbi gloss. & Doct. C. de seditiosis. l. 5. C. ad l. Iul. maiest. vbi plures numerantur causæ quibus quis l. Iul. maiest. illaqueatur. Item tenetur ille cuius opera factum sit, quo quis contra rempublicam arma ferat; vel faciat. l. 1. l. cuiusq; 4. ff. ad l. Iul. maiest. & qui iniussu Principis bellum gesserit, delectuum habuerit, exercitumuè comparauerit; vel successori in Principatu exercitum non tradiderit. l. 3. §. eadem. ff. eod. l. 1. C. vt armorum vsus, & ille cuius opera factum sit, vt magistratus, vel qui Imperium, ac potestatem habet occidatur. d. l. 1. & d. l. quisquis. 5. ff. & C. eod. Item si hostes fecerit reipub. vel ex amicis hostes, vel hostes concitauerit, hostibus nuncium, vel literas miserit, signum aliquod dederit, hostes, armis, telis, equis, pecunia, vel aliter adiuuauit. l. cuiusq; 4. l. 3. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. & 2. C. quæ res export. non debeant. l. cotem. 11. C. de public. l. 1. C. de litor. & itiner. custo. Tenetur etiam l. Iulia maiestatis ille qui Barbaros artem nauium cõficiendarum docuit. l. vlt. C. de pœnis. & ille qui Prouinciam, vel Ciuitatem hostibus prodidit. l. maiestatis. 10. ff. ad l. Iul. maiest. & qui in bello fugit, aut Castra

stra hosti concessit, siue Ciuem hosti tradidit lege 3. in princ. & §. ff. eodem, & qui hostem fugientem suscepit, vel dissimulauit, aut ad hostes aufugit, l. 2. ff. eodem. lege Metrodorum. 40. ff. de pœnis, & exercitum deseruit. d. lege 2. & l. 3. ff. ad leg. Iul. Maiestat. & ille etiam cuius dolo malo factum sit quominus hostes superentur lege 4. ff. eodem, Capicc. decisione 130. Gigas. de Crimine læsæ Maiestatis, Cephalus consil. 75. libro 1. & tales legibus, & hoc statuto morte plectuntur, §. publica. instit. de public. iudic. leg. 3. ff. ad leg. Iul. Maiest. lege 5. C. eodem. communi iure damnatur etiam eorum memoria, dicto §. publica instit. de pub. iudic. l. post Diui. 7. C. ad l. Iul. Maiest. & publicantur bona. leg. quisquis, C. eod. leg. meminisse 6. & dicta lege 7. C. eodem. Sed si Ciuitas, vel vniuersitas crimen rebellionis committat, communi iure priuatur priuilegijs, & bonis, & eius memoria damnata funditus euerti, & solo æquari potest, lege vsusfructus, ff. quibus modis vsusfr. vbi exemplum de Carthagine, Innocen. in capitulo ex iniuncto numero secundo de oper. nou. nunc. Bart. in lege aut facta, §. nonnunquam. num. 6. ff. de pœnis. Bald. de pace, Constan. in verbo, damna numero secundo, & in verbo, Imperialis, numero 8. & in cons. 367. numero 6. lib. & in auth. habita numero 7. C. ne filius pro patre. latè Afflict. in capitulo 1. numero 13. de Capit. Conrad. gloss. in §. 1. in verbo, rebellando, in fine. qui sint rebelles; & veteres in euertendis vrbibus inducere solebant Aratrum. teste Horat. lib. 1. Carmi. Ode 16.

imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Et quod amittat omnia priuilegia Ciuitas rebellis dicit Bald. in Margar. ad Innocen. in verbo, Ciuitas, l. cognitionum, §. consumitur, ff. de var. & extraor. cognit. Bart. in lege fin. numero 24. ff. de Colleg. illic. gloss. in cap. priuilegium. de regulis iuris in 6. Innocen. in cap. cum ex iniuncto. numero 2. de nou. oper. nunc. Bello. consil. 1. numero 8. Curtius sen. in consil. 26. numero 4. latè Gail. obseruat. 61. per totam lib. 2. Et delictum rebellionis non est difficilis probationis cum sit publicum, & celari non possit text. in cap. manifesta, & in cap. de manifesta 2. quæst. 1. & in cap. euidentia. de accusat. Mascardus conclus. 1257. num. 16. libro 3. de probat. Nam cum sit delictum continuum ad quod totus populus tanquam bellua multorum capitum furiosè concurrit quando exoritur. Virg. lib. 1. Aeneidos

Seditio, seuitq; animis ignobile vulgus.
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

Satis enim facto ipso Vniuersitatis voluntas declaratur, quia hominis voluntas magis factis, quam verbis ostenditur. cap. dilectè filij, de appellat. l. reprehendenda, C. de instit. & substit. Boer. de seditio. in 7. præsupposito. num. 9. & sequen. Quod tamen intelligendum existimo in rebellione Ciuitatis, Terræ, Castri, & Vniuersitatis, non autem alicuius priuati hominis, quoniam adhoc; vt quis probetur rebellis necessariò requiritur sententia super rebellione præcedentibus probationibus. Castren. in consil. 212. in fine lib. 2. Soccin. cons. 22. num. 6. lib. 1. Capicc. decis. 162. num. 15. Paris. cons. 1. num. 23. lib. 1. cum alijs allegatis per Mascardum in d. conclus. 1257. in princ. vbi conclusionem limitat atque declarat. Sed probato aliquem esse rebellem de eo sumpto supplicio, ac memoria eius damnata ædificia eius solo æquantur, & insignia gentis, & familiæ tolluntur, & deijciuntur per text. in lege eorum, & ibi Bart. numero primo, ff. de pœnis & in §. receptatoribus, de pace tenen. & iuramen. firma. Roman. in sing. 480. eorum arma. & in singul. 673. An arma. Tiraquel. de Nobilit. capit. 6. num. 15. & capit. 27. num. 116. Ias. in §. pœnales. numero 14. instit. de act. & in l. si is id quod, ff. de iurisdict. omn. iudic. Sic Sylla ambitus condemnatus imagines amiserat teste, Cicer. in orat. pro Sylla. dum inquit si iudicio vestro eris liberatus, domus erit exornata, aperientur maiorum imagines, ipsè ornatum, & vestitum recuperabit; omnia Iudices hæc amissa sunt, omnia generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta, vnius iudicij calamitate ociderunt.

Si fuerit Ciuitas in ducatis auri mille.

Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam ff. de pœnis magnis indictionibus, & varijs tributorum generibus dicit esse grauandas Ciuitates rebelles. Natta in consil. 158. numero 10. lib. 1. hoc statutum ad imitationem iuris communis grauat in scutis mille auri; & tali casu collecta non per capita, sed per æs & libram, hoc est pro virib. patrimonij est imponenda. gl. in l. 1. §. fin. in verbo, proconsul, in fine. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine Bart. in l. si se nō obtinuit 4. §. act. n. 2. ff. de re iudic. vbi Alex. n. 12. Natta in d. cons. 158. Gomes. var. resolut. lib. 3. c. 1. n. 53.

Dd   *Et qui-*

Et quidem optima ratione, quia ob multitudinem delinquentium receditur à regulis iuris cõmunis, & ob multorum stragem vitandam seueritati detrahitur. cap. ipsa pietas §. verum cap. Guilisarius, & cap. non poteſt. 23. quaſt. 4. cap. fin. de transact. capit. latrone. de Cleric. excom. capit. dilectus. de simonia l. penult. ff. ad l. Cornel. de sicar. Clarus in §. fin. quaſtio. 60. num. 30. & de Romanorum decreto, militari multitudine peccãte, Cicer. in orat. pro A. Cluentio. Statuerunt, inquit, maiores noſtri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortione in quosdam animaduerteretur; vt metus videlicet ad omnes, pœna autem ad paucos perueniret, & Plutar. in vita Crassi hunc morem Romanorum peruetuſtum esse scribit, qui minorem damno ignominiam continet; plurimumque aspicientibus horrorem inijcit. Idem notat in Scipione Affricano, quod ipso egrotante cum esset orta inter milites magna seditio, rem ipsam Scipio ad Consilium retulit; cuius maior pars in eos, à quibus initium tumultus ortus erat animaduertendum, & reliquis ignoscendum censuit, sic enim fieri posse, vt pœna ad paucos, exemplum ad multos perueniret, facit text. in l. 1. C. ad l. Iul. repetund. in lege aut facta, §. fin. ff. de pœnis, in lege 1. C. de precibus Imper. offer. in capit. 1. §. sed nos. Qui sint rebelles. Tiraquell. de pœnis temper. causa. 47. Alexand. ab Alexand. Genialium dierum. lib. 2. cap. 10.

De falsa moneta. Cap. XLIV.

SI quis falsam Monetam non solum auream, argenteam; sed etiam æream, vel etiam ex quacumque alia materia, ex qua Monetæ expendibiles fieri consueuerint, siue sit materia simplex, siue mixta percusserit, cuserit, signauerit, vel impresserit, aut fuderit, aut quocumque modo fabricauerit, & quocumque stigmate vel signo non solum Pontificis, siue Imperatoris, sed etiam Regum, Ducum, & Ciuitatum ius cudendi Monetam habentium, falsificauerit; vltimi supplicij pęna puniatur: & diligentissimè non solum contra prædictos, sed etiam contra mandantes, & fabricari facientes, necnon contra permittentes, & scientes, receptantes, & contra quoscumque conscios, qui lucri participes fuerint, inquiri volumus & mandamus; & si fuerint Domini alicuius Terræ, Castri, vel Villæ, ipsi Domini, si in poteſtate haberi possint, capitaliter ad mortem puniantur: si haberi non poterunt, diffidentur ad capitalem pęnam, & publicentur bona omnia: & contra subditos, & vasallos, & contra Communitates, & Vniuersitates eorum ad diffidationes, & represalias procedatur; & quandocumque capi possint, ad executionem dictæ capitalis pœnæ procedatur. Communitates verò etiam ipsæ, si sciuerint, & non prohibuerint, vel si prohibendi facultatem non habeant, si quamprimum potuerint, non denunciauerint Principi, vel alijs Superioribus, incidant in pœnam mille ducatorum, & ad dictam pœnam diffidentur, & ad represalias contra omnes municipes, & eorum bona deueniatur. Contra alias verò priuatas personas scientes, qui lucri participes non fuerint, neque consilium, auxilium, vel fauorem, ante vel post factum dederint, arbitraria sit pęna, quam Senator, & Iudices arbitrari possint, ad pęnam sanguinis, mutilationis membrorum, fuſtigationis, carcerum, tormentorum, exilij, personarum qualitate & conditione consideratis. In omnibus autem dictis casibus, ex sola infamia, per tres saltem veridicos, & fide dignos teſtes probata, cum aliquali indicio, Senator inquirere teneatur; & si accusator, vel denunciator, palàm, vel secretè, nominatis teſtibus interuenerit, quartam partem pœnæ, si pecuniaria sit, lucretur. Si verò capitalis, vel corporis afflictiua, conſtituatur sibi præmium arbitrio Senatoris, & Conseruatorum Cameræ Vrbis. Quam partem pœnæ, siue præmium, de manibus Camerarij, cum solita schedula Senatoris, & Conseruatorum, & non aliter, recipiat.

De falsa moneta. Cap. 44.

Glossa.

Nummi ex inſtituto facti sunt, vt pro indigentia sint; non enim natura conſtant; sed lege, & vt mensura res ipsas metiendo ad æqualitatem redigunt, omnium aliarum rerum mensura ideo commodè dici poſsunt, eo quod omnia redigant ad æqualitatem teſte Ariſtot. libro quinto Moralium de retaliatione nummo, & indigentia capitulo quinto. Quod profecto fieri non poterit si adulterati fuerint, & ideo opus fuit contra adulterantes; vel cudentes falsam monetam lege vltrice obuiam ire; vt factum videmus in l. quicumque 8. et in l. 9.

ff. ad

ff. ad l.Cor. de falsis & in l.1. & 2. C. de falsa moneta vbi varijs plectuntur pęnis & in d.l.1. & 2. C. de falsa moneta illico omni dilatione submota, flammarum accensionibus mancipentur, ac appellandi licentia priuato denegetur. Didac. de veter. numis. coll. cap. fin. Viuius commun. opin. in ver. monetam falsam, Clarus in §. falsum. ver. dixi etiam. locus vbi hęc sunt perpetrata publicatur cum quadam distinctione incuriæ negligentiæ; vel nescientiæ d.l.1. §. domus, vbi disponitur quid in vidua, quid in impubere, quid in Tutore agendum sit, & rescriptum de cudenda moneta impetratum non solum non valet; sed etiam impetrans est puniendus, l. si quis 3. C. de falsa moneta. Sed qui incępit, & non perfecit iustè pænitentię suffragio est absoluendus, l. qui falsam 19. ff. ad l.Corn. de falsis. Et illi qui in publica moneta operantur, si extrinsecus sibi pecuniam signauerint tenentur peculatus actione lege Sacrilegij. 6. §. qui cum ff. ad l.Iul. pecul.

De vendentibus, aut erogantibus falsas Monetas; & de tondentibus, & minuentibus Monetam. Cap. XLV.

SCienter vendentes Monetas falsas, seu reprobas, & scienter ementes, mercandi seu lucrandi causa; si summam vigintiquinque ducatorum excesserint, capitaliter, vt supra puniantur; & si minor sit summa, amputetur eis manus dextera, dummodo vltra quam semel talia non perpetrauerint. Verum si bis, vel vltra, vendere vel emere scienter falsas, vel reprobas Monetas, quis compertus fuerit, capitaliter ad mortem, vt supra puniatur. Et idem in omnibus & per omnia seruetur, contra incisores aut imminutores Monetarum etiam Argentearum, videlicet, si semel, vsque ad summam vigintiquinque ducatorum inciderint, capitaliter ad mortem; si verò infra eandem summam xxv. dummodo vltra summam decem ducatorum, pœna manus; si verò pluries id commiserint, etiam pœna mortis plectantur. Expendentes verò aut cambiantes scienter falsam Monetam, si non sint de complicibus fabricantium, de quibus dictum est capite præcedenti, pœnam ducatorum auri vigintiquinque vice qualibet incurrant: Sed & contra hos omnes inquiratur, & accusatores quartam partem etiam lucrentur, vt supra.

De vendentibus, aut erogantibus falsas Monetas; & de tondentibus, & minuentibus Monetam. Cap. 45.

Glossa.

Falsum quatuor modis committitis scripto, dicto, facto, & vsu dixit Azzo. in summa, C. ad l. Cornel. de falsis, quod antea innuit Aristot. lib.5. Metaph. cap.29. De falso in scriptis est text. in leg.1. §. qui rationibus, & l.2. ff. ad leg. Cornel. de falsis l. lege Cornelia 9. §. pęna ff. eod. l. Paulus 16. §. Paulus ff. eod. l. quid sit 23. l. eum qui 14. C. eod. cum similibus. De dicto est text. in d.l.1. §. sed, & si quis & §. pęna legis, & d.l. lege Cornelia. §. pęna ff. ad l.Cornel. de falsis. l. qui falsa 16. ff. de testibus. De facto, vt in eo qui falsam monetam cudit est text. in l.1. & in l. qui falsam ff. ad l. Cornel. de falsis. cum alijs allegatis supra in præcedenti capite 44. & vt in eo qui falso mensuratur l. quicumque & l. penult. ff. eod. vel pondera; aut mensuras falsauit d.l. penult. & l. annonam 6. §. fin. ff. de extraordin. crimin. l. in Dardanarios, ff. de pœnis. De vsu, vt in eo qui falsis vtitur probationibus, est text. in l. si falsos, C. de falsis. l. diuus 13. ff. ad l.Cor. de falsis, seu falsis constitutionibus, & rescriptis l. fin. ff. ad l. Cor. de falsis l. maiorem 4. C. eod. l.1. ff. de concussionibus l. qui nomine, ff. ad l. Cor. de falsis. Quatenus attinet ad rem nostram circa monetam quatuor Crimina solent occurrere, aut enim falsa moneta cuditur, aut tingitur, aut erogatur & expenditur; aut tonditur seu minuitur. Quibus Criminibus sicuti à iure particulares pœnæ ascriptæ leguntur, vt patet in iuribus allegatis supra in præcedenti capit.44. & per Menoch. de Arbitr. casu 316. per totum lib. 2. ita & pariter per præsentia statuta cudentibus falsam monetam, vendentibus aut erogantibus; tondentibus, & minuentibus particulares pœnas ascriptas esse legimus.

Monetam falsam cudens qua pœna puniatur dicit statutum cap.44. Quod procedit etsi bonam monetam quis cudat, quia dicitur falsa quæ sine Principis auctoritate cuditur. glo. in l.2. in verbo, obnoxia, C. de falsa moneta l. sacrilegij, ff. ad l.Iul. pecul. Alex. in l. singularia, num.26. ff. si cert. petat. Francis. Marc. decisio.261. num. 4. par.2. Monetam falsam expendens qua pœna puniatur dicit hoc statutum, & de iure puniri cum distinctione tradit Menoch. d. casu 316. num.51. & sequen.

Monetam tondens, & minuens qua pęna puniatur tradit hoc statutum & de iure puniri in pęnam capitis dixit text. cum quadam distinctione status in l. quicumque ff. ad l.Cor. de falsis, vbi Bart. Cyn. in l.2. C. de falsa moneta. Sed non procedere in eo qui totondit, & diminuit monetam illam, quæ iustum pondus excedebat, si ita toudendo illam ad iustum pondus redegit dixit Marsil. in l.qui falsam.num.100. de falsis, Alciat. in cons.461. quia non est diminuere, quando remanet iustum pondus, vt inquit Alciat. ex capit. quanto.de iureiurau. de materia Bald. in cons.494. Sciendum est quod moneta lib.1. & de falsarijs, & eorum pœnis in inferno secundum Theologos dicit Dantes in inferno Cautilena trigesima per totam, & in specie de monetarijs Cantilena vigesimauona ita cecinit

Si vedrai, ch'i son l'ombra di Capocchio,
Che falsai li metalli con alchimia,
E ten' dee ricordar, se ben' t'adocchio,
Com' i fui di natura buona Scimia.

Et Cantilena 30. ibi.

Iui è Romena là dou' io falsai
La lega sugellata del Batista.
Perch'io il corpo suso arso lasciai.

De testibus falsum deponentibus.
Cap. X L V I.

TEstis qui in causa Ciuili falsum Testimonium tulerit, fustigetur per Vrbem, & in exilium per triennium mittatur: qui autem ipsum scienter produxerit, litem & causam amittat, & pœnam aureorum centum, Cameræ Vrbis applicandam, si Plebeius sit, incurrat;& per Vrbem fustigetur: si verò Nobilis sit, pœna pecuniaria duplicetur, & in exilium per septennium mittatur: si Baro, aut de Magnatibus, siue illorum Bastardus, eadem pœna pecuniaria quadruplicetur, & in exilium per decennium mittatur, & nihilominus tam testis, quàm producens, parti ad expensas teneatur.

De testibus falsum deponentibus.
Cap. 46. Gloss.

Testimonium, teste Aristot. in cap.15. Rhethor. ad Alessandrum, est rei cognitæ voluntaria confessio. & paulò inferius dicit quomodo testibus sit contradicendum; qui verò rem sibi incognitam deponit falsus est testis; Nam exod. capit. 23. legimus Testem quæ nouit testificari debere, non quæ uon nouit alias de falso tenetur etiam hoc statuto, & statuto deficiente tenetur pœna l.Corneliæ de falsis l.1. ff. ad l.Cornel. de falsis l.lege Cornelia 8. §.pœna legis.eodem lege qui falsa. 16.ff. de testibus, & procedit non solum, si quis falsum testimonium dixerit, sed & etiam si dicendum curauerit, vel ob dicendum, vel non dicendum pecuniam acceperit d.l.1. in princ. & §. 1. ff. ad l.Cornel. de falsis & l.2. in fine. ff. de concussio. Vel si quis vt puta Notarius dicta testium non rectè scripserit; vel Testationes corruperit, d.l.1. & l.8. §. pœna legis. ff. ad l. Cornel. de fals. Caputaquen. in decis.196. & 197.par.3. Vel probationes alterius occultauerit l.Paulus, §.1. ff.de falsis l.eum qui C. eod. Bald. Alexaud. & Soccin. in l.qui accusare, C. de eden. Mar. in rubric. C. de probat. numero 80. Buer. decis.292. num.5. Felyn.in capit.accepimus.colum.vlt. de fide Instrumen.declara vt per Menoch. de Arbitrar. casu 311. per totum.

Sed dubitatur an ob testimonium de veritate perbibendum possit testis aliquid accipere, & non posse notant Doctor. in capitulo qualiter.il primo.de accusatio. Diuus Thomas in secunda,2. quæstio.70. artic.1. capitulo nolite timere.vndecima quæstione 3. capitulo intimauit. de testibus. capitulo non sanè. 14.quæstione 5. Didac. in capitulo peccatum. 2.par. §.3. numero 2. de regulis iuris in 6. Sed si aliquid accipiat qua pęna puniatur, tradut allegati per Didac. in capitulo quem pactum, par.1. §. 7. numero 5. de pact. in 6. Mar. singul. 353. & alij quos recenset Menocb. de. Arbitrar. casu 310. per totum. Sed sumptus testibus à producente sunt præstandi mandato Iudicis, lege quoniam 10. C. de testibus, l.eos. 6. §. si quis, C. de appellat. Menoch. vbi supra. numero decimo, & sequen.

De testibus contraria deponentibus.
Cap. XLVII.

IN quacumque causa ciuili, vel criminali, Testes iudicialiter, vel coram arbitris, vel arbitratoribus, citata tamen parte, examinati, contraria in facto deponere reperiantur, si ad concordiam eorum dicta reduci non possint, ante prolationem sententiæ, facto capiantur,

piantur, & carcerentur, vel denuntientur per arbitros, seu arbitrarores Senatori: qui, visis & consideratis attestationibus, contrarietate reperta, eo ipso ad capturam procedat, & vt sibi videbitur, per quæstiones, & tormenta, veritatem eliciat. Incipiat autem, tam quo ad capturam, quàm quo ad tormenta, ab ijs qui magis suspecti videbuntur, personarum qualitate, & alijs circumstantijs consideratis, & illis demum fides adhibeatur, qui habita quæstione, in suo dicto perseuerauerint: Iudex autem, vel arbiter, siue arbitrator, qui in denunciando negligens fuerit, in pœnam vigintiquinque ducatorum incidat. Possit etiã, & debeat Senator ad cuiuscumque querelam, seu denunciationem, de ijs inquirere, & inquiri facere, in quibus, si negligens fuerit, eandem pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, de suo salario retinendam.

De testibus contraria deponentibus. Cap. 47. Gloss.

Communi iure contraria inter se testimonia deponentes testes tenentur l. Cornelia de falsis l. eos qui 27. ff. ad l. Cornel. de falsis l. qui falsa 16. ff. de testibus; Nisi errore non dolo malo contraria dixerint. §. si dedita opera collat. 90. Auth. de testibus. Quod idem erit si testis vnum dixerit in iudicio, & aliud extra, Bart. in l. eos num. 8. ff. ad l. Cor. de fals. Tindarus de testibus, cap. 11. Afflict. in constit. lib. 3. tit. de perurijs num. 14. Sed hanc Bart. opinionem reprobant Bald. in capit. 1. §. si enim colum. 2. Quid sit inuestit. Alberic. de statut. secun. par. quæstio. 147. Alexand. consil. 74. num. 6. lib. 1. Felyn. in capit. cum in tua. de testibus, Didac. in dicto capitulo quamuis, 1. par. §. 7. num. 5. de pac. in 6. ad rem Bald. in consil. 106. libro 1. Bologne. consil. 30. Viuius opin. 351. Gand. in rubr. de falsarijs. num. 21. Mars. in d. l. eo. dicit leuiter esse tales testes puniendi, vt mendaces. de hac re latè Gabriel libro 7. de Malefic. conclus. 31. & sequen.

Sed in quantum fieri potest sunt ad concordiam eorum dicta in Iudicio reducenda ad cui tandam falsitatem inter ipsos; Clarus in §. falsum num. 36. & ibi Baiardus sub numero 307. Petra de fideicommiss. quæst. 12. numero 901. & sequent. Decian. in consil. 40. lib. 2. & consil. 93. numero 44. & ad faciendum, vt aliquid probent; & quibus magis sit credendum latè tradit Gabr. lib. 1. de testibus. conclus. 3. per totam. Verum ex Diuino affirmatiuo præcepto 181. Deuteronom. 13. & 19. Diligentissimè sunt explorandi testes; quod vtique Ciuili iure sancitum esse legimus in lege Testium fides 3. ff. de testibus, in lege eos testes. 4. C. eodem lege in testibus 2. ff. eodem §. corroborantes, cap. 90. Auth. de testibus, & hoc nostro statuto de eodem statuto moniti sumus.

De fabricantibus, & fabricare facientibus falsa Instrumenta, & priuatas Scripturas. Cap. XLVIII.

Notarius qui fecerit falsum Instrumentum, & qui fieri fecerit, & ipsorum quilibet insolidum puniatur in ducatis auri ducentis, & vlterius Notario amputetur manus dextera, & fieri faciens si Plebeius sit, fustigatus per Vrbem ad Triremes per trienniũ mittatur. Si verò Nobilis aut de genere nobilium, in ducatis auri quadringentis condemnetur: & per quinquennium relegetur, & quilibet ex prædictis, qui ex hoc fuerit in Iudicio condemnatus parti læsę damnum resarciat. Quos ducentos & quadringentos ducatos si Plebeius aut Nobilis prædicti infra decem dies à die latæ sententiæ, vel postquam in fortiam Curiæ deuenerint, non soluant, amputetur eis manus dextera. Notarius verò prædictus postquam de falso diffidatus aut cõdemnatus fuerit, non possit amplius in perpetuum Tabellionatus officium exercere; & Instrumentis post diffidationem seu condemnationẽ per eum factis & rogatis, nulla fides adhibeatur: Et qui scienter produxerit falsum Instrumentum, aut eo vsus fuerit, si Plebeius fuerit, in ducatis auri ducentis; si Nobilis, aut de genere nobilium, in quadringentis, si Baro in mille similibus ducatis condemnentur. Quicumque verò priuatas falsas scripturas fabricauerit, aut fieri mandauerit, si Plebeius pœnam ducentorum ducatorum auri incurrat, & postquam in loco infamiæ in scalis Capitolij per totam audientiam steterit: per trieunium in exilium mittatur; si Nobilis quadringentos ducatos auri soluat, & per triennium relegetur. Quàm pecuniariam pœnam si tam Plebeius quàm Nobilis infra decem dies, vt supra soluere cessauerint, amputetur eis manus dextera; & nihilominus in exilium Plebeius mittatur; & Nobilis relegetur, vt supra. Quicumque verò scienter falsam priuatam scripturam in iudicio

De receptatoribus delinquentium.
Cap. XXXVII.

IVxta Sacras Constitutiones fœlicis recordationis Innocentij Octaui, & aliorum summorum Romanorum Pontificum, contra receptatores, & minas inferentes, vsui receptas; Statuimus, vt si quis, etiam non brigosus, diffidatos de crimine vel condemnatos, siue de enormibus delictis infamatos, vel alios quoscunque mandatorum a Magistratibus factorum, contemptores, vel inobedientes, & contumaces, seu mandatis de assecurando, parere recusantes, aut cessantes, scienter receptauerit; pœnam trecentorum ducatorum, vel aliàs iuxta formam dictarum Constitutionum patiatur. Præsumatur autem scientia, si diffidati, vel per sententiam condemnati appareant: Et si Ciuitas, vel Cõmunitas, vel ipsarum domini immediatè, vel Vicarij sint, apud quos illicita prædictorum fieret receptatio; contra dominos & officiales, & ipsas Vniuersitates ex officio inquiratur, & diffidentur, aut condemnentur ad pœnam quingentorum ducatorum, vel alias iuxta formam earundem Constitutionum, & ad effectualem executionem, per pignorum captiones, personarumq; & animalium arrestationes, & per generales represalias, procedatur, & non reaffidentur, nec à represalijs desistatur, douec fuerit integra pęna soluta, & à tali receptatione destitisse, per legitimas probationes docuerint. Sed & si de diffidatione, vel condemnatione eorum, qui sic fuerint receptati, non appareat; postquam per litteras Senatoris ipsi Barones & officiales ipsarum Communitatum, & Vniuersitatum moniri, aut aliter legitimè certiores facti fuerint, vt ab huiusmodi receptatione abstineant, vel desistant, eandem pęnam nisi paruerint, incurrant. Senator autem, & Iudices, quomodocumque ad aures, & notitiam eorum peruenerit, quo in loco tales personæ receptentur, statim monere debeant receptantes, vt eos capiant, vel expellant; alioquin contra eos procedant, & exequantur, vt supra est dictum; & si negligens in his fuerit Senator, vigintiquinque aureorum pœnam in syndicatu patiatur; & Camerarius Cameræ Vrbis ad omnem requisitionem Senatoris teneatur soluere mercedem Nunciorum, aut Cursorum ad prædicta deputandorum: & ad id, officio eiusdem, si opus fuerit, compellatur: saluis nihilominus remanentibus alijs pœnis contra prædictos receptatores, per easdem Constitutiones Apostolicas inflictis.

De receptatoribus delinquentium.
Cap. 37. Gloss.

Pessimum genus est receptorum, sine quibus latere nemo diu potest, vnde præcipitur, vt perinde puniantur. atq; latrones, ita disponit tex. in l. 1. ff. de receptoribus. l. congruit. ff. de offic. præsid. l. 1. C. de ijs, qui latrones vel alios occult. & l. 2. C. eod. l. oues. §. fin. ff. de Abige. Nisi illi qui receperint, & occultauerint affines, vel cognati sint illorum; quos receptarunt, nam isti neq; absoluendi, neq; seuerè admodum sunt communi iure puniendi. l. 2. §. eos apud quos. ff. de receptatoribus. Crauetta in cons. 309. Mascard. conclus. 1258. nu: 7. citat alios. De istis adest præsens statutum, & adsunt aliæ plures seuerissimè summorum Pontificum Constitutiones, quibus tales receptatores non solum extranei; sed etiam affines, & coniuncti seuerissimè puniuntur; vt pœna iuris communis videantur satis leues. Cynus Bald. & Salycet. in l. 1. & 2. C. de ijs qui latrones occultauerunt inseruiunt ad varias quæstiones de materia.

Scienter receptauerint. *Cautè loquitur statutum de scienter receptante, quia nemo ignorans peccat. l. qui iniuria. ff. de furtis: Nam receptatio dolum malum requirit. l. quicumq; C. de seruis fugit. & est de natura boni. Bald. in l. d. quocumq; n. 1. quia natura cognationem quandam inter homines constituit, quæ vnum ad alterius auxilium inducit. l. vt vim. ff. de iust. & iure. l. seruus. in fine. ff. de seruis expor. vbi glos. cessante ergo dolo cessat delictum; quod sine dolo non committitur, quia non omnis qui recipit statim delinquit sed qui dolo malo scienter non per ignorantiam recipit. c. fœlicis. ibi scienter. de pœnis in 6. l. 3. §. non tantum. ff. de incend. rui. &c. l. Metrodorum. ff. de pœnis. l. in furti. §. rectè. ff. de fur. l. generaliter. C. de tabul. lib. 10. l. fin. in fine. ff. de oper. publ. l. genero. ff. de ijs qui notan. infam. & in dubio ignorantia præsumitur, quia cum illa qualitas scientiæ non insit à natura ideo non præsumitur nisi probetur. l. in bello §. facta ff. de capt. & postlim. reuer. Ias. in l. fin. §. sed quia notab. 4. C. commun. de legat. Pedem. decis. 73. nu. 5. & decis. 71. cap. præsumitur. de regulis iuris in 6. Mascard. conclus. 1258. numero 3. & 4. lib. 3. de probat. & ignorantia regulariter à delicto, & pœna excusat. l. si quis ignorans.*

rans. ff. locat. glos. in l. 1. in verbo, latrones, ff. de receptat. vbi Bart. & in §. pari. nu. 2. & in l. fin. nu. 2. ff. si quis testa. liber esse & in l. omnes. nu. 1. C. de Agric. & cens. lib. 11. Bald. in c. à nobis. nu. 1. de except. per tex. in l. scimus. C. de pœnis. Hyppol. in l. qui ignorans. nu. 9. & sequen. ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. qui falsam. nu. 65. ff. eod. Nellus de Bann. in 3. par. 2. temporis. q. 20. n. 12. Gigas de crimin. lęsę maiest. libro 3. tit. de pluribus & varijs quæst. q. 10. nu. 8. & de materia receptatorum Bannitorum plura tradit Gayl. de pace publ. lib. 2. c. 10. per totum. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 348. Bossius de rapinis, Foller. in pract. crim. §. banniatur. nu. 2. Clar. in §. fin. q. 90. numer. 9. & ibi Baiard. & alij addentes. Sed extra dubitare contigit an Bannitus mortuus in Banno possit sepeliri in patria in sepulcro maiorum suorum? & quod non dicit Bart. in l. 3. ff. de cada. punien. quia, qui viuus in Ciuitate morari non poterat ad eam mortuus ferri non potest. Dubitare denuo contingit An Principes possint impedire eorum subditos, & colonos, ne ab eorum iurisdictione, & potestate discedant; & quatenus discesserunt an possit eosdem à receptatoribus vindicare? & vide Lucam de Penna in l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. 11. & in l. si quis prædium. C. eod. Doct. in c. 1. de capit. qui cur. vendid. glos. in c. 1. § præterea. de probib. feud. alie. per Feder. in verbo, ad alium, Menoch. de recuper. remed. 10. alia plura de materia non iniocunda; quæ possent occurrere Dominis Baronibus Sedis Apostolicæ, si vnus alterius vassallos ac subditos fugitiuos reciperet tradit Gayl. de arrestis Imperij. c. 8. sub nu. 13. & sequen. vsq; in finem, vbi adducit Luc. de Pen. in d. l. si coloni. & Menoch. vbi supra, nu. 48. & sequen.

Et pro defensione eius qui imputatus sit receptasse res furatas vide Bald. in cons. 410. lib. 2. in cons. 48. lib. 3. in cons. 382. nu. 8. lib. 5. Rimin. in cons. 80. Roland. in cons. 45. in 1. dubio lib. 1.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possit, & quos secum retinere.
Cap. XXXVIII.

Liceat offenso, vel iniustis minis præcedentibus, ad brigam prouocato, vel aliam iustam suspicionis causam habenti, pro securitate suæ personæ, vel suorum, qui sint eiusdem familiæ, vel ei qui domi se includendi, & in briga se continendi iustam & rationabilem causam habuerit, impunè id facere: habita tamen prius licentia à Senatore, & Pacerijs: & si fuerit de offensoribus, iustam causam habere etiam intelligatur, postquam soluta pœna delicti, offensor ipse Magistratibus parere, & obediens esse paratus sit; & de parendo mandatis eorum idoneas cautiones dederit, & aduersarius inobediens fuerit, & Superiorum mandatis parere recusauerit, vel distulerit, seu latitando se subtraxerit, vt capi non possit: Et dummodo vltra eos, qui sunt de eadem familia, absq; Senatoris, vel Paceriorum expressa licentia (de qua in scriptis apparere debeat) aliquos armatos non retineat: ita tamen, quòd si licentiam retinendi aliquos armatos obtinuerit, nec diffidatos pro crimine, nec brigosos, nec aliquos qui minas alicui intulerint, nec inobedientes Magistratibus, nec assecurare recusantes eos, qui securitatem ab eis petierint, nec aliquos criminosos de grauibus delictis infamatos, receptare; nec condemnatos pro ciuili debito, apud se stare permittat: alioquin eandem pœnam incurrat (si pecuniaria sit pœna) ad quam diffidati, vel condemnati obligantur: & si debitum sit ciuile, ad tantundem obligetur. Sed si receptati capitaliter, vel ad pœnam sanguinis diffidati sint, receptantes brigosi in pœnā in proximè præcedenti capite contra receptantes impositam, incurrant. Sed nec homicidas, nec raptores, nec falsificantes monetas, nec alios latitantes, & à manibus Curiæ se eximere quærentes, etiam si non fuerint diffidati vel condemnati, quouis modo audeant receptare: & si prædictos, aut alios delinquentes scienter receptauerint; ad ducentorum ducatorum auri pęnam obligentur, à qua pœna eximantur, si illi qui receptantur, de iuris permissione receptari possunt, non tamen diffidati, vel condemnati de crimine. Si autem prædicti brigosi, plures, quàm de dicta licentia permissum fuerit, receptauerint armatos, aut apud se in domo stare permiserint, incidant in pęnam centum ducatorum, quoties contrafecerint; salua semper prohibitione, & pœna illicitæ collectæ, de qua supra, si vltra decem armatos receptauerint, & hoc vltra pœnam in licentia & mandato prohibitionis impositam, si qua per Magistratum apposita fuerit: nullamque post huiusmodi prohibitionem, ignorantiam prætendere possint. Senator verò & Iudices ex eorum officio, teneantur in omnibus dictis casibus diligenter inue-

inuestigare, inquirere, & perquirere, seu perquiri facere singulis mensibus, in domibus brigosorum, & ad executionem dictarum pœnarum procedere; aliàs ipsi, qui talia impunè transire permiserint, ad eandem pœnam obligentur.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possit, & quos secum retinere. Cap. 38. Gloss.

Huic statuto pertinent dicta supra in capit. 25. ver. permittit tamen ius. vsque in finem.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere. Cap. XXXIX.

SI aliquis brigosus, vel inimicitias habens, non permiserit Magistratus, vel officiales, & executores, cum mandatis Iudicum, intrare in eorum domos, & receptacula, etiam perquiri, si contra constitutiones, armati, & diffidati apud eos existant, in pœnam ducentorum ducatorum auri incurrat. Quam pœnam pecuniariam, si soluere nequeat, luat in in corpus, arbitrio Senatoris, & Iudicum. Quòd si maiores Magistratus non admiserit, capitaliter puniatur ad mortem, & contra sic delinquentes Senator ex officio inquirere teneatur: saluis tamen Constitutionibus fœlicis recordationis Pij Papæ Quarti, & Sanctissimi Domini Nostri Gregorij Papę Decimitertij contra prætensas franchisias editis.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere. Cap. 39. Gloss.

Vide quæ dicta sunt supra in cap. 32. & huc referas. Scias etiam Iudici licere suam iurisdictionem defendere pęnali iudicio. lege 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ibi Bart. Bonif. de malef. de pęnis cond. ver. sed nunquid Iudex e i ... aduersus non subditum. c. dilecto. de senten. excom. in 6. l. nullum. C. de testibus; etiã cum armis. Castren. in d. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obst. & tenetur defendere suam iurisdictionem, vt reus, vt actor, & vt Iudex; & vt reus armis, & processibus. Bald. in Margar. ad Innocen. in verbo, Iudex tenetur suam iurisdictionem; & Iudicis potestati permissa non semper sunt iuris necessitati subiecta. Rota in nouis. decis. 3. aliàs 31. de sequestr. possess. & fruct. Potest etiam capere personam. l. cum eo. ff. ad l. Iul. repet. l. consentaneum. C. quomod. & quan. Iudex l. pleriq; ff. de in ius vocan. Bart. in d. l. 1. vbi Cagnol. de materia.

De visitatione Brigosorum permissa. Cap. XL.

VIsitantes Brigosos, si sint amicitia vel beneuolentia coniuncti, consanguinei vel affines, vel vicini, quando & quoties (vt fieri solent) humanitatis causa, & ex charitate, hoc faciant, aliqua pœna non puniantur, & præsumantur charitatis causa facere, si armati cum armis sibi prohibitis non incedant, vel si continuam residentiam in illorum domibus non faciant, vel si per Magistratus non fuerint prohibiti; quibus casibus, si secus fecerint, incidant in pœnas supra contra armatos impositas. Deferentes autem arma ad domos eorundem brigosorum, & propter causam brigæ, sine Senatoris licentia, armati ibi commorantes, in pœna quinquaginta ducatorum singuli mulctentur, & contra hos inquirere Senator debeat.

De offendentibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut Executionem impedientibus. Cap. XLI.

OFfendentes Magistratus, ius coercitionis habentes, in officio vel propter officium etiam pendente syndicatu, capitaliter ad mortem plectantur. Sed si iniuriosa, aut contumeliosa verba protulerint, capiantur, & carcerentur, vel torqueantur, vel alijs etiam grauioribus arbitrarijs pœnis, arbitrio Senatoris, & Iudicum, verborum & personarum qualitate pensata, puniantur. Idemque obseruetur contra verberantes, aut iniuriam inferentes Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs ratione officij; & præsumatur offensio facta ratione officij, nisi contrarium probetur. Resistentes verò Marescallis, vel executionem impedientes, si cum armis restiterint, carcerentur, & in carceribus ad mensem detineantur, & torqueantur, vel alijs pœnis corporis afflictiuis, secundum personarum, & facti qualitatem, afficiantur; & non liberentur, nisi prius integraliter omne interesse parti, & pœnam Fisco persoluerint, si pecuniarium sit interesse; vel pęna: sed si pęna esset capitalis, vel sanguinis;

ad

ad quam exemptus tenebatur, similem pęnam is qui exemit, patiatur. Si verò sine armis resistatur, resistens in causa ciuili, pęnam quinquaginta aureorum incurrat, & damnum parti resarciat: in criminalibus verò in pęnam aureorum quingentorum condemnetur. Pro offensionibus autem in personam executorum illatis, duplicentur pęnæ pro delictorum qualitate limitatæ, & prædicta locum habeant etiam contra Communitates, & Barones executionem fieri impedientes, aut executores expellentes: & si Communitas cum armis, pęnam quingentorum aureorum; si sine armis, pęnam aureorum trecentorum incurrat, & dānum vt supra resarciat. De expulsione verò credatur Executori vel Mandatario cum vno teste idoneo, medio iuramento deponenti. Et præmissa intelligantur saluis prædictis Constitutionibus eorundem Pij Papæ Quarti, & Sanctiss. Domini Nostri Domini Gregorij Papæ XIII. quæ in suis casibus seruandæ sunt.

De offendentibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut executionem impedientibus. Cap. 41. Glos.

Exod. c. 22. Præcipitur ne maledicatur Iudici, nec ceteris, vt multo minus sit offendendus, Nam offendentes magistratus ius correctionis habentes capitaliter ad mortem etiam communi iure plectuntur, Bald. in c. 1. §. iniuria. in princ. de pace iuram. firman. Io. de Ann. in c. inquisitionis. in fine de accusat. Fely. in c. ex literis. ver. 1. declaratio. nu. 25. vbi etiam Dec. de consilt. Paris. de syndic. in verbo pęna. ver. an sit. Ias. in l. qui iurisdictionem nu. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. s. in 1. not. C. de precib. Impe. offer. Grammat. decis. 36. nu. 4. Bossius de iniurijs. nu. 30. Roland. in consi. 48. nu. 1. lib. 2. Nam iniuria illata Magistratui dicitur atrox. l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniur. Bart. in l. non solum. §. mandato. ff. eod. Salyc. in l. non ideo minus. ff. de accusat. Doct. in c. cum illorum. de senten. excommu. Francisc. Marc. decis. 34. par. 2. Menoch. de arbitr. casu 263. nu. 5. & sequen. lib. 2. & de materia post alios multa tradit Farinac. quæst. 17. de delictis, & pęnis. num. 38. & sequen. Sed an erit excusandus ille, qui à Iudice quasi priuato prouocatus, eundem Iudicem offendit; & puto quod sic, à pœna statuti huius firma remanente pęna offensionis condigna; nā cum sit sicut specula erga mores Ciuium, custos æqui, & iusti, & eius propria virtus sit prudentia; & illius superbia causa seditionum; debet esse quietus, & temperatus, vt occasionē propriæ offensioni nemini tribuat; Nam si aliquam dederit agendo; seu loquendo, tenetur, & ipse actione iniuriarum. l. nec Magistratibus. vbi Alberic. & Ang. nu. 1. ff. de iniurijs, Io. Faber. instit. cod. in princ. Vital. de iniurijs. nu. 29. & 30. Baiard. ad Clar. in §. iniuria. n. 26. nisi fortè protulerit verbum iniuriosū animo corrigendi. Baiard. vbi supra, & infr. c. 75. & 86. & exemplo Magistri; qui verberat discipulum ad correctionē. l. sedet. §. Magistrum. ff. ad l. Aquil. Io. Fab. in l. si non conuitij. n. 5. C. de iniurijs. Vital. vbi supra n. 33. ver. item non tenetur. Gayl. obseruat. 106. nu. 6. par. 2. Menoch. de arbitr. casu. 364. n. 10. nam actione iniuriarum non tenetur, nisi modum excesserit. Vital. vbi supra. Clar. in §. fin. q. 56. ver. potest etiam poni exemplum. Menoch. d. casu. 364. nu. 12.

De Blasphemia. Cap. XLII.

QVicumque Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expressè blasphemauerit, si Nobilis aut soluendo sit pro prima vice pœnam xxv. ducatorum auri incurrat, pro secunda pœna duplicetur: pro tertia autem centum ducatos auri soluat, & ignominia notatus exilio mulctetur. Qui verò Plebeius fuerit, & pęnam prædictam infra decem dies non soluerit, aut soluendo non sit, pro prima vice manibus post terga ligatis, & capite discooperto in Platea Capitolij in loco infamiæ, seu ad Berlinam, per diem integrum constituatur: pro secunda fustigetur per Vrbem: pro tertia lingua eius perforetur, aut ad Triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, arbitrio Iudicis puniatur. Executoribus autem siue Birruarijs pœnæ prædictæ aggrauentur, Senatoris & Iudicis arbitrio: Et de prædictis quilibet possit accusare, & Curia teneatur inquirere; & quilibet qui audierit denunciare teneatur.

De Blasphemia. Cap. 42. Gloss.

Est enim Blasphemia crimen lęsæ Maiestatis Diuinæ atrocissimum, nefandissimum per quod de Deo, vel de eius semper Virgine Matre Maria, aut de Sanctis eius falsa dicuntur, ita San

ctus

ctus Augustinus de mendacio quem sequitur D. Petrus Lombar. in comment. epist. S. Pauli ad Ephesios. c. 4. Et illa dicitur Blasphemia per quàm attribuitur Deo, quod ei nõ conuenit; vel ab eo remouetur, quòd ei conuenit; vel attribuitur creaturæ, quod Deo omnium Creatori cõuenit, & sic in effectu Blasphemare est de Deo falsa loqui vno ex tribus modis prædictis. Summa Caietana in verbo, Blasphemia, Summa Armilla, Angelica, & aliæ in eodem verbo. Sotus de iust. & iure. libr. 8. quæst. 2. artic. 3. & inter nostros Lucas de Penna in lege omnes Iudices. C. de delat. lib. 10. Alber. in dictionario. in ver. Blasphemia. Soccin. in cons. 102. lib. 1. Boer. decis. 301. Corn. in cons. 181. lib. 1. Clar. in §. Blasphemia. & est tex. in c. si quis per Capillos. 22. q. 1. & auth. vt non luxur. contra naturam, & in l. vlt. §. fin. C. de religiosis. alios citat Plotus de Blasphemia in princ.

Et iure Ciuili pęna mortis Blasphemi puniuntur. §. & quoniam. col. 6. & ibi glos. Bart. & Ange. auth. vt nõ lux. cont. natu. glo. in c. fin. de cleric. maled. & in d. c. si quis per capillos. 22. q. 1. Didac. in repet. c. quamuis. par. 2. §. 7. nu. 10. de pac. in 6. Boer. d. decis. 301. nu. 10. Menoch. de arbitr. casu. 375. nu. 25. vt statuentes in pœnis Blasphemis infligendis hic fuerint satis indulgentes; cum nec recidiuos ad mortem damnent. de materia. Mascard. conclus. 194. lib. 1. de probatio. & Farinac. quæst. 20. n. 2. & seq. Plotus in tractatu, & alij supra citati. Nec mirum si statuentes pęnam iuris Ciuilis modificarunt; quia de consuetudine pęna mortis recessit ab aula; & eius loco successit arbitraria contra Blasphemos, vt per Bald. in l. 2. C. de rebus credit. Menoch. de arbitr. d. casu. 375. nu. 26. Bellam. in cons. 96. nu. 6. Franc. Marc. decis. 509. & desuper adest Concilium Lateranen. de quo meminit Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 6. nu. 3. in fine, & Bulla Pij V. in Bullario. 5. in ordine. Si plura volueris adeas Soccin. in c. 2. de maledic.

De crimine læsæ Maiestatis. Cap. XLIII.

QVicumque contra statum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & eius successorum, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel contra illius Reuerendiss. Cardinales, Romanum Populum, vel Senatorem, vel Senatus officium gerentes, seu Rempublicam, ab aliquo receperit stipendium, seu aliter machinatus fuerit; capitaliter ad mortem puniatur, & eius bona publicentur. Qui verò rebellionem commiserit, per terram trahatur per Vrbem, & furcis laqueo suspendatur, & eius bona Cameræ applicentur: & alienationes per eum à tempore maleficij perpetrati factæ, ipso iure non valeant; & locus vnde esset rebellionem committens, vel stipendium recipiens, si de consensu vel voluntate dictæ Terræ prædicta commiserit; si fuerit Ciuitas, in ducatis auri mille; si terra vel Castrum, in quingentis; si Villa, in trecentis Cameræ condemnetur. Scientes autem & non reuelantes, pœna iuris communis puniantur.

De crimine læsæ Maiestatis. Cap. 43. Gloss.

Inter publica iudicia est lex Iulia Maiestatis; quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rempublicã aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. §. publica. instit. de pub. iudic. & crimen læsæ maiestatis definitur hic per statuentes; non dissimilem definitionem tradit tex. in l. 1. & 2. ff. ad l. Iuliam maiestatis, & in l. 3. §. 1. ff. eod. & l. Iulia maiestatis, & hoc statuto tenetur, qui seditionem; aut tumultum mouerit. l. 1. §. fin. ff. eod. & l. 2. C. de seditiosis. qui plebem, vel rusticanos in patrocinium susceperit. l. 1. vbi gloss. & Doct. C. de seditiosis. l. 5. C. ad l. Iul. maiest. vbi plures numerantur causæ quibus quis l. Iul. maiest. illaqueatur. Item tenetur ille cuius opera factum sit, quo quis contra rempublicam arma ferat; vel faciat. l. 1. l. cuiusq; 4. ff. ad l. Iul. maiest. & qui iniussu Principis bellum gesserit, delectum habuerit, exercitumuè comparauerit; vel successori in Principatu exercitum non tradiderit. l. 3. §. eadem. ff. eod. l. 1. C. vt armorum vsus, & ille cuius opera factum sit, vt magistratus, vel qui Imperium, ac potestatem habet occidatur. d. l. 1. & d. l. quisquis. 5. ff. & C. eod. Item si hostes fecerit reipub. vel ex amicis hostes, vel hostes concitauerit, hostibus nuncium, vel literas miserit, signum aliquod dederit, hostes, armis, telis, equis, pecunia, vel aliter adiuuauit. l. cuiusq; 4. l. 3. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. & 2. C. quæ res export. non debeant. l. cotem. 11. C. de public. l. 1. C. de litor. & itiner. custo. Tenetur etiam l. Iulia maiestatis ille qui Barbaros artem nauium cõficiendarum docuit. l. vlt. C. de pœnis. & ille qui Prouinciam, vel Ciuitatem hostibus prodidit. l. maiestatis. 10. ff. ad l. Iul. maiest. & qui in bello fugit, aut Ca-

stra

stra hosti concessit, siue Ciuem hosti tradidit lege 3. in princ. & §. ff. eodem, & qui hostem fugientem susceperit, vel dissimulauit, aut ad hostes aufugit, l. 2. ff. eodem. lege Metrodorum. 40. ff. de pœnis, & exercitum deseruit. d. lege 2. & l. 3. ff. ad leg. Iul. Maiestat. & illa etiam cuius dolo malo factum sit quominus hostes superentur lege 4. ff. eodem, Capicc. decisione 130. Gigas. de Crimine læsæ Maiestatis, Cephalus consil. 75. libro 1. & tales legibus, & hoc statuto morte plectuntur, §. publica. instit. de public. iudic. leg. 3. ff. ad leg. Iul. Maiest. lege 5. C. eodem. communi iure damnatur etiam eorum memoria, dicto §. publica instit. de pub. iudic. l. post Diui. 7. C. ad l. Iul. Maiest. & publicantur bona. leg. quisquis, C. eod. leg. meminisse 6. & dicta lege 7. C. eodem.

Sed si Ciuitas, vel vniuersitas crimen rebellionis committat, communi iure priuatur priuilegijs, & bonis, & eius memoria damnata funditus euerti, & solo æquari potest, lege vsusfructus, ff. quibus modis vsusfr. vbi exemplum de Carthagine, Innocen. in capitulo ex iniuncto numero secundo de oper. nou. nunc. Bart. in lege aut facta, §. nonnunquam. num. 6. ff. de pœnis. Bald. de pace, Constan. in verbo, damna numero secundo, & in verbo, Imperialis, numero 8. & in cons. 367. numero 6. lib. & in auth. habita numero 7. C. ne filius pro patre. latè Afflict. in capitulo 1. numero 13. de Capit. Conrad. gloss. in §. 1. in verbo, rebellando, in fine. qui sint rebelles; & veteres in euertendis vrbibus inducere solebant Aratrum. teste Horat. lib. 1. Carmi. Ode 16.

imprimeretq́; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Et quod amittat omnia priuilegia Ciuitas rebellis dicit Bald. in Margar. ad Innocen. in verbo, Ciuitas, l. cognitionum, §. consumitur, ff. de var. & extraor. cognit. Bart. in lege fin. numero 24. ff. de Colleg. illic. gloss. in cap. priuilegium. de regulis iuris in 6. Innocen. in cap. cum ex iniuncto. numero 2. de nou. oper. nunc. Bello. consil. 1. numero 8. Curtius sen. in consil. 26. numero 4. latè Gail. obseruat. 61. per totam lib. 2. Et delictum rebellionis non est difficilis probationis eum sit publicum, & celari non possit text. in cap. manifesta, & in cap. de manifesta 2. quæst. 1. & in cap. euidentia. de accusat. Mascardus conclus. 1257. num. 16. libro 3. de probat. Nam cum sit delictum continuum ad quod totus populus tanquam bellua multorum capitum furiosè concurrit quando exoritur. Virg. lib. 1. Aeneidos

Seditio, sæuitq́; animis ignobile vulgus.
Iamq́; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

Satis enim facto ipso Vniuersitatis voluntas declaratur, quia hominis voluntas magis factis, quam verbis ostenditur. cap. dilectè filij, de appellat. l. reprehendenda, C. de instit. & subinstit. Boer. de seditio. in 7. præsupposito. num. 9. & sequen. Quod tamen intelligendum existimo in rebellione Ciuitatis, Terræ, Castri, & Vniuersitatis, non autem alicuius priuati hominis, quoniam adhoc; vt quis probetur rebellis necessariò requiritur sententia super rebellione præcedentibus probationibus. Castren. in consil. 212. in fine lib. 2. Soccin. cons. 22. num. 6. lib. 1. Capicc. decis. 162. num. 15. Paris. cons. 1. num. 23. lib. 1. cum alijs allegatis per Mascardum in d. conclus. 1257. in princ. vbi conclusionem limitat atque declarat. Sed probato aliquem esse rebellem de eo sumpto supplicio, ac memoria eius damnata ædificia eius solo æquantur, & insignia gentis, & familiæ tolluntur, & deijciuntur per text. in lege eorum, & ibi Bart. numero primo, ff. de pœnis & in §. receptatoribus, de pace tenen. & iuramen. firma. Roman. in sing. 480. eorum arma. & in singul. 673. An arma. Tiraquel. de Nobilit. capit. 6. num. 15. & capit. 27. num. 116. Ias. in §. pœnales. numero 14. instit. de act. & in l. si is id quod, ff. de iurisdict. omn. iudic. Sic Sylla ambitus condemnatus imagines amiserat teste, Cicer. in orat. pro Sylla. dum inquit si iudicio vestro erit liberatus, domus erit exornata, aperientur maiorum imagines, ipsè ornatum, & vestitum recuperabit; omnia Iudices hæc amissa sunt, omnia generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta, vnius iudicij calamitate occiderunt.

Si fuerit Ciuitas in ducatis auri mille. *Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam ff. de pœnis magnis indictionibus, & varijs tributorum generibus dicit esse grauandas Ciuitates rebelles. Natta in consil. 158. numero 10. lib. 1. hoc statutum ad imitationem iuris communis grauat in scutis mille auri; & tali casu collectæ non per capita, sed per æs & libram, hoc est pro virib. patrimonij est imponenda. gl. in l. 1. §. fin. in verbo, proconsul, in fine. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine Bart. in l. si se nō obtinuit 4. §. act. n. 2. ff. de re iudic. vbi Alex. n. 12. Natta in d. cons. 158. Gomes. var. resolut. lib. 3. c. 1. n. 53.*

ff. ad l.Cor.de falsis & in l.1. & 2. C. de falsa moneta vbi varijs plectantur pęnis & in d.l.1. & 2.C. de falsa monet.a illico omni dilatione submota, flammarum accensionibus mancipentur, ac appellandi licentia priuato denegetur. Didac.de veter.numis.coll.cap.fin. Viuius com mun. opin. in ver. monetam falsam, Clarus in §. falsum. ver. dixi etiam. locus vbi hęc sunt perpetrata publicatur cum quadam distinctione incuriæ negligentiæ; vel nescientiæ d.l. 1. §. domus, vbi disponitur quid in vidua, quid in impubere, quid in Tutore agendum sit, & rescriptum de cudenda moneta impetratum non solum non valet; sed etiam impetrans est puniendus, l.si quis 3. C. de falsa moneta. Sed qui incępit, & non perfecit iustè pænitentię suffragio est absoluendus, l. qui falsam 19. ff. ad l.Corn. de falsis. Et illi qui in publica moneta operantur, si extrinsecus sibi pecuniam signauerint tenentur peculatus actione lege Sacrilegij. 6. §. qui cum ff. ad l.Iul. pecul.

De vendentibus, aut erogantibus falsas Monetas; & de tondentibus, & minuentibus Monetam. Cap. XLV.

SCienter vendentes Monetas falsas, seu reprobas, & scienter ementes, mercandi seu lucrandi causa; si summam vigintiquinque ducatorum excesserint, capitaliter, vt supra puniantur; & si minor sit summa, amputetur eis manus dextera, dummodo vltra quam semel talia non perpetrauerint. Verum si bis, vel vltra, vendere vel emere scienter falsas, vel reprobas Monetas, quis compertus fuerit, capitaliter ad mortem, vt supra puniatur. Et idem in omnibus & per omnia seruetur, contra incisores aut imminutores Monetarum etiam Argentearum, videlicet, si semel, vsque ad summam vigintiquinque ducatorum inciderint, capitaliter ad mortem; si verò infra eandem summam xxv. dummodo vltra summam decem ducatorum, pœna manus; si verò pluries id commiserint, etiam pœna mortis plectantur. Expendentes verò aut cambiantes scienter falsam Monetam, si non sint de complicibus fabricantium, de quibus dictum est capite præcedenti, pœnam ducatorum auri vigintiquinque vice qualibet incurrant: Sed & contra hos omnes inquiratur, & accusatores quartam partem etiam lucrentur, vt supra.

De vendentibus, aut erogantibus falsas Monetas; & de tondentibus, & minuentibus Monetam. Cap. 45.

Glossa.

Falsum quatuor modis committis scripto, dicto, facto, & vsu dixit Azzo. in summa, C. ad l. Cornel. de falsis, quod antea innuit Aristot. lib.5. Metaph. cap.29. De falso in scriptis est text. in leg.1. §. qui rationibus, & l.2. ff. ad leg.Cornel. de falsis l.lege Cornelia 9. §.pęna ff. eod. l.Paulus 16. §.Paulus ff.eod. l.quid sit 23. l. eum qui 14. C.eod.cum similibus. De dicto est text. in d.l.1. §.sed, & si quis & §. pęna legis, & d.l. lege Cornelia. §. pęna ff. ad l.Cornel. de falsis. l.qui falsa 16. ff. de testibus. De facto, vt in eo qui falsam monetam cudit est text.in l.1. & in l.qui falsam ff. ad l. Cornel.de falsis. cum alijs allegatis supra in præcedenti capite 44. & vt in eo qui falso mensuratur l.quicumque & l.penult. ff. eod. vel pondera; aut mensuras falsauit d.l. penult. & l. annonam 6. §. fin. ff.de extraordin. crimin. l.in Dardanarios, ff.de pœnis. De vsu, vt in eo qui falsis vtitur probationibus, est text. in l.si falsos, C. de falsis. l.diuus 13. ff.ad l.Cor.de falsis, seu falsis constitutionibus, & rescriptis l.fin. ff. ad l. Cor. de falsis l.maiorem 4. C. eod. l.1. ff. de concussionibus l. qui nomine, ff. ad l. Cor. de falsis. Quatenus attinet ad rem nostram circa monetam quatuor Crimina solent occurrere, aut enim falsa moneta cuditur, aut tingitur, aut erogatur & expenditur; aut tonditur seu minuitur. Quibus Criminibus sicuti à iure particulares pœnæ ascriptæ leguntur, vt patet in iuribus allegatis supra in præcedenti capit.44. & per Menoch. de Arbitr.casu 316.per totum lib. 2. ita & pariter per præsentia statuta cudentibus falsam monetam, vendentibus aut erogantibus; tondentibus, & minuentibus particulares pœnas ascriptas esse legimus.

Monetam falsam cudens qua pœna puniatur dicit statutum cap.44. Quod procedit etsi bonam monetam quis cudat, quia dicitur falsa quæ sine Principis auctoritate cuditur. glo. in l.2. in verbo, obnoxia, C. de falsa moneta l.sacrilegij, ff. ad l.Iul.pecul. Alex.in l.singularia, num.26. ff. si cert. petat. Francis. Marc. decisio.261. num. 4. par.2. Monetam falsam expendens qua pœna puniatur dicit hoc statutum, & de iure puniri cum distinctione tradit Menoch. d.casu 316. num.51. & sequen.

piantur, & carcerentur, vel denuntientur per arbitros, seu arbitratores Senatori: qui, visis & consideratis attestationibus, contrarietate reperta, eo ipso ad capturam procedat, & vt sibi videbitur, per quaestiones, & tormenta, veritatem eliciat. Incipiat autem, tam quo ad capturam, quàm quo ad tormenta, ab ijs qui magis suspecti videbuntur, personarum qualitate, & alijs circumstantijs consideratis, & illis demum fides adhibeatur, qui habita quaestione, in suo dicto perseuerauerint: Iudex autem, vel arbiter, siue arbitrator, qui in denunciando negligens fuerit, in pœnam vigintiquinque ducatorum incidat. Possit etiã, & debeat Senator ad cuiuscumque querelam, seu denunciationem, de ijs inquirere, & inquiri facere, in quibus, si negligens fuerit, eandem pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, de suo salario retinendam.

De testibus contraria deponentibus. Cap. 47. Gloss.

Communi iure contraria inter se testimonia deponentes testes tenentur l. Cornelia de falsis l. eos qui 27. ff. ad l. Cornel. de falsis l. qui falsa 16. ff. de testibus; Nisi errore non dolo malo contraria dixerint. §. si dedita opera collat. 90. Auth. de testibus. Quod idem erit si testis vnum dixerit in iudicio, & aliud extra, Bart. in l. eos num. 8. ff. ad l. Cor. de fals. Tindarus de testibus, cap. 11. Afflict. in constit. lib. 3. tit. de periurijs num. 14. Sed hanc Bart. opinionem reprobant Bald. in capit. 1. §. si enim colum. 2. Quid sit inuestit. Alberic. de statut. secun. par. quaestio. 147. Alexand. consil. 74. num. 6. lib. 1. Felyn. in capit. cum in tua. de testibus, Didac. in dicto capitulo quamuis, 1. par. §. 7. num. 5. de pac. in 6. ad rem Bald. in consil. 106. libro 1. Bologne. consil. 32. Viuius opin. 351. Gand. in rubr. de falsarijs. num. 21. Mars. in d. l. eo. dicit leuiter esse tales testes puniendi, vt mendaces. de hac re latè Gabriel libro 7. de Malefic. conclus. 31. & sequen.

Sed in quantum fieri potest sunt ad concordiam eorum dicta in Iudicio reducenda ad eui tandam falsitatem inter ipsos; Clarus in §. falsum num. 36. & ibi Baiardus sub numero 307. Petra de fideicommiss. quaest. 12. numero 901. & sequent. Decian. in consil. 40. lib. 2. & consil. 93. numero 44. & ad faciendum, vt aliquid probent; & quibus magis sit credendum latè tradit Gabr. lib. 1. de testibus. conclus. 3. per totam. Verum ex Diuino affirmatiuo praecepto 181. Deuteronom. 13. & 19. Diligentissimè sunt explorandi testes; quòd vtique Ciuili iure sancitum esse legimus in lege Testium fides 3. ff. de testibus, in lege eos testes. 4. C. eodem lege in testibus 2. ff. eodem §. corroborantes, cap. 90. Auth. de testibus, & hoc nostro statuto de eodem statuto moniti sumus.

De fabricantibus, & fabricare facientibus falsa Instrumenta, & priuatas Scripturas. Cap. XLVIII.

NOtarius qui fecerit falsum Instrumentum, & qui fieri fecerit, & ipsorum quilibet insolidum puniatur in ducatis auri ducentis, & vlterius Notario amputetur manus dextera, & fieri faciens si Plebeius sit, fustigatus per Vrbem ad Triremes per trienniũ mittatur. Si verò Nobilis aut de genere nobilium, in ducatis auri quadringentis condemnetur: & per quinquennium relegetur, & quilibet ex praedictis, qui ex hoc fuerit in Iudicio condemnatus parti laese damnum resarciat. Quos ducentos & quadringentos ducatos si Plebeius aut Nobilis praedicti infra decem dies à die latae sententiae, vel postquam in fortiam Curiae deuenerint, non soluant, amputetur eis manus dextera. Notarius verò praedictus postquam de falso diffidatus aut cõdemnatus fuerit, non possit amplius in perpetuum Tabellionatus officium exercere; & Instrumentis post diffidationem seu condemnationẽ per eum factis & rogatis, nulla fides adhibeatur: Et qui scienter produxerit falsum Instrumentum, aut eo vsus fuerit, si Plebeius fuerit, in ducatis auri ducentis; si Nobilis, aut de genere nobilium, in quadringentis, si Baro in mille similibus ducatis condemnentur. Quicumque verò priuatas falsas scripturas fabricauerit, aut fieri mandauerit, si Plebeius pœnam ducentorum ducatorum auri incurrat, & postquam in loco infamiae in scalis Capitolij per totam audientiam steterit: per trieunium in exilium mittatur; si Nobilis quadringentos ducatos auri soluat, & per triennium relegetur. Quàm pecuniariam pœnam si tam Plebeius quàm Nobilis infra decem dies, vt supra soluere cessauerint, amputetur eis manus dextera; & nihilominus in exilium Plebeius mittatur; & Nobilis relegetur, vt supra. Quicumque verò scienter falsam priuatam scripturam in iudicio pro-

produxerit, aut ea vsus fuerit, medietatem pœnæ, quam incurreret producens publicam, vt supra dictum est, Fisco persoluat.

De fabricantibus, & fabricare facientibus falsa Instrumenta, & priuatas Scripturas. Cap. 48. Gloss.

Hoc Statuto fabricans, & fabricare faciens falsum instrumentum, & priuatas scripturas pari pœna puniuntur, cum quadam distinctione de qua ibi. Nam tales etiam communi iure tenentur l. Cornelia de falsis si testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserint, signauerint, aperuerint, recitauerint, mutauerint, subiecerint, amouerint, celauerint, deleuerint, interleuerint, resignauerint, vt est text. in l. 2. ff. ad l. Cor. de falsis in l. lege Cornelia. 9. §. pœna & in l. eum qui 14. ff. eod. §. item lex Cornelia Instit. de publ. Iudic. Solet tamen in pœna infligenda constitui differentia, an falsum quis fabricauerit, & vsus sit, vel solum iam falso fabricato ab altero ipse eo solum vsus sit, priore casu cum quis fabricat, & vtitur pœna ordinaria, ac directa l. Corneliæ de falsis punitur. l. maiorem, C. de falsis, & l. 1. ff. eodem. Secundo casu punitur alia mitiori pœna, Cynus in l. 2. col. 1. ver. quæritur circa, C. de fide instrumen. Ioan. Andr. in cap. ad falsariorum col. 1. in fine de Crimin. falsi. Faber. in §. item lex, in fine Instit. de pub. Iudic. Papien. in forma libelli ad rescind. senten. in verbo, dolose, numero 3. Marſ. conſ. 57. num. 5. & in conſ. 24. num. 19. Afflict. decis. vlt. num. 18. Sed falsum committere non dicitur ille, qui ignoranter falso vtitur. gloss. in l. 1. C. si minor se maiorem dixe. vbi Bal. 1. num. 3. Sed in facto proprio quis non præsumitur vti ignoranter falsis probationibus. Bald. in conſ. 446. ver. ex hoc sequitur. lib. 5. facit text. in l. verius, ff. de probat. In facto alieno sic. Bart. in l. si falsos, C. de falsis Bald. in l. vlt. num. 3. in fine, C. si minor se maiorem, Castren. in l. 2. C. de fide Instrumen. Capic. decis. 67. num. 7. Contrariam sententiam tuere mittur, Ruyn. in conſ. 86. num. 6. lib. 4. de hac re, Dec. & Cagnol. in l. qui in alterius, ff. de reg. iuris. Sed si agitur vt probetur contra eum, qui dicitur falsum fabricasse, eo ipso probatur quod accusatus non docet quis fabricauerit, vel quod ab alio fabricatum recepit. ita Salic. in d. l. si falsos propè finem ver. quæro ab extra, C. ad l. Cor. de fals. Alexand. in conſ. 77. lib. 1. Mar. in l. qui falsam num. 109. ff. eod. Bossius de conuictis, num. 56. & de falsis numero 126. Si agitur vt probetur contra eum qui vtitur probandum est quid de falsitate fuerit instructus, vel quod instrui potuit, sed noluit. Ang. in dicta lege si falsos. vbi etiam Salycet. & ille qui vtitur potest renunciare, et euitabit pœnam si id statim faciat. dicta lege si falsos, Felyn. in cap. præsentium. numero 11. de testibus, Papien. vbi supra, in verbo, dolosè, num. 1. dicit posse renunciari ante diffinitiuam, Bossi. de falsis numero 116. Immò etiam in causa appellationis Bald. in l. alia num. 7. C. de iis quibus, vt indign. Alexand. in conſ. 108. num. 9. lib. 6. Crauetta conſ. 46. num. 11. Quod puto verum si in prima instantia non fuit interrogatus, an vti vellet pro veris & legalibus ac omni falsitate carentibus, ita sentit gloss. & Doctor. in d. lege si falsos. & Papien. vbi supra num. 4. Capiccius decis. 67. in fine, Foller. in verbo, item quod commisit falsitatem, numero 24. in pract. Crimin. Ille verò qui falsum fabricauit, & in Iudicio produxit etiam si pœniteat, & protestetur nolle vti pœnam falsi non euitabit. Ruyn. d. conſ. 88. numero 3. lib. 4. Capic. d. decis. 67. numero 7. Foller. vbi supra numero 23. Bossius de falsis, numero 154.

De Sodomitarum pœna. Cap. XLIX.

SI quis nefandum sodomiæ scelus commiserit, igne comburatur, ita & taliter quòd moriatur; & de prædictis, Curia ex officio inquirere, & procedere teneatur.

De Sodomitarum pœna. Cap. 49. Glossa.

Istis de iure communi est in dicta pœna vltimi supplicij generaliter, absque eo quod specialis aliqua mortis pœna declaretur. Nam vt inquit Imperator in l. cum vir. 31. C. ad l. Iul. de adulter. vbi scelus est id quod non proficit scire; vbi venus mutatur in alteram formam; vbi Amor quæritur; nec videtur iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei, & in §. item lex Iulia. inst. de publ. iudic. hoc idem dixit, quod demum confirmauit in §. 1. auth. vt non luxur. homi. cont. natu. Docemur enim Diuinis scripturis, quod huiusmodi impijs actibus, & Ciuitates cum hominibus pariter periere, quod propter impunitatem delinquentium

factum

factum apparuit, eam delinquentes, qui corriguntur, suscipiat Deus eorum correctione placatus. Est enim tale delictum contra ipsam naturam naturantem, quæ est Deus, & contra naturam naturantem naturatum, quæ est Cælum, & contra naturam naturatam, & generationem, quæ est homo, & sic offenditur Deus, Cælum, Natura, generatio, & homo, offenduntur Demones, qui inducendo homines ad hoc nefandum scelus oculos claudunt, vt probat Frater Guliel. Pepin. in Sermonibus de destructione Niniuæ sermone 35. Superat enim sodomia omne aliud vitium carnis; vt probat idem Pepin. sermone. 30. & est ita abominabile, vt dignè congruat eis illa prædatio disperdat, idest ex toto pereat de terra memoria eorum. Nam Spiritus Sanctus, qui optimè nouit grauitatem peccatorum nominat hoc vitio maculatos pessimos; quod est superlatiuum mali, et peius dici non potest. Genesi. c. 13. ibi erant autem homines sodomorum pessimi, & peccatores nimis; & ita auctores huius sceleris, ei infame nomen sodomia dederunt, & teste Beato Augustino, & Hieronymo Deus propter hoc vitium distulit eius aduentum, cum videret tantam abominationem regnare in natura, quàm erat assumpturus. Tādem ea gloriosissima nocte in qua ortus est, sol iustitiæ Christus Deus noster, omnes tali vitio irretiti Paulo ante eius Sanctissimam Natiuitatem subitanea, & improuisa morte perierunt, secundum S. Augustinum, & Follerium in pragmat. Nos Ferdinandus, & Elisabetta, nu. 9. de istis ac eorum pœnis multa tradit Menoch. casu. 286. de arbitr.

De Adulterio, & Incestu. Cap. L.

QVicunque adulterium cum Incestu cum muliere, seu attinente vsq; ad quartum gradum de Iure Canonico inclusiuè computandam, commiserit, ad mortem, & mulier cum qua adulterium cum incestu commissum est, pari pœna plectatur; nec in hoc casu pax quoquomodo prosit. Si autem incestum sine adulterio commiserit, cum aliqua attinente vsq; ad secundum gradum de Iure Canonico computandum inclusiuè, similiter tam ipse quàm mulier capite puniantur ad mortē; & de hoc Senator inquirere debeat. Committens autem simpliciter adulterium cum muliere honesta; si Plebeius, aut vilis conditionis sit, pœnam ducentorum aureorum incurrat; & in exilium per triennium mittatur; si Nobilis duplum, & per sexennium; si Baro aut de genere Baronum, triplum, & per nouennium in exilium huiusmodi mittatur, & mulier tonsa in loco malæ nuptis deputato, vel alio sibi pro carcere deputando, detrudatur. Si verò mulier cum qua adulterium commiserit, sit vilis conditionis, & inhonesta, non tamen publica meretrix; tunc medietatem pœnæ prædictæ respectiuè incurrat: mulier autem inhonesta esse intelligatur, si communiter; præsertim in vicinia in qua inhabitat, pro inhonesta fuerit reputata: Et in casibus de simplici adulterio prædictis, si adulter pacem habuerit à marito, pœna pecuniaria ad medietatem reducatur; nullatenus tamen reassidari possit, nisi Cameræ dictam medietatem pęnæ integrè persoluerit. In eisdem verò casibus procedi non possit, nisi per accusationem ab eis factam, quibus accusare permittitur, videlicet à viro, patre, filio, & germano fratre mulieris.

De Adulterio, & incestu. Cap. 50. Gloss.

Adulterium enim est accessus ad alterius Thorum; dictum Adulterium quasi ad alteriū, composito nomine ex ad, & alter, seu altera, quod ille ad alteram, vel hac ad alterum se conferat; vel quod ex adulterio cōceptus ab vno, ad alterius hæreditatem nascatur; et propriè committitur in nuptā. l. inter liberas. §. lex stuprū. ff. ad l. Iul. de adulter. l. stuprū. 34. §. fin. ff. eod. lege inter stuprum 101. vbi Alciat. & Rebuff. ff. de verb. sign. Incestus, vel incestum dicitur id crimen, quod committitur cum ea, cum qua illicitum alioquin matrimonium fuisset, & crimē incesti grauius est adulterio. l. si adulterium. §. 1. & §. duplex. de adulter. & ideo statuentes adulterium cum incestu pęna vltimi supplicij corrigunt; Simplex incestum vtiq; eadem hac plectitur pęna; Simplex verò adulterium alijs mitioribus pęnis attenta qualitate personarum, vt respectu incestus adulterium, cum incestu grauius vltimi supplicij pęna puniatur. Verū si à matrimonio originem duxerit incestus; quia incestæ nuptiæ sint cōtractæ aliquando solet excusari, vel sexu, vel ætate, vel errore. d. l. si adulterium. §. 1. & §. incestum. ff. ad l. Iuliam de adulter. multum enim interest quod matrimonium illicitè contrahatur, an contumacia iuris, & sanguinis contumelia concurrat. dicto §. 1.

Si quis itaq; adulterium commiserit, tenetur hoc statuto, cui correspondent iura; & canones.

nes. c. nubendi. §. fin. 27. q. 1. c. fornicari. 83. distinc. & de iure omnis illicitus coitus dicitur adulterium, & omnis coitus extra legitimum matrimonium punitur. c. nemo. §. quidquid. 32. q. 4. c. si non. §. fin. c. Meretrices. c. Salamon & c. non mœcaberis 32. q. 5. Immò etiam Amor vxoris immodicus, & libidinosus punitur. dicta q. 4. c. origo. c. recurrat. §. fin. & c. liberorum in princ. & coitus illicitus committitur etiam cum serua. capit. vltim. 14. quæst. 6. Menoch. casu 293. de arbitr. & cum soluta. capit. sic non sunt, §. fin. cum c. sequen. 32. q. 4. & accusatio in primis de adulterio competit Marito, Patri, Filio, & Fratri Mulieris ita dicit statutum in fine pro quo facit tex. in c. Maritis. 4. de adulter. in l. 30. §. in primis. C. ad l. Iul. de adulter. Ad accusandum de incestu communi iure soli consanguinei admittantur. c. quoties de testibus. c. videtur. qui matr. accus. poss. & pro isto statuto stat lex XII. Tabularum in tit. de sacrilegio, periurio, & incestu, ibi incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto, & in sacris paginis Exod. 21. legitur. Senatus maior interficiendi gladio ius habeat, Leuit. 30. Adulter, & adultera interficiuntur, & 20. Crementur igni aliqui. & Deutero. 22. Lapidibus alij obseruantur. Verum Leuit. c. 18. legitur Ne reueles turpitudinem Matris, neq; Nouercæ, neq; sororis, neq; amitæ, & auiæ; neq; neptis siue ex filio, siue ex filia nata sit, neq; priuignæ, neq; filiæ priuigni, neq; Patruæ, neq; Matertera, neq; Vxoris Patrui, neq; nurus, neq; fratriæ, neq; sororiæ, neq; mulieris menses suos patientis, neq; mulieris coniuratæ neq; Patris.

Rursus Adulteria aliquando Iudicis arbitrio puniuntur. glo. in l. si quis viduam. ff. de quæst. Cyn. in l. quamuis. C. de adult. Bald. in consil. 429. lib. 5. & nos ab adulterio abstinere oportere iubet lex naturæ. Cicer. lib. 2. de legibus non enim tunc incepit lex esse cum scripta fuit, sed tunc cum orta est, orta est autem simul cum mente diuina inquit ibi Cicero. quod multis comprobat, Tiraquel. de legibus connub. l. 13. n. 1. lex Diuina per allegat. supra, & per Ioan. c. 8. ius gentium, Tiraquel. vbi supra. nu. 2. ius Ciuile, & Canonicum, & iura municipalia, vt late prosequitur. Menoch. de arbitrar. casu 419. per totum lib. 2. centur. 5.

De Stupris, & Violentijs. Cap. LI.

SI quis stuprandi causa honestæ mulieri vel pucro vim intulerit, vel inuitis parentibus puellas aut pueros abduxerit, aut aliàs honestas mulieres, & pueros rapuerit, aut rapi fecerit, etiam si stuprum non sequatur, furca suspendatur, itaut moriatur. sed si stuprum in masculum fuerit secutum, seruetur Statutũ supra de sodomitarum pœna: & si capi non poterit, diffidetur, & condemnetur pro dicta pœna, & perpetuò reaffidari non possit. Si verò quis ex eadem libidinis causa honestam mulierem, aut pueros verberauerit, vel chlamydem, vel infulam, vel quòd aliud vestimentum, vel tegmen ex ea causa rapuerit, amputetur ei manus dextera, ita quòd à brachio separetur; & si capi non poterit, pro dicta pœna diffidetur. Si verò quis ex eadem libidinis causa cum vociferatione & conuitio turpia verba contra honestas mulieres, vel pueros protulerit, capiatur, & acriter torqueatur; & si viles sint personæ, virgis cedantur, & per mensem in carceribus detineantur; quo elapso, non liberentur nisi præstita idonea cautione de non offendendo perpetuò, & de se repræsentando per integrum annum, toties quoties fuerint requisiti.

De Stupris, & Violentijs. Cap. 51. Glos.

Stuprum graue crimen est; & propriè in virginem, vel viduam committitur. l. inter liberas. §. Iulia. ff. ad l. Iul. de adult. Alciat. in l. inter stuprum. ff. de verb. signif. dixi de differentijs indiuiduorum in verbo, adulterium. pœna stupri in foro conscientiæ Clerico iniungitur decem annorum, cum ieiunijs, & pœnitentijs, de quibus in c. presbyter. 83. distinc. laico septem annorum. c. deuotum. 27. q. 1. & cap. hoc ipsum. 33. q. 2. Grilland. de pœnis omnifar. coitus. q. 7. nu. 1. In foro contentioso iuris Canonici Clericus deponitur. Grilland. vbi supra. nu. 2. Lancellottus instit. Canoni. §. eadem. de adulter. Iure Ciuili stuprator si vir honestæ vitæ sit, aut in dignitate constitutus partis bonorum confiscatione, & temporali relegatione ad Iudicis arbitrium punitur, si humilis persona sit fustigatur, & in exilium mittitur. §. item lex Iuliam. instit. de pub. iudic. & hoc singulare quod pœna stupri nõ sit capitalis dixit Matthes. sing. 100. Grammat. voto 17. nu. 3. Roland. in consil. 35. nu. 25. lib. 2. Clar. in §. stuprum. ver. sed quæro quæ sit pœna. Alexan. in consil. 165. numer. 2. libr. 7. Angel. de malef. in ver. che hai adulterato la mia Donna. n. 54. & 55. Cotta in verbo stuprum. Menoch.

nocb.casu 294.de arbitr.vbi ponit etiam pœna stuprantis virginē non dum viri potentem. Sed contrariū videtur dispositum in l.1.§.vlt.ff.de extraord.crimi.quod scilicet sit pœna capitalis; Sed distinguendum est an volente stuprata stuprum cōmissum sit, an dolo fraude, vel per vim quia tunc pęna mortis naturalis est de iure talis stuprator puniendus. Bald. in l. raptores. C. de epis. & cleric. Aret. de malef. vbi supra. n.55. addentes ad Alex. in d. cons. 165. lib. 7. & est tex. in l. 1. C. de raptu virg. hoc statutum se conformat cum dispositione iuris cōmunis, dum pęna capitis castigat stuprum per vim commissum; Aliter de voluntate commissum dimittit in dispositione iuris communis. de qua in d.l.1. C. de raptu virginum. §. pœnas. & in l. raptores.41.§.fin.C. de epis. & cleric. & in §. item lex Iulia. instit. de publ. Iudic. & in stuprante Ancillam sclauam, habet locum pęna arbitraria, vt per Boer. in decis. 316. num. 6. quem cum alijs citat Menoch. casu 293. de arbitr.

De raptu Meretricum, & vi eis illata. Capit. LII.

SI quis meretricem per vim rapuerit, inuitamque retinuerit, amputetur sibi manus dextera, quàm redimere possit soluendo infra decem dies post condemnationem immediatè ducatos auri ducentos, vel secundum conditionem personæ, & facti qualitatem carceretur, torqueatur, fustibus cædatur, vel in exilium mittatur, arbitrio Senatoris & Iudicum. Similibus vero pœnis puniantur principales Trentunum meretricibus facientes; sequaces verò singuli quatuor funis ictibus torqueantur, & in carceribus ad mensem detineantur: sed si cum armis numero decem personarum armatarum id fecerint, capite puniantur, sicut de illicitis armatorum collectis dictum est.

De raptu Meretricum, & vi eis illata. Cap. 52. Gloss.

Et si pęna raptoris, & violenti stupratoris sit vltimi supplicij, ex dispositione statuti præcedentis, & l. 1. C. de raptu virg. vbi Mars. Barbat. in cons. 71. libr. 2. Castren. cons. 262. lib. 2. Alex. cons. 1. lib. 1. Cepol. cons. 57. Gratus cons. 38. & 48. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 60. lib. 3. Aymon. cons. 18. Roland. cons. 24. lib. 1. qua, vt locum habeat requiritur abductio de loco ad locum libidinis causa, vt notant allegati Doct. & quod illā carnaliter cognouerit. Boer. decis. 316. nu.4. Viuius comm.opin. in verbo, raptor honestæ. Tamen non habet locum contra rapientem meretricem, vt consuluit Cephal. in cons. 140. lib. 1. Iste enim pœna extraordinaria Iudicis arbitrio puniendus erit, vt per Bald. in l. penult. ff. de rer. diuis. Matthes. sing. 102. Gomes. in c. mulieres. num. 28. de Iudic. in 6. Neuiz. Sylua Nupt. lib.4. nu.43. Didac. lib.3. variar. reso. c. 14. n. 2. Alciat. cons. 469. n.2. Grammat. decis. vlt. nu. 5. Menoch. de arbitr. casu 291. per totum. ideo statuentes alia mitiori pœna contra raptores meretricum in hoc statuto insurgunt de qua ibi. Sed si sequatur matrimonium inter raptorem, & raptam cessat de Iure Canonico omnis pęna raptus. c. fin. de raptu. Paris. cons. 17. nu. 6. lib.4. Clar. in §. raptus. c. penult. cum ibi notat. de raptu. & dos virgini raptæ, & stupratæ constituenda est secundum facultatem stupratoris, & dignitatem stupratæ. Pedemon. decis. 107. Clar. in §. stuprum. An autem vidua propter stuprum amittat dotem? & sunt opiniones. affirmatiuam tenent Castren. in cons. 148. lib. 2. Mar. singul. 416. Gerard. sing. 48. Tiraquel. de nobil. c. 18. nu. 9. Curt. Iun. cons. 81. nu. 9. Cotta in verbo, mulier, propter negatiuam tenent Boer. decis. 338. Crauett. cons. 205. nu. 24. Soccin. Iun. cons. 111. nu. 7. lib. 3. Didac. de spons. & matr. in epitome. c. 6. §. 6. nu. 10. Sed Io. de Garzo in auth. eisdem pęnis. nu. 18. C. de secun. nupt. distinguit aut infra annum luctus commisit, & procedat affirmatiua, aut post annum luctus, & procedat negatiua quod idem sentit Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 9. Pedemon. decis. 67. in fine.

Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare. Cap. LIII.

SI aliqua mulier innupta, dixerit se ab aliquo vim passam, & infra duos menses de vi prædicta conquesta non fuerit, ipsa vlterius super hoc non audiatur: si verò mulieri nuptæ vim illatam fuisse dicatur, possit maritus, pater, filius, & germanus frater mulieris, etiam post duos menses, vsq; ad tempus à iure præfinitum, accusare.

Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare. Cap. 53. Glos.

De iure etiam post quinquennium erat licitum

tum

tum de raptu, & violentia mulieri illata accusare. l. qui cætus. 5. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. mariti. 29. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. Nam & si de adulterio post quinquennium non esset accusatio permissa. l. adulter. 5. C. ad l. Iul. de adult. l. ita nobis. 28. ibi prætor quinquennij. C. eod. l. mariti. 29. §. quinquennium. ff. eod. & l. quinquennium. 3. ff. eod. Tamen non procedit in violento adulterio, seu stupro, vt probant iura allegata in princ. Per hoc statutum post duos menses mulier innupta vim passa non potest conqueri,, mulier verò nupta potest secundum dispositionem iuris communis intra quinquennium, & post accusare.

De Concubinis. Cap. LIV.

MAriti qui concubinas retinent, per Senatorem, & Iudices à concubinis separari possint, & cogi per idoneos fideiussores cauere, de insimul non conuersando, nec cohabitando, sub pœna per Senatorem, & Iudices imponenda, & super his Senator ad cuiusq; honestæ personæ denunciationem, procedere debeat, & cessans, in syndicatu pœna aureorum quinquaginta puniatur.

De Concubinis. Cap. 54. Gloss.

Olim concubinatus erat permissus, nam Diuina Lege antiqua permissum fuerat illis primis Patribus vltra vxorem habere etiam concubinam ad prolis procreationem, erant enim (vt scribit Lippomanus super Genesi. c. 22.) concubinæ non illegitimæ; & fornicariæ; sed vxores minimè principales, quarum filijs non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, nec sacerdotium, nec primogenitura: munera tantum recipiebant; & mutua se caritate complectebantur; & se se iuuabant. & hæ concubinæ interdum appellabantur Ancillæ Genes. c. 33. Habebant hæ concubinæ aliquid de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ, vt declarat Diuus Thom. in 4. senten. distinc. 33. q. 1. artic. 3. Didacus de spon. in epitome par. 1. c. 4. nu. 8. & lex Ciuilis appellat has concubinas iniustas vxores, hoc est vxores, quæ ducebantur non obseruato solemni more, qui inducendis vxoribus seruabatur, de quibus loquitur tex. in l. si vxor. in princ. ff. ad l. Iul. de adult. Hottoman. in verbo concub. vxor. Cuiac. lib. 6. obseruat. c. 16. Tiraquel. de legibus connub. glos. 6. nu. 241. & illo iure ciuili honestum erat hoc nomen concubinæ, vt scribunt Alciat. & alij in l. massurius. ff. de verbor. signi. Aucto deinde genere humano hæ concubinæ prohibitæ fuerunt, & illis tantum permissum fuit concubinam habere, qui vxore iuxta carebant, in Concilio Toletano de quo in c. 15. qui. 34. distinc. vbi Gemin. Card. & Archid. intelligunt hanc concubinam pro vxore minus solemniter ducta, Card. Paleottus de Nothis, & spurijs, c. 12. in fine. idem firmat, & ostendit Ciuili iure permissam, per tex. in l. in concubinatu. 3. ff. de concubinis. Nam eum concubinatus per legem nomen assumpsit extra legis pœnam est, ait I. C. in d. l. 3. Sed limita 1. nisi ea concubina habeatur in qua stuprum committitur. l. 1. §. cum attilicino. ff. eod. Limita 2. nisi quis ingenuam, & honestæ vitæ mulierem in concubinatu habeat. d. l. 3. §. in concubinatu, nisi fortè contestatione hoc manifestum sit. d. §. Limita 3. nisi concubina minor sit duodecim annis. d. l. 1. §. fin. ff. eod. Limitatio 4. est nisi quis libertam alienam, quæ ab inuito patrono diuertit cõcubinam habeat. l. quod ait. 11. §. 1. ff. de diuortijs. l. 1. in princ. ff. de concub. Limitatio 5. est nisi sororis filiam quis concubinam habeat. l. quin etiam. 56. ff. de ritu nupt. Limitatio 6. est nisi quis eam habeat concubinam; quæ antea Parentis, vel filij sui concubina fuit. l. 1. §. penult. ff. de concubin. Limitatio 7. est nisi is qui vxorem habet concubinam etiam adduxerit. l. 1. C. de concubinis. l. vlt. §. fin. C. commun. de manumis. Rota diuers. decis. 547. nu. 1. & 2. par. 1. & sola animi destinatione concubinatus constituitur. l. concubinam. 4. ff. de concubinis; sed contra quod immò plura requirantur nempè, quod potuerit esse matrimonium secundo quod sit vnica; tertio quod sit retenta domi in schemate cõcubinæ, quarto quod ducatur publicè; quinto quod ad liberos suscipiendos retineatur; sexto quod diligatur sicut vxor, septimo, & protestatio, ita dixit Bermon Cheneron de publ. concub. in verbo, concubinam dimittat, Lucas de Penna in l. si cohortalis. C. de cohor. lib. 12. Card. Paleot. de nothis & spurijs. c. 12. nu. 3. Rota diuer. in decis. 254. nu. 1. par. 2. & in decis. 547. nu. 4. par. 1. Hodie verò omnino interdictum est quibuscumq; ex dispositione Concilij Trid. sess. 24. decretum de reformatione matrimonij. cap. 8. Sed tanquam consistens in facto cõcubinatus non præsumitur, Alciat. cons. 268. n. 4. & 5. Natt. cons. 421. nu. 9. Rota diuer. in decis. 808. n. 9. par. 1. de hac re latè tradit Mascard. de probationibus conclus. 341. libr. 1. per totam; & non

non dicitur nisi concurrentibus requisitis de quibus supra; vt probat etiam Mascard. citato loco, & illo probato intrat pœna legis, & statuti huius. An autem de iure sit punibile, & infamiam irroget sunt opiniones, vt recenset Rota diuers. in decis. 547. sub nu. 3. par. 1. & de iure canonico est concubinatus indistinctè prohibitus. c. nouo, & c. dicat aliquis. 32. q. 3. Bart. in l. 1. ff. de concubin. & tales appellantur turpes personæ. Dec. in cons. 530. Alex. cons. 66. nu. 11. lib. 3. Crauetta cons. 229. num. 12. & multis incommodis afficiuntur concubinarij, & triginta incommodà recenset. Rebuff. in commen. in princ. tit. de públic. concub. §. publici. An autem, quid quantum, & à quibus concubinis donari, seu relinqui possit tradit tex. & ibi Doct. in l. 2. C. de natur. liber. in l. affectionis in l. donationes. ff. de donat. in l. qui concubinam, & in l. itē legato. §. parui. ff. de legat. 3. §. 1. auth. quibus mod. natur. effic. legi. glo. Bar. Bald. in l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. testa. Rom. in cons. 43. & in cons. 478. Ias. in l. miles ita. col. penul. & vlt. ff. de re iudic. & in cons. 37. lib. 3. vbi dicunt concubinam posse accipere à concubinario ex contractu, et vltima voluntate; quod intelligi debet de concubinis domi retentis in schemate concubinatus, cum illis requisitis de quibus supra, & per Spec. de succes. ab intestato. §. 1. ver. nunc. de naturalibus. Io. And. ad Specul. in rubr. qui filij sint legitimi. Bart. in l. fin. ff. de concub. Ruyn. cons. 109. nu. 11. lib. 3. Corn. cons. 9. nu. 2. lib. 4. Dec. in cons. 433. nu. 14. de qua re latè post alios per Peregrinum de iure fisci lib. 3. tit. 18. in princ. & nu. 5. & sequen. quod tamen. Limita primo in casu in quo complexus esset punibilis, vel illicitus secundum ius ciuile. ita Ias. vbi supra, & est casus in l. Claudius. & in l. mulierem. ff. de indign. Capra in cons. 127. Limita 2. in concubina militis, nam ab eo, nec per contractum nec per vltimam voluntatem capit. d. l. miles ita. §. mulier, & l. mulierem. ff. de indign. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. glos. Bart. & Doct. in d. l. affectionis, Capel. Tholos. decis. 141. Limita 3. in concubina Religiosi, vt per Ricard. malumb. quem sunt sequuti. Bart. & alij in d. l. miles ita, & in d. l. mulierem, & in d. l. 2. C. de donat. inter virum, & vxor. Angel. in cons. 189. Anchar. in cons. 247. Dec. in consil. 132. Limita 4. in concubina Aduocati, Bart. in d. l. miles ita. Doct. in l. centurio. ff. de vulg. Port. cons. 21. Roman. cons. 43. declara nisi donatio sit iurata, Roman. d. cons. 43. in 4. dubio contrarium Crauetta in cons. 229. & sicut concubina non capit à concubinario, ita concubinarius non capit à concubina. Bald. in cons. 457. lib. 5. cons. 267. lib. 1. l. Claudius. ff. de indig. Bald. cons. 248. lib. 1. Nisi donatio facta sit propter merita, & causa dotis. Anchar. in cons. 247. Afflict. decis. 102. Mantua consil. 169. Portius in d. cons. 21. per tex. in c. inter opera. de sponsal.

De Plagiarijs. Cap. LV.

SI quis rapuerit, abduxerit, aut occultauerit, aut rapi, abduci, occultariuè mandauerit, vel ad effectum vendendi, vel ad effectum redimi faciendi puellam aut puerum, in furcis laqueo suspendatur, itaut moriatur: & si capi non poterit, capitaliter diffidetur ad mortem, & perpetuò reaffidari non possit.

De Plagiarijs. Cap. 55. Gloss.

Plagij criminis accusatio ex lege fauia de Plagiarijs est publici iudicij. l. plagij. 13. C. ad l. fauiam de plagiarijs. §. est & inter. instit. de publ. iudic. Si quis itaq; liberum hominem, vel seruum alienum suppresserit, celauerit, vel in vinculis habuerit, abduxerit, & rapuerit tenetur. l. fauia de plagiarijs. l. non statim. §. fin. ff. ad l. fauiam de plagiar. l. si fratrem 5. C. eod. l. 2. & l. eum qui. 9. C. eod. & hoc statuto ibi in princ. Nisi ignorans bona fide seruū quis, vel liberū hominem possideat l. legis. 3. ff. ad l. fauia. de plag. l. quicunq; 4. §. quod si seruus. C. de ser. fugit. l. plagij. 14. C. ad l. fau. de plag. l. præses. 8. C. eod. tenetur etiam, l. fauia, & hoc statuto ille, qui liberum hominem, vel seruum alienum emerit, vendiderit, donauerit, vel alio modo alienauerit. l. 1. & l. fauia. 4. ff. ad l. fauiā de plag. l. liberum. 15. C. eod. l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. legis autem fauię pęna peccuniaria olim fuit, qua in vsu esse desiit, & pro ea extraordinaria pœna fuit introducta. l. vlt. ff. ad l. fauiam de plag. §. est & inter. instit. de publ. iudic. & aliquando metalli pęna fuit indicta. l. plagiarij. 16. C. ad l. fauiam de plag. Serui, & libertini bestijs subijciuntur ingenui puniuntur gladio. d. l. 16. l. quoniam 7. C. ad l. fauiam de plag. hoc nostrum statutum pœna vltimi supplicij plagiarios corrigit, & sic correspondet dispositioni d. l. 16. & d. l. quoniam. 7. ad l. fauiam de plagiarijs; vt ideò nihil de nouo videatur disponere. An autem socij criminis

minis eadem pœna hoc statuto teneantur ? non determinat; sed id dimittit dispositioni iuris cõmunis, de qua in l. non statim. 6. §. fin. ff. ad l. fauiam. de plagiarÿs. l. comparantem. 10. C. eod. & datur primum in hoc iudicio actio ciuilis in rem. l. 1. C. ad l. fauiam. de plag. deinde accusatio de vi publica & priuata. d. l. 1. in fine postremo actio furti, & serui corrupti. l. si quis. 12. C. eod. l. non statim. in princ. ff. eod. l. 1. in princ. ff. de fugitiuis, & l. 2. C. ad l. fauiam de plagiar.

De priuato Carcere. Cap. LVI.

QVicumque ceperit, aut capi fecerit aliquem, & eum propria libertate priuauerit, animo carcerandi, vel in eum priuatum carcerem cõmittendi; si per aliquod temporis breue spatiũ retinuerit, pœnam ducatorum centum: si verò per vnam horam, pœnam ducatorum ducentorum: si verò per duas, vel plures horas non tamen vltra vigintiquatuor, pœnam ducatorum quingentorum incurrat: dicta verò pecuniaria pœna, in Nobilibus duplicetur, in Magnaribus & eorum Bastardis quadruplicetur: quas pœnas, si singuli prædicti in his casibus non soluerint infra decem dies, à die latæ sententiæ, capite puniantur ad mortem, & de prædictis debeat per Senatorem inquiri.

De priuato Carcere. Cap. 56. Glos.

Carceres itaq; alÿ publici sunt, alÿ priuati, & ideo fugiens è carcere publico habetur pro confesso; & conuicto l. eos. ff. de cust. reor. Boer. decis. 215. nu. 9. glos. Bart. & alÿ in d. l. eos. l. si apparitor. C. de cohort. lib. 12. Nam carcer publicus dicitur locus ordinatione, & decreto Iudicis deputatus, in quo custodiatur persona, vt notant Doct. in l. 1. ff. de cust. reor. à quo aufugere non licet, Secus enim est in carcere priuato, nam ab eo licet fugere glos. Guliel. de Cuneo. Bald. & omnes in l. succurritur. ff. quibus ex caus. maior. Iason. in l. admonendi super glos. in verbo, fuga, ff. de iureiur. Boer. d. decis. 215. nu. 13. & ratio est quia carcer priuatus est de genere prohibitorum. l. 1. C. de priuat. carcer. & lege 1. C. de cohort. libr. 12. & priuati carceris pęna de iure est vltimi supplicÿ. d. l. 1. C. de priuat. carcer. & l. 1. C. de cohort. lib. 12. l. succurritur. ff. ex quibus caus. maior. statutum nostrum pœnam iuris communis modifi-

cat, cum distinctione temporis, & personarum, vt ibi.

De Proditoribus. Cap. LVII.

PRoditor, qui contra aliquem proditionem commiserit, vel aliquem seduxerit, vel conduxerit ad aliquem locum, vt offendatur à suo inimico, vel ab alio, si proditus & conductus offensus fuerit, sine sanguinis effusione, is proditor pœnam scutorum centum incurrat, Cameræ Vrbis applicandam: & in exilium per quinquennium mittatur. Si verò ex offensione sequatur sanguinis effusio, vtraque pœna duplicetur; & nihilominus in eam etiam pęnam incidat, quàm principalis percussor incurrit: Si verò mors inde sequatur, de homicidio puniatur.

De Proditoribus. Cap. 57. Gloss.

Proditor enim ille dicitur, qui sine aliqua causa, vel diffidatione offendit eum; qui de ipso confidebat. Bald. in l. fin. C. de summ. trinit. & fide catholic. & in c. 1. col. 7. quibus mod. feud. amit. & in cons. 361. lib. 4. Lucas de Pen. in l. seruum. C. de delat. lib. 16. Afflict. decis. 265. nu. 64. latè Decian. lib. 7. crim. cap. 29. & c. 31. tom. 2. Farinac. q. 18. nu. 73. & sequen. Baiard. ad Clar. in §. homicidium. n. 22. & 23. & de tali loquitur hoc statutum, Nam dicitur etiam aliter proditor ille qui offendit maiorem suum; qui bellum mouit sine diffidatione, & ille qui dat alteri venenum in potione, vt per Bald. vbi supra, & in cons. 210. libr. 4. Item ille qui secreta sibi commissa reuelat. c. sacerdos. de pęniten. distinc. 6. c. omnis de pęnit. & remis. Card. in clem. 1. §: quia vero. de statu monac. Item proditor dicitur etiam ille, qui permittit transire gentem inimicam; & ille; qui occulte offendit. Bald. in c. 1. col. 7. ver. quid de rebus. quibus modis feudum amitt. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo: rebelles, Item qui vendidit arma hostibus Patriæ. l. 2. & ibi Bald. C. quæ res expor. non de. l. cotem. in princ. de publ. & qui hostibus Patrię mutuant pecuniam; & incidunt in crimen lęsę maiestatis. Bart. in l. cuius. ff. ad l: Iul. maiest. Item illi qui mittunt litteras, & nuncios ad hostes. Bart. in l. 1. in fin. ff. eod. item transfuga l. proditores, & ibi gloss. ff. de re milit. Necnon illi qui culpam prælatorum publicant, vt sapè faciunt famuli Prælatorum Vrbis, dum quod ab

rũ, cupiunt non possunt consequi; vel postquam sunt consecuti ab eis discedunt; isti enim mercenarij, vt plurimum sunt suorum dominorum proditores. Card. vbi supra per capitul. de his 2. quæst. 7. de materia. Alexan. in leg. respiciendum. §. delinquunt. de pœnis. Felyn. in capit. 1. de hom. Et proditorum rerumpublicarum filij sunt omnium successionum incapaces. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. vbi Cyn. & Salycet. Aret. de malef. in verbo, che hai tradita; & tales sunt adeò odiosi, vt puniantur ex sola attentatione; vel scientia si non reuelauerint, dicta l. quisquis. Bald. in l. si quis violauerit. de rerum diuis. damnatur eorum memoria. gloss. in §. per contrarium. instit. de heredit. quæ ab intesta. defer. Bart. in leg. qui à latronibus. §. 1. de testam. gloss. in l. 1. C. si re vel act. Angel. in l. fin. C. ad leg. Iul. Maiest. Angel. in l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. & talis proditio reuelata Sacerdoti in Confessione, est in genere ab eo propalanda, si est in fieri; & confitens dixerit non posse ab ea abstinere; secus si sit perfecta; vel confitens dixerit Sacerdoti posse se ab ea quæ est in fieri abstinere; & ita promiserit. Innocen. in vlt. col. in gloss. sua, in verbo, prodat. Doctor. & Butr. in capit. omnis vtriusq; de pœnit. & remis. Aret. vbi supra. Et tales proditores non gaudent beneficio Reipublica. Bald. in l. si quos. C. de postlim. reuer. & non possunt condere testamentum. Bald. in leg. & militibus. in 2. quæst. C. de testamen. milit. per tex. in l. 1. in fine. ff. de obsequi. Hactenus de proditoribus Reipublicæ; statutum nostrum loquitur de primis Proditoribus priuatorum; quibus dat pœnam secundum qualitatem offensionis per proditionem priuato illatæ vt ibi. An autem sit Proditor ille qui per insidias inimicum occidit? & dic quod non. Bart. in l. respiciendum. §. deliquunt. ff. de pœnis. Gerard. singul. 14. Gomes. capit. 3. de homic. num. 5. & ibi Soarez. contra tenet Farinac. quæst. 18. nu. 76. & 77. quem reprobat Baiard. ad Clar. in §. homicidium. numer. 25.

De Latronibus etiam nocturnis & Piratis. Cap. LVIII.

INsidiatores viarum, & itinerum frequentatorum & piratas impunè occidere vnicuique permittitur; pro primo autem latrocinio, in loco vbi reperti sunt (si in fragranti crimine deprehendantur) furca suspendantur, itaut moriantur: sed si in fragranti crimine deprehensi non sint, & in potestate habeãtur, causa cognita, similiter pro primo latrocinio furca suspendantur ad mortem. Et idem seruetur contra raptores nocturnos, qui cum violentia in Vrbe spoliant transeuntes, si vulnera intulerint; si verò vulnera non intulerint, sed aliter verberauerint, vel amputata eis manu dextera, in perpetuum exilium mittantur; vel fustigati ad Triremes per decennium transmittantur. Illi verò qui bis rapinas huiusmodi facere inuenti sunt, vltimo furcarum supplicio damnentur.

De Latronibus etiam nocturnis & Piratis: Cap. 58.

Gloss.

Latro dicitur, qui per vim furatur. auth. sed nouo. & ibi Bart. C. de seruis fugit. Abb. in capitul. ex parte. de testibus. Alex. in consil. 91. libr. 4. per tex. in §. successor. auth. vt nulli iudic. gloss. in capitul. cum inter alia. de immun. eccles. Piratæ dicuntur illi qui per vim in mari furantur; & possunt impunè occidi ex dispositione statuti huius, & ex dispositione iuris communis; vt de latronibus. capitul. cum homo. & ibi gloss. 23. quæst. 5. & de Piratis. gloss. & Doctor. in authen. nauigia. C. de furti. Soccin. cons. 262. libr. 2. & est tex. in l. 1. C. quan. lic. sine iudic. se vindic. & in capit. 3. de homicid. Vital. de malef. tit. de fur. nu. 10. Alciat. cons. 11. numer. 17. libr. 1. Et ex hoc statuto furca suspenduntur itaut moriantur, quod idem voluere leges communes. l. capitalium. §. famosus. ff. de pœnis. l. Prouinciarum. C. de fer. & ibi Bald. & quidem in loco commissi delicti. dicto §. famosus, & Piratæ in loco vicino Mari in quo deliquerunt. Bart. & Doct. in l. insula. ff. de Iudic. & in tract. Tyberiadis par. 2. de Insula. in princ.

De Furibus. Cap. LIX.

FVres, qui occultè furantur, pro primo furto puniantur in simplum parti, & duplum Cameræ soluant, quòd si non fecerint intra mensem à die latæ sententiæ, vel postquam diffidati de eo delicto in fortiam Curiæ peruenerint, fustigentur audientia publica existente; pro secundo verò furto mittantur ad Triremes per Triennium;

Ee pro

pro tertio furca suspendi possint, ita ut moriantur, & omni casu damnum parti læsæ resarciant.

De Furibus. Capit. 59.

Gloss.

Furtum est omni iure probibitum. Leuit. capit. 19. Exod. capit. 20. Deuter. 24. Vigel. Meth. iuris Pontificij libr. 5. capit. 18. & est contrectatio fraudolosa rei alienæ inuito domino lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus eius, possessionisuè; quod etiam naturali lege probibetur. §. 1. instit. de oblig. quæ ex delic. nascun. l. 1. §. fin. ff. de furtis, & vnde dicatur, habes in §. furtum autem instit. de oblig. quæ ex delicto nascun. in l. 1. in princ. ff. de furtis. Et aliud dicitur manifestum, aliud non manifestum, hoc est occultum. l. 2. ff. de furtis. §. furtorum. instit. de oblig. quæ ex delicto nascun. de non manifestis furibus, & occultis loquitur hoc statutum; & horum pęna est simplum parti, duplum Cameræ pro primo furto occulto: de furto manifesto non loquitur, ideò eius pęnam dimittit in dispositione iuris communis; quæ est quadruplum, non manifesti duplum. §. pęna. instit. eod. §. pœnam. instit. de actio. Fur manifestus, nec manifestus quis sit tradit tex. in §. furtorum. instit. eod. & l. 3. cum sequen. ff. de furtis. & quidem ex actione furtiua; quæ differt à condictione, & vendicatione rei furtiuæ. leg. si pro. 7. §. furti actio. ff. de condict. furt. l. si pignore 56. §. cum furti. ff. de furtis, nam ipsa res furtiua non venit in hanc furti actionem. §. fin. instit. de oblig. quæ ex delic. nas. l. qui vas. 49. ff. de furtis. l. si pignore. 56. §. cum furti. ff. eod. sed solum quadruplum, vel duplum respectiue, vt dixi de differentijs indiuiduorum, in verbo, furti actio. Sed condictione, vel vendicatione furtiua res ipsa, cum eo quod interest non fuisse furatam recuperatur, siue manifestus fuerit fur, siue non manifestus, vt de condictione dicit. l. siue 10. ff. de condict. furt. leg. 1. in princip. ff. de priuat. delic. §. fin. instit. de oblig. quæ ex delic. nas. leg. si pro furto. 7. §. 1. ff. de condict. furt. l. etiam. 8. C. de furtis. leg. ancillæ. 12. leg. furti. 15. l. quamuis. 17. C. eodem l. si sibi. 5. C. de noxalibus. actio. de vendicatione dicit. l. si pignore. 56. §. cum furti. ff. de furtis. Sed vna ex qua quis sit suum consequutus alteram excludit. l. ei qui. 9. ff. de furtis. leg. siue in princip. 10. ff. de condiction. furti. leg. si seruus. 14. §. sed si dominus. ff. de condict. furt. l. 10. C. eod.

De sordibus, & corruptela Iudicum. Caput. LX.

QVi officialibus Curiæ Capitolij pecuniam, aut aliquid illicitum dederit, seu eos corruperit in causa aliqua, nisi prædicta denunciauerit syndicatori ipsorum officialium, tempore syndicatus, in triplum puniatur; & qui acceperint, in quadruplum puniantur, & ab officio deponantur, si durante officio de huiusmodi crimine conuicti fuerint: Et idem locum habere volumus in Consulibus artium, & eorum Assessore, & Notario, & quibuscumque alijs officialibus Vrbis, ius dicendi facultatem habentibus.

De sordibus, & corruptela Iudicum. Cap. 60. Gloss.

De Iure communi corrumpens Iudicem si actor sit, causam perdit. leg. 1. C. per. iudic. qui male iudic. Si verò reus ille sit, perdit exceptionem, secundum gloss. ibi in dicta l. 1. in vers. amittat. quam sequuntur Bald. & cęteri omnes. Bart. in l. falsum. C. si ex falso instrum. gloss. in leg. venales. in ver. infimus. C. quando prouoc. non est neces. Felyn. in capit. cum venerabilis. col. 5. de except. Paris de Puteo de syndic. verbo, an si, sed intellige quod perdant non ipso iure, sed per sententiam, Bart. in leg. 1. §. sed & constitutio. col. 1. ver. quęro pro declaratione. ff. de calumniat. & in dicta l. 1. C. de pęnis iudic. Didacus in regula peccatum car. 102. Iudex verò varijs punitur pęnis, Grammat. cons. 35. numer. 9. Clarus in §. fin. quæstion. 73. ver. Iudex committens. Bossius de offic. corrupto. nu. 10. Per hoc statutum corrumpens in triplum, corruptus in quadruplum, & priuatione punitur. Ad hasce sordes vitandas Iudex non debet recipere munera nec prætium, Num. 35. Deut. 16. & in electione magistratus quid in primis spectandum sit, tradit Exod. c. 18. inquiens. Nemo designetur Iudex nisi teneat legis sententiam; contra huiusmodi diuinum

pra-

præceptum vidi sæpè peccatum; & Aristot. libr. 4. politie. cap. 9. tradit præcepta electionis bonæ. Et quod sint eligendi nobiles ingenui, & non egeni dicit idem Aristo. lib. 3. Polit. cap. 8. qui eodem lib. capit. 7. dixit nequaqam tutum esse istis, hoc est ignobilibus, pauperibus, & ignaris magnos magistratus committere; qui autem in nimia indigentia sunt constituti; deiecto nimium animo viles existunt, ex quo fit, vt magistratum gerere nesciant, qui verò modum nobilitatis, & diuitiarum excedunt difficile est, vt rationi obediant, vt quotidie sumus in Aduocationis munere exercendo in Vrbe experti; vt mediocritas, & medium optimum sit, teste Aristot. lib. 4. Politie. cap. 11. Extreme verò viles, & inopes non sunt idonei, quia facile venales, Arist. vbi supra. & lib. 2. Politie. c. 7. ver. at enim. Ideò in Rota Romana Iudices non approbantur, nisi præcedente probatione ingenuitatis, & mediocritatis diuitiarum constituentium annuum redditum ad minus scutorum 300. vt incorrupti, constanti animo, rationi obedientes omnibus iustitiam reddere possint. Nam Magistratuum superbia, & auaritia, est seditionum causa; & libido magistratus etiam optimos obliquos agit, & prodigalitas eos subuertit, vt etiam superbi, auari, libidinosi, & prodigi, non sint Iudices eligendi.

De termino moto. Cap. LXI.

QVi terminos, seu fines alicuius possessionis amouere, euellere, aut quocumq; modo corrumpere vel mutare ausus fuerit; si Plebeius sit, pœnam ducatorum auri centum incurrat, quàm si soluere non poterit, amputetur ei manus dextera, itaut à brachio separetur; si verò Nobilis, pœna duplicetur, & pariter si eam non soluerit, infra mensem manus dextera amputetur, vt supra: si verò fuerit Communitas, aut Baro, pœnam ducatorum mille incurrat; & in omnem euentum parti ad interesse teneantur.

De termino moto. Capit. 61.

Gloss.

1 Maledictus qui transfert terminos proximi sui; dicit Dominus Deuter. capitul. 27. numer. 17. & dicit omnis populus amen. Nam antea cap. 19. precepit dominus ita non assumes; & transferes terminos proximi tui; quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terram; quàm acceperis possidendam, & sic ante quam possessiones habeant homines præcipit eis, quod non amoueant terminos in sibi assignandis possessionibus fixos; & deinde si amouerint eos maledicit; & omnis populus dicit amen, hoc est Dei maledictionem comprobat. Plato de legibus Dialogo 8. contra terminorum motores seuerè insurgit. Et Numa Pompilius Rex 11. Romanorum legem tulit, vt quilibet suo fundo contentus sit, & alienos non concupiscat. vnumquemq; iussit agrum suum circumscribere, ac lapides apponere. Hos sacros esse Ioui terminali voluit, addidit vt quot annis stato de re diuina, eo in loco in paganorum cętu fieret, idq; festum terminale appellauit. Quòd si quis hosce lapides transferret, aut tolleret, lege terminali caput eius Ioui terminali deuouit, & impunè is tanquam sacrilegus interficiebatur, & in legibus xij. Tabul. adsunt leges de seruitutibus, & finibus regundis hos amotores terminorum plectentes. Causæ autem huius actionis de termino moto secundum ius commune sunt; si quis terminum agri mouit, vel protulit; si finalium quæstionum obstruendarum causa faciem loci conuertit: vt ex arbore arbustum; ex silua cędua nouale; aut aliquid eiusmodi fecit, si quis terminos effodit. l. 2. & l. agraria. 3. ff. de termino moto. dicta l. 3. §. fin. & l. 1. C. de accusatio. & actio hæc competit cuilibet de populo dicta l. 3. in princ. ibi & eius actionis. ff. de termi. moto. Pęna autem eius secundum ius commune extraordinaria est pro varietate circumstantiarum. l. 1. C. de accusat. l. 1. 2. & 3. §. fin. ff. de termino moto. Non tamen est pecuniaria, dicta l. 1. & dicta l. 3. in princ. sed contra ex leg. vlt. eod. quod sit pecuniaria, firmat Menoch. casu 393. nu. 4. quod intellige, vt ibi per eum. & seruus capite punitur cum quadam distinctione, de qua in dicta lege 3. §. alia quoq; est autem capitale, vt Nonius Marcellus scribit capitis periculum; aut crimen capite vindicandum, Menoch. de arbitrar. casu. 393. numer. 7. & 8. hac itaq; ratione arbitrariam ex leg. 2. ff. de termi. moto, & Bald. & Salycet. in leg. 2. C. de accusat. dixit Menoch. vbi supra. numer. 15. quo loci quatuor constituit casus a numer. 11. vsq; in finem in quibus arbitraria pęna puniuntur.

produxerit, aut ea vsus fuerit, medietatem pęnæ, quam incurreret producens publicam, vt supra dictum est, Fisco persoluat.

De fabricantibus, & fabricare facientibus falsa Instrumenta, & priuatas Scripturas. Cap. 48. Gloss.

Hoc statuto fabricans, & fabricare faciens falsum instrumentum, & priuatas scripturas pari pęna puniuntur, cum quadam distinctione de qua ibi. Nam tales etiam communi iure tenentur l.Cornelia de falsis si testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserint, signauerint, aperuerint, recitauerint, mutauerint, subiecerint, amouerint, celauerint, deleuerint, interleuerint, resignauerint, vt est text. in l.2. ff. ad l.Cor. de falsis in l. lege Cornelia. 9. §. pęna & in l.eum qui 14. ff. eod. §. item lex Cornelia Instit. de publ. Iudic. Solet tamen in pęna infligenda constitui differentia, an falsum quis fabricauerit, & vsus sit, vel solum iam falso fabricato ab altero ipse eo solum vsus sit, priore casu cum quis fabricat, & vtitur pœna ordinaria, ac directa l.Cornelię de falsis punitur. l.maiorem, C. de falsis, & l.1. ff. eodem. Secundo casu punitur alia mitiori pęna, Cynus in l.2. col. 1. ver. quaeritur circa, C. de fide instrumen. Ioan. Andr. in cap. ad falsariorum col. 1. in fine de Crimin. falsi. Faber. in §. item lex, in fine Instit. de pub. Iudic. Papien. in forma libelli ad rescind. senten. in verbo, dolosè, numero 3. Mars. cons. 57. num. 5. & in cons. 24. num. 19. Afflict. decis. vlt. num. 18. Sed falsum committere non dicitur ille; qui ignoranter falso vtitur. gloss. in l.1. C. si minor se maiorem dixe. vbi Bal. num. 3. Sed in facto proprio quis non praesumitur vti ignoranter falsis probationibus. Bald. in cons. 446. ver. ex hoc sequitur. lib. 5. facit text. in l. verius, ff. de probat. In facto alieno sic. Bart. in l. si falsus, C. de falsis. Bald. in l. vlt. num. 3. in fine, C. si minor se maiorem, Castren. in l.2. C. de fide Instrumen. Capic. decis. 67. num. 7. Contrariam sententiam tuere nititur, Ruyn. in cons. 86. num. 6. lib. 4. de hac re Dec. & Cagnol. in l. qui in alterius, ff. de reg. iuris. Sed si agitur vt probetur contra eum, qui dicitur falsum fabricasse, eo ipso probatur quod accusatus non docet quis fabricauerit, vel quod ab alio fabricatum recepit, ita Salic. in d. l. si falsos propè finem ver. quaro ab extra, C. ad l. Cor. de fals. Alexand. in cons. 77. lib. 1. Mar. in l. qui falsam num. 109. ff. eod. Bossius de conuictis, num. 56. & de falsis numero 126. Si agitur vt probetur contra eum qui vtitur probandum est quid de falsitate fuerit instructus, vel quod instrui potuit, sed noluit. Ang. in dicta lege si falsos. vbi etiam Salycet. & ille qui vtitur potest renunciare, et euitabit pœnam si id statim faciat. dicta lege si falsos, Felyn. in cap. praesentium. numero 11. de testibus, Papien. vbi supra, in verbo, dolosè, num. 1. dicit posse renunciari ante diffinitiuam, Bossi. de falsis numero 116. Immò etiam in causa appellationis Bald. in l. alia num. 7. C. de ijs quibus, vt indign. Alexand. in cons. 108. num. 9. lib. 6. Crauetta cons. 46. num. 11. Quod puto verum si in prima instantia non fuit interrogatus, an vti vellet pro veris & legalibus ac omni falsitate carentibus, ita sentit gloss. & Doctor. in d. lege si falsos. & Papien. vbi supra num. 4. Capiccius decis. 67. in fine, Foller. in verbo, item quod commisit falsitatem, numero 24. in pract. Crimin. Ille verò qui falsum fabricauit, & in Iudicio produxit etiam si pęniteat, & protestetur nolle vti pęnam falsi non euitabit. Ruyn. d. cons. 88. numero 3. lib. 4. Capic. d. decis. 67. numero 7. Foller. vbi supra numero 23. Bossius de falsis, numero 154.

De Sodomitarum pęna. Cap. XLIX.

SI quis nefandum sodomiæ scelus commiserit, igne comburatur, ita & taliter quod moriatur; & de prædictis, Curia ex officio inquirere, & procedere teneatur.

De Sodomitarum pœna. Cap. 49. Glossa.

Istis de iure communi est in dicta pęna vltimi supplicij generaliter, absque eo quod specialis aliqua mortis pęna declaretur. Nam vt inquit Imperator in l. cum vir. 31. C. ad l. Iul. de adulter. vbi scelus est id quod non proficit scire: vbi venus mutatur in alteram formam; vbi Amor quaeritur; nec videtur iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei, & in §. item lex Iulia. inst. de publ. iudic. hoc idem dixit, quod demum confirmauit in §. 1. auth. vt non luxur. homi. cont. natu. Docemur enim Diuinis scripturis, quod huiusmodi impijs actibus, & Ciuitates cum hominibus pariter periere, quod propter impunitatem delinquentium

factum

factum apparuit, eum delinquentes, qui corriguntur, suscipiat Deus eorum correctione placatus. Est enim tale delictum contra ipsam naturam naturantem, quæ est Deus, & contra naturam naturantem naturatum, quæ est Cœlum, & contra naturam naturatam; & generationem, quæ est homo, & sic offenditur Deus, Cœlum, Natura, generatio, & homo, offenduntur Demones, qui inducendo homines ad hoc nefandum scelus oculos elaudant, ut probat Frater Guliel. Pepin. in Sermonibus de destructione Niniuæ sermone 35. Superat enim sodomia omne aliud vitium carnis; ut probat idem Pepin. sermone. 30. & est ita abominabile, ut dignè congruat eis illa præcatio disperdat, idest ex toto pereat de terra memoria eorum. Nam Spiritus Sanctus, qui optimè nouit grauitatem peccatorum nominat hoc vitio maculatos pessimos; quod est superlatiuum mali, et peius dici non potest. Genesi. c. 13. ibi erant autem homines sodomorum pessimi, & peccatores nimis; & ita auctores huius sceleris, ei infame nomen sodomiæ dederunt, & teste Beato Augustino, & Hieronymo Deus propter hoc vitium distulit eius aduentum, cum videret tantam abominationem regnare in natura; quàm erat assumpturus. Tandem ea gloriosissima nocte in qua ortus est, sol iustitię Christus Deus noster, omnes tali vitio irretitis Paulo ante eius Sanctissimam Natiuitatem subitanea, & improuisa morte perierunt, secundum S. Augustinum, & Follerium in pragmat. Nos Ferdinandus, & Elisabetta, nu. 9. de istis ac eorum pœnis multa tradit Menoch. casu. 286. de arbitr.

De Adulterio, & Incestu. Cap. L.

QVicunque adulterium cum Incestu cum muliere, seu attinente vsq; ad quartum gradum de Iure Canonico inclusiuè computandum, commiserit, ad mortem, & mulier cum qua adulterium cum incestu commissum est, pari pœna plectatur; nec in hoc casu pax quoquomodo prosit. Si autem incestum sine adulterio commiserit, cum aliqua attinente vsq; ad secundum gradum de Iure Canonico computandum inclusiuè, similiter tam ipse quàm mulier capite puniantur ad mortẽ: & de hoc Senator inquirere debeat. Committens autem simpliciter adulterium cum muliere honesta; si Plebeius, aut vilis conditionis sit, pœnam ducentorum aureorum incurrat; & in exilium per triennium mittatur; si Nobilis duplum, & per sexennium; si Baro aut de genere Baronum, triplum, & per nouennium in exilium huiusmodi mittatur, & mulier tonsa in loco malæ nupris deputaro, vel alio sibi pro carcere deputando, detrudatur. Si verò mulier cum qua adulterium commiserit, sit vilis conditionis, & inhonesta, non tamen publica meretrix; tunc medietatem pœnæ prædictæ respectiuè incurrat: mulier autem inhonesta esse intelligatur, si communiter; præsertim in vicinia in qua inhabitat, pro inhonesta fuerit reputata: Et in casibus de simplici adulterio prædictis, si adulter pacem habuerit à marito, pœna pecuniaria ad medietatem reducatur; nullatenus tamen reaffidari possit, nisi Cameræ dictam medietatem pęnæ integrè persoluerit. In eisdem verò casibus procedi non possit, nisi per accusationem ab eis factam, quibus accusare permittitur, videlicet à viro patre, filio, & germano fratre mulieris.

De Adulterio, & incestu. Cap. 50. Gloss.

Adulterium enim est accessus ad alterius Thorum; dictum Adulterium quasi ad alteriũ, composito nomine ex ad, & alter, seu altera, quod ille ad alteram, vel hac ad alterum se conferat; vel quod ex adulterio cõceptus ab vno, ad alterius hæreditatem nascatur; et propriè committitur in nuptã. l. inter liberas. §. lex stuprũ. ff. ad l. Iul. de adulter. l. stuprũ. 34. §. fin. ff. eod. lege inter stuprum 101. vbi Alciat. & Rebuff. ff. de verb. sign. Incestus, vel incestum dicitur id crimen, quod committitur cum ea, cum qua illicitum alioquin matrimonium fuisset, & crimẽ incesti grauius est adulterio. l. si adulterium. §. 1. & §. duplex. de adulter. & ideo Statuentes adulterium cum incestu pęna vltimi supplicij corrigunt; Simplex incestum vtiq; eadem hac plectitur pęna; Simplex verò adulterium alijs mitioribus pęnis attenta qualitate personarum, vt respectu incestus adulterium, cum incestu grauius vltimi supplicij pęna puniatur. Verũ si à matrimonio originem duxerit incestus; quia incestæ nuptiæ sint cõtractæ aliquando soles excusari, vel sexu, vel ætate, vel errore. d. l. si adulterium. §. 1. & §. incestum. ff. ad l. Iuliam de adulter. multum enim interest quod matrimonium illicitè contrahatur, an contumacia iuris, & sanguinis contumelia concurrat. dicto §. 1.

Si quis itaq; adulterium commiserit; tenetur hoc statuto, cui correspondent iura; & canones.

ges. c. nubendi. §. fin. 27. q. 1. c. fornicari. 83. distinc. & de iure omnis illicitus coitus dicitur adulterium, & omnis coitus extra legitimum matrimonium punitur. c. nemo. §. quidquid. 32. q. 4. c. si non. §. fin. c. Meretrices. c. Salamon & c. non mœcaberis 32. q. 5. Immò etiam Amor vxoris immodicus, & libidinosus punitur. dicta q. 4. c. origo. c. recurrat. §. fin. & c. liberorum in princ., & coitus illicitus committitur etiam cum serua. capit. vltim. 14. quæst. 6. Menoch. casu 293. de arbitr. & cum soluta. capit. sic non sunt. §. fin. cum c. sequen. 32. q. 4. & accusatio in primis de adulterio competit Marito, Patri, Filio, & Fratri Mulieris ita dicit statutum in fine pro quo facit tex. in c. Maritis. 4. de adulter. in l. 30. §. in primis. C. ad l. Iul. de adulter. Ad accusandum de incestu communi iure soli consanguinei admittuntur. c. quoties de testibus. c. videtur. qui matr. accus. poss. & pro isto Statuto stat lex XII. Tabularum in tit. de sacrilegio, periurio, & incestu, ibi incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto, & in sacris paginis Exod. 21. legitur. Senatus maior interficiendi gladio ius habeat, Leuit. 30. Adulter, & adultera interficiuntur, & 20. Crementur igni aliqui. & Deutero. 22. Lapidibus alij obseruantur. Verum Leuit. c. 18. legitur Ne reveles turpitudinem Matris, neq; Nouercæ, neq; sororis, neq; amitæ, & auiæ; neq; neptis siue ex filio, siue ex filia nata sit, neq; priuignæ, neq; filiæ priuigni, neq; Patruæ, neq; Matertera, neq; Vxoris Patrui, neq; nurus, neq; fratriæ, neq; sororiæ, neq; mulieris menses suos patientis, neq; mulieris coniuratæ neq; Patris.

Rursus Adulteria aliquando Iudicis arbitrio puniuntur. glo. in l. si quis viduam. ff. de quæst. Cyn. in l. quamuis. C. de adult. Bald. in consil. 429. lib. 5. & nos ab adulterio abstinere oportere iubet lex naturæ. Cicer. lib. 2. de legibus non enim tunc incepit lex esse cum scripta fuit, sed tunc cum orta est, orta est autem simul cum mente diuina inquit ibi Cicero. quod multis comprobat, Tiraquel. de legibus connub. l. 13. n. 1. lex Diuina per allegat. supra, & per Ioan. c. 8. ius gentium, Tiraquel. vbi supra. nu. 2. ius Ciuile, & Canonicum, & iura municipalia, vt late prosequitur. Menoch. de arbitrar. casu 419. per totum lib. 2. centur. 5.

De Stupris, & Violentijs. Cap. LI.

SI quis stuprandi causa honestæ mulieri vel puero vim intulerit, vel inuitis parentibus puellas aut pueros abduxerit, aut aliàs honestas mulieres, & pueros rapuerit, aut rapi fecerit, etiam si stuprum non sequatur, furca suspendatur, ita ut moriatur. sed si stuprum in masculum fuerit secutum, seruetur Statutũ supra de sodomitarum pœna: & si capi non poterit, diffidetur, & condemnetur pro dicta pęna, & perpetuò reaffidari non possit. Si verò quis ex eadem libidinis causa honestam mulierem, aut pueros verberauerit, vel chlamydem, vel infulam, vel quòd aliud vestimentum, vel tegmen ex ea causa rapuerit, amputetur ei manus dextera, ita quòd à brachio separetur; & si capi non poterit, pro dicta pœna diffidetur. Si verò quis ex eadem libidinis causa cum vociferatione & conuitio turpia verba contra honestas mulieres, vel pueros protulerit, capiatur, & acriter torqueatur; & si viles sint personæ, virgis cedantur, & per mensem in carceribus detineantur; quo elapso, non liberentur nisi præstita idonea cautione de non offendendo perpetuò, & de se repræsentando per integrum annum, toties quoties fuerint requisiti.

De Stupris, & Violentijs. Cap. 51. Glos.

Stuprum graue crimen est; & propriè in virginem, vel viduam committitur. l. inter liberas. §. Iulia. ff. ad l. Iul. de adult. Alciat. in l. inter stuprum. ff. de verb. signif. dixi de differentijs indiuiduorum in verbo, adulterium pœna stupri in foro conscientiæ Clerico iniungitur decem annorum, cum ieiunijs, & pœnitentijs, de quibus in c. presbyter. 83. distinc. laico septem annorum. c. deuotum. 27. q. 1. & cap. hoc ipsum. 33. q. 2. Grilland. de pęnis omnifar. coitus. q. 7. nu. 1. In foro contentioso iuris Canonici Clericus deponitur. Grilland. vbi supra. nu. 2. Lancellottus instit. Canoni. §. eadem. de adulter. Iure Ciuili stuprator si vir honestæ vitæ sit, aut in dignitate constitutus partis bonorum confiscatione, & temporali relegatione ad Iudicis arbitrium punitur, si humilis persona sit fustigatur, & in exilium mittitur. §. item lex Iuliam. instit. de pub. iudic. & hoc singulare quod pęna stupri nõ sit capitalis dixit Matthes. sing. 100. Grammat. voto 17. nu. 3. Roland. in consi. 35. nu. 25. lib. 2. Clar. in §. Stuprum. ver. sed quæro quæ sit pęna. Alexan. in consil. 265. numer. 2. libr. 7. Angel. de malef. in ver. che hai adulterato la mia Donna. n. 54. & 55. Cotta in verbo stuprum. Menoch.

nocb.casu 294. de arbitr. vbi ponit etiam pœna stuprantis virginē non dum viri potentem. Sed contrariū videtur dispositum in l. 1. §. vlt. ff. de extraord. crimi. quod scilicet sit pœna capitalis; Sed distinguendum est an volente stuprata stuprum cōmissum sit, an dolo fraude, vel per vim quia tunc pęna mortis naturalis est de iure talis stuprator puniendus. Bald. in l. raptores. C. de episc. & cleric. Aret. de malef. vbi supra. n. 55. addentes ad Alex. in d. cons. 165. lib. 7. & est tex. in l. 1. C. de raptu virg. hoc statutum se conformat cum dispositione iuris cōmunis, dum pęna capitis castigat stuprum per vim commissum; Aliter de voluntate commissum dimittit in dispositione iuris communis. de qua in d. l. 1. C. de raptu virginum. §. pœnas. & in l. raptores. 41. §. fin. C. de episc. & cleric. & in §. item lex Iulia. instit. de publ. Iudic. & in stuprante Ancillam sclauam, habet locum pęna arbitraria, vt per Boer. in decis. 316. num. 6. quem cum aliis citat Menocb. casu 293. de arbitr.

De raptu Meretricum, & vi eis illata. Capit. LII.

SI quis meretricem per vim rapuerit, inuitamque retinuerit, amputetur sibi manus dextera, quàm redimere possit soluendo infra decem dies post condemnationem immediatè ducatos auri ducentos, vel secundum conditionem personæ, & facti qualitatem carceretur, torqueatur, fustibus cædatur, vel in exilium mittatur, arbitrio Senatoris & Iudicum. Similibus vero pœnis puniantur principales Trentunum meretricibus facientes; sequaces verò singuli quatuor funis ictibus torqueantur, & in carceribus ad mensem detineantur: sed si cum armis numero decem personarum armatarum id fecerint, capite puniantur, sicut de illicitis armatorum collectis dictum est.

De raptu Meretricum, & vi eis illata. Cap. 52. Gloss.

Et si pęna raptoris, & violenti stupratoris sit vltimi supplicii, ex dispositione statuti præcedentis, & l. 1. C. de raptu virg. vbi Mars. Barbat. in cons. 71. libr. 2. Castren. cons. 262. lib. 2. Alex. cons. 1. lib. 1. Cepol. cons. 57. Gratus cons. 38. & 48. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 60. lib. 3. Aymon. cons. 18. Roland. cons. 24. lib. 1. qua, vt locum habeat requiritur abductio de loco ad locum libidinis causa, vt notant allegati Doct. & quod illā carnaliter cognouerit. Boer. decis. 316. nu. 4. Viuius comm. opin. in verbo, raptor honestæ. Tamen non habet locum contra rapientem meretricem, vt consuluit Cephal. in cons. 140. lib. 1. Iste enim pœna extraordinaria Iudicis arbitrio puniendus erit, vt per Bald. in l. penult. ff. de rer. diuis. Matthes. sing. 102. Gomes. in c. mulieres. num. 28. de Iudic. in 6. Neuiz. Sylua Nupt. lib. 4. nu. 43. Didac. lib. 3. variar. reso. c. 14. n. 2. Alciat. cons. 469. n. 2. Grammat. decis. vlt. nu. 5. Menoch. de arbitr. casu 291. per totum. ideo statuentes alia mitiori pœna contra raptores meretricum in hoc statuto insurgunt de qua ibi. Sed si sequatur matrimonium inter raptorem, & raptam cessat de Iure Canonico omnis pęna raptus. c. fin. de raptu. Paris. cons. 17. nu. 6. lib. 4. Clar. in §. raptus. c. penult. cum ibi notat. de raptu. & dos virgini raptæ, & stupratæ constituenda est secundum facultatem stupratoris, & dignitatem stupratæ. Pedemon. decis. 107. Clar. in §. stuprum. An autem vidua propter stuprum amittat dotem? & sunt opiniones. affirmatiuam tenent Castren. in cons. 145. lib. 2. Mar. singul. 416. Gerard. sing. 48. Tiraquel. de nobil. c. 18. nu. 9. Curt. Iun. cons. 81. nu. 9. Cotta in verbo, mulier, propter negatiuam tenent Boer. decis. 338. Crauett. cons. 205. nu. 24. Soccin. Iun. cons. 111. nu. 7. lib. 3. Didac. de spons. & matr. in epitome. c. 6. §. 6. nu. 10. Sed Io. de Garzo in auth. eisdem pęnis. nu. 18. C. de secun. nupt. distinguit aut infra annum luctus commisit, & procedat affirmatiua, aut post annum luctus, & procedat negatiua quod idem sentit Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 9. Pedemon. decis. 67. in fine.

Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare. Cap. LIII.

SI aliqua mulier innupta, dixerit se ab aliquo vim passam, & infra duos menses de vi prædicta conquesta non fuerit; ipsa vlterius super hoc non audiatur: si verò mulieri nuptæ vim illatam fuisse dicatur, possit maritus, pater, filius, & germanus frater mulieris, etiam post duos menses, vsq; ad tempus à iure præfinitum, accusare.

Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare. Cap. 53. Glos.

De iure etiam post quinquennium erat licitum

tum de raptu, & violentia mulieri illata accusare. l. qui cętus. 5. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. mariti. 29. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. Nam & si de adulterio post quinquennium non esset accusatio permissa. l. adulter. 5. C. ad l. Iul. de adult. l. ita nobis. 28. ibi prætor quinquennij. C. eod. l. mariti. 29. §. quinquennium. ff. eod. & l. quinquennium. 3. ff. eod. Tamen non procedit in violento adulterio, seu stupro, vt probant iura allegata in princ. Per hoc statutum post duos menses mulier innupta vim passa non potest conqueri,, mulier verò nupta potest secundum dispositionem iuris communis intra quinquennium, & post accusare.

De Concubinis. Cap. LIV.

MAriti qui concubinas retinent, per Senatorem, & Iudices à concubinis separari possint, & cogi per idoneos fideiussores cauere, de insimul non conuersando, nec cohabitando, sub pœna per Senatorem, & Iudices imponenda, & super his Senator ad cuiusq; honestæ personæ denunciationem, procedere debeat, & cessans, in syndicatu pœna aureorum quinquaginta puniatur.

De Concubinis. Cap. 54. Gloss.

Olim concubinatus erat permissus, nam Diuina Lege antiqua permissum fuerat illis primis Patribus vltra vxorem habere etiam concubinam ad prolis procreationem, erant enim (vt scribit Lippomanus super Genes. c. 22.) concubinæ non illegitimæ; & fornicariæ; sed vxores minimè principales, quarum filijs non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, nec sacerdotium, nec primogenitura: munera tantum recipiebant; & mutua se caritate complectebantur; & se se iuuabant. & hæ concubinæ interdum appellabantur Ancillæ Genes. c. 33. Habebant hæ concubinæ aliquid de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ, vt declarat Diuus Thom. in 4. senten. distinc. 33. q. 1. artic. 3. Didaeus de spon. in epitome par. 1. c. 4. nu. 8. & lex Ciuilis appellat has concubinas iniustas vxores, hoc est vxores, quæ ducebantur non obseruato solemni more, qui inducendis vxoribus seruabatur, de quibus loquitur tex. in l. si vxor. in princ. ff. ad l. Iul. de adult. Hottoman. in verbo vxor. Cuiac. lib. 6. obseruat. c. 16. Tiraquel. de legibus connub. glos. 6. nu. 241. & illo iure ciuili honestum erat hoc nomen concubinę, vt scribunt Alciat. & alij in l. massurius. ff. de verbor. signi. Aucto deinde genere humano hæ concubinæ prohibitæ fuerunt, & illis tantum permissum fuit concubinam habere, qui vxore iuxta carebant, in Concilio Toletano de quo in c. 15. qui. 34. distinc. vbi Gemin. Card. & Archid. intelligunt hanc concubinam pro vxore minus solemniter ducta, Card. Paleottus de Nothis, & spurijs, c. 12. in fine. idem firmat, & ostendit Ciuili iure permissam, per tex. in l. in concubinatu. 3. ff. de concubinis. Nam cum concubinatus per legem nomen assumpsit extra legis pęnam est, ait I. C. in d. l. 3. Sed limita 1. nisi ea concubina habeatur in qua stuprum committitur. l. 1. §. cum atilicino. ff. eod. Limita 2. nisi quis ingenuam, & honestæ vitæ mulierem in concubinatu habeat. d. l. 3. §. in concubinatu, nisi fortè contestatione hoc manifestum sit. d. §. Limita 3. nisi concubina minor sit duodecim annis. d. l. 1. §. fin. ff. eod. Limitatio 4. est nisi quis libertam alienam; quæ ab inuito patrono diuertit cõcubinam habeat. l. quod ait. 11. §. 1. ff. de diuortijs. l. 1. in princ. ff. de concub. Limitatio 5. est nisi sororis filiam quis concubinam habeat. l. quin etiam. 56. ff. de ritu nupt. Limitatio 6. est nisi quis eam habeat concubinam; quæ antea Parentis, vel filij sui concubina fuit. l. 1. §. penult. ff. de concubin. Limitatio 7. est nisi is qui vxorem habet concubinam etiam adduxerit. l. 1. C. de concubinis. l. vlt. §. fin. C. commun. de manumis. Rota diuers. decis. 547. nu. 1. & 2. par. 1. & sola animi destinatione concubinatus constituitur. l. concubinam. 4. ff. de concubinis; sed contra quod immò plura requirantur nempè, quod potuerit esse matrimonium secundo quod sit vnica; tertio quod sit retenta domi in schemate cõcubinæ, quarto quod ducatur publicæ; quinto quod ad liberos suscipiendos retineatur; sexto quod diligatur sicut vxor, septimo, & protestatio, ita dixit Bermon Cheneron de publ. concub. in verbo, concubinam dimittat, Lucas de Penna in l. si cohortalis. C. de cohor. lib. 12. Card. Paleot. de nothis & spurijs. c. 12. nu. 3. Rota diuer. in decis. 254. nu. 1. par. 2. & in decis. 547. nu. 4. par. 1. Hodie verò omnino interdictum est quibuscumq; ex dispositione Concilij Trid. sess. 24. decretum de reformatione matrimonij. cap. 8. Sed tanquam consistens in facto cõcubinatus non præsumitur, Alciat. cons. 268. n. 4. & 5. Natt. cons. 421. nu. 9. Rota diuer, in decis. 808. n. 9. par. 1. de hac re latè tradit Mascard. de probationibus conclus. 341. libr. 1. per totam; &

non

non dicitur nisi concurrentibus requisitis de quibus supra; vt probat etiam Mascard. citato loco, & illo probato intrat pœna legis, & statuti huius. An autem de iure sit punibile, & infamiam irroget sunt opiniones, vt recenset Rota diuers. in decis. 547. sub nu. 3. par. 1. & de iure canonico est concubinatus indistinctè prohibitus. c. nouo, & c. dicat aliquis. 32. q. 3. Bart. in l. 1. ff. de concubin. & tales appellantur turpes personæ. Dec. in cons. 530. Alex. cons. 66. nu. 11. lib. 3. Crauetta cons. 229. num. 12. & multis incommodis afficiuntur concubinarij, & triginta incommodâ recenset. Rebuff. in commen. in princ. tit. de públic. concub. §. publici. An autem, quid quantum, & à quibus concubinis donari, seu relinqui possit tradit tex. & ibi Doct. in l. 2. C. de natur. liber. in l. affectionis in l. donationes. ff. de donat. in l. qui concubinam, & in l. itē legato. §. parui. ff. de legat. 3. §. 1. auth. quibus mod. natur. effic. legi. glo. Bar. Bald. in l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. testa. Rom. in cons. 43. & in cons. 478. Ias. in l. miles ita. col. penul. & vlt. ff. de re iudic. & in cons. 37. lib. 3. vbi dicunt concubinam possè accipere à concubinario ex contractu, et vltima voluntate; quod intelligi debet de concubinis domi retentis in schemate concubinatus, cum illis requisitis de quibus supra, & per Spec. de succes. ab intestato. §. 1. ver. nunc. de naturalibus. Io. And. ad Specul. in rubr. qui filij sint legitimi. Bart. in l. fin. ff. de concub. Ruyn. cons. 109. nu. 11. lib. 3. Corn. cons. 9. nu. 2. lib. 4. Dec. in cons. 433. nu. 54. de qua re latè post alios per Peregrinum de iure fisci lib. 3. tit. 18. in princ. & nu. 5. & sequen. quod tamen. Limita primo in casu in quo complexus esset punibilis, vel illicitus secundum ius ciuile. ita Ias. vbi supra, & est casus in l. Claudius. & in l. mulierem. ff. de indign. Capra in cons. 127. Limita 2. in concubina militis, nam ab eo, nec per contractum nec per vltimam voluntatem capit. d. l. miles ita. §. mulier, & l. mulierem. ff. de indign. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. glos. Bart. & Doct. in d. l. affectionis, Capel. Tholos. decis. 141. Limita 3. in concubina Religiosi, vt per Ricard. malumb. quem sunt sequuti. Bart. & alij in d. l. miles ita, & in d. l. mulierem, & in d. l. 2. C. de donat. inter virum, & vxor. Angel. in cons. 189. Anchar. in cons. 247. Dec. in consil. 132. Limita 4. in concubina Aduocati, Bart. in d. l. miles ita. Doct. in l. centurio. ff. de vulg. Port. cons. 21. Roman. cons. 43. declara nisi donatio sit iurata, Roman. d. cons. 43. in 4. dubio contrarium Crauetta in cons. 229. & sicut concubina non capit à concubinario, ita concubinarius non capit à concubina. Bald. in cons. 457. lib. 5. cons. 267. lib. 1. l. Claudius. ff. de indig. Bald. cons. 248. lib. 1. Nisi donatio facta sit propter merita, & causa dotis. Anchar. in cons. 247. Afflict. decis. 502. Mantua consil. 169. Portius in d. cons. 21. per tex. in c. inter opera. de sponsal.

De Plagiarijs. Cap. LV.

SI quis rapuerit, abduxerit, aut occultauerit, aut rapi, abduci, occultariuè mandauerit, vel ad effectum vendendi, vel ad effectum redimi faciendi puellam aut puerum, in furcis laqueo suspendatur, itaut moriatur: & si capi non poterit, capitaliter diffidetur ad mortem, & perpetuò reaffidari non possit.

De Plagiarijs. Cap. 55. Gloss.

Plagij criminis accusatio ex lege fauia de Plagiarijs est publici iudicij. l. plagij. 13. C. ad l. fauiam de plagiarijs. §. est & inter. instit. de publ. iudic. Si quis itaq; liberum hominem, vel seruum alienum suppresserit, celauerit, vel in vinculis habuerit, abduxerit, & rapuerit tenetur. l. fauia de plagiarijs. l. non statim. §. fin. ff. ad l. fauiam de plagiar. l. si fratrem 5. C. eod. l. 2. & l. eum qui. 9. C. eod. & hoc statuto ibi in princ. Nisi ignorans bona fide seruū quis, vel liberū hominem possideat l. legis. 3. ff. ad l. fauia. de plag. l. quicunq; 4. §. quod si seruus. C. de ser. fugit. l. plagij. 14. C. ad l. fau. de plag. l. præses. 8. C. eod. tenetur etiam, l. fauia, & hoc statuto ille, qui liberum hominem, vel seruum alienum emerit, vendiderit, donauerit, vel alio modo alienauerit. l. 1. & l. fauia. 4. ff. ad l. fauiā de plag. l. liberum. 15. C. eod. l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. legis autem fauię pęna peccuniaria olim fuit, quæ in vsu esse desiit, & pro ea extraordinaria pœna fuit introducta. l. vlt. ff. ad l. fauiam de plag. §. est & inter. instit. de publ. iudic. & aliquando metalli pęna fuit indicta. l. plagiarij. 16. C. ad l. fauiam de plag. Serui, & libertini bestijs subijciuntur ingenui puniuntur gladio. d. l. 16. l. quoniam 7. C. ad l. fauiam de plag. hoc nostrum statutum pœna vltimi supplicij plagiarios corrigit, & sic correspondet dispositioni d. l. 16. & d. l. quoniam. 7. ad l. fauiam de plagiarijs; vt ideo nihil de nouo videatur disponere. An autem socij criminis

minis

minis eadem pœna hoc statuto teneantur? non determinat; sed id dimittit dispositioni iuris cõmunis, de qua in l. non statim. 6. §. fin. ff. ad l. fauiam. de plagiarijs. l. comparantem. 10. C. eod. & datur primum in hoc iudicio actio ciuilis in rem. l. 1. C. ad l. fauiam. de plag. deinde accusatio de vi publica & priuata. d. l. 1. in fine postremo actio furti, & serui corrupti. l. si quis. 12. C. eod. l. non statim. in princ. ff. eod. l. 1. in princ. ff. de fugitiuis, & l. 2. C. ad l. fauiam de plagiar.

De priuato Carcere. Cap. LVI.

QVicumque ceperit, aut capi fecerit aliquem, & eum propria libertate priuauerit, animo carcerandi, vel in eum priuatum carcerem cõmittendi; si per aliquod temporis breue spatiũ retinuerit, pœnam ducatorum centum: si verò per vnam horam, pœnam ducatorum ducentorum: si verò per duas, vel plures horas non tamen vltra vigintiquatuor, pœnam ducatorum quingentorum incurrat: dicta verò pecuniaria pœna, in Nobilibus duplicetur, in Magnatibus & eorum Bastardis quadruplicetur: quas pœnas, si singuli prædicti in his casibus non soluerint infra decem dies, à die latæ sententiæ, capite puniantur ad mortem, & de prædictis debeat per Senatorem inquiri.

De priuato Carcere. Cap. 56. Glos.

Carceres itaq; alij publici sunt, alij priuati, & ideo fugiens è carcere publico habetur pro confesso; & conuicto l. eos. ff. de cust. reor. Boer. decis. 215. nu. 9. glos. Bart. & alij in d. l. eos. l. si apparitor. C. de cohort. lib. 12. Nam carcer publicus dicitur locus ordinatione, & decreto Iudicis deputatus, in quo custodiatur persona, vt notant Doct. in l. 1. ff. de cust. reor. à quo aufugere non licet, Secus enim est in carcere priuato, nam ab eo licet fugere glos. Guliel. de Cuneo. Bald. & omnes in l. succurritur. ff. quibus ex caus. maior. Iason. in l. admonendi super glos. in verbo, fuga, ff. de iure iur. Boer. d. decis. 215. nu. 13. & ratio est quia carcer priuatus est de genere prohibitorum. l. 1. C. de priuat. carcer. & lege 1. C. de cohort. libr. 12. & priuati carceris pęna de iure est vltimi supplicij. d. l. 1. C. de priuat. carcer. & l. 1. C. de cohort. lib. 12. l. succurritur. ff. ex quibus caus. maior. statutum nostrum pœnam iuris communis modificat, cum distinctione temporis, & personarum, vt ibi.

De Proditoribus. Cap. LVII.

PRoditor, qui contra aliquem proditionem cummiserit, vel aliquem seduxerit, vel conduxerit ad aliquem locum, vt offendatur à suo inimico, vel ab alio, si proditus & conductus offensus fuerit, sine sanguinis effusione, is proditor pœnam scutorum centum incurrat, Cameræ Vrbis applicandam: & in exilium per quinquennium mittatur. Si verò ex offensione sequatur sanguinis effusio, vtraque pœna duplicetur; & nihilominus in eam etiam pęnam incidat, quàm principalis percussor incurrit: Si verò mors inde sequatur, de homicidio puniatur.

De Proditoribus. Cap. 57. Gloss.

Proditor enim ille dicitur, qui sine aliqua causa, vel diffidatione offendit eum; qui de ipso confidebat. Bald. in l. fin. C. de summ. trinit. & fide catholic. & in c. 1. col. 7. quibus mod. feud. amit. & in cons. 361. lib. 4. Lucas de Pen. in l. seruum. C. de delat. lib. 16. Afflict. decis. 265. nu. 64. latè Decian. lib. 7. crim. cap. 29. & c. 31. tom. 2. Farinac. q. 18. nu. 73. & sequen. Baiard. ad Clar. in §. homicidium. n. 22. & 23. & de tali loquitur hoc statutum, Nam dicitur etiam aliter proditor ille qui offendit maiorem suum; qui bellum mouit sine diffidatione, & ille qui dat alteri venenum in potione, vt per Bald. vbi supra, & in cons. 210. libr. 4. Item ille qui secreta sibi commissa reuelat. c. sacerdos. de pęniten. distinc. 6. c. omnis de pęnit. & remis. Card. in clem. 1. §. quia vero. de statu monac. Item proditor dicitur etiam ille, qui permittit transire gentem inimicam; & ille; qui occulte offendit. Bald. in c. 1. col. 7. ver. quid de rebus. quibus modis feudum amitt. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo: rebelles, Item qui vendidit arma hostibus Patriæ. l. 2. & ibi Bald. C. quæ res expor. non de. l. cotem. in princ. de publ. & qui hostibus Patrię mutuant pecuniam; & incidunt in crimen lęsę maiestatis. Bart. in l. cuius. ff. ad l. Iul. maiest. Item illi qui mittunt litteras, & nuncios ad hostes. Bart. in l. 1. in fin. ff. eod. item transfuga. l. proditores, & ibi gloss. ff. de re milit. Necnon illi qui culpam prælatorum publicant, vt sæpè faciunt famuli Prælatorum Vrbis, dum quod ab

eis

ris, cupiunt non possunt consequi; vel postquam sunt consecuti ab eis discedunt; isti enim mercenarij, vt plurimum sunt suorum dominorum proditores. Card. vbi supra per capitul. de his 2. quæst. 7. de materia. Alexan. in leg. respiciendum. §. delinquunt. de pœnis. Felyn. in capit. 1. de hom. Et proditorum rerumpublicarum filij sunt omnium successionum incapaces. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. vbi Cyn. & Salycet. Aret. de malef. in verbo, che hai tradita; & tales sunt adeò odiosi, qui puniantur ex sola attentatione; vel scientia si non reuelauerint, dicta l. quisquis. Bald. in l. si quis violauerit. de rerum diuis. damnatur eorum memoria. gloss. in §. per contrarium. instit. de heredit. quæ ab intesta. defer. Bart. in leg. qui à latronibus. §. 1. de testam. gloss. in l. 1. C. si re vel act. Angel. in l. fin. C. ad leg. Iul. Maiest. Angel. in l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. & talis proditio reuelata Sacerdoti in Confessione, est in genere ab eo propalanda, si est in fieri; & confitens dixerit non posse ab ea abstinere; secus si sit perfecta; vel confitens dixerit Sacerdoti posse se ab ea quæ est in fieri abstinere; & ita promiserit. Innocen. in vlt. col. in gloss. sua, in verbo, prodat. Doctor. & Butr. in capit. omnis vtriusq; de pœnit. & remis. Aret. vbi supra. Et tales proditores non gaudent beneficio Reipublicæ. Bald. in l. si quos. C. de postlim. reuer. & non possunt condere testamentum. Bald. in leg. & militibus. in 2. quæst. C. de testamen. milit. per tex. in l. 1. in fine. ff. de obsequi. Hactenus de proditoribus Reipublicæ; statutum nostrum loquitur de primis Proditoribus priuatorum; quibus dat pœnam secundum qualitatem offensionis per proditionem priuato illatæ vt ibi. An autem sit Proditor ille qui per insidias inimicum occidit? & dic quod non. Bart. in l. respiciendum. §. deliquunt. ff. de pœnis. Gerard. singul. 14. Gomes. capit. 3. de homic. num. 5. & ibi Soarez. contra tenet Farinac. quæst. 18. nu. 76. & 77. quem reprobat Baiard. ad Clar. in §. homicidium. numer. 25.

De Latronibus etiam nocturnis & Piratis. Cap. LVIII.

INsidiatores viarum, & itinerum frequentatorum & piratas impunè occidere vnicuique permittitur; pro primo autem latrocinio, in loco vbi reperti sunt (si in fragranti crimine deprehendantur) furca suspendantur, itaut moriantur: sed si in fragranti crimine deprehensi non sint, & in potestate habeantur, causa cognita, similiter pro primo latrocinio furca suspendantur ad mortem. Et idem seruetur contra raptores nocturnos; qui cum violentia in Vrbe spoliant transeuntes, si vulnera intulerint; si verò vulnera non intulerint, sed aliter verberauerint, vel amputata eis manu dextera, in perpetuum exilium mittantur; vel fustigati ad Triremes per decennium transmittantur. Illi verò qui bis rapinas huiusmodi facere inuenti sunt, vltimo furcarum supplicio damnentur.

1. De Latronibus etiam nocturnis & Piratis. Cap. 58.

Gloss.

Latro dicitur, qui per vim furatur. auth. sed nouo. & ibi Bart. C. de seruis fugit. Abb. in capitul. ex parte. de testibus. Alex. in consil. 91. libr. 4. per tex. in §. successor. auth. vt nulli iudic. gloss. in capitul. cum inter alia. de immun. eccles. Piratæ dicuntur illi qui per vim in mari furantur; & possunt impunè occidi ex dispositione statuti huius, & ex dispositione iuris communis; vt de latronibus. capitul. cum homo. & ibi gloss. 23. quæst. 5. & de Piratis. gloss. & Doctor. in authen. nauigia. C. de furi. Soccin. cons. 262. libr. 2. & est tex. in l. 1. C. quan. lic. sine iudic. se vindic. & in capit. 3. de homicid. Vital. de malef. tit. de fur. nu. 10. Alciat. cons. 11. numer. 17. libr. 1. Et ex hoc statuto furca suspenduntur itaut moriantur, quod idem voluere leges communes. l. capitalium. §. famosus. ff. de pœnis. l. Prouinciarum. C. de fer. & ibi Bald. & quidem in loco commissi delicti. dicto §. famosus, & Piratæ in loco vicino Mari in quo deliquerunt. Bart. & Doct. in l. insula. ff. de Iudic. & in tract. Tyberiadis par. 2. de Insula. in princ.

De Furibus. Cap. LIX.

FVres, qui occultè furantur, pro primo furto puniantur in simplum parti, & duplum Cameræ soluant, quòd si non fecerint intra mensem à die latæ sententiæ, vel postquam diffidati de eo delicto in fortiam Curiæ peruenerint, fustigentur audientia publica existente; pro secundo verò furto mittantur ad Triremes per Triennium;

Ee pro

præceptum vidi sæpè peccatum; & Aristot. lib. 4. politic. cap. 9. tradit præcepta electionis bona. Et quod sint eligendi nobiles ingenui, & non egeni dicit idem Aristo. lib. 3. Polit. cap. 8. qui eodem lib. capit. 7. dixit nequaquam tutum esse istis, hoc est ignobilibus, pauperibus, & ignaris magnos magistratus committere; qui autem in nimia indigentia sunt constituti; deiecto nimium animo viles existunt, ex quo fit, vt magistratum gerere nesciant, qui verò modum nobilitatis, & diuitiarum excedunt difficile est, vt rationi obediant, vt quotidie sumus in Aduocationis munere exercendo in Vrbe experti; vt mediocritas, & medium optimum sit, teste Aristot. lib. 4. Politic. cap. 11. Extreme verò viles, & inopes non sunt idonei, quia facile venales, Arist. vbi supra. & lib. 2. Politic. c. 7. ver. at enim. Ideò in Rota Romana Iudices non approbantur, nisi præcedente probatione ingenuitatis, & mediocritatis diuitiarum constituentium annuum redditum ad minus scutorum 300. vt incorrupti, constanti animo, rationi obedientes omnibus iustitiam reddere possint. Nam Magistratuum superbia, & auaritia, est seditionum causa; & libido magistratus etiam optimos obliquos agit, & prodigalitas eos subuertit, vt etiam superbi, auari, libidinosi, & prodigi, non sint Iudices eligendi.

De termino moto. *Cap.* *LXI.*

QVi terminos, seu fines alicuius possessionis amouere, euellere, aut quocumq; modo corrumpere vel mutare ausus fuerit; si Plebeius sit, pœnam ducatorum auri centum incurrat, quàm si soluere non poterit, amputetur ei manus dextera, itaut à brachio separetur; si verò Nobilis, pœna duplicetur, & pariter si eam non soluerit, infra mensem manus dextera amputetur, vt supra: si verò fuerit Communitas, aut Baro, pœnam ducatorum mille incurrat; & in omnem euentum parti ad interesse teneantur.

De termino moto. Capit. 61.

Gloss.

Maledictus qui transfert terminos proximi sui; dicit Dominus Deuter. capitul. 27. numer. 17. & dicit omnis populus amen. Nam antea cap. 19. præcepit dominus ita non assumes; & transferes terminos proximi tui; quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terram; quàm acceperis possidendam, & sic ante quam possessiones habeant homines præcipit eis, quod non amoueant terminos in sibi assignandis possessionibus fixos; & deinde si amouerint eos maledicit; & omnis populus dicit amen, hoc est Dei maledictionem comprobat. Plato de legibus Dialogo 8. contra terminorum motores seuerè insurgit. Et Numa Pompilius Rex 11. Romanorum legem tulit, vt quilibet suo fundo contentus sit, & alienos non concupiscat. vnum quemq; iussit agrum suum circumscribere, ac lapides apponere. Hos sacros esse Ioui terminali voluit, addidit vt quot annis stato de re diuina, eo in loco in paganorum cœtu fieret, idq; festum terminale appellauit. Quòd si quis hosce lapides transferret, aut tolleret, lege terminali caput eius Ioui terminali deuouit, & impunè is tanquam sacrilegus interficiebatur, & in legibus xij. Tabul. adsunt leges de seruitutibus, & finibus regundis hos amotores terminorum plectentes. Causæ autem huius actionis de termino moto secundum ius commune sunt; si quis terminum agri mouit, vel protulit; si finalium quæstionum obstruendarum causa faciem loci conuertit: vt ex arbore arbustum; ex silua cædua nouale; aut aliquid eiusmodi fecit, si quis terminos effodit. l. 2. & l. agraria. 3. ff. de termino moto. dicta l. 3. §. fin. & l. 1. C. de accusatio. & actio hæc competit cuilibet de populo dicta l. 3. in princ. ibi & eius actionis. ff. de termi. moto. Pœna autem eius secundum ius commune extraordinaria est pro varietate circumstantiarum. l. 1. C. de accusat. l. 1. 2. & 3. §. fin. ff. de termino moto. Non tamen est pecuniaria, dicta l. 1. & dicta l. 3. in princ. sed contra ex leg. vlt. eod. quod sit pecuniaria, firmat Menoch. casu 393. nu. 4. quod intellige, vt ibi per eum. & seruus capite punitur cum quadam distinctione, de qua in dicta lege 3. §. alia quoq; est autem capitale, vt Nonius Marcellus scribit capitis periculum; aut crimen capite vindicandum, Menoch. de arbitrar. casu. 393. numer. 7. & 8. hac itaq; ratione arbitrariam ex leg. 2. ff. de termi. moto, & Bald. & Salycet. in leg. 2. C. de accusat. dixit Menoch. vbi supra. numer. 15. quo loci quatuor constituit casus à numer. 11. vsq; in finem in quibus arbitraria pœna puniuntur.

Iudex enim, qui de crimine proposito cognoscit, potest cognoscere etiam de finibus. l. sed & loci. 4. §. si dicantur. ff. fini. regun. §. si finium. instit. de offic. iudic. Quorum actio mistam habet causam, tam in rem, quàm in personam. l. 1. ff. finium regun. §. quadam instit. de actio. & in hoc iudicio vter actor, vter reus est. d. §. quadam. & l. in actoribus. 36. ff. fin. regun. competit itaq; si de finibus agri contentio sit. §. si finium. instit. de off. iudic. si quis circa fines agri malitiosè quid commisit, lapides finales auferendo, vel arbores excidendo. d. §. si finium. si termini dicantur deiecti, vel exarati. l. sed & loci. 4. §. si dicantur. ff. fin. regun. si quis sepem, maceriam, murum, sepulchrum, aut foueam faciens terminos à lege definitos excedat. l. vlt. ff. fin. regun. si quis contumax fuerit, vt passus non sit iubente Iudice agros metiri. §. penult. instit. de offic. iudic. si inundatio fluminis agri fines confudit. leg. si. 8. in princ. ff. fin. regun. Sed præmissa procedunt in prædijs rusticis; non autem in vrbanis. d. l. 4. S. hoc iudicium. & l. 2. ff. eod. nec vbi flumen, vel via publica interueniat. d. l. 4. §. fin. & l. sed & si. 6. ff. eod. Nec si de vno fundo communiter inter duos disceptetur. d. l. 4. §. qui communem. nec si de fundo communi, & proprio alterutrius sociorum disceptetur. d. l. 4. §. si communem. nec minus si actor pendente lite aliquid ex finibus propria authoritate occupauit. l. si constiterit. 4. C. fin. regun. & competit. proprietarijs, vsufructuarijs, iure pignoris possidentibus, emphyteusis, vectigalibus, & hæredibus actoris, & rei. dicta lege sed & loci 4. §. finium. ff. fin. regun. l. cædere. 5. in fine. ff. arbor. furtim. cæsar. l. si familia. 48. ff. famil. hercis. & pro omni eo quod interest, ac pro fructibus competit. dicta lege 4. §. 1. & §. post litem. ff. fin. regun. l. non solum 56. ff. famil. ercis. & sola triginta annorum præscriptione submouetur. l. cuncta. 6. C. fin. regun. & in hoc iudicio in primis iuratur de calumnia. l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ. ff. famil. hercisċun. Sed si altera pars se subtraxerit, ne quæstio finiatur, quid agendum tradit. l. si quis. 3. in fine. C. fin. regun. & prius est quæstio possessionis à Iudice terminanda. dicta lege 3. in princ. & Iudex potest mittere agri mensores ad litem terminandam. l. si irruptione. 8. §. final. ff. fin. reg. & dicta lege 3. ibi, & tunc agri mensor. C. eod. & si alter maiorem locum, alter minorem habeat, potest Iudex æquare leg. de modo. 7. ff. eodem. Et in definiendis finibus potest sequi vetera monumenta, & vestigia, nec non census. l. in finalibus. 11. ff. fin. regun. declara vt in l. 2. C. eod. & in l. 2. in fine. ff. eod. & in §. si finium. instit. de offic. iudic. Potest etiam sequi terminos quos demonstrat is, qui vtriusq; prædij dominus fit. l. eos 12. ff. fin. regun. & in quæstione terminanda quinq; pedum spacium vacuum debet relinquere. l. quinq; 5. C. fin. regundorum. Cicer. de legibus, libr. 1. sed si quis sepem, maceriam, murum, domum, sepulchrum, vel foueam, propè vicinum prædium fecerit, vel arbores plantet quantum spatij sit relinquendũ tradit tex. in leg. vltim. ff. eod. & si Iudex alio modo commodiore quæstiones finium dirimere non potest; facit id per adiudicationem, & condemnationem pecuniariam. l. 2. §. iudici. cum leg. sequen. ff. fin. regun. §. si finium. instit. de offic. iudic. dicta leg. 4. §. si alter. ff. fin. regun. Hoc statutum pro termino moto pecuniariam pœnam infert, & corporalem amputationis manus, secundum qualitatem personarum, vt prorsus arbitraria videatur de qua latè tradit Menoch. in dicto casu 393. per totum.

De Aggressoribus, & aggressione nocturna ac diurna. Cap. LXVII.

CONtra Aggressores, & eos qui primi offensores fuerint, pœnæ statutariæ, quæ ob delicta inde secuta imponendæ essent, aggrauentur, & Senatoris arbitrio in carceribus vel compedibus ad tempus, quod sibi videbitur, detineantur, & torqueantur; vel aliter puniantur. Sed si quis armatus aliquem ad domum suam, solus vel associatus, de die vel de nocte aggressus fuerit, ipse aggressor puniatur ad mortem. Associantes verò (si homicidium ex alterutra parte sequatur) pariter ad mortẽ puniantur: si verò homicidium non sequatur, per decennium ad Triremes transmittantur. Aggresso verò, quilibet impune cum armis vel sine, auxilium, & fauorem præstare possit: dictiq; aggressores impune ab ipso aggresso, & à præstantibus illi auxilium, opem & fauorem durante dicta aggressione, vel conflictu, offendi possint. Verùm si quis cum armis & solus, vel associatus, aliquem extra domum de die aggressus fuerit, si nullum aliud delictum sequatur, ex aggressione, pœna ducatorum auri centum puniapunia-

puniatur: Si autem sine armis aggressio fiat, pœnam ducatorum auri quinquaginta incurrat; associantes verò vigintiquinque pro quolibet: quæ pœna in aggressione de nocte duplicetur.

De aggressoribus, & aggressione nocturna ac diurna. Cap. 62. Gloss.

De istis est etiam tex. in l. is qui aggressorem. vbi gloss. & Doct. C. ad l. Corn. de sicarijs, & possunt etiam de iure communi, tam nocturni, quàm diurni aggressores, & eorum socij ab aggressis, & illorum auxiliatoribus impunè offendi, atq; occidi. l. 1. C. quan. lic. sine iudi. se vindic. gloss. in d. l. is qui aggressorem. in verbo, is qui, & in verbo, altum, l. si vt allegas. 4. & ibi glos. in verbo, latrocinantem, C. ad l. Corn. de sicarijs. cap. interfecisti, & c. si perfoderis, & ibi Abbas de homicid. Sed quis in dubio de duobus, vel pluribus aggressor præsumatur; est semper in controuersia, quia nemo se aggressorem fatetur, sed aggressum fuisse contendit. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 39. n. 4. dixit hoc à coniecturis, & præsumptionibus pendere. Sex autem præsumptiones ex Alciato, & alijs quos citat in medium profert Menoch. de arbitr. casu. 363. per totum, & præsumpt. 39. num. 1. lib. 5. de præsumpt. & præsumpt. 40. nu. 26. eod. lib. & quæst. 15. num. 8. lib. 1. & maius est delictum quod de nocte, quàm de die committitur; & maior pœna punitur, & in dubio præsumitur de die commissum. Bal. & Imol. in l. titius. §. lucius. ff. de lib. & posthu. Cepha. in cons. 206. nu. 4. Mars. in cons. 83. nu. 16.

De Vallis, seu Repagulis, & Sbarris non faciendis. Cap. LXIII.

NVllus in Vrbe vallos, aut repagula, vulgo sbarras, aut incastellationes nuncupatas, ex quibus prælium inferri, aut sustineri, vel pacificus Status Vrbis turbari possit, construere, aut construi facere audeat, seu præsumat: & qui contrafecerit, pœnam mille aureorum incurrat. Artifices & eorum famuli seu manuales, qui ea construxerint, pœna ducatorum centum singuli puniantur, quàm si infra quindecim dies non soluerint, eis manus dextera amputetur, itaut à brachio separetur.

De Vallis, seu Repagulis, & Sbarris non faciendis. Cap. 63. Gloss.

Aedificia omnia ad æmulationem Reipublicæ quia materiam seditionis præbent, ex qua publica tranquillitas posset turbari, sunt prohibita etiam de iure. lege opus nouum. ff. de oper. pub. capitul. Pisanis in fine. de restit. spoliator. l. quicumq; castellorum. C. de fund. limitrophis. libr. 11. & ibi gloss. in verbo, antiquitas, Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure, vbi Iason. numer. 12. Bartol. in lege quominus. numer. 2. ff. de flumin. vbi etiam, Iason. numer. 24. Afflictus in capit. 1. §. & palatia. numer. 5. quæ sint regalia. Cassan. in Consuet. Burgun. rubr. 13. §. 9. numer. 9. Roman. in cons. 52. numer. 4.

Sicut enim sunt prohibita ad æmulationem, inter priuatos ædificia, vt habetur in præallegatis iuribus, & per Cephalum in cons. 130. numer. 12. libr. 1. multo magis debent esse prohibita inter priuatos ipsos, & Principem, vel Rempublicam, vel inter ipsos Principes finitimos, vt per Roman. dicto cons. 52. & ibi addentes in litera G. & varijs diuersisq; modis fiunt ædificia ad æmulationem alterius; vt puta si quis in finibus Imperij, aut cuiuscumq; Prouinciæ munitissimas arces, castra; vel vt vulgo dicunt fortalitia, ex quibus multa incommoda, & publica scandala Imperio, vel alteri Prouinciæ accidere possent; extruere vellet; talia enim ædificia limitanea ad æmulationem Imperij, vel Prouinciæ vicinæ possunt prohiberi, & impediri noui operis nunciationis remedio. dicta l. opus nouum, & d. l. quicumq; Castellionum. C. de fund. limitro. lib. 11. Ne alias ipsis constructis validiores contra finitimos constructores insurgant; quia bella quæ à vicinis inferuntur, sunt omnium periculosissima, vt per tex. in l. 2. §. post deinde. ff. de origine iuris, vbi Zasius in verbo, maiora. arg. leg. cum oportet. §. sin autem. in fine. C. de bonis quæ liber. Nam teste Hesiodo. damnum sunt mali vicini, & Iuuenal. satyra 15. Inter finitimos vetus, atque antiqua simultas, Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus.

Et res ratione mali vicini dicitur esse minoris precij. lege quod sæpè. §. fin. ff. de contrahen. emption. vbi gloss. in verbo, confinem, Iason. in lege 1. §. si hæres. numer. 11. in 2. lectur. ff. ad Trebellian. & de commodis, & incommodis vicinorum multa dicit

Columella de re rustica lib. 1. capit. 3. Mantua sing. 7. nu. 3. incip. vicinum. Ad rem Bald. in l. 1. numer. 8. C. qui testamen. fac. poss. vbi dicit Castrum à duobus fratribus possessum pro indiuiso ab altero alicui vicino Principi pro parte vendi, aut donari non posse; quia esset ad iniuriam, & æmulationem alterius fratris sequitur Ias. in l. ex hoc iure num. 10. ff. de iust. & iure, & in d. l. quominus. num. 25. & in rub. C. ne fisc. vel Respub. num. 2. Quod idem est de fratre ab altero fratre expulso, vt dicit Bart. in l. cum allegas, num. 1. C. eod. vbi Iason. in rub. numero 3. & in dicta lege ex hoc iure. numero 10. Ad æmulationem etiam is ædificare censetur, (quod ad nostrum statum attinet) qui in Ciuitate, seu propè ipsam Castrum munitum, vel turrim excelsam inuito Domino Ciuitatis construit. Interest enim Ciuitati ne talia ædificia construantur; ne ædificantis conspectui Ciuitas longè lateq; sit exposita; & ne possint ab eo bellicis tormentis Ciues in proprÿs domibus infestari. Afflict. in d. cap. 1. §. & palatia. num. 5. quæ sint regalia. Bart. in dicta lege opus nouum. num. 3. & 5. ff. de operibus public. & in l. 1. num. 2. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Sed & is ad æmulationem ædificare dicitur, qui ideo domum suam altius tollit, vt in vicini ædes prospicere possit; aut moniales iuxta habitantes possit in conspectu habere, nihil inde aliud laturus nisi vt officiat, vt dixit Celsus in lege in fundo. §. constituimus. ff. de rei vendicatione, l. si cui ff. de seruitut. & huic malitiæ Iudex requisitus mature resistere, & ædificantem debet prohibere, ita Salyc. in l. altius. num. 2. C. de seruit. & aqua. Castren. in l. cum eo. numero 1. ff. de seruit. vrb. prædi. Iason. in d. lege ex hoc iure. num. 8. Alexand. d. consil. 174. Malitÿs enim hominum non est indulgendum dicta lege in fundo. §. constituimus. Ad æmulationem quoque ædificat qui molendinum ad iniuriam alterius construit. l. 1. §. denique, ff. de aqua plu. arcen. l. fluminum, §. fin. ff. de damn. infect. Bart. in l. quominus num. 2. ff. de flumin. vbi Iason. num. 21. Baldus in cap. cum Ecclesia. num. 5. de elect. & in lege si quis ex argentarÿs, §. si initium, numero 1. in fine, ff. de eden. & in summa omnia illa ædificia ad æmulationem fieri intelliguntur; quæ cum iniuria alterius; & animo nocendi, non vtilitatis, vel necessitatis gratia fiunt; quæ non prosunt ædificanti, & alteri nocent; & ideò huiusmodi malitÿs nō est indulgendum d. §. denique d. lege opus nouum, ff. de oper. publ. d. c. Pisanus de restitutione spoliatorum, Roman. dicto cons. 52. Humanæ namq; societatis vinculum non permittit, vt alteri simus damno; & nocumento, l. seruus. in fine, ff. de serui. exportan. vbi glo. in verbo, affici, d. l. in fundo, §. constituimus, ff. de rei vendicatione, & hominem homini insidiari nefas est l. vt vim. in fine, ff. de iustitia, & iure. Sed in dubio non præsumitur quis ædificare ad æmulationem, gloss. in l. fluminum, §. fin. ff. de damno infect. vbi Bart. & alÿ Iason. in repet. d. l. quominus, num. 33. ff. de fluminibus. & in d. l. ex hoc iure, numero 11. Bald. in l. item lapilli. num. 4. ff. de rerum diuis. l. merito, ff. pro socio. vbi Bart. numero 1. dicit quod in dubio quis præsumitur iure suo vti ad rem, Bald. in cons. 195. incip. laudare vos, per totum libro 2.

De aggressoribus vulnerantibus in facie cum cicatrice, aut cum membri mutilatione, vel debilitatione. Cap. LXIV.

SI quis aliquem aggrediens ex proposito faciem aggressi vulnerauerit, aut vituperabili signo deturpauerit, vel cum simplici cicatrice dehonestauerit, amputetur ei manus dextera; faciem autem à summitate frontis, ad extremitatem menti, seu barbæ, & ab aure ad aurē inclusiuè hoc casu intelligi volumus; sed si nasum in parte absciderit, nasus ei abscidatur, & similiter oculus pro oculo effodiatur; & pro auribus aures amputentur; & nihilominus amputetur manus dextera vltra pęnas prædictas. Sed si membrum aliquod, aut articulum mutilauerit, membrum similiter pro membro ei secetur: si verò non mutilatum sit membrum, sed debilitatum aliquod ex principalibus membris, & perpetua debilitatio futura sit; similiter dextera manus amputetur, vel puniatur in eodem membro arbitrio Senatoris: sin autem vnus aut duo digiti debilitentur, & non tota manus, aggrauetur pœna vulnerum infra dicenda per tormenta, & carceres arbitrio Senatoris. Sed si taliter delinquentes capi non possint, & propterea ad effectualem executionē amputationis manus, & pœnarum talionis procedi nequeat; condemnentur, & diffidentur in ducatis auri quingentis, & fiat executio in bonis eorum pro integra pęna; & nihilominus quandocumque in manus, & potestatem Curiæ deuenerit; ad executionem dictarum pœnarum sanguinis procedatur. Quæ pœnæ locum non habeant

beant

beant in rixis subitaneis, & quæ ex improuiso & incontinenti ex contentione verborum, vel altercatione de rebus, aut aliter non præmeditato consilio fuerint exortæ.

De Aggressoribus vulnerantibus in facie cum cicatrice, aut cum membri mutilatione, vel debilitatione. Cap. 64. Glos.

Si quis. *intelligitur tam de masculo quàm de fœminis. l. si quis id quod. vbi Doct. ff. de iurisd. omn. iudic. l. 1. & ibi Alciat. ff. de verbor. signif. Nam masculinum concipit fęmininum. Bart. in d. l. 1. ff. de verbor. signif. & in l. 1. de pecul. Cyn. & alij in l. quicumq; C. de ser. fug. Imola in l. si ita scriptum. ff. de legat. 2. Fulgo. in 2. lectur. l. si quis maior. in fine. C. de transact. vbi Ias. hoc quinq; fundamentis confirmat. & primo, & præcipuo quia etiam in odiosis quando odium est rationabile lex loquens per dictionē. si quis comprehendit etiam fęminam. d. l. si quis id. in princ. ver. sed & vtrunq; ff. de iurisd. omn. iudic. glos. in c. generali. de elect. in 6. & in Clemen. 1. vbi etiam Imol. de sepultur. Bar. in dicta l. 1. ff. de verbor. signif. quod autem sit odium rationabile in eo qui culpa propria delinquit dicit tex. in l. fin. C. de secun. nupt. & l. 3. §. si emancipatus. de bonor. posses. cont. tab. & Cyn. Alber. Bald. Paul. de Castro. Aret. & alij explicant in l. quicunq; C. de ser. fugit. Bart. in l. si quis in tātam. C. vnde vi. Aret. in con. 39. Alex. post alios in l. si cōstante. §. fin. ff. solut. matri. & in cons. 125. libr. 7. Dec. in l. 2. numer. 108. ff. de reg. iur. & Alex. in d. §. fin. tenet quod statutum puniens violentiam cum armis vel sine, comprehendat etiam fœminas; & id tenent omnes in d. l. si quis id quod, & in d. l. quicunq;. quia masculinum genus concipit fœmininum de proprio significatu. l. 1. §. 1. de constit. pecunia. l. 3. ff. de negot. gestis. l. 1. ff. de verbor. signif. quod procedit etiam in pęnalibus. l. qui domum. & l. mater. §. mulier. ff. ad leg. Iul. de adult. l. ait. diuus. ff. de iure fisci. c. si quis suadente. 17. q. 4. capit. mulieres. de senten. excom. Non è contra. gloss. in §. si quis in verbo, quia filij instit. qui testam. tutor dari poss.*

Faciem. *etiam de iure facies dicitur à fronte ad barbam, & ab vna auricula ad alteram. Angel. in l. si quis in metulam. C. de pęnis per l. item mela. §. 1. ff. ad l. Aquil. Ang. de malef. ver. in facie. Alex. in l. cum diuersis. de religios. & sumpt. fun. & ad propositum. Cice. lib. 1. offic. ait. principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram reliquamq; figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ aspectum essent deformem habituræ; atq; turpem eas contexit, atq; abdidit. Ex quo colligitur quod ad corporis ornatum omnia membra iuxta suam propositionem compacta sunt; quæ si tollantur necesse est, vt corpus ipsum deformetur, propterea pęnis insequendi sunt formam alterius corporis deturpantes, vt facit hoc statutum.*

Cicatricem. *Cicatrix dicitur, quæ vultum execat, vel deturpat, & post sanatum vulnus remanet. cap. accusatus. 1. q. 1. l. quæritur. §. fin. de edilic. edic. Bart. in l. si quis. & dicitur signum euidens. d. §. fin. Flor. in l. locum. §. ex eo. ff. de vsufr. Alex. in l. denunciasse. §. quid tamen. de adulter. & est duplex deformās, & non deformans. l. fin. & ibi Flor. ff. de noxa. & in l. ex hac. ff. si quad paup. fec. & cicatrix in quo differat à signo vituperabili tradit. Ang. in cons. 146. An autem sit remansura cicatrix & quibus committitur peritis, notat Bart. in proem. ff. ver. item nota, & stabitur dicto eorū l. semel. C. de re milit. lib. 12. Alber. in 2. par. stat. q. 36. Boer. decis. 323. nu. 21. Bossius de homic. n. 115. & debent referre cum iuramento. Didac. var. res. lib. 2. c. 13. n. 4. & 5. credulitatis, non veritatis. Anan. in c. significasti. n. 13. de homic. Iason. in repet. l. admonendi. nu. 237. ff. de iureiuran. Dec. in c. proposuisti. nu. 17. de probat. Carauitta super ritu. 267. not. 2. & 3.*

Sed si membrum. *Membrorum appellatione quæ veniant? & dic illa propriè venire, quibus diuerso, ac proprio officio corpus mouetur, Bart. in l. publicorum. n. 13. ff. de pub. iudic. & quæ habent proprium officium distinctum, Ang. in §. quia vero nos. auth. vt nulli iudic. de materia. Felyn. in c. ego. de iureiuran. & in c. illorum. de senten. excommu. Bald. Angel. & Imol. in d. l. 2. ff. de pub. iudic. Bald. in l. si fugitiui. & in auth. sed nouo. C. de seruis fugit. & vide Bertachin. in ver, homembrum, ver. 1. & vide Clarum, & ibi Baiardum in addit. ad eundem in §. fin. quæst. 69. per totam. Et est differentia an membrum dicatur debilitatum, mutilatum, vel deturpatum, Ang. in l. non solum. ff. de rei vendic. Dec. in d. l. si fugitiui. C. de seruis fugit. Abbas in cap. accusasti. in fine. de accusat. vbi ponit quomodo intelligatur membrum debilita-*

litatum, vel amputatum. de materia. Cassan. in Consuetud. Burgun. rubr. 1. §. 5. numer. 3. cum sequen. vbi ponit an Lingua, Nasus, Labia, Dentes, Mamellæ, sint membrum, an artifex debilitatus indigito, quo principaliter vtitur in suo artificio dicatur debilitatus in membro? tradit Felyn. in d. c. ego enim. n. 6. de iureiuran. Barb. in homine est membrum, & ob id incidens barbam tenetur pœna, qua plectitur is, qui alicui membrum abscidit. Bald. in l. reos. n. 6. C. de accusat. & de iure tenetur pœna decem librarum parti, & viginti fisco. Roman. singular. 563. per tex. in c. 1. §. si quis alium. de pace tenen. & eius viol.

Sed si taliter delinquentes etiam pœnarum talionis &c. *Petr. Duen. in reg. 27. multa dicit de pœna talionis, vbi tandem firmat, quòd de consuetudine non seruatur nisi in teste, idem tenet Bald. in l. 2. C. de reb. cred. Cassan. in consuetu. Burgun. rub. 1. tit. des iustice. fo. 14. col. 3. nu. 15. & in Iudice compellente testem ad dicendum falsum; nam pœna talionis tenetur. Bar. in l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. de materia Didac. lib. 2. var. resolut. c. 9. nu. 1. Menoch. de arbitrar. casu. 322. nu. 3. Accusans memoriam defuncti, pœna talionis tenetur. glo. in ver. mostrari, in c. sanè. 24. q. 2. quam allegat Bald. in l. qui crimen. in 2. oppo. in fine. C. qui accus. non poss. Roman. sing. 802. Tuscis. Aret. in l. pantonius. §. rei perduellionis. de acquir. hæredit. & committens in hoc statutum, vtiq; talionis pœna tenetur, quia & si consuetudo contra ius commune eam excluserit; si statuto disponatur; vt hic quod habet locum, seruabitur statutum. Spec. de accusat. §. 1. num. 3. Baiard. ad Clarum. §. fin. q. 81.*

Quæ pœnæ locum. *genera pœnarum dinumerantur, per tex. in l. si quis. 6. §. fin. & l. sequen. ff. de pœnis, & pro varietate circunstantiarum criminis, vel delicti sunt pœnæ iniungendæ, vt hic per statuentes in d. §. qua pœnæ. per tex. in l. moris est. 9. §. isti fere. ff. de pœnis. in l. respiciendum. 11. in l. aut facta. 16. §. 1. eod. & in l. pedius. 4. §. penult. ff. de incend. ruina. naufrag.*

De percussione cum sanguine, vel sine. Cap. LXV.

QVis quis cum aliquo armorum genere, latissimè armorum sumpto vocabulo, aliquem vulnerauerit ita vt ex vulnere sanguis exiuerit; soluat pro pœna, ducatos auri centum, & in exilium Senatoris arbitrio mittatur: si verò in rixa, pœna quinquaginta aureorum mulctetur, attributa potestate Senatori aggrauandi, & minuendi pœnam secundum facti, & personarum qualitatem: & hoc in alijs casibus, quàm in proximè præcedenti capite enumeratis. Si verò sine sanguinis effusione aliquem percusserit, puniatur arbitrio Senatoris, personarum & facti qualitate pensata.

De percussionibus cum sanguine, vel sine. Cap. 65. Gloss.

Sed percutiens manu vacua sine armis cum effusione sanguinis minus punitur, quàm cum armis, secundum Angel. in l. si gemine. circa princ. ff. arbor. fur. Cæsar Signor. cons. 63. facit quòd habetur in repertor. Alba. litera. D. verbo, delictum, quia nō præsumitur habere animum vulnerandi, per tex. in l. omne delictum. §. si quis commilitonem. ff. de re militar. Dec. cons. 9. vt statutum debeat intelligi de percussione cum armis, & cum sanguine, non autem sine sanguine, & sine armis, & sic quod vtrunq; debet concurrere pro priori pœna, pro arbitraria de qua in fine dicti statuti sufficiat percussio cum armis.

Armorum genere. *Quæ veniant appellatione armorum de iure tradit Alciat. in l. armorum. ff. de verbor. signif. vbi etiam Rebuff. & quòd relinquatur arbitrio Iudicis, quæ appellatione armorum veniant. tradit Cor. in cons. 199. libr. 4. & Menoch. de arbitr. iudic. casu. 394. nu. 77. Ex dispositione statuti huius veniunt omnia arma latissimè armorum sumpto vocabulo. Nam & in qualibet materia etiam odiosa verba latè intelliguntur, quatenus eorum propria significatio id patiatur. l. cum lege, & ibi Aret. ff. de testam. c. ad audientiam. & ibi Abbas. nu. 1. de decim. Dec. in cons. 5. nu. 4. Crauetta in cons. 118. nu. 10.*

De percutientibus ad ignominiam. Cap. LXVI.

SI quis ad ignominiam & appensate, ad maiorem iniuriam inferendam, aliquem lato gladio, aut cum fuste, baculo, seu bastone, vel etiam ardine percusserit; si capi possit, acriter campana pulsata, publicè torqueatur, & in carceribus per sex menses detineatur; & non liberetur donec soluerit ducatos auri centum

tum pro pœna, quàm si soluere non potuerit, recipiat tot verbera cum simili instrumento quot dedit, vel luat in corpus arbitrio Senatoris, personarum conditione & qualitate considerata: & præsumatur dicta percussio ad ignominiam illata, nisi contrarium probetur. Quæ quidem pœna locum non habeat, si alicui vili, & abiectæ personæ causa leuius offendendi, huiusmodi iniuria inferatur; vel si ex tempore, & ex improuiso in aliqua rixa cum baculo seu bastone ad manus occurrente offenderetur: in quibus casibus leuius, & pecuniariter, iuxta personarum & facti qualitatem, arbitrio Senatoris, & Iudicum delinquentes puniantur.

De percutientibus ad ignominiam.
Capit. 66. Gloss.

Percussiones ad ignominiam, quæ sint explicat hic nostrum statutum.

Et præsumatur. *Omnis iniuria præsumitur praue facta: cap. 1. de præsumpt. & cum dolo: Bald. in cons. 444. n. 4. lib. 4. Bald. cons. 277. num. 2. lib. 5. Alex. cons. 209. nu. 14. lib. 6. Boss. de iniur. num. 13.*

Quæ quidem pœna. *Et quidem optima ratione, quia iniuria ex consulto; atq; animo deliberato facta grauior censetur illa; quæ ex tempore, & improuiso in aliqua rixa facta constiterit. Aristot. problem. 29. quæst. 6. Faller. in cons. 80. in princ. lib. 1. diuer. consil. crim.*

Arbitrio Senatoris. *Pœna certa vbi non exprimitur Iudicis arbitrio relinquitur: c. de causis. de off. deleg. l. 1. in fine, ff. de iudi. deleg. Grammat. decis. 2. nu. 27. & decis. 39. n. 10. Sed ab iniquo arbitrio potest appellari, & peti quod reducatur ad arbitrium boni viri, gloss. in cap. super his in ver. arbitrium, de accusat. gloss. & Bart. in l. si qua pœna. ff. de verbor. signif. Nam arbitrium alicui concessum, debet esse regulatum, nec debet excedere id, quod bonus vir iudicaret. arg. l. vir bonus ff. [illegible] gloss. & Bart. in d. l. si qua pœna. ff. de verbor. signif. de quo relatè Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 8. 9. & 10. Sed secundum qualitatem delicti potest extendere arbitrium, vsq; ad mortem inclusiuè: glo. in § 1. in summa. instit. de iniur. Abb. in c. ex literis de rescript. per tex. in l. sacrilegij, C. ad l. Iul. pecul. Grammat. cons. 39. nu. 7. Ias. in l. qui iurisdictioni col. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. & si contrà nu. 2. C. si contra ius vel vtil. public. Felyn. in c. ad ex literis. de constit. col. 2. In Principe autem omne, eng sunt arbitraria; & poterit arbitrari etiam pœnam mortis. l. 1. C. de summa trinitate. & ibi Bald. in repet. Angel. de malef. in verbis, caput à spatulis amputetur, vbi addentes. Bald. in l. fin. ff. de senat. in l. legis virtus. ff. de legibus. Felyn. in c. qualiter, & quando. §. ad corrigendos. de accusat. Grammat. decis. 36. num. 12. & voto. 10. in fine.*

De percutientibus pugno, vel alapa.
Cap. LXVII.

Si quis similiter ex proposito, & iniuriandi animo alapa, vel pugno in facie aliquẽ percusserit; si Plebeius sit, recipiat similem alapam in scalis Capitolij, & vltra carceretur, & torqueatur arbitrio Senatoris. Alij verò maioris existimationis similiter carcerentur, & iuxta personarum qualitatem; si similem alapam sustinere noluerint, torqueantur arbitrio Senatoris, & pœnam præterea vigintiquinque ducatorum auri soluere compellantur: si autem in alia parte corporis, quàm in facie percusserint, medietatem pœnæ prædictæ pecuniariæ soluere cogantur: hæ verò pœnæ locum non habeant in rixis subitaneis, vt supra proximo capite dictum est, in quibus arbitrio Senatoris minui debeant, personarum & facti qualitate perpensa.

De percutientibus pugno, vel alapa.
Cap. 67. Gloss.

Pugno. *An iniuria pugno illata sit leuis, vel grauis? & quod sit grauis arguit Aret. in §. seruis instit. de iniur. n. 2. per tex. in l. non solum. §. si mandato. vbi Bar. n. 7. ff. de iniurijs. Sed est grauis seu leuis ratione loci, seu dignitatis personarum pensata. Io. Faber. in d. §. seruis. nu. 2. Ang. d. §. si mandato. nu. 5. Viuius decis. 46. num. 6. & 7. infra c. 74. ver. item si quis.*

Alapa. *Alapa dicitur grauis iniuria inter Milites, seu Nobiles. Petrin. Bel. de re milit. par. 10. tit. nu. 39. & 65. Vital. de iniur. nu. 42. Viuius d. decis. 46. nu. 10. & sequen. Baiard. ad Claram in §. adulterium. num. 12. Contra quod sit leuis iniuria videtur tenere; Lapus allegat. 76. factum super quo, dum dixit, Episcopum posse absoluere ab excommunicatione illum, qui dedit maxillatam Canonico, quia non dicitur enormis læsio. sequitur Nauar. in manu. c. 27. nu. 92. Grammat. decis. 14. Viuius*

bam, aut capillos, & non traxerit, soluat ducatos auri triginta: si autem pannos de dorso iniuriosè sciderit, seu dilaniauerit soluat ducatos similes vigintiquinque vltra damni emẽdationem. Si quis verò alicui signum quòd ficum appellant, vel simile aliqui iniuriosè fecerit, soluat pro pœna ducatos quinque plus minusuè arbitrio Senatoris, personarum qualitate considerata. Sed si mulieri capillos, siue trecias de capite præciderit; si mulieri inhonestæ & meretrici, pœnam ducatorum quinquaginta auri incurrat; si honestæ & nuptæ, aut virgini, vel viduæ, capitaliter ad mortem Senatoris arbitrio puniatur: si verò pannos supra genus inciderit meretrici, pœnam centum ducatorum incurrat: alijs verò honestis supradictis, capitaliter puniatur vt supra.

De alijs iniurijs in personam facti.
Cap. 70. Gloss.

Iniuria aut infertur in corpus, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet, vt dixi infra. cap. 74. ver. aut infertur. In hoc statuto agitur de illis quæ inferuntur in corpus, & personam; & iniuria personalis semper reputatur grauior verbali, ac reali. l. prætor edixit. ff. de iniurijs. Bart. in l. si non solum. §. si mandato meo. numer. 7. ff. de iniur. l. sed est quæstionũ, vbi Bart. nu. 1. ff. eod. Hostien. in summa de iniur. §. & in quantum. nu. 7. Angel. in d. §. si mandato. num. 5. Farin. q. 105. num. 181. & sequen. & dicitur iniuria personalis quando quis capit aliquem per pannos, per Bart. in l. licitatio. §. quod illicitè. num. 5. ff. de pub. & vect. Flor. in l. 1. §. hæc autem. num. 1. ff. de his qui deui. vel. effud. Dec. in cons. 406. num. 4. & 5. Bald. in rubr. ff. solut. matr. Bertazol. cons. 147. num. 27. libr. 1. & fuit de mente Innocen. quamuis corpus tactum non sit in c. super. num. 1. de senten. excom. quem refert. Bart. in d. §. quod illicite. nu. 5. vbi etiam Roman. nu. 4. addentes ad Bertaz. in dicto cons. 147. litera B. quod & firmat hoc statutum, ibi si autem pannos. Et omnis iniuria dicitur personalis, siue tangatur persona, siue res personæ cohęrens. Bart. in d. §. quod illicite. num. 5. vbi etiam Roman. nu. 4. per doctrinam Innocentij in d. c. super.

De verbis iniuriosis. Cap. LXXI.

SI quis alicui verba iniuriosa animo eius honorem sugillandi dixerit, aut protulerit, pro quolibet verbo iniurioso; pœnam decem ducatorum auri incurrat, vel arbitrio Senatoris corporali pœna plectatur, personarum & verborum qualitate perpensa: mitigetur tamen pœna eorum, qui prouocati verba iniuriosa responderint; vel si modum, & mensuram non excesserint, impuniti dimittantur.

De verbis iniuriosis. Cap. 71. Glos.

Fit etiam iniuria, aut re, aut verbis. l. 1. §. iniuriam. ff. de iniurijs, & infra cap. 74. ver. fit enim, & Leuit. cap. 19. præcipitur quod nemo sit Susurro, & clandestinus calumniator, hoc statutum loquitur de iniuria verbali, quæ verbis iniuriosis infertur. Verba autẽ iniuriosa sunt illa, quibus offenditur, vel grauatur opinio alterius. Lancell. Conrad. in tractat. de iniur. in pract. Crim. numer. 4. & de Duello. conclus. 17. num. 1. & 10. & quæ dicantur verba iniuiuriosa tradit Grammat. decisio. 14. numero 9. & 10. & de materia tradit Menoch. de Arbitrar. casu 263. & an inferatur per verba impersonalia? tradit Capic. decis. 58. Sed plura verba iniuriosa eodẽ impetu dicta faciũt vnum conuitium, licet sępe repetantur. Bart. in l. item Labeonem, §. ait Prætor. ff. de iniur. Didac. variar. qq. lib. 2. capit. 10. num. 8. Quod idem erit si statutum puniret quodlibet verbum iniuriosum; quia debet intelligi de quolibet verbo prolato ex interuallo, non autem quando plura verba iniuriosa eodem impetu proferuntur. Dec. in l. si familia, numero 19. ff. de iurisdict. omn. iudic. Augus. consil. 12. Bart. consil. 108. Iniuria quæ fit per scripturam dicitur verbalis siue inferatur in genere, siue in specie. Roman. in cons. 378. Soccin. in cons. 118. num. 1. lib. 1. Sed in genere illata est minor. Alciat. in cõs. 40. num. 7. lib. 5. Bero. in cons. 161. lib. 3. Bertazo. in cons. 237. num. 6. lib. 1. Infertur etiam verbis subdole dictis, & indirectis, Lancel. Conrad. conclus. 13. num. 3. de duello. Verum prouocatus non tenetur hoc statuto; sed mitiori pœna punietur. Iason. in l. vt vim, num. 36. ff. de iustit. & iure, vbi etiam Bolognet. num. 94. Farin. in quæst. 105. num. 306. Immò si modum non excesserit, impunitus euadet, vt ibi vel si modum &c. Et de mentita data ad prouocationem, & cum protestatione quod non animo iniuriandi, sed saluo honore, latè tradit Farin. in d. quæst. 105. inspect. 7. per totam de varijs ac diuer. crimin. & grauior est omnis iniuria quę fit ex

fit ex consulto, quàm ex non consulto, Aristot. sect. 29. Problem. sub nu. 19. Gayl. obseruat. 100. lib. 2. pract. obser. Sed verbis iniuriosis non factis sed verbis est resistendum. Spec. de accus. ver. quid si te vocaui latronem. Bald. in l. 1. ver. sed nunquid. C. vnde vi. Si factis te opponis eris puniendus de excessu non de toto. Angel. in l. si adulterium. §. imperatores. ff. de adult. Sed contra videtur dicendum quia iniurianti me possum etiam armata manu resistere, quare si eum vulnero non debeo puniri, neq; de toto, neq; de quanto, quia honor, & vita æquiparantur. l. iusta causa. ff. de manumis. vindic. Sed pro defensione vitæ licitum est aggressorem occidere. leg. vt vim. ff. de iustit. & iur. vbi Doct. Ergo & pro defensione honoris. Bald. in c. 1. col. 5. de pace tenen. & quod pro defensione honoris sui liceat inire duellum, quia crudelis est qui famã suam negligit dicit tex. in cap. volo. 12. q. 1. c. præcipimus. 93. distinc. Gerar. singul. 33. & de materia, Clar. & ibi Baiard. in §. iniuria. Gayl. d. obseruat. 100. num. 5. & sequen. lib. 2. pract. obseruat.

An autem veritas conuicij excuset iniuriantem, & quod sic videtur tex. in l. eum qui. ff. de iniurijs, & in l. si non conuicij. C. eod. Sed id cũ distinctione accipiendum esse ex cõmuni Doctor. sententia credimus; aut enim expedit Reipublicæ conuitium sciri, aut non; Primo casu verum conuitium dicens non tenebitur, si illud probet, alias secus. Mant. singul. 633. nu. 1. incipie. si te spurium. hanc distinctionẽ amplectitur per Gayl. obseruat. 99. in princ. lib. 2. pract. obser. Non enim debet aliquis sine causa alterius infamiam detegere, quia defectus nostros detegi inhumanum, atq; iniuriosum est. l. 2. C. quan. & quibus quarta. lib. 10. Igitur si quis sine causa in rixa, vel extra conuitium dixerit, tunc veritas conuitij nullam præstat excusationem, quia in actione iniuriarum animus iniuriandi consideratur; cum sit substantiale requisitum huius actionis. l. illud. ff. de iniurijs. & in delictis voluntas, non exitus consideratur. leg. diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. qui iniuria. ff. de furtis. l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. & teste Cicero. in Paradox. peccata non rerum euentu; sed vitijs (inquit) esse metienda, hanc sequuntur Oldrad. in cons. 53. per totum. Cyn. in l. si non conuitij. numer. 1. C. de iniurijs. Abb. in capitul. cum te. numer. 26. de re iudic. Ioan. Andr. ad Specul. de iniurijs. in princ. Rom. in cons. 96. Alex. in l. & si. nu. 6. ff. de lib. & posthum. Clar. in §. iniuria. n. 15. & ibi Baiard. & alij addentes ad Capell. Thol. in decis. 127. latè Didac. Couar. varsar. resol. lib. 1. cap. 11. num. 6. Clar. §. fin. q. 53. num. 4. & dicunt omnes quod veritas conuicij prolata per libellum famosum non excusat iniuriantem, sequitur eos Mysing. obseruat. 4. centur. 4. per tex. in l. 3. C. de offic. rect. prouinc. ibi etiam si vera sint voces; & de pœna, & materia libelli famosi; latè post alios tradit Farinac. de var. ac diuer. crim. quæst. 105. in spect. 11. num. 421. & sequen. per totam. & num. 241. 244. & 248. Pro isto statuto facit tex. in l. 1. §. iniuriam. ff. de iniurijs, & in l. item apud. 15. §. ait prætor. & per totam l. ff. eod. infra cap. 74. multa ad rem. An Iudex appellationum teneatur actione iniuriarũ, si dixerit in sua sententia Iudicem à quo iniquè, iniustè, nulliter, frustatoriè, perperam, & aliter iudicasse? Et dic quod non, quia sua sententia corrigit iniquitatem; & imperitiam iudicantium. l. 1. ff. de appell. & reuocat perperàm gesta per eos. l. 4. C. de postlim. reuer. l. 4. C. de inoff. donat. & l. 3. vbi. gloss. C. commun. vtr. iud. Bertac. in verbo, Iudex Appellationum vers. 79. facit quod si appellans sententiam nullam atq; iniquam dicat in libello appellationis per hoc non videtur conuitiari; sed ita demũ si impigant illi dolum, vt per Castren. in l. illud. ff. de appell. multò minus videtur conuitiari Iudex Appellationum per supra relata verba. Sed si appellans impigant dolum Iudici à quo erit puniendus ab eodem Iudice sine processu, & de facto, quia defendit suam iurisdictionem, & honorem sui officij. l. Iudici. ff. de iniurijs. Castren. in d. l. illud. ff. de appellat. Grauat. ad Vestr. lib. 7. c. 3. nu. 31. Menoch. de arbitr. casu. 263. nu. 7. & 8. Item si dicat, al sindicato ti voglio, Iudici infertur iniuria, Bart. in l. si tutor. ff. de auth. tutor. Sed Iudex actione iniuriarum non tenetur, si animo corrigendi verbum iniuriosum protulerit. Oldrad. consil. 53. Natta in cons. 462. num. 20. Felyn. in c. cum te. col. fin. in fine. de senten. & re iudic. Allegans Iudicem suspectum, & causas suspicionis non probans Iudici actione iniuriarum tenetur. Bald. in c. super. de offic. Ang. in l. quæ omnia. ff. de pactis. Quid idem erit si in precibus porrectis Principi, quæ vulgo memorialia nuncupantur aliquid probrosum dicatur de Iudice. Felyn. inter cons. crimin. cons. 46. lib. 2. Bursatt. cons. 94. num. 5. Nam dantes talia memorialia tenentur actione iniuriarum, vt est tex. in l. item apud Labeonem. §. si quis libello.

bello. ff. de iniurijs. Soccin. in conf. 118. nu. 5. ver. hoc idem probat. lib. 1. Quòd intellige quando contenta in similibus memorialibus non probantur per supplicantes, ita in istis terminis loquitur Socein. dicto conf. 118. Bossius de iniurijs. numer. 4. Baiard. ad Clarum. in §. iniuria. numer. 34. & 61. Bertazol. conf. 214. Passet. conf. 183. Purpur. consil. 324. Quamuis ex pluribus causis fore tales excusandos crediderint, prout credidit etiam, & latè eas comprobat Honded. in consil. 112. per totum, Magon. in Florent. decis. 25. per totam multa ad rem dicit Bertazol. cons. 152. & ibi addentes litera. D. Et hac de causa in Vrbe plures fuerunt relegati, etiam ad Triremes. Non est omittendum iniuriam verbalem esse personæ offensionem, sed non in personam. Bald. in rubr. solut. matrimon. col. 2. ver. sed quæstionis; & quòd statutum puniens verba iniuriosa, non habet locum in verbis diffamatorijs, vt per Ruyn. conf. 162. numer. 2. lib. 4.

De incidentibus vineas, vel pergulas. Cap. LXXII.

QVi dolosè vineam, aut vineæ partem alicuius, seu pergulas, inciderit, vel aliter corruperit in toto, vel in parte, pœnam centum ducatorum incurrat, & damnum parti læsæ resarciat; ad cuius incisionis, aut corruptionis probationem sufficiant quatuor testes idonei omni exceptione maiores, de fama publica deponentes, aliquibus præsumptionibus concurrentibus: quàm pœnam si non soluerit infra decem dies, à tempore quo in posse Curiæ peruenerit, amputetur ei manus: & de hoc ex officio possit inquiri.

De incidentibus vineas, seu pergulas. Cap. 72. Gloss.

Incidere non dicitur, qui radicitus euellit, vel extirpat. l. furtum. 7. §. si quis radicitus. ff. arbor. furt. cæsar. Et ille, qui contra prohibitionem incidit, non excusatur si aliam plantet. l. fin. & ibi Bart. C. de Cupres. libro 12. & pro isto statuto facit text. in l. 1. & toto tit. ff. arbor. furtim cæsar. vbi appellatione Arborum etiam vites contineri dicitur. l. vitem. 3. ff. eodem, vbi etiam in §. sed & si quis. notatur quod incidere non dicitur quis eas vites; quæ radices nondum egerint. Et actio ista competit Domino, & hæredibus aduersus incidentes quoad pœnam, & interesse, non autem quoad pœnam contra hæredes. l. furtim. 7. §. fin. l. cedere. §. fin. ff. eod. Et in ea venit æstimatio. l. facienda. 8. ff. eod. Et si plures inciderint omnes tenentur in solidum. l. si plures. 6. ff. eodem. & de iure communi possunt puniri tanquam latrones. l. 2. ff. eod. & actio hæc datur in duplum dicta l. 7. §. fin. ff. eod. & est perpetua dicta l. 7. §. fin. Pro euulsione, vel extirpatione tenetur lege Aquilia dicto §. si quis radicitus. de hac re Clarus in §. fin. quæst. 68. num. 44. & ibi addentes. & Baiard. num. 120. gloss. ad Constit. March. cap. 23. lib. 4. multa de materia. Hoc statutum loquitur de vitibus, & pergulis; ideo non debet extendi ad alias arbores, etsi arborum appellatione vites etiam contineantur. Sed cedere non est solum succidere, sed etiam ferire cedendi causa. l. cedere. 5. ff. arbor. furt. cæsar. & procedit; & si non tota arbor, & vitis cæsa sit; sed pars. l. 7. §. etsi. ff. eod. & statutum ibi in toto, vel in parte. Farinac. de delictis, & pœnis. quæst. 20. num. 113. & Dominus Deuter. 20. præcipiendo dicit. Ne succidas eorum arbores, cum eorum Ciuitates oppugnabis, multo minus tuorum Conciuium.

De corrumpentibus arma, vel picturas alienas. Cap. LXXIII.

QVicunque arma, seu insignia, vel picturas in alienis domibus, vineis, vel alijs locis existentia, data opera, abraserit, inciderit, aut quoquomodo corruperit, pœnam centum aureorum incurrat, & parti ad interesse, & iniuriarum teneatur.

De corrumpentibus arma, vel picturas alienas. Cap. 73. Gloss.

Iniuriarum actione tenentur corrumpentes arma, insignia, vel picturas alienas. Ripa in l. 1. num. 74. vbi etiam Cagnol. num. 179. ff. si cert. petat. Marsil. sing. 474. Afflict. de pace vim. firma. §. iniuria. num. 523. vbi enumerat infinitos casus, in quibus homo homini actione iniuriarum teneri potest. ad quem ideo te remitto. Rom. sing. 474. Gomes. in §. pœnales. nu. 15. Instit. de actio. & qui delet arma, & insignia alterius, eum turbare dicitur. Felyn.

lyn. in capit. tertio loco. col. 1. de probat. Rebuff. super const. tomo 3. de mater. possess. art. & glo. 2. nu. 33. Et procedunt præmissa etiam in eo; qui delet, aut corrupit arma, & insignia Proditoris, Gomes. vbi supra. in fine. Rom. in sing. 666. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nu. 120. Dec. in cons. 37. de hac re Menoch. de arbitrar. casu 281. lib. 2. Pro isto statuto facit text. in l. si statua. 27. ff. de iniurijs, & in l. capitalium 28. §. ad statuas ff. de pęnis, & in l. 9. §. lex itaque ff. de iniurijs. An autem Dominus Domus possit arma, & insignia aliena à fundatoribus ibi affixa delere? & dic quod sic; probibitum enim est illa delere in alienis Domibus, vineis, vel alijs locis existentia. Secus enim est in Ciuitate Florentia vbi adest Ducalis constitutio, qua dispositũ est sub graui pęna, quod arma antiqua aliarum familiarum non amoueantur, neque deleãtur per possessores Domorum diuersarum familiarum; ne memoria fundatorum per possessores deleatur; sed conseruetur etiã apud extraneos; quod pium videtur. An idem dicendum sit de statuis ab aliquo deturpatis, vel corruptis? & dic quod sic, per text. in d. l. si statua ff. de iniurijs, et per allegata per Menoch. d. casu 281. de Arbitrarijs Iudic. & contra dehonestantes, vel deturpantes statuas; seu imagines Principis insurgit, & grauiter eos punit l. non contrahitur, & l. sequen. & l. famosi ff. ad l. Iuliam Maiest. l. Capitalium, §. ad statuas, ver. eum quoque qui imaginem Cæsaris. ff. de pœnis. Boer. decis. 301. num. 17. Menoch. de arbitr. casu 376. num. 1. & 2. Baiardus ad Clarum in §. blasphemia num. 1. & 2. De imaginibus Sanctissimi Saluatoris Beatissimæ Virginis, & Sanctorum, ac illas percutientibus, & eorum pœnis tradit Menoch. de Arbitrar. casu 376. Bombin. q. 7. Farinac. quæst. 20. num. 70. Baiard. vbi supra, num. 1. & 2.

De æstimatione iniuriarum. Cap. LXXIV.

PRo quibuscumque iniurijs, grauibusq; contumelijs & conuitijs; de quibus etiã criminaliter processum fuerit ad condemnationem, vel diffidationem, & pro quibus pars offensa nullam poenæ partem receperit, aut recipere velit; possit ciuiliter agi ad ęstimationẽ iniuriarum; & Senator & Iudices dictas iniurias quo ad priuatum interesse, secundum qualitatem & conditionem personarum & iniuriarum (delato prius parti iniuriam passæ iuramento) adhibita moderatione, eorum arbitrio taxent, seu ad debitum modum reducant; Similique modo pro sumptibus & expensis factis in curãdis vulneribus, & pro damnis passis in operibus, quibus offensi caruerint, aut sint carituri, vltra criminalem poenam, ciuiliter agi possit contra offensores; & super his sumptibus, & damnis, & interesse summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, ad celerem executionem, iustitia mediante procedatur.

De ęstimatione iniuriarum. Cap. 74. Glo.

Iniuriarum causa non publici Iudicij, sed priuati continet querelã. l. iniuriarum. 7. C. de iniurijs l. vlt. in princ. C. eod. & est ex bono, & equo iniuriarum actio l. nõ solum, 11. §. 1. ff. de iniurijs. Non enim actio hac computatur in bonis Actoris antequã super ea lis cõtestetur l. iniuriarũ 28. ff. de iniurijs, et differt à lege Aquilia l. prætor. 7. §. si dicatur. ff. de iniurijs l. item apud is. §. si quis seruo ff. eod. Et generaliter iniuria dicitur omne quod nõ iure fit, specialiter alias contumelia; quæ à contemnendo dicta est §. 1. Instit. de iniurijs. l. 1. ff. eod. Fit enim iniuria, aut re, aut verbis d. l. 1. §. iniuriam. Aut infertur in corpus; aut ad dignitatẽ, aut ad infamiam pertinet d. l. 1. §. labeo ait. Et fit alicui aut per se ipsum; aut per alias personas d. l. 1. §. item aut. §. patitur. Instit. de iniurijs, & ex his iniuriarum cõpetit actio. Item si quis pugno pulsatus, fustibus cæsus, vel verberatus. §. iniuria aute. Instit. de iniurijs l. 1. §. iniuriã ff. eod. l. item apud is. §. prætor ait. ff. eod. Si aduersus aliquem manus leuata sunt, & sæpe territus sit quasi vapulaturus dicta l. 15. §. 1. & supra capit. 69. Si quis tam fœminæ, quàm masculi, siuè ingenui, siuè libertini pudicitiam attentauerit. leg. sed est, quæst. 9. §. final. ff. de iniurijs. §. iniuria. instit. eod. l. 1. §. iniuriam. ff. eod. & d. l. item apud 15. §. tenetur. ff. eod. Attentari autem pudicitia dicitur cum id agitur, vt ex pudico impudicus fiat l. attentari 10. ff. de iniurijs. Adsectari non contra bonos mores; sed officij gratia non est iniuria d. l. item apud §. aliud est, & §. meminisse ff. eod. Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare, & talis, qui fœminam vel masculũ appellauerit tenetur hoc interdicto d. l. item apud quem. 15. §. tenetur, & §. appellare, & aliud est appellare, aliud adsectari; Appellat enim, qui sermone pudicitiã attentat: Adsectatur, qui tacitus frequenter sequitur. Assidua. n.

fre-

frequentia quasi præbet nonnullam infamiam d.l.item apud quem 15.§.aliud est. Si turpibus verbis cõtra aliquem vtatur iniuriarũ tenetur d.l.is apud. 15. §.qui turpibus. & supra c.71. Si quis Comitem alicuius abduxerit actione iniuriarum tenetur l.1. §.iniuriam.ff.de iniurijs d.l.item apud quem. §.Comitem. ff. de iniurijs, siuè id per vim; siuè suasionibus fecerit §. abduxisse. de dicta lege item apud quem. Si stuprum serua passa sit. leg. si stuprum 25. ff.de iniurijs. Si quis de serua alieno iniussu Domini quæstionẽ habuerit d.l.item apud.§.prętor ait, & §.quæstionem. Si quis re, vel iure suo; aut publico loco vti ab aliquo probibeatur iniuriarum actione aget, l.iniuriarum 13.§.si quis me. ff. de iniurijs, l.si quis proprium 24.ff.eod. l.2.§.si quis in mari.ff.ne quid in flumine publico, Nisi publico loco, vti quis probibeatur Principis authoritate d.l.iniuriarum 13.si quis me,ff.de iniurijs.ibi conductor autem l.quominus,& ibi Doct. C. de fluminibus. de hac re latè tradit Farbineus lib.1. controuer. iuris. c.1. si quis vexandi causa aliquem ad Tribunal interpellauerit d.l. iniuriarum 13. §.si quis per iniuriam, ff.de iniurijs. Si cum debitor paratus esset soluere, Creditor nihilominus fideiussores interpellauerit.l.si creditor 19.ff.eod. Si creditor propria authoritate Domum debitoris signauerit l.si iniuria 20. ff. eod. Si quis pignus proscripserit tãquam à debitore acceptum. d.l. item apud.15. §. item si quis pignus. ff.de iniurijs. Si quis bona alicuius tamquam debitoris sui; qui debitor non est, sciens possideat actione iniuriarũ tenetur.§.iniuria. instit. de iniurijs. Si quis bona alicuius; vel rem aliquã per iniuriam occupauerit d.l. item apud §.si quis bona. ff.eod. Si alicui onus, quod ad alium pertinet à Magistratu iudicatũ sit l.iniuriarum 13.§.idẽ labeo, ff.de iniurijs. Si quis euentum sententię alterius Iudicis vendiderit, vtique iniuriarum actione tenebitur, d.l.item apud.15.§.idem ait. ff. eod. Si quis mentem alicuius medicamento aliovè quo alienauerit d.l.item apud.ff.eodem. Si quis de honoribus decernendis alicui decerni non patiatur d.l. §.si quis. Si infamandi alicuius causa quid factum sit, veluti si quis ad inuidiam alicuius vtatur veste lugubri, aut squallida, aut si barbã demittat, vel capillos submittat.d.l.15. §.ait prætor. cum seq. Nisi ita coniunctus sit adfinitate, vt inuitus in reum testimonium dicere cogi nõ possit. l.vestem 39.ff.de iniurijs, vel nisi Iudici causa cognita aliter videatur d.l.15.§.quod. Si quis imaginem Imperatoris portet ad inuidiam alicuius l. Senatus cõsulto.38.ff.de iniurijs. l.capitalium 28. §.ad statuas,ff.de pœnis. Si cadaueri defuncti defuncto iniuria sit facta l.1. §.etsi fortè,ff.de iniurijs, & §.quoties. l.si statua 27.ff.eod. Si statua defuncti in monumento posita saxis sit cęsa d.l.si statua, & supra c.73. Si quis seruum, vel filium alicuius ludibrio habuerit eum in popinam duxerit, vel cum eo alea luserit. l.si quis 26. ff. de iniurijs. Si fumum fecerit Superioris Vicini fumigandi causa, vel superior vicinus in inferiores ædes quid proiecerit, aut infuderit. l.si inferiorum 44.ff.eod. Si quis fimo corrupto aliquẽ perfuderit, cęno, luto oblinierit, aquas spurcbauerit, fistulas, lacus, quidvè aliud ad iniuriam publicã contaminauerit. l.1. §.fit iniuria. ff. de extraord.crimin. & supra c.78. Si quis alicui contumeliam fecerit.l.1.in princ. ff.de iniurijs, vbi declaratũr quæ sit contumelia. ibi contumeliam autem. Si alicui conuiciũ factum sit.d.l.item apud.15. §.ait prætor.ff.de iniurijs l.1. §.iniuriã. ff.eod. §.iniuria autem instit.eod. Et Conuicium dicitur, vel à concitatione, hoc est à collatione vocum; Cum enim in vnum complures voces conferuntur, conuicium appellatur, quasi conuocium d.l. item apud 15. §.conuicium ff. de iniurijs. Si quis aliquem delatorem cum non sit, esse dixerit actione iniuriarum, vtique tenebitur l.si non es nunciator. 3.C.de iniurijs. Si Astrologus, vel alius Diuinator Consultus aliquem furem esse dixerit, vtiq; hac actione tenebitur d.l.item apud, §.si quis astrologus. Si quis aliquem debitorem suum cum non esset dixerit, d.l.item apud §.si quis nõ debitorem §. iniuria. Instit.eod. vel vti debitorẽ de fuga suspectum cum debitor non sit iurauerit, Clarus in §. iniuria, vers.vel fecerit aliquem incarcerari, & ibi Baiard.n.22. Si liberum seruum esse dixerit, l.qui liberos. 9. C. de iniurijs l.si quidem 10. C.eod.l.non solum.11. §.fin.ff.eod.& l.si quis 12.ff.eod. Si liber pro fugitiuo sit apprehensus, l.si liber 22.ff.eod. Si libellum, Carmen, aut Historiam ad alicuius infamiam, quis scripserit, cõposuerit, ediderit, dolovè malo fecerit, vt quid eorum fieret leg.lex Cornelia. 5. §.si quis, librũ ff.de iniurijs. §.iniuria autem.instit. eodem.de hac re latè Clarus q.68. & ibi Baiardus, n.62.& seqq. Farinac. q.105.n.421.& seq. Nisi nomine eius in quem factũ est adiectũ non sit. l.quod Senatusõcsulto. 6. ff.eod. Si libellũ famosum inuentũ non corrupuerit, sed manifestauerit, & alij inuentũ confiteatur.l.vnica, C.de famo.libell.l.lex Cornelia,

§. fin. ff. de iniurijs. Si quis libellum famosum emendum, vendendumvè curauit d. §. fin. Si libello Magistratui dato famam alicuius infectatus est d. l. item apud 15. §. si quis libello, ff. de iniurijs. Si quis Carmen quod pudorem alicuius lædat, conscribat, componat, proponat, vel causet d. l. 15. §. hæc autem. Si infamandi alterius causa in monumento publico quid sit positum. l. constitutionibus 37. ff. de iniurijs. Item si quid aliud factum esse dicetur causa cognita Iudicium dabo d. l. 15. §. prætor ait. in fine. Et competit actio hæc Domino serui iniuriam passi, §. serui. instit. de Iniurijs leg. 1. §. item aut. ff. eodem leg. Dominum 8. C. eodem. Item bonæ fidei possessori in cuius contumeliam possesso iniuria sit facta. §. sed si libero. instit. de iniurijs, d. l. 15. §. item si liberorum. Item parenti, & Marito. l. 2. C. de iniurijs l. seruo 30. in fin. ff. eod. l. 1. §. fin. ff. eodem. Item & filio iniuriato Patre absente leg. sed si 17. §. ait prætor. ff. eod. Item filio ex Iniuria patris, Vxori, Socero, Sponso, & heredibus iniuriam passi; contra eum cuius dolo, & opera iniuria facta est, & mandato, Dominũ Serui Patrem Filij iniuriãtis, & heredes eius, qui iniuriam fecit. l. non solum §. planè ff. de iniur. §. patitur autem. Instit. de iniu. & dicta leg. 1. §. item, ff. eod. & §. fin. l. 2. C. eod. leg. 2. ff. eod. l. eum qui 18. §. si nupta ff. eodem. lege item apud §. sponsum ff. eodem. leg. iniuriarum 13. ff. eod. l. iniuriarum 28. ff. eod. §. non solum Institut. eodem l. 11. §. si mandata, & §. proculus leg. sed si §. cum seruus, ff. eod. leg. si filij 36. ff. eod. leg. Item apud §. iniuriarum ff. eodem, & Farinac. d. quæstione 105. numero 253. & sequen. Et quis per se, per Procuratorem, Tutorem, vel Curatorem hac actione agere, & excipere potest d. lege non solum §. agere, & d. lege sed si 17. §. Idem Iulianus. Et iuxta dispositionem iuris communis iniuria æstimatur ab Actore, & permittitur arbitrio Iudicis statuenda, §. pœna. Instit. de iniurijs, & §. in summa Instit. eod. l. sed si §. seruus, ff. eod. Et æstimatio refertur ad id tempus, quo iniuria facta est. leg. iniuriarum 21. ff. eodem iniuria atrox ex quibus sit æstimanda tradit §. atrox. instit. de iniurijs leg. prætor §. atrocem. cum sequen. ff. eod. leg. atrocem 4. C. eod. de hac re latè Farinac. d. quæst. 5. num. 175. & sequen. Si cui in iudicio facta sit competit actio finito iudicio. leg. si quidem 10. C. de iniurijs. Si sit facta a Magistratu finito Magistratu leg. nec Magistratibus 32. ff. eodem, & durante publico Iudicio cessat actio iniuriarum leg. prætor 7. §. 1. ff. eod. Et est actio ista Annalis leg. si in rixa 5. C. de iniurijs l. sed si 17. §. si cum ante. ff. eod. Gayl. obseruatio. 64. & 65. lib. 1. De forma libelli in hac iniuriarum actione tradit Specul. de iniurijs, §. 1. num. 1. 6. 7. & 10. alios citat Alexand. ad Bart. in l. 1. §. iniuria, ff. de iniurijs, & in l. iniuriarum æstimatio. numero 3. in 2. quæst. litera B, ff. eod. & quod libellus actionis iniuriarum debeat continere nomen iniuriantis, speciem illatæ iniuriæ tempus, & locum est text. & ibi Doctor. in l. Prætor edixit, & ibi gloss. 1. Bart. Alberic. Angel. & alij, ff. de iniurijs, Clarus in §. iniuria, ver. Sed nunquid in libello iniuriarum quærit an in libello sit taxanda iniuria cum iuramento ante sententiam, de quare Didac. lib. 2. Variar. capit. 10. num. 7. Viuius opin. 671. & Baiardus ad Clarum in §. iniuria numer. 45. & 46. & Farinac. d. quæstio. 105. num. 388.

De probibita delatione armorum. Cap. LXXV.

NVllus per Vrbem arma offensiua, vel defensiua ferre possit, exceptis Officialibus Romani Populi, & Officialibus ac ministris Palatij Senatoris & Conseruatorum; ac his etiam exceptis, qui veniunt in Vrbem, vel de ea exeunt, quibus ligata arma vel aliter signata ferre, in ipso itinere liceat: qui contrafaciens inuentus fuerit, arma amittat, pœnam trium ictuum funis, & ducatorum auri viginti, incurrat. quæ pœnæ de nocte duplicentur. Nulli vero archibusios ad rotam infra mensuram duorum palmorum deferre, vel retinere liceat: & qui contrafecerit crimen læsç Maiestatis, & pœnas pro eo inflictas, incurrat. Sed si quis pugionem, aut cultellum cum cuspide, aut puntarolum supra mensuram palmi Senatus deferre repertus fuerit, damnetur ad Triremes ad tempus arbitrio Senatoris. Qui occultum ensem, quem Bordoncellum nominant, tulerit, eadem pœna qua ferentes pugiones plectatur. Qui verò cum armis venenatis, aut medicatis repertus fuerit, statim torqueatur, & per acerrima tormenta ab eo veritas eliciatur, & causa ad quid dicta arma venenata deferat, & de veneficio etiam puniatur, vltra pœnas delationis armorum.

De

De prohibita delatione armorum.
Cap. 75. Glossa.

Adest, & in corpore iuris Auth. De armis a priuatis Ciuibus non conficiendis, nec emendis, nec deferendis, & l. 1. C. vt armorum vsus lib. 11. Armorum autem appellatione, quæ veniant habes in l. armorum, vbi Alciat. & Rebuff. ff. de verborum significatione, l. armatos, & ibi Aug. & in l. hi qui ades, ver. telorum autem, vbi Bart. & ibi Alexand. in addit. ff. ad l. Iul. de vi pub. gloss. in clement. 1. §. quia vero nonnulli, & ibi Doctor. de statu Monach. Iason. in §. ex maleficijs numer. 84. Instit. de actio. Menochius de arbitrar. casu 394. num. 76. Baiard. ad Clarum. quæstio. 82. numero 67. & sequen. Arma itaque dicuntur omnia per quæ nocetur, l. 3. §. armis ff. de vi & vi armat. §. armorum Instit. de interdict. Gayl. de pace publ. lib. 1. capit. 7. num. 3. Propriè autem armorum appellatione veniunt ea quæ principaliter ad offendendum, vel defendendum fabricata sunt. Vt notant Doctores in dicta lege armorum. Ang. in §. recuperandæ. numero 2. Instit. de interdict. Roman. in leg. 1. §. occisorum. numero 1. ff. ad Syllan. & Gayl. vbi supra num. 6. alios citat. Et regulariter omnium armorum delatio est omni iure prohibita l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publica l. 1. C. vt armorum vsus, lib. 11. §. penult. Auth. de armis, c. 1. §. si quis Rusticus. de pace tenenda. Afflict. super const. Regi. in c. intentionis. de illicita porta. armo. Bart. in dicta lege 1. numero 1. vbi etiam Ang. numer. 3. & gloss. in verbo, mouendorum, C. vt armorum vsus, vbi Lucas de Penna numero 20. Ang. numero 1. Romanus sing. 267. Soccin. reg. 30. Roland. consil. 3. numero 17. lib. 1. Paris. consil. 171. numero 17. lib. 4. Didac. var. resolut. lib. 2. capit. 20. numero 18. Menoch. dicto casu. 394. numero 18. Viuius decis. 287. numero 3. Bertazo. cons. 46. numero 1. lib. 1. Becc. consil. 4. num. 3. Surdus consil. 152. numero 33. lib. 2. Vt hoc nostrum statutum in eo, quod prohibet armorum delationem nihil de nouo constituat. Sed quia circa pœnas variatum est apud Doctores, vt per Menoch. dicto casu 394. numero 18. Ioan. de Platea in dicta leg. 1. numero 2. C. vt armor. vsus lib. 11. Roman. sing. 267. hoc nostrum statutum de ea certè disponit, quod deferens arma amittat pœnam trium ictuum funis, & scutorũ 25. si de die, si de nocte 50. incurrat. Pro Archibusettis aliam grauiorẽ pœnam cõstituit, vt ibi.

Amittat. Et ita etiam de iure communi, quia deferens arma non solum punitur, sed etiã illa perdit. Alexand. ad Bart. in d. leg. 1. litera C, ff. ad l. Iul. de vi pub. Ioan. de Platea in l. 1. C. vt armor. vsus lib. 11. capit. 1. §. si quis rusticus. de pace tenen. vbi gloss. in vltima solutione, Bald. numero 1. Afflict. in summario, & numero 10. Iason. in §. ex maleficijs. numero 81. Instit. de actio. Roman. d. sing. 267. Clarus quæst. 82. vbi Baiard. numero 63. Viuius decis. 287. numero 4. Etiam quod sint ab alio accommodata, Ludouic. in Perus. decis. 31. par. 1.

Ducatorum viginti, &c. De iure non nisi pecuniariam credunt, videlicet viginti solidorum, Afflict. in cap. 1. §. si quis Rusticus. de pace tenen. & in dicta Constitut. intentionis. numero 23. de illicita portat. armorum. Romanus sing. 267. An hoc statutum comprehendat etiam mulieres? Et quod sic docuit Bald. in leg. sed etsi is, ff. de in ius vocan. in leg. nemo deinceps, C. de Episcop. & cleric. quia comprehenduntur sub generali prohibitione delationis armorum, Mars. sing. 248. Cur. Iun. de feudis. par. 3. col. 5. in 7. limitat. Decian. de Crimin. lib. 8. cap. 3. num. 27. Baiard. ad Clarum in d. q. 82. nu. 55. Soarez. in comm. opin. ver. mulieres. num. 252. Gabr. lib. 6. de verbor. signif. conclus. 6. nu. 37. Viuius opin. 808. num. 7. & Domini Castrum, Pretores Ciuitatum, & Terrarum possunt armorum delationem sub certis pœnis probibere, Decian. vbi supra lib. 8. c. 3. num. 17. Aymon. cons. 314. col. 2. Roland. cons. 3. lib. 2. Beccius cons. 4. num. 1. Bertazol. cons. 46. nu. 2. Baiard. ad Clarum in d. q. 82. nu. 52. & 53. & ab hoc edicto prohibitorio non datur appellatio. Guid. Pap. decis. 436. num. 57. Baiard. vbi supra. Potest tamen appellari à declaratione quòd inciderit in pœnam delationis armorum, Afflict. in d. constitutione. intentionis. nu. 59. Carrer. in pract. crim. in princ. num. 58. ver. an sententia condemnationis. Baiardus tenet contrarium vbi supra, nisi appellans prætenderet posse illa deferre ex priuilegio. Quo loci multa de armis ac illarum delatione congerit; quæ reassumit, & magis dilucidat Farinac. in quæst. 108. de var. ac diuersis criminibus per totam.

Qui verò cum armis venenatis. Deferentes arma venenata grauius sunt puniendi, Petr. à Plac. in epitome delict. lib. 1. c. 8. num. 21. Barbat. de Card. Legat. q. 5. num. 26. & 27. Menoch. de arbitr. casu. 394. nu. 47. Decian.

de crimin. lib. 8. cap. 3. num. 29. addentes ad Bertazol. in consil. 57. litera .B.

Nulli verò archibusios ad rotam infra mensuram duorum palmorum.

Vt habeat locum pena delationis istorum archibusiorum necesse est, quod pro parte fisci sit concludenter probata paruitas mensure duorum palmorum, vt per Bertazol. in istis terminis in consil. 461. num. 10. lib. 10. Bursattus in consil. 331. numero 28. in fine libro 3. & numero 48.

Casus autem in quibus licet arma portare prohibitione legis, & statuti non obstante tradit Afflict. in constit. intentionis. & Duen. in reg. 55. Cassan. super consuetud. Burgund. pagin. 81. num. 18. Ioseph. Ludouic. in Perus. decis. 31. Mars. in pract. crim. in §. pro complemento, & Farinac. in d. q. 108.

An autem prohibitio delationis armorum comprehendat equites, & dic, vt per Crauett. in cons. 284. & Hercul. de proban. negat. numero 23. & 24. Boninco. de curtili. in tract. de nobilitate in 5. par. numer. 72. & sequen. dicit Doctores posse impunè arma deferre. Et ille qui per momentum, vel transeundo arma defert in loco prohibito non tenetur pena delationis armorum. Bursatt. consil. 141. num. 16. & sequen. & cons. 331. num. 37. Bertazol. in consil. 217. & 219. libr. 1.

De ferentibus, aut iacientibus Plumbatam. Cap. LXXVI.

Deferentes plumbatam, seu pilam plumbeam, aut ferream statim deprehensi, tribus funis ictibus torqueantur, & carcerentur non relaxandi, nisi pœnam vigintiquinque ducatorum auri soluerint: Si quis verò plumbatam in alium iecerit animo percutiendi licet non percusserit, similiter torqueatur, & insuper in pœnam quinquaginta ducatorũ similium incurrat: sed si percusserit, quomodocumque læserit, similiter torqueatur, & in pœnam centum ducatorum ex illo iactu, vltra maleficij penam, incurrat. Sed si ex proposito & consilio occidendi cum ea aliquem aggrediatur, & percusserit, amputetur ei manus dextera; & nihilominus de delicto, quod inde sequetur, puniatur.

De vi, & vi armata. Cap. LXXVII.

Qvicumque cum armis, violenter aliquem expulerit de possessione cuiusque rei immobilis, vltra pœnas legales, in pęnam ducentorum aureorum Fisco applicandam incurrat: si verò sine armis, pęna centum similium ducatorũ mulctetur. idemq; seruari volumus in his, qui turbant, inquietãt, seu molestant aliquem in sua rei immobilis possessione. Qui autem cum armis, vel sine armis Orphanos, Viduas, & miserabiles personas, Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, seu pia loca, vi de possessione immobilium eiecerit; vltra pęnas legales, duplum valoris rei, à cuius possessione prædictos eiecerit, Fisco persoluat. Si verò Domicellus, aut Baro Romanus, vel Castrum, Communitas, aut Ciuitas vim prædictam armatam vel sine armis con tra Ciues Romanos habentes bona immobilia in eorum Castris, aut Territorijs commiserit; pœnæ prædictæ duplicentur, sufficiatq; hoc casu de violentia per quinque idoneos testes de publica fama deponẽtes, cõstare. Iisdemq; pœnis locum esse volumus, si prædicti Barones, Castra, Communitates, vel Ciuitates per minas aut prohibitiones, aut alias, etiam indirectè fecerint, ne quis Ciuis Romanus ex suis bonis immobilibus fructus percipere, aut sua bona locare possit, de quo credatur vt supra. Hæc autem pęna toties committatur, quoties fuerit contrauentum. Possit etiam quilibet expulsus aut inquietatus, querelam criminalem vis prædictæ tam expulsiuæ quàm turbatiuæ, & tam cum armis quàm sine, coram Senatore, seu eius in criminalibus Locumtenente, etiam ciuiliter, si ciuilis cum criminali simul deducatur, intentare & prosequi: quo casu vna eademq; sententia tam ciuilis quàm criminalis causa terminari debeat.

De vi, & vi armata. Cap. 77. Gloss.

Vis infertur cum armis, & sine armis; hic ideò agitur de vtraque. Sed iniuria armata sęuissima est, teste Aristot. lib. 1. Politic. c. 2. in fine huic statuto correspondent iura communia de quibus in rubr. ff. de vi, & vi armata. Si quis igitur per vim armatam, vel sine armis aliquem è domo, vel fundo deiecerit tenetur hoc statuto, & leg. 3. §. fin. & leg. si quis. 5. ff. ad l. Iul. de vi priuata, & l. ijs qui 11. ff. eod. de qua re, Clar. in §. fin. q. 83. ver. tum publicam

eam ibi scias autem. §. idem lex Iulia. instit. de publ. iudic. l. hoc iure. 194. ff. de reg. iuris, & de materia legis Iuliæ de vi publica; & priuata, vide supra c. 34. & 35. Nisi fortè vim cum armis, vel sine illatam; vi repulerit. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi armata. Villalo. V. 42. Quod intelige si incontinenti vim repulerit, secus erit si ex interuallo. l. quod quidem. 3. §. eum igitur. ff. eod. l. si quis. 7. C. ad l. Iuliam de vi publ. seu priuata. Gand. de malef. tit. de defensione à reo facien. ver. sed pone. gloss. in d. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi publ. dicens quod prima violentia est sublata per secundam ex interuallo factam; ut ex prima violentia agi non possit, arg. l. qui possessionem. ff. de vi, & vi arma. & incontinenti Amici, & Vicini possunt etiam percutere volentem me expellere. l. deuotum. C. de meta. & epidim. lib. 21. quem ad hoc ibi magnificat Bart. c. dilecto. vbi Doct. de senten. excomm. in 6. Corsettus sing. in verbo, defensio, & supra cap. 35. & de materia, Menoch. de recuper. latissimè.

Possit etiam quilibet expulsus. *Actio Ciuilis, & Criminalis expulso competit, ut ibi, & per tex. in l. si quis. 7. C. ad l. Iul. de vi pub. & priuata, & actio Ciuilis est, vel interdictum vnde vi, vel actio vi bonorum raptorum, vel actio quod vi metusuè causa, ut in dictis rubr. ff. & C. Item dantur etiam constitutiones Principum l. 1. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi priuata. Sed actio hæc non datur, si ille qui uim fecit, suo iure sit usus. l. factum. 197. §. non uidetur. ff. de regul. iur. quod potest exemplificari in eo qui in uim pacti rem sui debitoris propria auctoritate occupauit. l. creditores. 3. ff. de pignoribus, ubi Bart. & cæteri scribentes. Ruyn. in cons. 127. num. 5. lib. 5. Sed illo uti non potest, qui adiuit Iudicem pro possessione obtinenda; quia facultatem illam adeundo Iudicem quis amittit, Pontanus de spolio. lib. 3. cap. 2. num. 158. fol. 121. Nisi petierit associari per familiam Iudicis. Pontanus ubi supra d. num. 158. in medio. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 421. & sequen. de qua re supra lib. 1. cap. 93. & qui pacto usus est potest petere confirmari. Menoch. d. remed. 4. n. 350. Sed aduertendum est huiusmodi pactum esse personale; nec ideò posse exerceri contra tertium, qui pactus non est. Signor. de homod. in cons. 4. per totum, & sub num. 7. uer. sed si pactum. Nisi fortè in rem interponatur. Signor. ubi supra. col. 1. & 2. & quomodo cognoscatur an sit reale, uel personale dicit ibi, ubi dat bonam doctrinam.*

Huic statuto correspondet, etiam tex. in l. 1. & toto tit. ff. de vi & vi armata, & est interdictum recuperandæ possessionis, quod nuncupatur vnde vi d. l. 1. §. 1. Non enim est famosum. l. neque 13. ff. eod. Et in eo mox auditur actor etiam sine inscriptione. l. momentaria. 8. C. vnde vi. Et competit ei tantum qui vim passus est, atq; deiectus non alijs, aduersus eum tantum qui vi deiecit. l. 1. §. interdictum. ff. eod. Nisi fortè deiectus alieno nomine possideret; & deijciens sit de alicuius familia. d. l. 1. §. quod seruus. §. ait prætor. & §. familiæ. Et huiusmodi interdictū est annale, nisi agatur de eo tantum; quod ad eum qui vi deiecit peruenit. d. l. 1. in princ. ff. eod. l. quod quidem. 3. §. hoc interdictum. in fine. ff. eod. Item nisi absentis possessio vi, vel clam sit occupata; hoc enim casu non nisi triginta annorum spatio præscribitur. l. vlt. in fine. C. vnde vi. l. 1. §. sed post elapsa, & §. cui tamen. C. si per vim vel alio modo declara, ut supra lib. 1. cap. 60. Sed illius exceptio est perpetua. l. licet. 5. C. de except. & præscript. l. eum notissimi. 7. §. immò, & illud. C. de præscript. 30. anno. & in hoc interdicto venit id quod interest. l. 1. §. qui vi. ff. de vi, & vi armata. & in §. non solum. l. in interdicto. 60. ff. eod. l. si vi. 15. ff. eod. l. si de possessione, C. vnde vi. Nisi agatur post annum; tunc enim id quod ad reum peruenit restituendum est. l. 1. in princ. & §. si fundus, & §. quod ait prętor. ff. eod. Et fructus. l. videamus. §. in fauiana. ff. de vsuris. d. l. 1. §. ex die. ff. de vi, & vi armata, & l. si de possessione. C. vnde vi. Et eum expectauerint sententiam æstimationem vna cum re ipsa parti vitrici debent restituere. l. non ab re. 10. C. vnde vi. l. conductores. 33. C. de locat. & conducto. l. si quis. 7. C. vnde vi. §. sed ex constitutionibus. instit. de interdict. Causæ autem ex quibus hoc interdictum competit tradit text. in d. l. 1. per totam. & in l. fin. C. vnde vi, et in l. si nulla. 6. C. de acquir. possess.

Vt Filij, in Parentes delinquentes, parentum arbitrio puniantur. Cap. LXXVIII.

SI filius in patrem, aut matrem, citra sanguinis effusionem, deliquerit; patris vel matris arbitrio puniatur, & Senator iniunctam à patre vel matre pęnam executioni debitæ demandet. pœna aureorum quinquaginta de suo salario retinendorum, si contrafecerit, imminente.

De pœnis minorum delinquentium.
Cap. LXXIX.

SI minor annis decem cum dimidio aliquod maleficium commiserit, ad pœnam aliquam non teneatur,& omnis processus contra eum factus, & condemnatio inde forsan secuta, sit ipso iure nulla: si verò à dicta ætate vsq; ad decimum quartum annum inclusiuè deliquerit, medietate pœnæ, quàm alij incurrerent, ipsi plectantur. Sed si ex delicto capitalis pœna infligenda veniret, pecuniariter vsq; ad summam trecentorum aureorum puniatur: si verò associatus homicidium ex proposito commiserit, puniatur arbitrio Senatoris, facti & personæ qualitate pensata.

De pœnis minorum delinquentium.
Cap. 79. Gloss.

In omnibus fere pœnalibus iudicijs ætati, & imprudentiæ succurrendum esse nos docuit tex. in l. fere. ff. de reg. iur. vbi licèt ætatem Iurisconsultus ibi non explicet, tamen de infantia doli minimè capace est intelligendum, qua in totum minor excusatur. l. 1. §. impuberes. C. de falsa moneta. l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicar. Clem. 1. de homicid. Sed quando minor est proximus pubertati, & doli capax non excusatur in totum sed mitiori non ordinaria pena teuetur l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus. facit l. 1. §. impubes. & §. sequen. ff. ad S. C. Syllan. l. si adulterium. §. 1. ver. fratres. ff. de adult. Plura exempla recenset. Tiraquell. in tract. de pœnis temper. causa. 7. & Clarus. §. fin. q. 60. & ibi Baiard. Sic itaq; excusari à pœna ordinaria adulterij, & sacrilegij scribit Corasius in arresto Tholosano annotat. 75. an pena cognoscentis Iudeam. Alciat. cons. 458. à pena ordinaria sodomiæ excusari, tenuit Soccin. Iuni. in cons. 7. in fine. lib. 3. Menoch. casu 293. de arbitrar. à pena abortionis tenuit. Dec. in consil. 535. nu. 5. à pena homicidij docuit Bald. in l. & si seuerior. col. 2. C. quibus caus. infam. irrog. Dec. in d. l. fere. ff. de reg. iur. Marsil. in l. 1. num. 91. & in l. infans. nu. 5. in fine. ff. ad l. Cornel. de sicar. Dec. in cons. 535. num. 5. Grammat. decis. 23. nu. 11. 12. & 13. Mysinger. obseruat 54. centur. 2. Bossius de homicidio. nu. 79. quod ad omne delictum saltim minus narratorum est extendendum, vt docent allegati Doctores, & Dec. in d. l. fere. num. 4. Cuman. cons. 95. in fine. Didac. in Clemen. 1. par. 3. nu. 5. in fin. de homicid. Placa libr. 5. epito. delict. cap. 32. nu. 6. & 10. & Plato de legibus dialog. 11. hoc idem statuendum esse dixit quod vtiq; in xij. Tabularum legibus repetitum esse dignoscimus, teste Gellio lib. 11. noct. attic. cap. vlt. qui sic scriptum reliquit. Sed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamq; ab his factam sarciri, & Plinius lib. 2. natur. histor. c. 3. sic scripsit. Frugem quidem aratro quæsitam furtim noctu pauisse, ac secuisse, puberi xij. Tabulis capitale erat: suspensumq; Cereri necari iubebat, grauius quàm in homicidio conuictum: impuberem prætoris arbitratu verberari, noxamuè duplionemuè decerni; de qua Bud. in comment. ad leges xij. Tab. l. 56. Hoc nostrum Statutum minores annis decem cum dimidio excusat ab omni delicto; à dicta ætate vsq; ad decimum quartum annum inclusiuè eos excusat a medietate pena, & si delictum esset capitale vult puniri debere pecuniariter vsq; ad summam trecentorum aureorum. Sed an minor ætas probetur per patrem, & matrem? dicit Grãmat. d. decis. 48. & Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. quod sic, Nam cum minor in Criminalibus censeatur maior. Paris de Puteo de syndic. in verbo, officialis posuit ad cordam. nu. 8. Corn. in cons. 198. nu. 3. libr. 3. est ab eo probanda minor ætas, vt per Grammat. & Alciat. vbi supra. Quomodo autem ætas probetur tradunt addentes ad Bertaz. in cons. 102. & addentes ad Magon. in Lucanis decis. 13. n. 7. Mascar. de probat. conclus. 672. cum sequen. lib. 2. & in conclus. 1059. Menoch. de præsump. libr. 2. præsumpt. 51. & de arbitrar. casu 156. & 157. Bero. in cons. 180. nu. 4. lib. 1. Quomodo autem sit procedendum contra minores delinquentes, tradit Tiraquel. de penis temper. caus. 7. & quando possint puniri pena capitali ibi. nu. 6. An autem effectus maior possit puniri? & Tiraquel. d. causa 7. nu. 8. dicit quod non. Et Iudex cognita minori ætate debet pronunciare ex officio vlterius non esse procedendum contra minorem. Bald. in l. reos. C. de accusat. Soccin. in c. veniens. nu. 147. eod. Doct. in l. 2. C. qui accus. non poss. Doli capax quando quis dicatur, tradunt Didac. in Clement. si furiosus. 3. par. de elect. nu. 5. & in 4. decret. c. 5. nu. 5. Menoch. de arbitr. casu 57. sed stante hoc nostro statuto non est de præmissis discutiendum, sed illius dispositio seruanda.

De

De Patre non grauando pro Filio.
Cap. LXXX.

SI quis filius etiam emancipatus commiserit aliquod maleficium, siue delictum, non propterea Pater ad aliquid de bonis suis teneatur.

De Patre non grauando pro filio.
Cap. 80. Gloss.

De alio quàm qui deliquit, vel contraxit, & communi iure dispositum legimus, ex delicto, vel contractu vnius, alterum non teneri. l. 1. C. vt nullus ex vicar. l. cum te. 3. §. fin. C. ne vxor pro marito. l. nullam. 4. C. de executor. exemplo. l. ob causam. 3. C. de obligat. & actio. l. nimia. 11. C. eod. & in specie nostra quòd Pater non teneatur pro filio, nec è contra est tex. in l. 1. & toto tit. C. ne filius pro Patre, vt statutum nostrum sit communi iure conforme. Sed quid de peculio filijfamilias statuatur. vide notabiles quæstiones examinatas per Roma. & Alexan. in l. non solum. §. si de vectigalibus. ff. de noui oper. nunc. Ias. & Gomes. in §. actiones. instit. de actio. Certum illud tamen est quòd in confiscatione non venit peculium profectitiū, Ruyn. in cons. 24. nu. 5. lib. 5. Curt. in cons. 59. nu. 12. Soccin. Iun. in cons. 77. num. 6. lib. 2. qui idem dicunt de aduētitio. Paris. in cons. 157. nu. 1. lib. 4. Didac. lib. 2. resolut. c. 8. num. 7. Capel. Tholos. in decis. 120. Idem concludunt scribentes in peculio Castrense vel quasi, Alex. in l. 3. §. si filius. num. 3. Dec. nu. 4. ff. quod quisq; iuris. Paris. d. cons. 157. nu. 36. Didac. vbi supra, Bossius de bon. publ. nu. 71. Sed an pater pro filio teneater vsq; ad legitimam? & dic quod non. Sed adest Constitutio Marchiæ. lib. 4. c. 18. qua disponitur in illa Prouincia patrem pro filio in delictis teneri vsq; ad legitimam. Circa cuius intelligentiam, ac validitatem, vide Bart. & alios in l. cum filiusfamil. ff. de verbor. obligat. Alex. in l. lex Cornelia. nu. 8. ff. de vulg. Ias. in authen. nouis. nu. 8. C. de inoff. testa. Gomes. in d. §. actiones. nu. 24. Mars. sing. 362. & 481. Viuius in commun. opin. in verbo, statutum disponens. Sed si filiusfamilias habeat filios, quid tunc agendum? & quod sit integra seruanda filijs filij, respondit Ruyn. in cons. 8. nu. 6. lib. 5. post Bald. in l. si qua pœna. quæst. penult. ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iuris. Sed non procedit in crimine læsæ maiestatis. Baldus in consil. 14. lib. 4. Gigas. de crimine læsæ maiestatis. lib. 2. rubr. vlt. quæstio. 15.

Sed si Pater mandauerit filio, vt committeret delictum, tunc tenebitur pro eo de mandato Doct. in l. 1. C. ne filius pro patre.

De duplicatione pœnarum ratione loci, & temporis. Cap. LXXXI.

POenæ delictorum in præsenti volumine comminatæ, & impositæ duplicentur contra illos qui deliquerint in Ecclesijs, vel in vigilia, & festo Assumptionis Beatæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, in vigilia & die Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, in die Dominico Palmarum, vsque ad Dominicam Resurrectionis Domini inclusiuè, in die Ascensionis Domini & in die Pentecostes, in festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, vel in palatijs Senatoris & Conseruatorum, in platea Capitolij & cliuo Capitolino, vsque quo se porrigunt scalæ Ecclesiæ Araceli, à parte Septentrionis: & parte Meridiei, vsque ad arcum Septimij Seueri: Item in consilijs secretis & publicis Romani Populi, in nuptijs, in exequijs, in ludis Testacię & Agonis, & omnibus temporibus de nocte.

De duplicatione pœnarum ratione loci, & temporis. Cap. 81.
Glossa.

Statutum hoc duplicans pęnas ratione loci, & temporis intelligi debet quoad pęnas pecuniarias, non autem quoad pęnas corporales, secundum Bart. in l. sanctio. ff. de pęnis. Bald. in l. 1. C. de sent. Natta in cons. 469. nu. 18. Foller. in ver. pęnis debitis. nu. 40. q. 82. ver. quęro nunquid. & ibi addentes. Et quando maior pęna imponitur de nocte quàm de die pro delicto, tunc præsumitur delictum commissum de die. Bald. & Imola in l. titius. §. lucius. in fine. ff. de liber. & posthu. Ceph. in cons. 206. num. 4. Clar. d. q. 82. ver. pone quod statutum. & ibi addentes. Quomodo intelligitur non ad effectū duplicandi pęnas ratione temporis nocturni. tradit Alex. in l. more. nu. 5. ff. de ferijs. Io. And. in §. si perfodiens. de homicid. addentes ad Angel. de malef. in ver. de nocte. Natta in d. consil. 469. Clar. in d. q. 82. ver. quero quomodo. latè Polidorus Rip. in tract. de nocturno tempore. cap. 3. per totum. Et quod tale statutum debeat intelligi de delictis commissis post sonum

Cam-

Campanæ ad hoc deputatæ dixit Bald. in l. vlt. C. de ijs quibus, vt indign. vt sit necesse probare delictum fuisse commissum post sonum Campanæ. Angel. in cons. 196. visis processu. Lanfranc. in Clemen. sæpè. de verbor. signif. num. 2. Federic. de Senis in cons. 44. Viuius opin. 774. Bertaz. in cons. 531. & ibi addentes, & si delictum fuit inceptum ante, & perfectum post sonum campanæ, vbi agitur de excusatione, et sic de fauore Rei attenditur initium, non finis. Alex. in cons. 75. nu. 6. lib. 3.

De arbitrio Senatoris in pœnis augendis. Cap. LXXXII.

DElicta omnia aggrauentur, si perspicuis indicijs appareat aliquem occidendi animum habuisse, quòd ex armorum genere, & ex qualitate vulnerum, maximè argui potest; quo casu vltra aliàs pœnas statutarias, amputetur manus dextera. Item similiter aggrauentur ad eandem pœnam amputationis manus, si à iuuene in senem, qui annum sexagesimum impleuerit, à Plebeio in Nobiles;& si contra graues, & honoratos viros,vel cótra Doctores,vel contra Procuratores, vel in quacumque dignitate constitutos grauis iniuria inferatur: quibus, & alijs similibus casibus, eadem pęna inferatur. In alijs verò offensionibus leuioribus, contra tales personas, & à talibus commissis, liceat excedere, & aggrauare pęnas à Statutis limitatas,& illas pro modo, & qualitate facti, & personarum exacerbare,arbitrio Senatoris, & Iudicum omnium, vel maioris partis, simul conuenientium, facto Assettamento. Quòd quidem arbitrium, non modo ad pecuniariam pœnam, verum etiam ad carceres, & tormenta, & ad Triremes ad tempus & ad exilium, & fustigationes contra viles homines, vel qui infames, aut criminosi sint, vel consueti delinquere extendatur.

De arbitrio Senatoris in pœnis augendis. Cap. 82. Gloss.

De pœnis Iudicis arbitrio commissis,latè tradit Menoch. de arbitr. casu. 381. cum pluribus præcedentibus,& sequentibus. Et est generale, quòd vbi certa pœna expressa non est à iure Iudicis arbitrio relinquatur;qui vt bonus vir eas debet arbitrari. l. vir bonus. ff. iudic. sol. glos. & Bart. in l.si qua pęna. ff.de verb.signif. l.1. fine. ff. de iudic. deleg. cap. de causis. de off. deleg. Grammat. decis. 2. nu. 27. decis. 39. n. 50. Secus si à iure sit expressa. Castren. in l. certo genere. §. si totus. ff. de seruit. rust. prædio. Mozzol. in cons. 18. nu. 67. Clarus in q. 83. & ibi Baiardus latè dicit quousq; possit tale arbitrium extendi; & si statutum dicat posse Iudicem arbitrari vsq; ad mortem; non ideò posset imponere pęnā mortis,quia tunc dictio,vsq;, stat exclusiuè. Soccin. in c. licet. nu. 18. de pęnis;quòd idem erit si statutū diceret quòd debeat puniri corporaliter ad arbitrium Iudicis, quia non ideò poterit arbitrari ad mortem,secundum Cassan. super consuetud. Burgun. fol. 170. n. 4. Et licet habeat arbitrium in delictis attentatis non tamen consumatis, non ideò potest arbitrari pęnam mortis, Bald. in cons. 443. Coquus confecit venenum. lib. 3. Alex. in cons. 15. col. 2. lib. 1. An autem Iudex habens arbitrium possit arbitrari vsq; ad mortem, tradit Monticel. in pract. crim. reg. 2. & Farinac. crimina. quæst. q. 17. nu. 34. & sequen.

In Principe omnes pęnę sunt arbitrariæ. l. 1. in fine C. de summ. trinit. & fide catho. vbi Bald. in repet. & poterit arbitrari vsq; ad mortem. d. l. 1. & ibi Bald. Aret. de malef. in ver. & ibi caput à spatulis. vbi addentes Bald. in l. fin. ff. de senat. & in l. legis virtus. ff. de legibus. Felyn. in cap. qualiter, & quando. §. ad corrigendos. de accusat. Grammat. decis. 36. nu. 12. & voto. 10. in fine Pedemon. in decis. 80. nu. 18. est itaq; pęna emendatio hominum. l. si pęna. 20. ff. de pęnis. l. si à reo 70. §. id quod vulgo. ff. de fideiussór. l. si ita. 51. §. quod si quis absurde. ff. ad l. aquili. Et in quo differat à mulcta, & à fraude dixi de differentijs indiuiduorum; suo loco, & diuiditur pęna in capitalem, & non capitalem. l. capitalium 28. ff. de pœnis. l. si quis. 6. §. fin. cum sequentib. plures dinumerat. ff. eod. capitalis pœna quæ sit tradit tex. in l. 2. in princ. ff. de pęnis. in l. respiciendum. 11. §. fin. & d. l. capitalium. 28. ff. eod. Clar. in q. 67. De vltimo supplicio seu pęna per quàm vita adimitur est tex. in l. vltimum supplicium 22. ff. de pęnis. d. l. capitalium. ff. eod. l. aut damnum. 8. §. 1. ff. eod. effectus pęnæ vltimi supplicij tradit tex. in l. qui vltimo. 29. ff. de pęnis. de materia Clar. in quæst. 68. Viuius in comm. opin. ver. statutum disponens. ad ignem damnatus prius est strangulandus, Clar. in quæst. 99. ver. vnum tamen.

Pœna qua libertas amittitur proponitur in l. quidam. 17. ff. de pęnis. l. quod ad statum. 12. ff. eod.

ff. eod. Hæc pęna hodie non est in vsu, sed in eius locum successit perpetuus carcer, vel pœna triremium, Clar. in d. quæst. 67. ver. item damnatio. ibi dicit etiam Bald. Soccin. in rubr. de pęnis. num. 21. de pęna qua ciuitas amittitur, ac illius effectu, tradit tex. in l. eum qui. 3. ff. de interdic. & releg. de pęna interdictionis aquæ, & ignis, & quod sit sublata dicit Clar. d. q. 67. & ibi addentes ver. item interdictio. De interdictione alicuius actus, & ex quibus causis hęc pęna imponatur, tradit Clar. in q. 73. in princ. & ibi addentes, de pęnis, quæ corporis coercitionem continent, tradit tex. in leg. si quis. 6. §. fin. cum l. sequen. ff. de pęnis, vt metalli, calcariæ, sulfurariæ, ludi venatorij, & operis publici, tradit tex. in l. aut damnum. §. est pęna. ff. de pęnis. l. quidam. 17. ff. eod. in l. metallum. 36. ff. eod. d. l. aut damnum. 8. §. in calcariam. §. quicumq; & §. seruos. ff. eod. & in l. 1. C. de pęnis, in l. seruus. 34. d. l. 8. §. quisquis. ff. eod. Clar. dicta q. 67. ver. item damnatio, & quæst. 70. ver. frequens est. De pęna corporis mutilãdi, vel deformandi, tradit Clar. quæst. 69. vbi dicit pęna amputandi membri iure authenticorum fuisse introductũ, & ostendit ibi quibus de causis introducta fuerit. ver. vlt. Pęna verò faciei deformandę non est in vsu. l. si quis. 17. C. de pœnis. Clar. q. 70. in princ. De reliquis pęnis corporalibus, vt quæstionis habenda, est tex. in l. pęnult. ff. de quæst. quæ licèt ibi sit reprobata, tamen hodie tortura est in vsu pro pęna, Clar. d. quæst. 70. ver. plerumq; pęna carceris reprobatur. l. aut damnum. 8. §. solent. ff. de pęnis. de ea Clar. dicta quæst. 70. ver. pęna autem vbi distinguit pęna perpetuorum vinculorum prohibetur. l. mandatis. 35. ff. de pęnis. l. incredibile. 6. C. eod. Clar. in d. quæst. 70. in fine. Pęna fustigationis est in vsu quotidiana, Clar. d. quæst. 70. ver. est etiam, & ibi addentes. pęna detrusionis in Monasterium est in vsu. Clar. d. q. 70. ver. sunt etiam, & ibi addentes, de pęna degradationis tradit idem in d. q. 70. ver. vltim. & quæst. 73. ver. iudex. & quæst. 74. in princ. & ver. dicas. de pœna Mitræ imponendæ tradit in d. q. 70. ver. mitræ quoque Item de pœna quæ ponuntur in Gabijs, qua vsus fuit Tamberlanus contra Regem Turcarum, & Rex Galliæ contra Ducem Mediolani, tradit idem Clarus in d. quæst. 70. ver. solent etiam. De exilio, & relegatione, tradit tex. in l. relegatorum. 7. §. his qui relegantur. ff. de interdic. & relegatis eius effectus tradit. l. relegati. 4. ff. eod. & l. 1. & toto tit. ff. eod. An sit in vsu secundum Canones controuertitur apud Clarum in quæst. 67. ver. vltimo. In foro Ciuili pro ea imponitur exilium, vt ibi. est enim exilij pœna hodie vsitata. Clar. quæst. 71. in princ. vbi dinumerat causas quibus imponatur ibi ver. casus autem. Sed si relegatus exilio non obtemperauerit, quomodo coerceatur, tradit tex. in l. relegati. 4. ff. de pœnis in l. capitalium. 28. §. in exulibus. ff. eod. & Clar. in quæst. 71. ver. quæro quæ pęna. Et exilium triplex esse solet, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum, præter certum locum, aut insulæ vinculum, idest relegatio in insulam. l. exilium. ff. de interd. & relegatis. l. relegatorum. 7. ff. eod. & §. interdicere. & §. dubitatum, & §. quibusdam, & §. si quis eam. & §. constitutum. & §. solet. de d. l. relegatorum. de hac re Clar. in d. q. 71. ver. vidi ego. De deportatione est tex. in l. inter pœnas. 6. ff. de interdic. & relegat. & in l. eorum. 24. ff. de pœnis, hæc pœna desiit esse in vsu, Clar. d. quæst. 67. ver. item interdictio, & ver. deportatio, in cuius locum successit decapitatio secundum eum, vel vt alij volunt Bannum perpetuum ibi alij vero. & quæst. 71. ver. dixi autem, vel deniq; pœna arbitraria, vt sensit ipse ibi ego credo. Ideoq; differt an Bannitus comparetur deportato an relegato in d. quæst. 67. ver. deportatio, & quæst. 71. ver. dixi autem. Soarez. B. 1. & 4. Vill. B. 3. comparatur excommunicato. Gabr. lib. 5. de restit. spol. conclus. 1. nu. 182. Et hosti Clar. in §. homicidium. nu. 57. & ideo impunè potest offendi, vt dixi supra, & probat Gabr. vbi supra. nu. 181. Viuius comm. opin. statutum disponens quòd Bannitus in princ.

Animum habuisse. Animus deliberatus atq; cogitatus occidendi quibus coniecturis probetur tradit Ancbar. in cons. 216. Nos Bartholomeus col. 2. Nam ex armorum genere, & qualitate vulnerum animum occidendi colligi posse, dictat hoc nostrum statutum ibi, quòd ex armorum genere &c. quod, & admittit tex. in l. 1. §. diuus. vbi Bart. & latè Marsil. num. 20. 21. & 23. ff. ad l. Corn. de sicar. idem Mar. in l. 1. numer. 32. 34. & 36. C. eod. Clarus in §. homicidium, ver. ex proposito. Sed puto restringendum esse hoc ad casum excogitatum atq; præmeditatum, non autem ad fortuitum, & improuisum calore iracundiæ subortum, vel iusto dolore alioue animi affectu sine cogitatione aliqua commissum; quem impulsionem rethores apppellant, vt Cicero de inuentione. lib. 2. Nam

in

in istis ita delinquentibus animus occidendi, nec ex armorum gerere; nec & qualitate vulnerum dignosci posse existimo. Nam furor arma ministrat, & sine cogitatione furore impulsi ferire solent; & impetu occidere; vt Pater pro defensione Filij, & è contra. Bart. in l. vt vim, & ibi Dec. nu. 32. ff. de iustit. & iure, Grammat. cons. 56. col. vlt. Boer. questio. 83. num. 6. Plac. lib. 1. Epit. Delict. cap. 24. de qua re latè Menoch. de arbitrar. casu 361. per totum, lib. 2. centur. 4.

Pœna capitalis etsi accipiatur pro pœna sanguinis, Clarus in quæst. 67. in princ. Tamen in dubio accipitur pro exilio perpetuo idem in dicta quæst. 67. ibi. Reperio tamen Suarez. cap. 8. Viuius comm. opin. in verbo, Iudex, Et si in sententia non sit expressa certa pęna, est pęna statuti, seu legis irroganda. l. 1. §. calumniatoribus ibi, & quamuis, ff. ad S. C. Turpill. Clarus quæst. 93. ver. sed pone, sed si plures pęnæ imponantur an omnes sint executioni demandandæ? tradit Clarus in q. 99. ver. vlt. Sed si pœnæ sint diuersæ, alia in loco commissi delicti, alia in loco originis, vel domicilij, alia verò iuris communis, quæ nam sit seruanda? tradit Clarus in quæst. 85. ver. secundus, vsque ad ver. debet etiam, Vill. l. 52. Et duabus pęnis alternatiuè positis; vtrum Iudicis an rei sit electio? tradit idem Clarus in dicta quæst. 85. ver. solet etiam, & ver. successiuè, vbi Baiard. num. 9.

De portione pœnarum, & quòd Rei non soluentes luant in corpus. Cap. LXXXIII.

IN omnibus casibus, in quibus pecuniariæ pœnæ debentur, vel damnatorum bona publicantur, semper dimidia pars applicetur parti offensæ, vel eius hæredibus, si habere voluerint; alioqui Fisco integra remaneat. Præterea in omnibus delictis quarta pars sit Accusatoris, vel Denunciatoris, quorum diligentia, & sollicitudine delicta elucescunt: quibus etiam Senatoris, & Conseruatorum arbitrio præmium constitui possit. In omni autem casu, quo reus non vult, vel non potest pecuniariam pœnam persoluere, luat in corpus, arbitrio Senatoris, & Iudicum; & si quando expediens fuerit, pro bono pacis, Pacerij adhibeantur.

De portione pœnarum, & quòd Rei non soluentes luant in corpus. Cap. LXXXIII. Gloss.

De iure pęna quandoq. Fisco, quandoque parti offensæ applicatur, vt per Gabr. lib. 7. de Maleficijs, conclus. 16. per totam. hic dimidia applicabitur parti offensæ, vel eius hæredibus, si voluerint, alioquin Fisco integra remanet. Et pecuniaria pęna quomodo sit exequenda tradit Clarus in quæst. 95. in princip. Et si Reus non vult, vel non potest soluere pęnam pecuniariam luat eam in corpus ita dictat statutum, pro quo Clarus in quæst. 32. ver. dictum est. & in quæst. 85. ver. sed hic quæro. An autem requiratur monitio Iudicis vt soluat? & vide Aret. de Malefic. ver. quasi non soluerit. Et si tempus non sit præfixum, quanto tempore expectabitur. dicit Bal. in l. quicunque, C. de seru. fugit. & Bart. in l. seruus quoque. ff. de hæred. instit. concedit quatuor menses à die latæ sententiæ. Sed si post lapsum tempus pecuniaria pęna acceptetur; intelligitur remissa pęna corporalis, Bald. in l. quamuis, C. de vsur. & in l. commissoria, C. de pact. inter empt. & vendit. Roman. in l. 1. §. & post operis. ff. de oper. nou. nunc. Sed post terminum elapsum non potest Iudex eligere pœnam pecuniariam, sed Princeps, & Fiscus, vt per Dec. in cons. 12. num. 3. ver. non obstat, quod notat Bart. Sed si Reus non sit soluendo; nihilominus tempus statutum expectari debet, quia alius posset pro eo soluere, l. si quis id quod, §. in seruos. ff. de iurisdict. omn. iudic. vbi Bald. eum sequitur Soccin. in c. ad liberandum. nu. 123. de Iude.

Quarta pars sit accusatoris. *De istis quadruplatoribus dixi alibi supra; vbi hoc pessimum genus hominum auctoritate grauissimorum virorum detestaui? Sed quia adsunt loca vbi Iudici, & Fisco portio aliqua pœnarum applicatur; dubitatur ideo in applicatione quod tempus attendi debeat, An Iudicis, & Fiscalis condemnantis, vel delicti, seu executionis de qua re dixi in tract. de conditionibus par. 2. cap. 1. quæst. vlt. in fine. & latè Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. glos. 4. num. 21. & sequen. Peregr. de iure fisci, lib. 6. tit. 5. nu. 44. Sed Rota diuer. in decis. 777. num. 2. par. 2. omni distinctione reiecta firmauit applicationem huiusmodi esse faciendum Iudici, qui condemna-*

demnauit fuit potissima causa exactionis; quæ trabitur retro sicut finis trabitur ad principiũ, quando necessariã consequentiã babet ab eo, l. 3. §. scio. ff. de minor. Ang. in l. possessor. §. redactis. ff. de petit. hæredit. Soccin. in con. 151. n. 14. lib. 1. Dec. in cons. 654. in fin. & in auth. si quis in aliquo, n. 5. vbi Alciat. n. 6. vers. attenditur. C. de edendo. Cepha. in con. 136. n. 8. vers. tertio. lib. 1. quos Rota vbi supra in d. decis. 777. n. 2. par. 1. Non obstat quòd dixi in tract. de condictionibus; quia id potest procedere in procuratore fiscali; qui successit illo procuratori qui egit ad condemnationem, & non exegit, in quo non cadit eadem ratio; quæ cadebat in Iudice; qui condemnauit. Nam reo damnato regulariter sententia est executioni demandanda, & pœna pecuniaria applicanda. l. 1. in princ. C. de cust. reor. Clar. in q. 97. ver. vlt. Nisi sit prouocatum. l. 2. §. cum accepimus. ff. de pœnis. l. relegatorum. 7. §. bis qui. ff. de interd. & relegat. l. non tantum. 6. ff. de appell. Viuius opiu. incip. appellatio admittitur, n. 1. & 2. Soarez. A. 191. Nisi Reus crimen sit confessus, l. 2. C. quorum appell. non recip. l. si qua pœna. 244. ff. de verb. signif. Clar. in q. 94. in princip. Soarez. A. 192. vel nisi statuto; seu consuetudine appellatio sit probibita in criminalibus; sed controuertitur apud Clar. in d. q. 94. vers. cęterum in hoc. & de materia appellationis vide Clarum. & Viuium vbi supra, Gabr. lib. 6. de reg. iur. conclus. 3. n. 60. & lib. 7. conclus. 14. & Clarum in q. 97. & 98.

Vt Iudices Inquisitiones, & Accusationes cœptas prosequantur. Cap. LXXXIIII.

SEnator, & Iudices ex actis maleficiorum tempore suorum antecessorum inchoatis, & pendentibus, Accusationes, Inquisitiones, & Denunciationes quascunque terminare omnino teneantur, condemnando vel absoluendo, pœna eis si contrafecerint, vigintiquinque aureorum de eorum salario retinendorum imminente.

Vt Iudices Inquisitiones, & Accusationes cœptas prosequantur. Cap. 84.

Gloss.

Facit pro isto Statuto tex. in l. si cui 7. ff. de accus. & in l. qui crimen. 3. C. qui accus. non poss. Nam si accusator ab accusatione desistat, potest Iudex ex officio inquirere, Clarus in quæst. 51. ver. sed quid si, succedit enim loco accusationis, Viuius comm. opin. in verbo, Iudex domicilij, nu. 7. Nisi talis sit conditio criminis; in quo Iudex ab initio non potuit inquirere; Clar. ibi, & in q. 5. & in q. 7. ver. quero nunc. ex dispositione statuti buius debet cęptas accusationes & Inquisitiones Senator prosequi; vt quod communi iure dimissum est potestati; bic necessitati commissum videatur. Inquirere non est inquisitionem transmittere, sed est recipere testes, seu informationes contra aliquem, Clar. q. 3. ver. & aduerte. & inquisitio non est actio; sed officium Iudicis, Clarus quæst. 12. ver. de inquisitione, & tam ciuili quàm Canonico iure remedium inquisitionis est extraordinarium, Clar. d. q. 3. ver. debes autē, Vill. L. 49. & Clar. q. 5. vers. scias etiam, consuetudine verò capit esse remedium ordinarium, Clar. d. q. 3. ver. sed certe, & d. q. 5. ver. quæro. de qua re latè diximus supra, cap. 5. & c. 6.

De Officio Paceriorum. Cap. LXXXV.

PAcerij duo ad annum iuxta morem eligantur, quibus potestas data est, ac datur ex eorum officio per bannimenta, seu præcepta pęnalia, & alia iuris, & facti remedia, omnes brigosos, & inter se odia, & inimicitias habentes, tam Romanos, quàm forenses, (accedente tamen Domini Gubernatoris Almæ Vrbis auctoritate) etiam si securitas perpetua, vel ad tempus, data sit ad compromittendum, & compromissum in eos de iure, & de facto, cum idoneis fideiussoribus faciendum cogere, & cogi facere: Inobedientesque, seu contumaces carcerare, mulctare, & ad quascunque grauissimas pęnas condemnare, vel diffidare: seruata tamen constitutione de non cogendis offensis, ante solutam per offensorem pęnam, de qua supra, cap. Qui, & quibus casibus petere possint securitatem. Condemnationes etiam vel diffidationes, quas ipsi fecerint, secuta pace vel perpetua securitate, ad quamcunque voluerint etiam paruam summam reducere, vel in totum remittere: & ad dictam compulsionem faciendi compromissum, vbi securitas præstita est, non nisi ad partis cuius interest postulationem deueniatur: alioquin ex officio, etiam nullo petente contra omnes alios ad prædicta procedant; dummodo pars offensa partem pęnę, ad quàm offensor condemnatus, vel diffidatus fuerit, sponte prius non

recepetit. Quibus Pacerijs parere teneantur omnes Executores, & in eorum declarationibus, arbitrarijsq. sententijs assistere: & si recusauerint, incidant in pœnam, quam ipsi Pacerij declarauerint; in quorum arbitrio & potestate sit, quascunque emendas, vel satisfactiones, etiam in pecunijs (si partem pœnæ sibi tangentis offensus sponte non recepisset) præstari facere. Sed si partem pœnæ offensus habuerit, alia emenda quo ad vindictam sibi non præstetur: sed si qua damna passus est, vel si expensas in medicando fecerit; ad ea resarcienda, vltra partem pœnæ solutæ, offensorem condemnare possint. Ab huiusmodi autem sententijs Paceriorum non liceat appellare, nec reclamare, nec per viam querelæ, nec recursus, nec supplicationis contrauenire: neque possint ipsi Pacerij quo vis modo recusari; sed si ex aliqua iusta & legitima causa, aliquis ex eis suspectus esset, semper Dominus Gubernator Vrbis, seu Vicecamerarius, qui tunc erit, in dicto casu suspicionis, vel si Pacerij inter se discordes sint, tertius sit inter eos, & cum altero nõ suspecto procedat; & cognoscat, & Pacerij potestate fungatur.

De corrigentibus familiam suam.
Cap. LXXXVI.

QVilibet familiam suam corrigere & verberare possit, scilicet, pater filium, & ex filio nepotem, frater fratrem, patruus vel auunculus nepotem, & alios familiares, quos retinuerit ad suas expensas; dummodo temperate & modeste, nec super his recipiatur per Senatorem, aut illius Iudices querela.

De corrigentibus familiam suam.
Cap. 86. Gloss.

FAmiliæ nomen est vniuersale plurium personarum ascendentium, descendentium, & transuersalium comprehendens. l. fin. C. de verbor. signif. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. eod. Dec. in l. 1. nu. 71. ff. de reg. iur. Paris. in cons. 22. nu. 66. lib. 3. Cephal. in cons. 386. num. 11. Roland. in cons. 100. nu. 13. lib. 1. Menoch. in cons. 233. nu. 24. Immo continet parentes liberos vxorem, nurum, & libertos. d. l. fin. C. de verb. signif. & supra citati. Doctor Peregr. de fideicommiss. art. 22. nu. 26. & art. 30. nu. 13.

Pater filium, *quanta fuerit potestas Patris in filios docet lex xij. tabul. sub tit. de iure personarum de patria potestate, &c. Nam ex ea Parentes vendendi filios potestatem habebant, & alia facere, de quibus ibi. Quo loci fauore filiorum disponitur, quod infans in decimo mense nascatur legitimus, & etiam in septimo legitimus nasci non dubitatur. l. septimo mense 12. & ibi glo. ff. de statu hominum. Istos itaque filios Pater potest verbare ad correctionem vt dicit statutum; immò semper præsumitur verberasse ad correctionem, si modum non excesserit Aret. in §. Atrox. nu. 2. instit. de iniur. Angel. in l. Prætor edixit. §. præterea. nu. 3. ff. eod. vbi dicit etiam quod filius in potestate existens debet substinere omnia verba quantumcunque iniuriosa in ipsum à Patre prolata, Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 3. nu. 1. Bossius de iniurijs nu. 2. Corrad. de iniurian. num. 31. in fine. Menoch. de arbitrar. casu 364. nu. 3. Quod idem erit de nepotibus, & alijs descendentibus vsque ad septimum gradum, Gail obseruat. 106. nu. 6. par. 2. & in filio emãcipato. glo. & ibi addentes in d. §. atrox. vbi Aret. num. 4. inst. de iniurijs, & Nicas. nu. 4. in fine. Soccin. in c. olim. nu. 17. de iniurijs. de hac re late Clarus, & Baiardus ad eum. q. 56. per totum. Mascardus conclus. 902. num. 14. lib. 3. de probat. Aymo. cons. 9. nu. 26.*

Potest etiam Dominus ex dispositione statuti huius vapulare famulos, & alios, qui suis sumptibus viuunt ad correctionem; dummodò modum non excedat, pro quo statuto Bossius de captura. nu. 66. Clarus d. q. 56. & ibi Baiardus, Menoch. casu 364. nu. 1. & 2. de arbitrar.

Magister potest castigare discipulos modestè. Clarus in d. q. 56. ver. Quo verò ad Magist rũ alias tenebitur si excesserit modum, Baiardus ad Clarum in d. q. 56. nu. 9. & sequen.

Maritus potest ad correctionẽ castigare vxorem, Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 34. Francisc. Marc. in decis. 762. par. 2. dinumerat casus, in quibus vir possit vxorem corrigere, etiam quod prius propter sæuitiam præstitisset cautionem de non offendendo eam. Abbas in c. quemadmodũ de iureiur. Paris. in cons. 54. nu. 34. lib. 4. Immo contra eam furem, & adulterã potest vir vti priuato carcere, Boer. decis. 275. Gigas de crim. læsa Maiest. lib. 1. sit qualiter, & à quibus. c. 35. Decia. lib. 7. c. 10. tom. 2. & Zelotipia percitus potest vxorem carcerare secundum Iodocum pract. crim. c. 64. fo. 156. Baiardus ad Clarum. q. 68. nu. 101. & Pater, & Dominus ad correctionem possunt vti carcere priuato. Cassan. in consuetud. Burgun. titul. des droitr. rubr. 1. num. 63. fol. 69. quod fuit de

mente

mente Salycet. in d. l. 1. C. de priuat carcer. Baiard. ad Clarum in d. quæst. 68. num. 95. & Pater potest detinere filium etiam si esset Clericus, secundum Rayn. in summa, tit. de sent. excommun. §. sequitur, & in tract. Carcer. col. 6. quos refert Baiard. ad Clarum vbi supra, num. 97. Et Clericum adulterantem, vel turpiter agentem cum uxore, filia, sorore, & similibus, potest quis per horas viginti absq; metu excommunicationis retinere, Soccin. in capit. si læserit. num. 16. de iniurijs, & damno dato de materia Carceris priuati, vide supra in cap. 56.

De corrigenda ignauia inertis iuuentutis. Cap. LXXXVII.

QVoniam verò plerumque multa facinora committuntur ab ijs, qui sine industria, nullamque artem exercentes, cum ignauia vitam ducunt, quique, vt plurimum in aleis, & illicitis ludis, ac baratarijs, & nonnunquam etiam in commessationibus, & crapulis, aut in meretricationibus, & lenocinijs, deinde, & infamem vitam agentes, nihilque communi hominum societati vtilitatis conferentes, quotidie versantur: ad obuiandum huiusmodi occasionibus delictorum, Senator Vrbis, vna cum Conseruatoribus, & Pacerijs, vel ipsi Pacerij tantum, per singulos tres menses, dum renouantur, & creantur noui Magistratus Populi Romani, in ingressu eorum officij admonere debeant Capita Regionum Vrbis, vt quisque singula capita hominum tam Romanorum, quàm forensium, in sua regione habitantium recensere debeat, diligenterque explorare de vita, moribus, artibus, & facultatibus, vnde vestes sericeas, vel laneas mutent, vnde annulos, & alia pretiosa bona comparent, vnde immoderatos sumptus effundant: & hæc, & alia diligenter inuestigent, & exquirant; & si postquam tales inertes depræhendantur, & ter moniti, ad meliorem vitæ frugem se non redegerint, & ad aliquod laudabile exercitium se non accomodauerint, carcere, exilijs alijs, & mulctis, & pœnis etiam ad Triremes, ipsorum Senatoris Conseruatorum, & Paceriorum arbitrio plectantur, atque damnentur in perpetuum, vel ad tempus, & prout eis magis visum fuerit expedire.

De corrigenda ignauia inertis iuuentutis. Cap. 87. Gloss.

Ne sequaris cogitationes tuas; & animi tui sensa dicit Dominus, Numer. 15. Deuter. 12. vt correctionē quisq; libenter pati debeat, vt à vitijs retrahatur. Nam ignauia inter vitia cōnumerat, Arist. in libello de virtutibus ignauia autem (inquit ipse) vitiū est animosæ, per quod periculis, & maximè mortis consternantur, & eius proprium est, quouis metu facilè percelli; & mortis maximè, & noxarum corporis; & arbitrari præstabilius esse quomodocunq; seruari, quàm pulchrè mortem obire. Comitatur autem ignauiam mollities, effeminatio, torpor, ac vitæ studium. Subest etiam quædam timiditas, & cōtentionis detrectatio, teste Arist. vbi supra tit. quæ sint vniuscuiusq; vitij propria; Contraria ignauiæ est fortitudo. Is est enim fortitudo virtus animosæ, per quàm non facilè mortis metu percelluntur, Arist. vbi supra tit. quid sit vnaquæq; virtus, & proprium fortitudinis est inconcussum à mortis metibus, & constantem in malis, & intrepidum ad pericula esse, & malle honeste mori, quàm turpiter seruari, & victoriæ causam præstare. Præterea autem fortitudinis est; & laborare, & in animo instituere, & posse. Accedit autem fortudini audacia, & animi præstantia, & fiducia; & confidentia: ad hæc industria, & tollerantia, ad quàm, & aliàs virtutes sunt trahendi Iuuenes imperio magistratus si opus fuerit, vt disponitur hic; sed male seruatur; cum nemo; nec ad huius saluberrimi statuti obseruantiam cogitet.

De Congregatione officialium facienda pro obseruantia Constitutionum. Cap. LXXXVIII.

PRo obseruatione præsentium, & aliarum bonarum, & laudabilium Constitutionum, & pro alijs rebus necessarijs ad bonum statum Vrbis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ipsius Vrbis, & Ciuium tutelam, singulis mensibus, ad minus, fiat semel congregatio per Conseruatores, in qua interueniant omnes qui in Concilijs secretis interuenire solent. Cessantes verò conuenire, mulctentur in vno ducato auri vice qualibet; nisi iustam habuerint excusationem, & miserint excusatorem: pro qua pœna statim executio fiat, & si Conseruatores eam exigere neglexerint ipsi teneantur in syndicatu

ad duplum, toties quoties exigere negligentes fuerint. Si autem Conseruatores dictam congregationem singulis mensibus facere cessauerint, incidant in pœnam decem ducatorum auri vice qualiber, quæ in syndicatu de eorum salario retineatur.

De Congregatione Officialium facienda pro obseruantia Constitutionum.
Cap. 88. Gloss.

Quia iniquitas est legũ transgressio, & omnẽ continet iniustitiã, teste Arist. lib. 5. Mora. c. 1. et habet comites calumniã, iactantiã, simulationẽ, peruersitatẽ, & dolum malũ, teste Arist. in libello de virtutib. tit. quę sint vniuscuiusq; vitij propria, & propriũ illius est mores, ritusq; Patrios præuaricari, legibus, & auctoritati publicæ subesse nõ velle mentiri, pecerare, pacta transgredi, & fidẽ fallere. Arist. vbi supra. ideò statuẽtes ad occurrẽdũ huic pessimo malo, cõgregationem singulo mense faciendam statuerunt pro suorum statutorum obseruatione contra transgressores; Sed quia super hoc nulla amplius adhibetur cura ideò statuta hæc seruantur ad beneplacitũ Iudicum, vt quando aliquis bonus Iudex vult illa seruare videatur iniquis alijs Iudicibus nouas leges inducere; quia statuta hæc illis semper noua sunt, cum nõ habeant illa præmanibus alioquè semper tendant, immemores præstiti iuramenti super illorum obseruantia, quòd eis pareat Deus; & mihi si tale ignorans commisi; certus enim sum, quòd omne studium omnemq; adhibui industriam, vt eorum vim, ac potestatem haberem.

Vt de similibus ad similia procedatur.
Cap LXXXIX.

IN omnibus etiam casibus, in quibus per præsentes Constitutiones non esset expressa aut limitata pœna, procedatur de similibus ad similia, & sufficiat in genere similitudinem accipere. Sed vbi omnino casus assimilari non poterint, arbitrio Senatoris, & Iudicum pœnæ declarentur, vel alterentur, adhibitis Pacerijs, si quando expediens fuerit, ad effectum pacis, & concordiæ partium, & ad dissensiones Ciuium sedandas. Hoc autem arbitrium extendatur ad relegationem, & damnationẽ ad Triremes necnon, & ad sanguinem, carcerationes, tormenta, fustigationes, vel ad exilium perpetuum, vel ad tempus, secundum facti, & delictorum, & personarum qualitatem.

Vt de similibus ad similia procedatur.
Cap. 89. Gloss.

Hoc idẽ iure cõmuni extat dispositum; Nam lege aliqua speciali, seu statuto si præsens casus non est comprehensus, ad similes leges, & statuta similia recurrendum, & supplendum id quòd legi seu statuto deest, & vbi eadem ratio, ibi idem quoq; ius constituendum. l. neq; leges 10. cum l. sequenti. ff. de legib. vbi gloss. in verbo, scribi, concordat. l. 12. cum l. sequente eod. & l. 2. §. his legibus. ff. de origine iuris. & l. 2. §. sed quia diuinæ. C. de veter. iur. enuclean. & l. de quibus. 32. in princ. ff. de legibus, & l. ideò. 27. ff. eod. accedit Turz. opin. 176. n. 1. cum sequen. & in reg. 13. & reg. 106. Viuius opin. 306. nu. 2. & duobus sequentibus incipiente filius vltra quatuordecim causas, ex Oldrad. in cons. 185. Thema tale est, in fine, & Cald. cons. 1. in tit. vt lite pendente. c. consuetudo. 1. distinct. & opin. 805. incipiente Statutum secundum glos. in l. si quis seruo. in princ. C. de furtis. & Socin. in l. 1. col. 2. ff. de legat. 1. Curt. Iun. cons. 150. nu. 4. Berous quæst. 105. num. 6. Villa. D. 194. Declaratur regula proposita ex definitione similitudinis apud Turz. opin. 176. nu. 3. cum duobus sequentibus.

Huius regulæ exempla multa proponenda sunt, vt est querela inofficiosæ donationis; quæ ad exemplum, & similitudinem inofficiosi testamenti est introducta, l. vlt. C. de inoff. donationibus. vbi glo. Bald. & Paulus de Castro. Alimenta, & dos, Viuius opin. 72. incipien. argumentum de alimentis ad dotem, ex gloss. in l. ob æs. C. de præd. minorum. Bart. in l. mæuius. §. duobus ff. de legat. 2. Alex. in l. centurio. nu. 13. ff. de vulgar. & pupill. Cyn. in l. in omn. C. de administ. tuto. Cyn. & Bald. in l. si mater. C. de iure dot. Bart. in l. fin. ff. de ijs quibus, vt indig. Castren. & Imola in l. 1. ff. solut. matr. Ruyn. cons. 194. col. 2. vol. 1. & cons. 199. nu. 9. vol. 2. qui testatur de communi. Euerard. in loco, de alimentis ad dotem, Soarez. A. 265.

Contractus, & vltima voluntas, Soarez. A. 264.

Ciuilia, & Criminalia, idem Soarez. A. 257.

Criminales, & Matrimoniales causæ, Gabr. lib. 1. de probat. conclus. 1. num. 41. cum sequente; ex multis ibi relatis.

Destinatum, & factũ, quòd tamen controuertitur, & distinguitur apud Gabriel. lib. 1. de

præ-

præsumptio. conclus. 12. Tiraquell. lib. 1. Retractus §. 1. glos. 6. num. 110. cum sequente. *Dos data, & promissa, Vill. 124. in addit. Viuius opin. 815. per totam, & nu. 8. & opin. 227. incipien. Dos promissa secundum Doctor. in rubr. ff. solut. matrim. & præsertim Ias. & Ripam ibi, num. 58. & sequen. qui testantur de communi, sequuntur Tiraquell. de retract. §. fin. num. 32. Ang. cons. 76. & cons. 180. l. ex morte, C. de pactis conuen. tam super dote, cum alijs ibi relatis. Falcidia, & Trebellianica. Viuius opin. 357. nu. 1. & 2. & nu. 5. ibi, & appellationem Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum est, per notat. in authent. vnde si parens, C. de inoff. testam. quam communem dicit Alex. in l. Marcell. ff. ad Trebellian. ibi, & quod ista communis sit, cum alijs ibi relatis. Feudum, & emphyteusis.*

Fides data, & iuramentum, Fichard. in addit. ad Vill. F. 59. Filius, & nepos. Vill. f. 142. 144. cum quinque sequentibus, f. 74. Viuius opin. 812. incipien. Statutum excludens fœminas ex Bald. Alex. & alys DD. in l. venia, C. de in ius vocan. & ex alijs ibi allegatis, & in num. 6. cui contradicit Vill. f. 141. & 143. & Fichar. in addit. ad Vill. p. 344. controuertitur, & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de verborum signif. conclus. 1. Inesse, & incontinenti fieri, Gabriel. lib. 1. de præsumpt. conclus. 13. vbi distinguitur. Infamia, & Mors. Viuius. Locus contractus, & solutionis æquiparantur, l. contraxisse, 20. ff. de act. & oblig. l. heres. 19. §. fin. ff. de iudicijs. In iure tamen diuerso attenditur locus contractus non solutionis. Gabriel. lib. 6. de consuetud. conclus. 2. num. 6. Militia armata, & legalis. Vill. p. 308. Monasterium, & filius Vill. M. 131. cuius exceptio est in casibus à iure specialiter non expressis. Viuius opin. 525. incipien. Mors ficta, & ibi relatis Vill. M. 130. Pactum, & præscriptio Vill. p. 17. Principium; & quod ex principio sequitur Vill. pag. 299. Prodigus, & furiosus; quod tamen exceptionem recipit in delictis. Vill. p. 342. Seruus, & Monachus. Turz. reg. 61. Seruus, & filius fugitiuus, & Monachus. Vill. M. 118. Surrogatum; & id in cuius locum est surrogatum æquiparantur, approbatur, & distinguitur apud Gabriel. lib. 6. de regul. iur. conclus. 2. Plura huiusmodi exempla congessit Dambauderius in suo Enchiridio parium; aut similium. Verum regula proposita suas habet exceptiones, quarum,

Prima exceptio est. Nisi consuetudo ad casus similes extendatur, controuertitur, & distinguitur apud Gabriel. lib. 5. de præscriptio. conclus. 2. num. 14. cum sex sequentib. Turz. opin. 98. num. 1. Fichard. in addit. ad Vill. E. 149. ex quibus patet exceptionem propositam esse controuersam. Tamen sine dubio admittitur si consuetudo contra ius sit introducta, hæc enim ad similes casus non est producenda, l. quod vero, 14. l. quod non, 39. ff. de legibus, & l. quod contra 583. ff. de regul. iur. cap. quæ à iure, 28. de reg. iur. in sexto. Vel contra iuris rationem per allegata iura exemplo retractus à consuetudine introducti, vt non procedant contra legem dudum, 14. C. de contrahen. empt. Replicatio eius est, quoad casum, qui lata significatione sub casu expresso continetur, ad hunc enim consuetudo extenditur quamuis contra ius sit introducta, Viuius opin. 812. incipien. statutum excludens fœminas, num. 7. ex l. filium habeo, ff. ad Macedon.

Secunda exceptio est. In constitutione personali, seu priuilegio, quod ad similes casus non extenditur, l. 2. C. de legibus, c. decet, 16. & cap. indultum, 17. de reg. iur. in sexto, accedit Turzan. reg. 31. Replicatio eius est. Nisi in maiori includeretur minus. Turz. dicta reg. 31. & aliæ quinque replicationes dantur à l. vt leges, & à l. Imperialis, 11. C. de legibus.

Tertia exceptio est in dispensatione, quæ nō extenditur ad casus similes ratione prædictæ exceptionis. Vill. D. 78. contradicit idem Vill. E. 151.

Quarta exceptio est in dispositionibus odiosis, quæ restringendæ sunt, non extendendæ, cap. odia. 15. de regul. iuris in sexto, accedit Vill. C. 108. Viuius opin. 271. incipien. In odiosis sub verbo extensio. Hic sciendum est, quæ odiosa, quæ fauorabilia sint, de qua re in facultate legitimandi differitur apud Vill. L. 84. Item statutum excludens fœminas gratia Agnatorum dicitur fauorabile apud Ficard. in addit. ad Vill. S. 119. Quod tamen extendi negatur apud Gabriel. lib. 6. de statutis, cōclus. 7. de qua re supra libr. 1. c. 145. Item statutum disponens, vt coniuncti, & affines de causis suis compromittant fauorabile dicitur apud Viuium opin. 808. incipien. Statutum quod fieri debeat compromissum, num. 1. ex Doct. in l. quæ se patris. C. vnde liberi. & opin. 777. incipiente, Statutum de compromissis, &

supra lib. 1. c. 200. Item statutum dispensans ne forensi alienetur fauorabile est. Viuius opinione 761. incipiente statutum prohibens alienationem in forensem, ex Bart. in l. fin. col. fin. C. de sacrosan. eccles. Bald. & Ang. in l. ea lege, C. de condict. ob causam. item ex Bar. Ang. Imola, Alex. Ias. & ceteris omnibus communiter in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de legat. 1. Alex. cons. 56. col. fin. vol. 1. cons. 154. vol. 3. & 53. eod. vol. 3. cum alijs ibi relatis. Pœnalia dicuntur odiosa ideò restringenda, Turz. reg. 13. in fine, Viuius opinio 271. incipien. extensio. In odiosis ex c. odia, de reg. iur. in 6. & l. at si quis. §. diuus autem Marcus, ff. de religiosis, vbi glo. Replicatio eius prima est. Nisi casus sint æquiparati lege antiqua: tunc enim dispositum in vno extenditur etiam in materia odiosa ad alterum. Vill. D. 194. Soarez. F. 116. Replicatio secunda est in correllatiuis, Vill. E. 152. quia disponens in vno ex correllatiuis habet locum etiam in alio, Gabriell. lib. 6. de legibus, conclus. 3. per totam. Replicatio tertia est. Nisi ratio in lege sit expressa, Viuius præd. opin. 271. ver. quæ quidem communis, ex Geminia. in c. si Ciuitas, §. 1. de senten. excom. in 6. Alex. in l. cum mulier, in 2. notab. ff. solut. matri. Replicatio quarta est. Nisi lex ipsa dispositionem odiosam ad similes casus extendat. Viuius præcitata opin. 271. vers. interpretatur quoque ex multis ibi allegatis. Replicatio quinta est. Nisi lex si non extenderetur elusoria redderetur, Viuius opin. prædicta ver. nam vbicumque ex glos. in cap. quamquam. de vsuris, & alijs relatis ibi vbi dat remissiuè multas aliàs replicationes.

Quinta exceptio est in pœnalibus dispositionibus, quæ quia odiosæ sunt; nõ extẽduntur. Turz. reg. 13. in fin. Viu. opin. prædicta 271. n. 1. eius replicationes, vide supra exceptione proxima.

Sexta exceptio est in Correctorijs in quibus cessat regula proposita, Turz. opin. 98. nu. 2. cum duobus sequentibus; & reg. 106. & Vill. E. 153. exemplum habetur apud Gabriell. libr. 6. de statutis conclus. 7. Replicatio prima est. Nisi aliàs fiat extensio de stricta significatione vocabuli ad latam, tunc etiam in correctorijs fit extensio. Vill. E. 154. Replicatio secunda est, Nisi agatur de saluanda anima, Vill. E. 155. Replicatio tertia est. Nisi lex Correctoria nos reduceret ad legem antiquam, Vill. E. 156. Replicatio quarta est, in lege noua non æquiparante duos casus, Vill. E. 157. Replicatio quinta est. Nisi lex aliam legem corrigat, non per extensionem alia lex corrigatur, ista enim lex correctoria ad similes casus extendi potest. Vill. C. 171. Viuius. opin. 358. incipien. Hæres rogatus. num. 5. ibi lex noua correctoria: ex gloss. in capit. statutum de præben. lib. 6. Duplicatio generalis harum replicationum est in consuetudine; cuius simile non vincit legem, Vill. C. 186. Soarez. C. 283.

Septima exceptio est in præscriptionibus, quæ tanquam odiosæ ad similes casus non extenduntur, vt refert Gabriel. libr. 5. de præscript. conclus. 1. numer. 3. de quibus supra, libr. 1. cap. 158. cap. 159. & 160. In summa redeundo ad firmatam conclusionem, lege aliqua speciali, vel statuto si præsens casus non est comprehensus ad similes leges, & statuta recurrendum, & supplendum id quòd legi, & statuto deest &c. quandocunque deficientibus verbis legis, vel statuti vtilis actio, vel exceptio datur proposita conclusionis exemplum esse dicendum est. l. quia actionum. 21. ff. de præscript. verbis. l. quoties. 22. eod. l. 2. §. quanquam. ff. de aqu. plu. arcen. actio.

Octaua exceptio est. Nisi propter necessitatem lex, seu statutum sit introductum, hæc ad similes casus producenda nõ sunt. l. quæ propter. 122. ff. de reg. iur. c. augmentum. 78. ff. de reg. iur. in 6. 1. q. 7. c. quod pro remedio. 9. q. 1. c. ordinationes. §. quamuis. c. cum in cunctis. in princ. ver. ea propter. de electione. c. in causis. 19. in fin. de senten. & re iudicata.

Nona exceptio est, nisi statutum, seu lex de qua dubitatur sit antiquior, quàm ea, quæ ei legi, seu statuto declarando adhibetur. l. sed, & posteriores. 28. ff. de legib. Legis, seu statuti in ambigua voce ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret, l. in ambigua 19. ff. de legibus, ita interpretatur in l. quoties 67. ff. de reg. iur. huius conclusionis ratio proponitur, in l. in ambiguo 3. ff. de reb. dub. c. vlt. in fine distinct. 14. Leges, & statuta secundum consuetudinem sunt interpretanda, l. si de interpretatione 37. cum l. sequente, ff. de legib. concordat. l. semper 34. ff. de reg. iur. & l. cum de Laniorũ 18. §. optimum ergo, ff. de Instrum. legat. exemplum proponitur, l. supellectile, 3. §. finali, ff. de supellect. legat. quod si varia sit consuetudo, ea potius est attendenda, quæ est magis rationabilis, & alijs minus præiudicans, c. cum olim 6. de consuetud. Et leges priores quamuis abolita in posterioribus interpretandis possunt adhiberi, l. non est nouũ 26. cum l. sequente. ff.

te. ff. de legib. c. fuerunt. §. paulatim. distinct. 7. exemplum est in rei vxoriæ actione antiqua cuius iura Imperator Iustinianus trahit, ac transfert ad actionem nouam ex stipulatu de dote. l. vnica. C. de rei vxor. actio. præsertim. §. sed & si non ignoramus ibi. si quid autem optimum, & §. videamus igitur, cum sequen. Aliud exemplum est in fideicommissis, quæ iure legatorum fuerunt posteriora. §. 1. instit. de fideicom. hered. & §. sed quia. de hereditate, & l. 2. §. sit igitur. C. comm. de legatis & l. legatorū ad fideicommissa trahuntur, licèt sint posteriora legatis. sic lex falcidia legatorum trahitur ad fideicommissa idq; S. C. Pegasiano. §. sed quia de hereditat. instit. de fideicom. heredi & l. 2. §. sit igitur. C. commu. de legatis, & Constitutione Imperatoris per omnia legatis sunt fideicommissa adæquata. d. l. 2. C. eod. accedit Viu. 759. incipiente, statutum vltimum, n. 1. ex iuribus supra allegatis, & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. Paris. consil. 54. nu. 10. vol. 2.

Item leges Posteriores in prioribus interpratandis sunt adhibendæ, l. sed, & posteriores. 28. ff. de legibus ibi ad priores pertinent, scilicet declarandas, ac distinguendas. Sic iura fideicommissorum, quæ tempore sunt posteriora, vt dictum est supra in 4. conclus. pertinent ad legatorum iura tempore priora. §. sed nō vsq; instit. de legatis. & §. sit igitur. ibi, & si quid tale, & §. vbi ante. C. comm. de legatis. Sic Constitutio Imperatoris Antonini tempore posterior pertinet ad ius moribus constitutum, de donationibus inter virum, & vxorem prohibitis distinguendum. l. cum hic status. 32. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. exempla vtiq; sunt veterum Iurisconsultorū commentarij ad edicta prætorum, & S. C. ad leges 12. Tabular. Item constitutiones Principum quibus veterum edicta; atq; S. C. declarantur, distinguuntur, latius extenduntur, vel restringuntur.

Et ea quæ in alicuius fauorem cōstituta sunt, non sunt aduersus eum interpratanda. l. quod in fauorem. C. de legibus. l. nulla 25. ff. eod. l. plures. 18. in fine C. de fide instrumen. Sed lex vtilis reipub. est interpratatione extendenda, & adiuuanda. l. hoc modo 62. ff. de condit. & demon. & beneficium Principis quàm plenissimè possumus debemus interpratari. l. beneficium 3. ff. de constit. Et leges sunt interpretandæ non secundum propriā verb. signif. sed secundum communem vsum loquendi. Turz. c. 29. Fichard. in addit. ad Vill. C. 107. Idem V. 18. cum addit. & n. 10. Viu. 772. incipiente statutum in partibus ex Bart. in l. 1. ff. de suis, & legitimis, quòd comprobat, & cōmune dicit Dec. cons. 563. n. 2. & Curt. Iun. cons. 134. per totam. & n. 5. Rota diuer. decis. 265. in fine par. 1.

Prima exceptio est. Nisi in lege; vel statuto adiectum esset verba propriè intelligi debere, Turz. d. c. 29. ibi quæ tamen. Contra quòd non propterea excludatur congrua; & legalis interpretatio, dixit Azet. in cons. 109. Curtius Sen. cons. 9. n. 25. & Rota diuer. deci. 265. n. 4. par. 1.

Secunda exceptio est. Nisi ille vsus loquendi non plenè probetur. Vill. C. 162. Quamuis legis verba cum effectu sint accipienda. l. si per alium 5. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vocatur, & exemplo; l. 1. §. fin. ff. quod quisq. iuris in alterum, & ita vt aliquid operentur, nec debent esse ociosa, exemplo Gabriel. lib. 3. de locutione concl. 3. n. 2. cum duobus sequentibus.

Lex cum in præteritum quid indulget in futurum vetat, l. cum lex 22. ff. de legib. 1. q. 7. c. quoties à populis. & c. exigunt. & c. donatum. §. fin. Lex cum quid permittit, nolens præcipit ideoq; non committitur contra legem, si non fiat quòd permisit. 31. q. 1. c. hac ratione. §. fin. exemplum proponitur in secundis nuptijs, d. c. hac ratione in princ. Legis ratio non est inquirenda, l. nō omnium. 20. cū l. sequente ff. de legibus concordat. l. si ita. 51. §. fin. ff. ad l. Aquil. & l. 2. C. de crim. sacrilegij. Leges non facile mutandæ sunt, l. 2. ff. de constitut. principum. concordat. l. minimè. 23. ff. de legibus nec de eis est liberum iudicare, sed oportet iudicare secundum eas distinct. 4. c. erit autem. §. fin. cum c. sequente. item c. ne inuitatis. 5. de constitutionibus 17. q. 4. c. si quis suadente. §. committuut. c. cum omnes. 6. de constitutionibus. Exceptio eius est. Nisi euidens vtilitas, & æquitas mutationem suadeat. d. l. 2. concordat. l. & si nihil. 143. ff. de regul. iur. c. non debet. 8. in princ. de consangui. & affinibus, ideo sine euidenti æquitate Papa Honorius ius ciuile multis vigilijs excogitatum reijcere videtur in c. super specula 28. de priuilegijs. Item leges obseruandæ sunt; & qui secundum eas agit iustus; qui contra iniustus dicitur. distinc. 10. c. de capitulis. c. vides. c. quis autem. c. certum, & c. vlt. item. 25. q. 2. c. cū pię. c. ecclesiast. & c. imperiali. & distinct. 4. c. erit autem. §. fin. cum. c. sequen. & c. ne inuitatis. 5. de constitutionib. & 17. q. 4. c. si quis suadente. §. cōmittuntur. l. 2. C. de crim. sacrileg. l. minimè. ff. de legib. quæ conclusio, vt per se vera habet nihilominus suas exceptiones.

Prima

Prima exceptio est. Nisi lex ab eo lata sit, qui eius ferendæ potestatem non habet. Quod probatur l. 2. ff. de decretis ab ordine facien. vbi glos. & Bart. in princip. & num. 1. concordat l. humanum, 8. C. de legibus, vbi glos. in verbo, vniuersorum, Bart. Bald. & Paulus de Castro. cap. Ecclesia, 10. de constitutionibus, & cum accessissent. 8. eod. Replicatio eius prima est. Nisi is qui legem tulit errore communi pro legitimo Magistratu, ac Legislatore habitus fuerit, probatur exemplo l. Barbarius, Philippus 3. ff. de offic. Prætor. vbi glos. & Bar. num. 2. & Bald. in prima lectura. num. 2. 3. & 4. & in secunda num. 7. Vill. B. 7. Replicatio secunda est. Nisi postea is, qui legis ferendæ potestatem, legem à non habente potestatem latam confirmauerit dicto cap. Ecclesia 10. de constitutionibus, & cap. cum accessissent 8. eod.

Secunda exceptio est. Nisi lex iuri Diuino, vel iuri naturali sit contraria. l. vbi repugnātia 148. ff. de regul. iuris, vbi gloss. 2. cui concordat l. in bello 12. §. facta. ff. de captiuis, vbi glos. in verbo, causæ, & distinct. 8. cap. quo iure, §. fin. cum c. sequente, & distinct. 9. in princip. cum cap. sequente, & cap. vlt. Vill. P. 292.

Tertia exceptio est. Nisi exceptio contra legem introducta causæ propositæ insit l. in his, 15. ff. de legibus, vbi glos. in verbo, regulam, & cap. 1. in fine, de rescriptis, Viuius 818. incipien. Statutum disponens, quod de contractibus. §. per statutum, vel legem, contra rationem iuris constitutum dicitur ius singulare, l. ius singulare 16. ff. eod. vbi glos. Item dicitur species, l. in toto 79. vbi glos. ff. de regul. iuris, concordat l. antepenult. ff. de pœnis, vbi glos. & l. 1. in fine, ff. de regul. iuris, ibi regula simul cum in aliquo vitiata est perdit officium suum. Replicatio eius est. Nisi lex municipalis à generali lege suum municipium eximat reprobatur, l. prætor ait 3. §. Diuus. ff. de sepulchro viola. non habita Principis licentia eximendi ipsa habita approbatur. §. sed & quod, inst. de iure natur. gent. & l. 1. in princip. ff. de constit. Principū, vbi glo. & DD.

Quarta exceptio est. Nisi æquitas contra legem propositam in casu proposito contrarium suadeat, l. placuit 8. C. de Iudicijs, vbi glos. & Bart. concordat l. in omnibus 90. ff. de reg. iur. & l. & si nihil, ff. eod. & l. 2. §. quamquam, ff. de aqua pluuia arcen. l. filio 17. ff. de iniusto testamento, & l. diuus 7. ff. de in integ. restit. Replicatio eius est. Nisi æquitas scripta non sit, dicta l. placuit. 8. ibi æquitatis scriptæ &c. C. de Iudicijs, vbi gloss. & Bart. in l. 1. ff. de legibus. Paul. de Castro d. l. placuit. in princ. Bald. in princ. & Ias. num. 3. ratio est, quia cum de bono, & æquo quæritur; plerunq; sub authoritate iuris scientiæ perniciosè erratur. l. si seruum. 91. §. sequitur. ver. hanc enim quæstionem. ff. de verborum oblig. concordat. l. 1. §. sed si sciente. ibi ne igitur dubia. ff. de exercit. actio. vbi glos. in verbo, edicti, & l. non aliter. 67. in princ. ff. de legat. 3. vbi glo. & Bart. in fine. & l. sicut 8. §. debitori. ff. quibus mod. pign. solu. & l. si verò. 64. §. de viro in fine. ff. solut. matr. & l. 1. C. de legibus. & l. leges sacratissimæ. 9. C. eod. & l. cum de nouo. 10. & l. si Imperialis 11. §. cum igitur. C. eod. & l. 2. §. sed quia diuinæ res. & §. si quid verò. C. de veter. iur. enuclean. Viui. opin. 90. incipien. casus non expressus, n. 1. ex l. cum in dotem. in princ. ff. solut. matrim. l. si extraneus. ff. de condic. indeb. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. & ibi Doctor. & in l. gallus. §. & quid si tantum. Dec. cons. 15. pro tenui facultate, numer. 6. cons. 296. in casu proposito, num. 9. cons. 480. in casu qui contigit, num. 7. cons. 599. consului aliàs, num. 7. & cons. 627. numer. 6. Paulus de Castro in l. 1. C. de condit. insert. Curtius Iunior. cons. 11. num. 3. Soccinus cons. 5. in princ. vol. 3. Duplicatio eius prima est. Nisi Imperator de causa cognoscat per supradicta. Duplicatio secunda est. Nisi equitas euidens subsit. l. quod vero. 14. ff. de legibus, vbi glos. concordat. l. quod contra. 183. ff. de reg. iuris, & l. quod non ratione. 39. ff. de legibus. vbi glos. accedit. Viuius opin. 742. incipien. statuta potius. num. 1. ex gloss. communiter ab omnibus approbata in l. fin. quam ibi Bart. summè commendat. C. de iure deliber. vbi post glos. Bart. ibi.

Quinta exceptio est. Nisi ratio legis cesset in casu proposito, hoc enim casu etiam lex ipsa cessare debet. l. quod in fauorem. 6. C. de legibus. vbi glos. Bart. & Bald. fusissimè, & Castren. concordat. l. nulla iuris. 25. ff. eod. vbi gloss. Bart. & Bald. in princ. & l. pluries. 18. in fine. C. de fide instrument. Tiraquell. in tractatu. cessante causa. num. 130. cap. quod pro remedio. 1. quæst. 7.

Sexta exceptio est. Nisi facto voluntas legis non repugnet; tunc enim quamuis verba legis repugnent nihilominus valet. l. si quis. 3. in fine. C. de liber. præte. vbi glos. & Bart. num. 1.

Castren.

Castrensis nu. 3. concordat, l. cum de lanionis. 38. §. optimum, ff. de instr. legat. & l. in conuentionibus. 219. ff. de verb. signif. & l. in ambiguis. 96. ff. de reg. iur. & l. non aliter. 67. §. Titius, ff. de leg. 3. vbi glo. Replicatio eius est. Nisi voluntas legis sit dubia; tunc enim verbis certis legis potius standum est, quam voluntati incertæ, quod etiam procedit in vltimis voluntatibus, & in contractibus. l. 1. §. sed si sciente. ibi in re igitur dubia. ff. de exercit. actio. vbi glo. in verbo, edicti, concordat. l. non aliter. 67. in princ. ff. de legat. 3. vbi glos.

Septima exceptio est. Nisi lex, seu ius sit personale, hoc non ab omnibus obseruatur, nec omnes ab obseruatione legis generalis eximit. l. 2. C. de legibus, vbi glo. Bart. & Bald. in princ. Castrensis num. 1. & 2. 25. q. 1. c. vlt. §. item Hieronymus, & 26. q. 2. c. non exemplo. & c. priuilegium. 7. & c. quod alicui. 74. de reg. iur. in 6. c. sanè. 9. de priuilegijs cum alijs, quod intelligendum est cum quinque replicationibus, quæ proponuntur in l. leges. 3. C. eod. iuxta quas accipienda videtur. l. si imperialis. 11. in prin. C. eod.

Octaua exceptio est. Nisi aliud inter partes actum sit. l. nec ex prætorio. 27. ff. de reg. iur. & l. contractus, 23. ff. eod. concordat. l. in emptionibus. 43. ff. de pactis, vbi glo. & Bart. accedit Gabriel. lib. 6. de reg. iuris, conclus. 8. nu. 1. l. vlt. §. fin. C. de tempor. & reparat. vbi glo. Bart. Bald. Salic. & Paulus de Castro. nu. 2. Replicatio eius est. Nisi aduersus leges, vel in fraudem legum pactio sit facta, quæ replicatio principalis est. l. 2. §. generaliter, ff. de pactis, vbi glo. in verbo, remotum, & Bart. vers. nota singulariter, Bald. & Paulus de Castro in princ. concordat. l. nec ex prætorio. 27. ff. de reg. iur. & l. pacta. 6. C. de pactis, & l. non dubium est. 5. ibi, nullum enim pactum, C. de legibus, & tot sunt replicationes propositæ octauæ exceptionis, quot sunt exceptiones aduersus pacta.

Nona exceptio est. Nisi causa legem præcessit. l. leges. 7. C. de legib. concordat, l. vlt. §. fin. C. de legit. hæred. & Nouell. c. 73. §. obtinet, & Nouell. c. 75. c. cognoscentes, & c. vlt. de constit. & c. dilectus. 5. vt lite penden. nihil innouetur, & 32. q. 4. c. dixit. Natura enim legis est respicere futuros casus, non autem præteritos. l. leges, & constitutiones. C. de legib. l. penult. C. de decurion. lib. 10. Brunus de statut. art. 6. n. 260. Replicatio eius est. Nisi nominatim in l. cautum sit, vt & ad præterita extendatur d. l. 7. ibi nisi nominatim, & de præterito tempore, &c. C. de legibus, & l. sancimus. 18. in fine. C. de sacrosan. eccles. & l. vlt. in fine. C. eod. Nouell. c. 113. §. ad hæc, & illud. Brunus de statut. d. artic. 6. nu. 260. vers. contrarium.

Duplicatio eius est. Nisi interposita appellatione constitutio lata sit; quæ ad præterita quoque extendi velit. Nam hoc casu ad eam causam in qua appellatum est constitutio non est extendenda d. Nouell. 115. alias auth. vt cum de appell. cogno. in princ. ibi in omnibus enim hisce casibus.

Decima exceptio est. Nisi lex nondum fuerit insinuata, vel ab insinuatione nondum duo menses præterierint, Nouell. c. 66. §. sancimus, vt ex eo tempore constitutiones, Gabriell. lib. 6. de legibus, conclus. 4. num. 1. & 2. vsque ad finem dat replicationes præter quas, dat & aliã in lib. 2. de arbitris conclus. 2. nu. 5. cum sequentibus. Mobed. decis. 3, de dolo, & contumacia, & est tex. in c. cognoscentes, vbi glo. fin. de constit.

Vndecima exceptio est. Nisi lex de causis publicis lata præfecto prætorio prius non fuerit insinuata. Nouell. c. 152. §. dantes opera, vt diuino cooperante auxilio.

Duodecima exceptio est. Nisi lex alia lege, vel consuetudine sit mutata. §. sed naturalia, inst. de iure natur. gent. & ciuili cum distinctione, quam habes ibi, cui concordat, l. constitutiones. 4. ff. de constitut. Principum, & distinc. 4. c. in istis. §. leges. vers. sicut enim, & vers. vnde illud, & c. vlt. §. hac etsi. & 32. q. 4. c. quis ignoret, & Turz. opin. 100. nu. 3. Replicatio eius prima est. Nisi ius sit naturale d. §. sed naturalia. cui concordat. l. eas obligationes. 8. ff. de capite minutis, & §. fin. inst. de legit. adagnat. tutela. & l. vim. 8. ff. de reg. iuris, & l. 2. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consumunt. distinc. 1. c. ius naturale. in fine, & c. 1. §. naturale, distinc. 5. & c. vlt. §. naturale ergo, distin. 6. & c. vlt. in princ. de consuetudin. cum alijs multis accedit Vill. P. 292. vel. Nisi statutũ contra ius commune factum sit in ijs, quibus pacto renunciari non potest. glo. in rub. C. de decretis, lib. 12. Viuius opin. 297. Replicatio secunda est. Nisi lex posterior alia rursus lege sit sublata. §. cæterum inter masculos inst. de legit. adagnat. succes. ibi cum lex. 12. tabularum, & c. & l. vnica. §. cum igitur. C. de caducis tollen. vel de mutatione non constet, Viuius opin. 759. nu. 1. ver. nec præsumitur correctio. Replicatio tertia est. Nisi mutatio iuris lite pendente interueniat, Nouell. c. 115. auth. vt cum de appellationibus cogo. §. peruenit ad se-

renitatū nostræ notitiam &c. latè Alberic. de statutis lib. 1. quæst. 70. per totam, Bald. in eodem tract. in verbo, statuere, & statutarij, numer. 16. Brunus de statut. exclus. artic. 6. num. 259. Replicatio quarta est. Nisi Sacra scriptura sit mutata. distinc. 9. capit. quis nesciat. & c. noli frater. & distinc. 6. c. vlt. §. his itaque.

Decimatertia exceptio est. Nisi Imperator, vel Augusta leges non obseruauerit. l. princeps. 31. ff. de legibus. Sed quamuis Principi liceat præter leges viuere, decet tamen eum viuere secundum leges l. digna vox 4. C. de legibus concordat. l. ex imperfecto. 3. C. de testamen. & §. fin. instit. quib. mod. test. infirmen. huc pertinent versus Claudij Poetæ hij.

In commune iubes si quid censetur tenēdum,
Primus iussa subi: Tunc obseruantior æqui.
Fit Populus; nec ferre vetat cū viderit ipsum.
Auctorem parere sibi &c.

Decimaquarta exceptio est. Nisi lex Ecclesiasticæ constitutioni repugnet. 25. q. 1. c. sunt quidam, & c. contra idem distinc. 9. cap. vlt. & distinc. 10. in princ. & c. sequente. & cap. non licet. c. certum. c. constitutiones. c. Imper. c. suscipitis, & quoniam item distinct. 12. c. scit sancta. vers. si illis canonica. item 15. q. 3. c. sane. & 35. q. 5. c. ad sedem.

Decimaquinta exceptio est. Nisi contra libertatem, vel immunitatem Ecclesiæ lex sit lata. c. aduersus. 7. §. quia vero. de immunit. eccles. & c. statutum. 9. de hereticis in 6.

Decimasexta exceptio est. Nisi lex contra authoritatem Sedis Apostolicæ sit lata. c. constitutionem. 2. §. fin. de verbor. signif. in 6.

Decimaseptima exceptio. Nisi consulat lex exhortetur, vel permittat magis quam præcipiat; hoc enim casu non delinquitur, quamuis aliter, quàm lege cautum est fiat. 31. q. 1. c. hac ratione. §. fin. & distinct. 4. c. vlt. §. fin. & 14. q. 1. c. vlt. & c. episcopus. §. fin.

Decimaoctaua exceptio est. Nisi Papa contra legem dispensauerit distinct. 14. c. 1. §. fin. cum c. sequente. 1. q. 7. c. didici. Sex causæ ex quibus contra leges dispensari potest enumerantur, d. c. requiritis. accedit Vill. P. 24. Replicatio eius prima est. Nisi nulla ex dictis causis insit, hoc enim casu dispensatio non valet. c. in causis 19. de sent. & re iudic. accedit Turz. opin. 10. contradicere videtur. Vill. D. 74. Replicatio secunda est. Nisi contra Ius Diuinum, Canonicum, vel Naturale, Papa dispensauerit, distinc. 13. in princ. Vill. D. 75. Duplicatio eius est. Nisi ob maius malum euitandum contra ius naturale dispensatio fiat d. distinc. 13. ver. nisi forte duo mala, & c. duo mala. & cap. nerui. & Vill. ibi. Triplicatio eius est. Nisi duo mala non in eadem, sed in diuersis personis sint metuenda, distinct. 14. in princ. cum c. sequente. Replicatio tertia propositæ exceptionis est. Nisi contra præcepta Euangelica; vel decreta Patrum dispensatio sit facta, d. distinct. 14. c. vlt. in fine 25. q. 1. c. quæ ad perpetuam, & c. sunt quidam. Replicatio quarta est. Nisi ius alterius plurimum dispensatione lædatur 25. q. 1. c. vlt. §. his ita respondetur, ver. vt priuilegia, & in princ. & q. 2. c. postea, in princ. accedit. Vill. C. 40. Replicatio quinta est. Nisi contra ius ab Apostolis traditum; vel per Concilium Generale promulgatum dispensauerit, reprobatur Vill. P. 24. Replicatio sexta est. Nisi in causis matrimonialibus dispensauerit, controuertitur apud Vill. P. 25. Replicatio septima est. Nisi cum eo qui in Ordine Sacro consistit dispensauerit, Vill. P. 26. Replicatio octaua est. Nisi non citata aduersa parte dispensauerit, Vill. C. 40. Duplicatio eius est. Nisi Princeps dispensauerit, cum legitimato, vt Patri defuncto succedat, hoc enim casu citatio aliorum hæredum non est necessaria. Vill. C. 43. Triplicatio est. Nisi ab ipsis adita sit hæreditas, Vill. C. 44. Replicatio nona est. Nisi causa quæ posset Principem retardare ad concedendum, in dispensatione non sit expressa, Vill. C. 65. Replicatio decima videtur. Nisi clausula ex certa scientia in dispensatione non sit adiecta reprobatur, Vill. C. 64.

Decimanona exceptio est. Nisi Princeps, vel Papa dissimulet, hoc enim casu dispensare creditur. Vill. P. 27. sed sub conditione, Felyn. in c. tregua. nu. 6. ver. lex noua, de treuga, & pace. & infra exceptione 34.

Vigesima exceptio est. Nisi Ecclesia, vel Ecclesiasticæ personæ leges Ciuiles nō obseruēt. c. quæ in Ecclesiarum 7. & c. ecclesia. 10. de constitut. 33. q. 2. cap. inter hæc. Replicatio eius est. Nisi nulla Canonica constitutio legibus Ciuilibus repugnet, tūc enim ijs Ecclesiasticæ personæ æque ac laici obstringuntur distinct. 10. c. lege Imperatorum 2. §. fin. & distinct. 12. c. scit sancta. & de oper. nou. nunc. c. 1. §. quia vero & 3. q. 5. c. de accusationibus, & 6. q. 1. c. nos sequentes accedit, Vill. L. 110. Duplicatio eius est. Nisi lex Ciuilis specialiter de personis, vel rebus Ecclesiasticis disponat, Clar. in §.

in §. emphyteusis, quæst. 28. ver. nec dicatur, Mobed. decis. 4. aliàs 173. de constitut.

Vigesimaprima exceptio est. Nisi Papa contra Leges, vel Canones fecerit, 25. q. 1. c. vlt. §. ijs ita respondetur, concordant quæ supra in 13. exceptione proponuntur. Replicatio eius est. Nisi facto Papæ quòd contra Leges, vel Canones fit, alius sine euidenti ratione plurimum lædatur. d. §. ijs ita. ver. vt priuilegia; & in princ. d. c. vlt. & c. iustum. distinc. 9. & supra replic. 4. 18. exceptionis.

Vigesimasecunda exceptio est. Nisi Spiritu Sancto ductus contra Leges faciat. 9. q. 2. c. duæ sunt, vt credtiur facere Papa.

Vigesimatertia exceptio est. Nisi certi alicuius loci lex fit, vel consuetudo, non vniuersalis, hæc enim alios, quàm quorum lex est non ligat distinc. 12. c. illa autem. & c. illud breuiter in fine. Replicatio eius est. Nisi Metropolis specialem aliquam legem; vel consuetudinem obseruet, hanc enim aliàs Ciuitates sub iectas decet obseruare, d. distinct. 12. c. de ijs. & distinc. 11. c. nolite. & c. palam. & c. vlt. & c. non decet. 2. & c. præceptis. & l. 1. §. sed & si quæ leges, C. de veteri iure enuclean. & §. fin. instit. de satisdat. Duplicatio eius est. Nisi consuetudo particularis sit minus rationabilis, dicta distinc. 12. capit. nouit. & l. licet 12. ff. de offic. Præsid.

Vigesimaquarta exceptio est. Nisi lex, vel consuetudo sit incerta, hęc enim neminem ligat, d. distinc. 12. c. illa autem. vers. alia vero. & §. fin. ad hanc exceptionem pertinent opiniones Doctorum controuersę, quarum authoritas probabilis tantum, non necessaria est, cap. erit. distinct. 4. Replicatio eius est. Nisi id quòd incertum est, Fidei Catholicæ vel bonis moribus repugnet. d. c. illa autem. ver. quod enim neq;.

Vigesimaquinta exceptio est. Nisi ob grauius delictum euitandum quis legi non paruerit, distinc. 13. in princ. cum duobus CC. sequentibus, & exemplo, l. si ita vlneratus. 51. §. quod si quis absurde. ff. ad l. Aquil. & l. si seruus. 63. §. quod vero. ver. non licet. ff. de furtis. Replicatio eius est. Nisi quis legi non paruerit ob grauius delictum non a se; sed ab alio euitandum, distinct. 14. in princ. cum c. sequente.

Vigesimasexta exceptio est. Nisi propter ignorantiam quis legi non paruerit. c. vt animarum 2. in princip. de constitutionibus in 6. cum distinctione ibi

Vigesimaseptima exceptio est. Nisi extra Territorium legislatoris quis subditus legi non paruerit, d. c. vt animorum. §. statuto, & Gabriel. lib. 6. de statutis conclu. 8. & de consuetudine conclus. 2. nu. 5. sed cum distinctione de qua supra lib. 1. c. 151. fol. 255. nu. 10.

Vigesimaoctaua exceptio est. Nisi forensis contra legem, vel statutum loci fecerit per ea; quæ proponuntur supra 23. exceptione accedit, Fichar. in addit. ad Vill. F. 158. T. 29. Viuius opinio. 156. incipien. consuetudo seu stylus, n. 1. ex glos. Ant. de Butr. Abb. & communiter Doctor. in c. quòd Clericis de foro competen. & c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitu. vbi Abb. in lect. & repet. circa finem, & latè ibidem Felyn. col. 10. ver. 7. declaratio, glos. & Doct. in cap. quæ contra 8. distinct. & c. certificare de sepultu. Replicatio eius prima est. Nisi statutum seu lex localis respiciat ordinatoria Iudicij non decisoria; quia quo ad ordinatoria ligat etiam forenses iuribus præallegatis, & Rota diuers parte 2. decis. 103. num. 31. & supra fol. 296. sub nu. 30. Replicatio secunda est. Nisi id quòd geritur voluntaria sit iurisdictionis, vt testamentum, adoptio, &c. In hoc enim forensis adstringitur ad statutum, vel consuetudinem loci in quo testamentum facit. Fichard. in addit. ad Vill. F. 158. itẽ Vill. §. 105. & 106. Duplicatio eius est. Nisi statutum contra ius commune personam habilem; vel inhabilem constituat, hoc enim casu non ligat forensem, Fichard. in d. addit. ibi quam tamen mox. Viuius 814. incipien. statutum habilitans, vel inhabilitans, nu. 1. ex Bart. in l. 1. ff. de Tut. vel Cur. datis ab ijs. & in leg. cunctos populos. col. 6. 3. quæst. C. de summ. trinit. & alijs Doctor. in dictis locis, & Ias. in 1. lectu. col. 5. & in 2. col. antepenult. Marsil. in l. fin. col. 30. vers. hanc tamen conclusionem. ff. de iurisdict. omn. iudicum, Alex. consil. 45. col. 3. vol. 5. Corn. cons. 45. col. penult. vol. 1. & cons. 94. col. 2. vol. 2. & Ruyn. cons. 120. col. fin. vol. 1. & cons. 201. col. 1. eod. vol. vbi hanc esse communem exemplum proponitur in d. addit. Fichard. in statuto prohibente, ne maritus vxori legare possit. Roland. a Valle cons. 24. nu. 19. lib. 3. Rota diuersorum Parte prima decis. 404. Replicatio tertia est. Nisi Crimen commiserit extraneus in loco statuti, de quo sit puniendus, hoc enim casu videtur secundum statutum eius loci, non sui domicilij puniendus per supra allegata in replicatione 2. Replicatio quarta est. Nisi forensis in loco statuti contrahat, hoc enim casu solemnitates à statuto requisitas in contractu tenetur obseruare. Gabriel. libr. 6. de consuetudine

suetudine, concluſ. 2. nu. 4. contrarium dicit d. concl.nu. 24. ſed vide ſupra fol. 262. nu. 10. Duplicatio eius eſt. Niſi ob ignorantiam ipſius ſtatuti forenſis id non obſeruauerit; & ex eo graue damnum ſentiret, hoc enim caſu per in integrum reſtitutionem ei ſuccurritur, Gabriel. d. concluſ. nu. 22. & 23. & ſupra fol. 296. numer. 30. ver. verum. Duplicatio ſecunda eſt. Niſi ſtatutum requirens ſolemnitatem contractus principaliter reſpiceret perſonam cuius fauore exigeret illam ſolemnitatem, d. concl. 2. nu. 25. Replicatio quinta eſt. Niſi forenſis habeat bona in loco ſtatuti, controuertitur apud Gabriel. lib. 6. de ſtatutis concluſ. 8. nu. 11. Replicatio ſexta eſt. Niſi Territorium auctum ſit acceſſione alicuius comitatus, vel Ciuitatis: hoc enim caſu acceſſorium ſequitur ius ſui principalis, Viuius opin. incipien. ſtatutum excludens fœminas. §. prouincia aucta.

Vigeſimanona exceptio eſt. Niſi res de quibus agitur extra Territorium ſtatuentium ſitę ſint, hoc enim caſu eius loci in quo res ſitæ ſunt ſtatutum, vel conſuetudo ſpectanda; non eius vbi geſtum eſt; controuertitur apud Viuium opin. 796. incipien. ſtatutum diſponens quòd mulier. num. 19. & opin. 803. incipien. ſtatutum, vel conſuetudo, nu. 5. ex Doctor. omnibus in l. 1. C. de ſum. trinit. & fide cath. & Iaſ. nu. 44. dicit eſſe communem contrariam partem propoſitæ exceptionis, ſequuntur Cyn. Bart. Bald. Faber. Salycet. & Iaſ. in l. cunctos populos. C. eod. Vill. M. 20. Soarez. B. 35. exemplum eſt. Si ſtatutum in aliquo loco ſit, vt primogenitus in omnibus bonis ſuccedat, an hoc ſtatutum extendatur etiam ad bona extra Territorium ſita? quod controuertitur apud Gabriel. lib. 6. de ſtatutis, concl. 9. Cephal. conſ. 309. n. 44. & per totum Surdus in conſ. 343. n. 19. & 20. Replicatio huius controuerſæ exceptionis prima eſt. Niſi ſtatutum inhabilitet aliquã perſonam, aliàs iure communi habilem; eius enim diſpoſitio etiam ad bona extra Territoriũ ſitæ extenditur, Gabriel. lib. 6. de ſtatutis concluſ. 8. nu. 1. cum duobus ſequentibus. Duplicatio eius eſt. Niſi expreſsè non conferatur diſpoſitio extra Territorium, & in ſubditum, d. concluſ. nu. 4. Duplicatio ſecunda eſt. In ſtatuto excludente à ſucceſſione defuncti filias exiſtente patre; ac fratribus defuncti, Turz. opin. 46. Replicatio ſecunda eſt. Niſi agatur de ſolemnitate contractus: Tunc enim eius loci ſolemnitas ſpectatur in quo contractum eſt, etiã quo ad bona alibi ſita, Gabriel. lib. 6. de conſuetudine, concluſ. 2. n. 1. cum quatuor ſequentibus exemplum proponitur in menſura, dicta concluſ. 2. nu. 21. Rota coram R. P. D. Litta in Roman. hæreditatis de Saluiatis, de qua ſupra lib. 1. c. 151. fo. 255. num. 10. Replicatio tertia eſt. In teſtamentis quorum ſolemnitas eius loci vbi fiunt attenditur, etiam quo ad res alibi ſitas, controuertitur apud Vill. S. 105. T. 57. cum addit. & per ea quæ habentur in replicat. 16. generali ad concluſ. de hæreditate ex Teſtamento.

Trigeſima exceptio eſt. Niſi aliud ius obtineat in loco contractus; aliud in loco ſolutionis: hoc enim caſu locus contractus non ſolutionis attenditur, Gabriel. d. concluſ. 2. nu. 6. cum ſequentibus in quibus etiam diſtinguitur.

Trigeſimaprima exceptio eſt. Niſi committens contra legem prohibentem, veſtes arma; vel quid aliud portare, non deprehendatur, cum re prohibita. ſed teſtibus cõuincatur, Vill. S. 112. Viuius opin. 763. incipien. ſtatutum diſponens quòd iuuentus de nocte, num. 5. ex Felyn. in tract. de conatu. poſt Dominicum in c. auaritiæ. col. fin. de elect. in 6. ſequitur Marſil. in l. qui falſam monetam. nu. 29. ff. ad l. Cornel. de falſis, Iulius Clarus. §. fin. quæſt. 82. ver. 1. cum ſequente, Soarez. A. 268.

Trigeſimaſecunda exceptio eſt. Niſi de perſonis, vel rebus Eccleſiaſticis agatur; hæc enim Ciuilibus legibus non aſtringuntur, c. quæ in Eccleſiarum 7. & c. eccleſia. 10. de conſtitut. 33. q. 2. cap. inter hæc. Ideoq; leges de emphyteuticis rebus diſponentes ad Eccleſiaſticam emphyteuſim non pertinent, Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 48. diſtingue vt ſupra fol. 190. n. 10. Replicatio eius eſt. Niſi nulla canonica conſtitutio ciuilibus legibus repugnet, tunc enim ijs Eccleſiaſticæ perſonæ æque, ac Laici obſtringuntur diſtinct. 10. c. lege Imperatorum. 2. §. fin. diſtinct. 12. c. ſcit ſancta: item de operis noui nunc. c. 1. §. quia vero. 3. q. 5. c. de accuſationibus. 6. q. 1. c. nos ſequentes. Vill. L. 110. Duplicatio eius eſt. Niſi lex Ciuilis ſpecialiter de perſonis, vel rebus Eccleſiaſticis diſponat, Iulius Clarus in §. emphyteuſis. quæſt. 28. ver. nec dicatur. Mohed. deciſ. 4. de conſtit.

Trigeſimatertia exceptio eſt. Et loco ipſius non ineptę opponitur, omnis exceptio quæ opponitur aduerſus reſcripta.

Vigeſimaquarta exceptio eſt. Niſi ſint vſu receptæ, hoc enim caſu non ſunt obſeruandæ, quia non ligant; Felyn. & alij in c. 1. de treug. & pac. Rocc. de conſuet. ſect. 7. nu. 15. in fin.

Menoch.

Menoch. cons. 75. nu. 91. Didac. variar. resolut. lib. 2. c. 16. nu. 6. ver. 5. Puteus decis. 1. lib. 1. Ias. in l. de quibus. nu. 33. ff. de legibus.

Quando enim non reperitur inserta in volumine legum, vel statutorum, tunc non præsumitur vsu recepta, Mobed. decis. 1. de constit. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 2. n. 2. & 3. Soccin. Iun. cons. 32. nu. 47. lib. 3.

Prout nō dicitur vsu recepta, quoties id Princeps declarauit. Rom. in cons. 260. nu. 2. c. ordinarij. S. si verò. de off. ordinar. in 6. Anchar. cons. 293. nu. 1. Soccin. Sen. cons. 87. nu. 18. lib. 3. Gabr. conclus. 2. nu. 21. de probat. Mascbard. conclus. 139. nu. 19. & concl. 1227. num. 31. & sequen.

Nam lex noua non acquirit vires quando fiant plures actus contra eam sciente conditore, & valente contradicere, & non contradicente, quia tunc non dicitur moribus vtentium cōprobata ex permissione conditoris, gloss. in cap. treugas de treuga, & pace, vbi Abbas, Felyn. sub num. 6. ver. lex noua; & cæteri omnes.

Si enim de iure dubitetur Iudex aliter non debet iudicare, quàm legibus cautū sit. §. 1. inst. de off. Iudic. l. 1. §. sed & si. ff. ad l. Corn. de falsis, & vbi lex non distinguit, ibi nec Iudex distinguere debet. l. de precio. 8. vbi Doct. ff. de publ. in rem act. Nam iuris quæstio non est in arbitrio Iudicis. l. ordine. 15. ff. ad municip. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. & ibi Doct. nisi crimen sit extraordinarium, Nec cauta cognitio Iudicis arbitrio est à lege permissa; si aliud verba, aliud voluntas legis, testatoris, vel contrahentium significent, voluntas potius quàm verba sequenda est. l. si quis. 3. in fine. C. de liber. præter. l. cum delanionis. 18. §. optimum. ff. de instr. leg. l. in conuentionibus. 219. & ibi Doct. ff. de verbor. signific. l. in ambiguis. 96. ff. de reg. iuris. l. non aliter 67. §. Titius. ff. de legat. 3. Nisi voluntas legis, Testatoris, vel contrahentium sit dubia, tunc enim verbis certis potius, quàm incerte voluntati standum est. l. 1. §. sed si sciente. ff. de exercitor. act. l. non aliter. 69. ff. de legat. 3. & ibi scribentes.

Sed si dubitetur de facto, facti quæstio est in arbitrio Iudicis, d. l. ordine. 15. in princ. & ibi gloss. & scribentes. ff. ad municipal. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. l. eum quem. 79. §. Iudicibus. ff. de iudic. l. testium fides. 3. & l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de testibus exemplo, l. vlt. §. scia. ff. de act. & obligat. Item non ad vnam probationis speciem cognitionem suam alligare debet Iudex, sed ex sententia animi sui existimare quid, aut credat, aut parum probatam sibi opinetur, d. l. 3. §. eiusdem. in fine. ff. de testibus. Item confirmabit motum animi sui ex argumētis, & testimonijs, quæ rei aptiora, & verò proximiora esse compererit, d. l. 21. §. fin. ff. de testibus exemplo. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari, & in l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. Ad circumstantias respiciet etiam Iudex, & ad efficiendi facultatem. l. famosi. 7. §. hoc tamen. ff. ad l. Iul. maiest. Nam quòd quid facere non potuit fecisse non est præsumendum, d. §. hoc tamen. & ibi gloss. & Doct. Hoc enim argumento vtetur Olindus pro amata Sophronia apud Tassum, lib. 2. cantilena 28. sic dicens.

Al Rè gridò non è, non è già Rea
Costei del furto, & per follia sen'vanta,
Non pensò, non ardì, ne far potea
Donna sola inesperta opra cotanta;
Come ingannò i custodi, e della Dea
Con qual arte inuolò l'imagin santa,
Se'l fece il narri. io l'hò Signor furata,
Ahi tanto amò la non amante amata.

Et ex his sit impositus finis libri secundi ad laudem, & gloriam D. N. IESV Christi, & eius Gloriosissimæ Matris semper Virginis MARIAE, Sancti Michaelis Archangeli mei, & totius gentis meę in Cęlesti Curia Aduocati; & ad honorem S. D. N. PAVLI V. Pont. Opt. Max. mei Benefactoris.

STATVTORVM ALMAE VRBIS ROMAE

Auctoritate S. D. N. Gregorij xiij. P. O. M.

A SENATV POPVLOQ. ROMANO EDITORVM.

Cum glossis

D. LEANDRI GALGANETTI I. C. COLLENSIS.

Liber Tertius.

DE STVDIIS LIBERALIBVS Vrbis. *Cap. I.*

CVm in hac Alma Vrbe,ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei,& honorem Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, Gymnasium cum Prælectoribus, & Magistris, non solum pro ipsius, & circumstantium locorum filijs; verum etiam pro alijs ab omnibus Mundi partibus ad eam confluentibus edocendis; vt omni Diuina humanaq; sapientia erudirentur, & illustrarentur, antiquitus summa prouidentia fuerit institutum, & per fel. rec. Bonifacium Papam Octauum Magistri in eo profitentes, & scholastici varijs priuilegijs exornati;illaq; ob succedentium temporum calamitates,& bella ferè essent extincta, per sac. me. Eugenium Papam Quartum non modo restituta fuerint, sed etiam vini forensis Vectigali adaucto, ipsum Vectigal Romano Pop. postulante, pro Magistrorum inibi profitentium salarijs condonatum, ac in Domibus in Regione S. Eustachij, ex pecunia dicti Vectigalis emptis, idem Gymnasium fundatum; & ad extremum à Sũmis Pontificibus Iulio II. Leone X. Pio IV. Pio V. & Sanctiss. D. N. D. Gregorio XIII. amplioribus priuilegijs atq; Aedificijs,& Magistrorum numero auctum, ornatum, amplificatumq; fuerit: & in eodem omnium liberalium Artium, aliarumq; humanarum, & Diuinarum scientiarum, & linguarum peritissimi electi Magistri, singulis penè diei horis profiteantur: Summopere curandum est,omni studio, & sollicitudine inuigilandum, vt ea omnia in suo vigore, & robore conseruentur. Quamobrem pro ipsius Gymnasij professorumq; & Scholasticorum conseruatione, & incremento,mandamus,vt Conseruatores pro tempore existentes, necnon dicti Gymnasij, seu Studij Reformatores, & alij ad quos pertinet, eadem, & alia quæ in prædictorum, aliorumq; summorum Pontificum literis, & priuilegijs continentur, diligenter obseruent, & debitæ executioni demandent alioqui pœnam vigintiquinque aureorum, singuli quoties contrafecerint, incurrant.

De Studijs liberalibus Vrbis. Cap. 1. Glos.

Bonum initium à Deo;Nam initium sapientia

via timor Domini, & sapientiam non quaerere indignũ est hominis. Ipsa enim est virtus; quae versatur circa aeterna, atq; diuina, vt nouit Arist. lib. 1. Magror. Mor. c. 33. ver. nam si virtus est prudentia, quia ipsa sapientia sapiens non solum ea scit; quae ex principijs cognoscuntur, sed etiam circa principia vera iuxta naturam & veritatem, Arist. lib. 6. Mor. Nicomach. c. 7. Sed quia natura nemo est sapiens, teste eodem Arist. vbi supra c. 12. studio itaq; & disciplina est quaerenda; Vt ideò facilius adipisci possit in Vrbe, statuentes cognouerunt necessarium esse Gymnasium in cunctis artibus, & scientijs, quo Magistri potentiam habeant optimè notum disposito, & optimè distributo, Iuuenes ad hanc, vel illam sibi ipsis magis conuenientem artem, & scientiam dirigere; quod in optima Republica necessarium dixere omnes, & idem Arist. lib. 4. Polit. c. 1. & est tex. in l. 1. C. de studijs liberalibus Vrbis, & in l. 2. & in l. 7. C. de professoribus, & l. 6. C. eod. & in l. 1. ff. de extraordinar. cognit. l. diuus. 4. ff. eod. de eorum immunitatibus, & priuilegijs tradunt allegata iura, & Menoch. casu 379. de arbitrar. De hoc itaque sunt legislatores nostri, & summi Pontifices, qui eis opem, & auxilium praebuerunt summopere commendandi. Opus enim charitatis exercuerunt, & Cęlum ideò Beati possident, & Beati eorum imitatores possidebunt: ita enim diuina stipulatione firmatum est apud Matth. c. 5. & c. 25. ver. Cum autem. Possidete itaque Iuuenes, quam vobis maiores vestri parauerunt sapientiam, possidete intelligentiam, ne obliuiscamini, neque declinamini à verbis oris eius, neque derelinquatis illam, & apprehendet vos, amate illã, & seruabit vos, de qua & Menoch. in casu 237. de arbitr. ad remo.

De secreto Consilio. *Cap. II.*

CVm optimae quaeque Ciuitates Consilijs selectorum Virorum gubernentur, & augeantur, ea propter in rebus dubijs (quarum dispositio ad Romanum Populum pertinet) maturè consulendis, infrascriptas Constitutiones seruari mandamus.

In secreto Consilio celebrando interuenire debent Conseruatores, Prior Capitum Regionum, Capita Regionum, Cancellarij, Viarum Magistri, Tredecim, & viginti sex Consiliarij à Capitibus Regionũ electi, Aduocatus & Procurator Camerae; necnõ & quadraginta Consiliarij additi, ac etiam qui Conseruatores & Capita Regionum in proximo pręcedenti Trimestri extiterunt, Custodes portarum Consilij, Defensores Decretorum, & omnes Deputati ad quascumque deputationes saltem in numero infra dicendo.

Conseruatores & Prior pridie quam Consilium congregetur, singulis praenominatis per Mandatarios in scriptis dimissa breui schedula, saltem in manibus Domesticorum, consiliũ secretum pro sequenti die & certa hora intimari, & denunciari faciat: quarum denunciationum, Mandatarij ipsi, sub poena priuationis relationem in scriptis Scribis Senatus facere teneantur, horaque denunciata elapsa, & relatione eorundem Mandatariorum in scriptis per Scribas Senatus recepta, & iussu Conseruatorum Consilio clauso, nullus deinceps admittatur: & id quod resolutũ fuerit in hoc Consilio (dummodo à sufficienti numero, vt infra dicetur) ad Consilium publicum, & nihil aliud, nec aliter deferatur.

Propositiones per Conseruatores in hoc Consilio faciendae, describantur per alterum ex Scribis Senatus, in libro Consiliorum, quę debeant in Archiuio Palatij Conseruatorum cum alijs scripturis ad Populum pertinentibus retinere.

Resolutiones in prędicto Consilio faciendae post dictas propositiones, similiter in eodem libro per Scribam Senatus describantur, & in Consilio publico Conseruatorum nomine legantur.

Factis propositionibus, omnes silentium seruent: nec è Consilio discedant, nisi à Conseruatoribus Consilio dimisso, vel de eorum licentia: quòd si quis aliter discesserit, ab omni officio & emolumentis Pop. Romani per biennium illico priuatus censeatur.

Nullus propositis quaestionibus respondere audeat nisi ad suggestum, vel alium deputandum locum accesserit, exceptis his qui in Magistratu sunt, quibus ex suis subsellijs respondere permittitur: nullusq; omnino nouam rem dicere aut proponere possit, sed propositae tantum quaestioni respondere, & suum iudicium semel tantum proferre, & non amplius: nisi forsan dictum suum corroborare vellet; quo casu iterum & non vltra ei liceat replicare.

Scribae Senatus nomina & numerum Consiliariorum in eodem libro scribere, & annotare teneantur, & cum decretis siue resolutionibus propositarum quaestionum, numerum simul votorum, per fabas vel pilulas colligendum,

dum, annotare, clare quot fabæ pro parte affirmatiua, & quot pro parte negatiua in Vrnā repertæ fuerint exprimendo, vt inde dignosci possit, si fabarum numerus cum numero Consiliariorum conueniat; & si non conueniat, vota iterum recipiantur, vt error omnis excutiatur: & quod a maiori parte Consiliariorū, in numero infradicendo, conclusum fuerit, pro valida secreti Consilij resolutione habeatur, exceptis casibus infra reseruatis.

Decreta omnia, siue resolutiones per fabas vel pilulas in Vrnam secreto conijciendas recipi debeant, & nullatenus viua voce, & aliter recepta vota, & decreta nullius sint roboris vel momenti, nec Scriba Senatus ea annotare debeat.

Consilium nullatenus validum esse intelligatur, nec in eo decreta aliquam roboris firmitatem obtineant, nisi in eo interuenerint saltem Triginta ex Consiliarijs prænominatis, inter quos omnino esse debeant duo ex Conseruatoribus, & septem ex capitibus Regionum: & quòd à maiori parte præsentium conclusum fuerit, pro valida secreti Consilij sententia habeatur, & ad Consilium publicum deferri possit. Quòd si Consilium vocatum prima vice ex defectu numeri Capitum Regionum fieri non possit, vocetur pro secunda vice cum expressione causæ, quòd ex quo prima vice congregatum non fuit, vocatos pro secunda, in quo secundo Consilio sufficiat interuenisse Priorem, & saltem Tres ex Capitibus Regionum, cum alijs Consiliarijs, vsq; ad numerum Triginta supra definitum. Sed si tractari contingat de Donationibus, Pignorationibus, Hypothecis, aut Alienationibus alijs bonorum Romani Populi tam mobilium quàm immobilium, iurium, & actionum, constitutione prouisionum, aut oneribus, vel alijs quibuscunque grauioribus negotijs: tunc, & quolibet casuum prædictorum non intelligatur Consilium validum, nec decreta in eo facta quoquo modo viribus subsistant, aut robur habeāt, nisi ad minus in eo Consilio Quadraginta Consiliarij, computatis duobus Conseruatoribus, & septem Capitibus Regionum interuenerint; & duæ tertiæ partes ipsorum Quadraginta in eodem voto concurrant.

Qui se excusare volent ante clausum Consilium, excusatorem mittere teneantur, nec ex alia quàm rationabili causa, excusatio admittatur.

In secreto Consilio negotia omnia Romani Populi terminari possint, exceptis ijs, quæ ad publicum Consilium deferri debent, ac reseruatis supra expressis de alienationibus, & reliquis, quibus certa alia forma præscripta est.

Secretum autem Consilium singulis diebus Martis, non feriatis, primæ, & tertiæ hebdomadæ cuiuslibet Mensis haberi debeat.

Consiliarij huius secreti Consilij, in eorum officij initio in manibus Conseruatorum iurent ad Consilium venire, votumq; eorum dare bona fide, & iuxta animi sui iudicium, remotis amore, odio, prece, & pretio, prout honori, & commodo Romani Populi crediderint expedire; vocati per Nuncium aut per Campanam ad Consilium accedere, & de Consilio non nisi dimissi discedere.

De secreto Consilio. Cap. 2. Glos.

Arist. lib. 2. Politic. vbi diuersa Respublicæ examinantur; inuicem comparantur, ac improbantur, dicit in vna quaq; Republ. selectorum virorum consilium esse necessarium ad illam augendam, & conseruandam, lib. 3. Politic. c. 12. & lib. 4. c. 4. & c. 14. Magis enim standum est consilys multorum, quàm vnius viri; quia omnia sciunt omnes, non solus omnia, Gabriel. de testibus conclus. 4. nu. 91. Sed de quibus in republica fit consultatio, tradit Arist. lib. 3. Mora. Nicomach. c. 3. & libr. 1. Rhetor. c. 4. & in Rhetor. ad Alexandrum cap. 2. latissimè; & circa quæ versetur, tradit idem vbi supra, & generaliter versatur in ijs; quæ plerumq; fieri possunt, incerta tamen sunt; quorum modo eueniunt, & in quibus est indeterminatio; non enim est de impossibilibus; neq; de æternis, non de fine; sed de ijs, quæ ad finem, non de factis, sed de contingentibus, & futuris, hinc dicere solemus, quòd de præteritis non est consilium, nec minus est de ijs, quæ eodem modo semper fiunt, & aliter se se habere non possunt, nec de fortuitis, nec de omnibus rebus humanis, vt docuit Arist. lib. 3. Mora. Nicomach. c. 3. per totum, & libr. 6. c. 2. in fin. & c. 7. propè finem. Consilium malum præbens quibus subiaceat pœnis, tradit Menoch. de arbitr. casu. 351. & de consultatione Ciuiū est tex. in l. si quod. 5. & l. 6. C. de legat.

De publico Consilio. Cap. III.

PVblicum Consilium saltem semel in initio cuiuslibet Mensis congregetur, necnon & quoties

quoties secretum Consilium decernet, aut aliter necessarium fuerit, vel opportunum, in quo Senator, & omnes Romani Ciues tam origine quàm ex priuilegio, maiores tamen annis Viginti, valeant interuenire, & suum suffragium, seu votum afferre, in eoque factis siue lectis nomine Conseruatorum propositionibus, mature quæstiones rerum ad Populum Romanum pertinentium examinentur, & discutiantur: præsertim verò vbi de Donationibus, Pignorationibus, seu Hypothecis, & alijs in præcedenti capite de secreto consilio expressis, tractaretur, & de omnibus alijs negotijs, quæ ad publicum Consilium à secreto fuerint remissa, seu aliàs ex forma præsentium Statutorum vel aliorum Decretorum in publicó Consilio terminanda venirent.

Pridie quàm Consilium celebretur, vocentur ex ordinè Magistratus, per Mandatarios pro certa hora Senator, & Ciues prædicti, & alij qui interuenire possunt, cuius deinde vocationis relatio per Mandatarios Scribis Senatus dari debeat, campanaq; per horam, ante præfixam Consilij horam pulsetur.

In primo publico Consilio congregando post creationem cuiusque noui Magistratus, Cameræ Vrbis Procurator ex officio teneatur denunciare adesse tempus syndicatus, & deinde coram Syndicis, querelas etiam de omissis à Magistratu proximè functis dare, & illas ac ab alijs porrectas, vsque ad sententiam inclusiuè prosequi: quòd si Procurator ipse in hoc defecerit, Defensores Decretorum, & ipsorum quilibet teneatur Cameræ Procuratorem accusare, & curare, vt ipse insimul cum delinquentibus Magistratu functis, puniatur.

Qui priuati querelam contra Magistratum functos, in publico Consilio proponere volēt, Querelas in scriptis sua propria manu subscriptas, vel saltem tunc per Scribam Senatus scriptas, & sua manu subscriptas dare in manibus Scribæ Senatus teneantur, & non aliàs, nec aliter ad accusandum admittatur, aut accusantes audiantur: Scituri quòd si contenta in accusatione non probauerint, ipsi eadem pœna plectentur, qua accusatus puniri deberet, si obiecti criminis reus deprehensus esset.

Cùm in publicis Consilijs, Conseruatoribus Consilium plenum esse visum fuerit, per Scribam Senatus silentium indicant, quo indicto propositiones, & resolutiones in secreto Consilio factæ per eos, seu ipsorum nomine per Scribam Senatus legantur, quibus ex ordine per astantes respondeantur.

Nullus quæstioni propositæ respondere possit, nisi accedat ad suggestum, vel locum alium deputandum, exceptis in Magistratu constitutis, quibus ex proprijs subsellijs liceat respondere.

Non liceat alicui in publicis Cōsilijs, nouū quid proponere, aut afferre, aut quicquam aliud loqui quàm propositę quæstioni respondere, & semel tantum pro qualibet propositione, nisi fortè sententiam suam rationibus comprobare vellet; quo casu liceat ei iterum tantum, & non amplius replicare. Si quis autem putet habere aliquid auribus Populi dignum, id Conseruatoribus significet, à quibus si non auditur, ad secretum Consilium deferat, vt inde si videbitur, ad publicum deferri possit.

Licet tamen cuilibet in fine Consilij (propositionibus iam factis, & conclusis) Magistratum delinquentem, seruata forma supradicta denunciare, deque rebus ad Annonam spectantibus Populo referre, & Conseruatores ei spatium proponendi in dicto Consilio cōcedant.

Omnium Conclusionum, & Decretorum quæ in dicto Consilio fient, alter ex Scribis Senatus rogari debeat, & illa in libro Consiliorum in Archiuio retinendo, cum numeri votum annotatione describat, vt supra de Secreto dictum est.

Sententiæ, & vota nullatenus viua voce, sed per fabas, seu pilulas in vrnam secreto conlectas, recipiantur, & dentur: & si qua viua voce fient, nullius sint roboris vel momenti; liceatque cuilibet de Populo illis contraire, & se opponere, & in omnem euentum Scriba Senatus Conclusiones, & Decreta huiusmodi annotare non debeat.

Quatuor viri nobiles quotannis per publicū Consilium eligātur, qui Defensores Decretorum appellentur, & esse debeant; quorum etiam erit officium cum publicum Consilium indictum fuerit, foribus aulæ Consilij assistere, diligenterq; animaduertere, ne alij quàm qui Consilio interesse possunt, aulam ingrediantur, atque, vt cumprimum Consilium cœptum erit, portæ per eos claudantur, vt etiam nullus ex Consilio exire valeat nisi Cōsilio à Conseruatoribus dimisso.

Nulli cuiuscunq; præeminentiæ, aut dignitatis, etiam in quouis Magistratu, & gradu constituto, arma ad offendendum apta, liceat in Consilijs tam secretis quàm publicis deferre: qui secus fecerit, arma amittat, & per

Triennium continuum voto in cõsilijs careat, & ad obtinenda officia Romani Populi inhabilis existat.

Vt in eisdem publicis Consilijs nõ alij quã prædicti suffragia præbeant, singuli ex Capitibus Regionum in anni initio, adhibitis quatuor Nobilibus illius Regionis, ab ipsa Regione eligendis, Regionis suæ ciues tam origine quàm priuilegio, qui annis viginti maiores sint, in notam sumat, quorum nomina describi debeant per Scribas Senatus in libro vno, in Archiuio Palatij Conseruatorum seruando, qui liber diebus publici Consilij, Custodibus Decretorum, & Portæ tradatur, vt eos tantum intromittant, qui in eodem libro descripti erunt. Qui cum primum intromissi fuerint, Scribam Senatus adire debeant, & illi nomen suum describendum edere, ad hoc, vt consulentium notitia haberi possit. Descriptiones autem prædictæ annis singulis renouari debeant per Capita Regionum, qui in anni initio creantur.

Si quando in publicis Consilijs tractari contingat de Alienationibus, & similibus supra in capite de secreto consilio contentis, in dandis votis per fabas, vt dictum est, nominatim singuli, qui nomen suum Scribis Senatus in ingressu ediderunt, eo ordine, quo descripti sunt, vocari debeant; nec alij quàm descripti ad votũ perhibendum admittantur. Et idem seruetur in omnibus alijs resolutionibus in eisdem publicis consilijs recipiendis, quæ similiter per Bussulam, & fabas vocatis singulariter singulis fieri debeant.

De alijs Constitutionibus officium Conseruatorum concernentibus. Cap. IIII.

Conseruatores vltra ea quæ ad officium eorum spectare dictum est supra libro primo capite xv. in mulctandis puniendisq; Artificum delictis (quæ Inuentiones appellantur) Edicta seu Bandimenta emanata diligenter custodire teneantur, nec aliter pœnas in prædictis Edictis contentas, quàm in publica Audientia, & duobus saltem subscribentibus, moderari possint. Qui contrafecerint, de suo tantumdẽ Cameræ Vrbis soluere teneantur, & inuentori delicti, quem Extraordinariũ vocant, de sua portione satisfacere, & pœnam ducatorum auri quinquaginta vice qualibet incurrant, saluis infradicendis.

Terras & oppida Romano Populo subiectas visitare non possint, nisi id ex necessaria & vrgenti causa expreisè per secretum, & successiuè per publicum Consilium illis demandatum, sit; & tunc cum interuentu duorum, ex Capitibus Regionum, & duorum aliorum Nobilium in dicto publico Consilio eligendorum, cum quorum interuentu, voto, & subscriptione, seu maioris partis eorum, & non alias, omnia occurrentia negotia illius oppidi siue terræ in qua moram trahent, tunc expedire possint, & à muneribus quibuscumque etiam à sponte dantibus omnino abstineãt, & à Communitatibus oppidorum eorundem, victus expensas vltra triduum recipere non possint.

Teneantur quoque secum ducere Cameræ Vrbis Procuratorem, & Secretarium Conseruatorum, loco Notarij, qui & ipsi seruare debeant, quæ in Constitutionibus eorum officiũ concernentibus infra dicentur. Quòd si contenta in his proximis Capitulis non seruauerint, vel in eorum aliquo contrauenerint, teneantur ipsi Conseruatores Communitatibus Terrarum & Oppidorum præfatorum omnes expensas omniaq. damna per eas causa dictæ visitationis factas & passa, & Populo omnes pecunias quæ ex causa huiusmodi Officialibus prædictis soluta & erogata fuerint, restituere, & resarcire; & pœnam aureorum quinquaginta incurrant.

Patentes litteras Officij, Rectoribus siue Potestatibus Terrarum, & oppidorum Romani Populi, pro tempore eligendis, dare aut concedere non debeant, nisi illi prius cum fideiussoribus penes acta Notarij Conseruatorũ, idonee cauerint de stando, & parendo Syndicatui, iuxta formã iuris, & Statutorum; quòd si contrafecerint, Conseruatores ipsi ad totum illud, ad quod Rectores seu Potestates prædicti in eorum Syndicatu fuerint condemnati, de suo proprio teneantur, & vlterius pœnam quinquaginta aureorum incurrant.

Non possint pro eorum proprio & particulari vsu de quauis pecuniarum quantitate ad Romanum Populum, vel ad Palatium Capitolii spectante, quoquomodo disponere: qui contrafecerit duplum pro pœna soluere, & accepta restituere cogatur. Nec possint debitoribus Populi ad soluendum aliquã dilationem concedere. Neque etiam aliquibus conductoribus officiorum eiusdem Populi aliquas remissiones, seu aliquam defalcationem concedere sine expresso secreti & publici Cõsilij voto & ordine: alioqui de suo Populo teneantur.

Te

Teneantur saltem per vnum ex eis assiduè à mane ad vesperam, in eorum Palatio residere: & si secus fecerint augmentum salarij eis super gabella Studij assignatum, amittant: & qui resederit, sigilla retinere debeat, etiam si suus Mensis non esset.

Non liceat eis publicè per Ciuitatẽ ad aliquem locum, nisi omnes insimul ire, & præcedentibus eorum familiaribus siuè Fidelibus cum baculis seu mazzijs, nisi fortè vnus ad domum alterius, vel ad Palatium Capitolij accederet: quibus casibus soli, nõ tamen absque Fidelibus cum baculis, seu mazzijs præcedentibus incedere possint. Quòd si contingat aliquem ex Conseruatoribus esse Aduocatum, vel causatum Patronum, siue Medicũ, debeat officio durante à suo exercitio publicè abstinere. Si quis autem ex eis dum insimul ire debent, aliqua legitima causa fuerit impeditus, Fideles suos ad associandos alios mittere teneatur: Qui in aliquo prædictorum casuum defecerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Vbi Conseruatorum assensus, aut beneplacitum requiritur, vel reseruatur, non possint ipsi Conseruatores assensum seu consensum præstare absque expressa voluntate secreti, & successiuè publici Consilij: aliàs pœnam aureorum quinquaginta incurrant, & nihilominus consensus per eos præstitus nullius sit roboris vel momenti: & huic Constitutioni per aliquod aliud decretum derogari non possit.

Debeant ad Procuratoris Cameræ, seu qua tuor Defensorum decretorum, seu alterius eorum, vel etiam cuiuslibet alterius personæ denunciationem, omnes transgressores decretorum & mandatorum Populi, iuxta formam ipsorum mandatorum & decretorum, si eis de transgressione constiterit, mulctare, & mulctas exigere: & si cessauerint, easdem de suo etiam in Syndicatu soluere teneantur.

Consilijs tam publicis quàm secretis indesinenter intersint, & si absque rationabili causa, ac etiam ante clausum Consilium venire cessauerint, pœnam aureorum quinque singuli vice qualibet incurrant.

Proponant, seu per Scribam Senatus proponi faciant in publicis Consilijs totum illud quod in secretis Consilijs, aut Congregationibus proponendũ esse decretum fuerit: alioqui pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant.

Caueant autem ne describi mandent, per Scribam Senatus aliquod Decretum populo contrarium, neque aliquas litteras missiuas vel Patentes, aut alias scripturas per Secretarium ipsorum scriptas, aut subscriptas Decretis aut Statutis contrarias, subscribant: aut expediri permittant. nec etiam per Scriptorem ipsorum Conseruatorum aliquod mandatum de soluendo, vel quid aliud faciendo contra Decreta & Constitutiones factum, approbent: aut Populi Romani Sigillo imprimant. neque Depositarijs mandent, vt pecunias in alium quam in destinatum vsum & secundum formam Decretorum persoluant: alioqui in quolibet casuum prædictorum pœnam aureorum centum incurrant, & de suo, damnum Populo emendent, & de his in Syndicatu condemnari debeant.

Computa Depositarij Palatij ipsorum Conseruatorum, teneantur omnino intra octo dies ad summũ, à die adepti officij, & deinde quorumcumque Depositariorum semel in eorum Trimestri, adhibitis etiam ad computa Deputatis, reuidere & solidare: alioquin pœnam prædictam incurrant.

Inuentarium omnium & singulorum bonorum mobilium Palatij intra dies viginti ad summum à die adepti Magistratus fieri facere, & bona ipsa recensere, collato etiam veteri cum nouo inuentario teneantur, & curare vt vetera resarciantur, & quæ deficiunt, restituantur, aut de eorum pretio satisfiat, ab his quorum culpa amissa, vel male consumpta fuerint: alioquin ad restitutionem, & emendationem de suo proprio teneantur, & in quolibet contrauentionis casu, pœna aureorum decem singuli mulctentur.

Pro Statutorum obseruatione singulis mensibus Officiales conuocare faciant & curent, vt in secundo libro dictum est; alioqui sciant se pœnam ibi descriptam incursuros.

Si ex eorum aut alicuius ipsorum ordine aut mandato, bona aliqua mobilia Palatij, alicui commodata, amissa, aut deteriorata sint, is qui mandauit ad rei pretium & damni emendationem absque exceptione teneatur.

Librum seu libros rerum pertinentium ad Populum, qui in Archiuio Palatij conseruari debeant, nemo ex eis extra Palatium ferre, aut habere possit; sed si quid eis videre contigerit, aut placuerit, id in Palatio liceat: qui contrafecerit pœnam vigintiquinque aureorum vice qualibet incurrat, & omne damnũ quod exinde contigerit, emendare teneatur.

Man-

Mandata de soluendo quascumque pecuniarum quantitates quibusuis Depositarijs directa, non ante subscribant, aut in eis Sigillū apponi permittant, quàm illa à generali Antigrapheo (quem Rincontrum appellant) subscripta fuerint: alioqui de suo, Populo solutum restituere teneantur, & pœnam aureorū decem, vice qualibet incurrant.

Schedulas, siue Mandata gratiæ, vel licentiæ extrahendi ab Vrbe, non aliter concedere, aut subscribere possint; quàm si fuerint ab eorum Notario subscripta, & in omnem euentū gratis. Idemq. de licentijs extrahendi pilosa Coria, quando pro vsu Ciuitatis necessaria nō fuerint, dictum intelligatur, vt gratis omnino concedantur: alioqui pœnam aureorum decem, vice qualibet in singulis casibus prædictis incurrant.

In solemnitatibus quando Magistratus ad Ecclesias statutis diebus, cum solitis oblationibus accedit, omnes interesse teneantur, & cessans sine rationabili causa, emolumenta amittat, & pœnam aureorum duorum, vice qualibet incurrat.

Teneantur quoque eo die, quo Successores in Officij possessionem inducunt, præsentia, & sequentia Capitula, & aliud quod est in libro primo præsentium Statutorum eorum officia concernentia, per alterum ex Scribis Senatus legi facere: alioqui pœnam aureorum decem incurrant.

Per hæc autem, & sequentia Capitula, iurisdictio, & auctoritas Conseruatorum, & Capitum Regionum, de quibus dicetur, tam in conferendis Officijs, quàm in ijs, quæ in primo libro de eorum iurisdictione continentur, & in quacumque facultate sibi ab alijs Statutis, vel Priuilegijs tradita sunt, nullatenus derogatum esse censeatur.

In puniendis autem Artificum, & negotiatorum delictis, hæc quæ sequuntur diligenter attendant.

De alijs Constitutionibus officium Conseruatorum concernentibus. Cap. 4. Gloss.

DE Consulibus ac illorum in Romana Republica auctoritate plura fuerunt dicta supra lib. 1. c. 15. Sed quia imperat. Martianus de eis nonnulla innouauit, quæ ibi deducere prætermisimus; placet ideo hic superaddere; quod Consulatus fuit imperio adeò restrictus, vt onus potius, quam honor videretur. Nam sub specie boni interdicta spargendi in vulgus pecuniarum liberalitate, centum pondo auri ad restaurationem aquæductum Vrbis, singuli Consulatus præstare iussi sunt imperiali sanctione, l. 2. C. de Consulibus. l. nemini. 3. §. fin. C. eod. Sed si quis antea Consul factus fuerat; tunc enim si postea rursus Consul factus fuerit istos sumptus facere non cogebatur. l. sancimus. 4. C. de Consulibus. Sed prædicta omnia sublata; alia proponuntur vtique Imperiali lege seruanda in auth. de Consulibus per totam. Et de fœminis Consularibus nonnulla tradit tex. in l. 1. ff. de Senatoribus. Nam honore maritorū vxores eriguntur, vt in d. l. 1. & l. fœminæ. 8. in princ. ff. eod. l. vlt. C. de incolis. l. mulieres. 13. C. de dignit. & matres filiorum, vt in d. l. 1. & in d. auth. de Consulibus, §. hæc itaque. Nisi posteà alij nupserint minoris dignitatis, d. l. mulieres. C. de dignitatibus; tunc enim prioris Mariti dignitatem amittunt. l. fœminæ. 8. in fine, ff. de Senator. l. cum te. C. de nuptijs. Nisi fortè Princeps permiserit mulieri prioris mariti dignitatem retinere. l. nuptiæ. 12. ff. de Senatoribus.

Hoc idem dicendum est de liberis Consulum, Senatorum, & aliorum, qui in dignitate positi sunt. Hi quoque dignitate præditi sunt, & alijs præferuntur. l. 1. C. de dignit. Nisi fortè fœmina ex Clarissimo parente nata, alij inferioris dignitatis nupserit; tunc enim amittit dignitatem parentis, & conditionem mariti assumit d. l. 1. C. de dignit. d. l. fœminæ. 8. ff. de Senator. l. ingenua. 3. C. de murilegulis. l. edicimus. 7. C. eod. & præmissa procedunt etiam si Pater dignitatem amiserit. Nam nihilominus filij eam retinent, si ante amissionem sint nati. l. filiam. 9. ff. de Senator. l. emancipatum. 7. ff. de Senator. vel adoptati; nam & adoptiui ea fruuntur. l. Senatoris. 5. ff. eod. & l. Senatoris. 6. ff. eod. & l. liberos. 10. ff. eod. Et adoptione inferioris dignitatis non amittitur dignitas Patris. d. l. 6. Et emancipati dignitatem Patris non amittunt. d. l. emancipatum. 7. eod. & appellatione liberorum in hac materia veniunt filij & nepotes in infinitum vtriusque sexus. l. liberos. 10. ff. de Senatoribus. Non tamen veniunt Nepotes ex fœminis. d. l. liberos. §. sed si ex filia. Qua enim pœna sit puniendus ille, qui alterius dignitatem, & dignitatis locum ei non debitum vsurpauit, tradit Menoch. de arbitrar. casu 320. per totum, & in casu 318. dicit, qua pœna puniantur illi, qui sibi mutant nomen in casibus à iure non permissis, iuxta tex. in l. 1. C. de mutat. nominis, & ibi Doctor.

De

FVrnarijs, siue Pistoribus, si panem minoris ponderis confecerint, quàm per edicta, vel constitutiones fuerit præfinitum, si deerit vncia dimidia in singulis bolonenis, & hic panis sit supra quantitatem bolonenorum viginti, ipsi Conseruatores pœnam scuti vnius; si supra bol. quinquaginta, scutorum duorum; si in tota vnius furni coctura, scutorũ quinque; plus minus in quolibet casuum prædictorum eorum arbitrio, facti & personarum qualitate pensata, irrogare teneantur: Si deerit vncia vna in singulis bolonenis vsque ad summam bolonenorum viginti, panem amissum declarent, & pœnam irrogent scutorum decem, reseruato ipsorum arbitrio, si forte diceretur panem vehementia ignis nimis coctum, aut exsiccatum esse. Si verò vltra vnciam in singulis bolonenis vsque ad numerum viginti, defecerit, panem pariter amissum declarent, & ad soluenda scuta vigintiquinque, irremissibiliter eos condemnent, vel per Vrbem virgis cædi, vel tribus funis ictibus, eorum arbitrio, plecti mandent.

De Furnariorum delictis. Cap. 5. Gloss.

De istis loquitur tex. in l. 1. C. de Pistoribus. libr. 11. de quibus omni tempore ius dicitur, & conueniebantur sub Comite rerum priuatarum, & Comiti horreorum suberant, vt dicit gloss. in d. l. 1. hoc statutum eos supponit Conseruatoribus. Et à iure adeò viles reputantur, vt ad nullam valeant dignitatem aspirare. gloss. in d. l. 1. in verbo quolibet alio; & vt plurimum delinquunt in pondere. Et diuus Adrianus aliquando in eos, qui falsis ponderibus vsi sunt, seu mensuris pœnam legis Corneliæ de falsis dixit; aliquando relegauit, vt docet tex. in l. annonam in fine. ff. de var. & extraordinar. crimin. in l. penult. ff. ad l. Cornel. de falsis, & in l. 37. ff. de pœnis, & L. Sylla crimen hoc ad l. Corneliam, de falsis pertinuisse declarauit, vt annotauit Manutius de legibus Romanis, & pœna falsi ideò puniri. l. penult. ff. de falsis, Francisc. Marcus in decis. 279. par. 1. l. in Dardanarios. 37. ff. de pœnis. Hoc statutum est adeo leue in tales puniendos; vt potius eorum auaritiam nutriat, quam metu pœnæ ab eorum delictis retrahat, quod idem est de Macellarijs, & Salsamentarijs, de quibus infra.

MAcellarijs, siue Lanijs carnes morticinas in eorum ordinarijs macellis vendentibus, ijdem Conseruatores pœnam vigintiquinque aureorum, vice qualiber, irrogent; aut eos tribus funis ictibus publicè plecti, vel per Vrbem fustigari mandent ad eorum electionem; alteram tamen istarum pœnarum condonare non possint. Idemq. per omnia seruetur, si carnes agnorũ, vel ouium pro verecinis, vendere comperti fuerint. Quòd si carnes campestrium vitularum, pro carnibus vitularum tectarum, quas Munganas appellant, vendidisse constiterit, eosdem pœna aureorum decem, plus minus ipsorum arbitrio, vice qualibet, mulctare debeant.

Si supra vel vltra præfinitum pretium carnes vendiderint, in pœnam aureorum decem, plus minus, eorum arbitrio, condemnent.

Si in pondere vnius, aut duarum librarum, deerit vncia vna, vel si in pondere trium, aut quatuor librarum, deerunt vnciæ duæ; aut si in pondere quinque aut sex librarum, deerunt vnciæ tres; vel si in pondere septem, octo, nouem, aut decem librarum, deerunt vnciæ quatuor, soluant vice qualibet, in quolibet casuum prædictorum, scuta quinque. Si vero in quolibet ex ponderibus prædictis deerit minus vncijs supra definitis; id omnino impunè non sit, sed Conseruatorum arbitrio mulctentur.

Sed si, in quocumque pondere maiore librarum decem, plus dictis vncijs quatuor deerit; soluant vltra scuta quinque, scuta duo pro qualibet vncia, quæ vltra dictas quatuor, deesse reperietur.

Si vltra vnciam vnam in singulis libris, in quouis pondere defecerit, in pœnam aureorum vigintiquinque irremissibiliter, vice qualibet, condemnent; vel tribus funis ictibus plecti faciant, vel virgis per Vrbem cædi eorum arbitrio mandent; dum tamen vna ex his pœnis omninò plectantur.

Si animalium capita, tibias à genu infra, cor, iecur, pulmonem, aut splenem ad pondus vendiderint, in pœnam aureorum decem, vice qualibet, plus minus ipsorum arbitrio, eos incidisse declarent.

Si carnes in frusta concisas, in quocumque membro & parte, emptor elegerit, etiam si peteret emptor ex integra quarta parte animalis, nouum frustum secari (dummodò hoc casu non minorem quantitatem, quàm librarum quin-

quindecim ex maioribus animalibus postulet) vendere vel incidere recusent, pœnam aureorum decem, vice qualibet, ab eis solui mandēt.

Si in lucanicis confarciendis, cum carnibus porcinis alias carnes immiscuerint, pœna aureorum vigintiquinque eos mulctent, vel vt tribus funis ictibus torqueantur, aut per Vrbem fustigentur eorum arbitrio mandent.

Si carnes vnam ab alia, euidentissimis asserulis inuicem separatas, cum tabellis, in quibus carnium nomina inscipta, Maiusculis litteris appareant, supra quamlibet carnium speciem, non retinuerint, pœnam aureorum decem vice qualibet irremissibiliter eos incurrisse declarent.

Si die Iouis, (excepta illa maioris hebdomadæ) Animalia ante meridiem, vel horam eis per eorum Consules assignandam, & absq; ipsorum licentia in foro solito emerint, vel sine rationabili causa carnes diebus ordinatorijs in eorum macellis non habuerint, pœnam arbitrio eorum imponendam taxent, & exigi mandent.

De Macellariorum delictis.
Cap. 6. Gloss.

Macellarij dicti sunt à macellando, idest mactando, & occidendo, gloss. in clementin. 1. de vita, & honest. cleric. & sunt sordidi, & mechanici, vt dicit Cassan. in Catalogo Gloriæ mundi par. 11. consideratio 49. & parum differunt à Venatoribus apud Gallos secundum Cassaneum vbi supra, quia Arenariæ venationi incumbebant, in arenam descendentes pugnaturi cum feris bestijs, de quibus latè etiam Menoch. de arbitrar. casu 413. in princ. & isti, vt plurimum delinquunt in malis ponderibus: Carnis, cura ad Vrbis præfectum pertinebat facere, vt iusto pretio venderetur. l. 1. §. cum carnis. ff. de off. præfect. Vrbis, & habebat ius relegandi, deportandi, & interdicendi ab Vrbe, vel alio loco, aut officio, vel alia re. l. 1. §. relegandi. ff. de off. præfec. Vrb. & in §. penult. quod non facerent, si pœnæ essent corporales delictis condignæ, vt seruabat antiquitus Præfectus Vrbis. Delinquunt etiā vendendo carnem corruptam, & tenentur stellionatu. l. 3. §. sed si quis merces. ff. de crimine stellionatus; & de hac re late Menoch. de arbitrar. casu. 382. vbi vsque ad mortem inclusiuè puniri affirmat in Regno Siciliæ, ibi nu. 8.

De Salsamentariorum seu Pizzicarolorum delictis. Cap. VII.

SAlsamentarijs (quos Pizzicarolos appellant) non liceat ante Festum Natalis Domini, Porcinas carnes salire, & si contrafecerint, carnes (etiam si de licentia Conseruatorum, aut alterius eorum id eos fecisse constiterit) irremissibiliter amittant, & pœnam aureorum vigintiquinque vice qualibet, incurrant. Eo excepto quòd possint Conseruatores (si quando glandium esset penuria) per decem, aut quindecim dies, ad summum, & non vltra, ante tempus supra præfinitum, licentiam saliturę concedere.

Si in ponderibus rerum ab eis venditarum vncia vna, aut in minus in singulis libris deerit, pœna taxata supra de Macellariorum delictis in omnibus prout iacet imponatur: si vltra vnciam vnam in singulis libris, in quouis pondere defecerit, pœna aureorum vigintiquinque ab eis irremissibiliter exigatur, aut publicè tribus funis ictibus torqueantur, aut per Vrbem fustigentur, Conseruatorum arbitrio.

Sed si vltra taxatum pretium, aut rem pro re mentiendo vendiderint, pęnam aureorū decem incurrant, plus minus Conseruatorum arbitrio facti, & personarū qualitate pensatis.

Et in omnibus alijs casibus in huiusmodi edictis contentis, etiam hic non expressis, alterandi, & minuendi pęnas, facti, & personarum qualitate pensatis, liberum habeant arbitrium circa Furnarios, Macellarios, & Salsamentarios supradictos.

De alijs Constitutionibus Officium Capitum Regionum concernentibus. Cap. VIII.

CApita Regionum vltra eis in primo libro capite xviij. iniunctum officium, in omnibus Consilijs tam secretis quàm publicis, vestibus Magistratum decenribus induti, omnino interuenire teneantur, & silentium, quòd cæteris Consiliarijs est indictum, seruare; cessantes autem venire nisi ex rationabili causa excusentur, excusatore etiam ante clausum Consilium misso, pęnam aurei vnius vice qualibet incurrant, qui aureus venientibus, & præsentibus accrescat, & sic per Priorem tempore solutionis salarij retineri, & distribui debeat, aliàs ipse de suo teneatur.

Initio cuiusq; Anni, qui Capita Regionum tunc

tunc fuerint, nomina omnium Ciuium qui publicis Consilijs interesse possint, vt supra hoc ipso libro cap. iij. de publico Consilio cõstitutum est, intra quindecim dies adnotare, & Scribis Senatus tradere sub pęna aurei vnius pro singulis diebus, quibus id facere cessauerint, teneantur.

Habeant omnino præfinitum Comitum stabilium siue Comestabilium numerum, videlicet Capita Regionis Montium, Columnę, Pontis, & Transtiberim, triginta singuli, reliquarum verò Regionum viginti pro qualibet Regione, qui in totum sint trecenti: qui contrafecerint pęnam aurei vnius pro singulis Comestabilibus, qui defecerint incurrant.

Comestabiles præfati singulis annis, & in principio anni à suis Capitibus Regionum creentur, aut confirmentur, qui anno durante à sequentibus in officio capitibus Regionum, (nisi demeruerint) mutari aut priuari non possint. Eligantur autem illi qui sunt habitatores eiusdem Regionis, & non alij: & si sunt artifices, debeãt esse patres familias, idest capita apothecarum, & non famuli, aut operarij, inter quos etiam illius Regionis Mandatarius esse possit. Qui quidem Comestabiles per Mandatarios vocati, in obsequijs debitis, & consuetis præsto sint, & suis Capitibus Regionum assistant; alioqui & emolumentis careant, & priuari possint: quòd si Mandatarij requisiti à Capitibus Regionum, eos conuocare cessauerint, ad Conseruatores deferatur, qui eos impunè abire non sinant.

Comestabilium Capita (Capitauri appellati) hoc modo eligantur, singularum Regionum Comestabiles, postquam creati aut confirmati anni initio fuerint, in vnum, singuli in sua Regione collecti, tres ipsorum idoneos eligant, quos suo capiti Regionis præsentent, qui vnum ex tribus eligat, & ille eo anno ipsorum Caput existat.

Prior Capitum Regionum salaria Comestabilium singulis Capitauris cum mandato seu schedula sui Capitis Regionis, & non aliàs de suo iterum soluere debeat.

Emolumenta Ceræ, & Piperis, quæ Comestabilibus pro associatione Magistratus in solitis Festiuitatibus dari consueuerunt, in Palatio Conseruatorum & in Magistratus reditu, & non ante, Capitauris præsentibus & pro interessentibus, & qui Magistratum associauerint, & non pro alijs distribuantur: portio autem deficientium, illico Camerario Comestabilium assignetur pro maritandis Puellis iuxta formam capitulorum ac ordinationum ipsorũ Comestabilium per Populum Romanum confirmatorum.

Nomina Comestabilium anni initio, & intra dies quattuor ad summum, singuli ex Capitibus Regionum in scriptis Scribis Senatus edere debeant, qui nomina eorum omnium in libro vno in Archiuio Palatij Conseruatorum seruando, describere teneantur: quod si Capita Regionum id facere neglexerint, pœnam etiam aurei vnius, die qualibet qua eorum quilibet cessauerit, incurrant. Similiter & alij Capita Regionum in cuiuslibet sequentis Trimestris initio eorundem Comestabilium nomina prædictis Scribis Senatus tradere debeãt sub pœna prædicta.

Prior Capitum Regionum hac seruata forma creati debeat: Qua die Magistratum adipiscuntur, Missa in Ecclesia Beatæ Mariæ de Ara Cæli celebrata, singuli Regionum Capita in manibus Sacerdotis iurent in electione Prioris votum suum dare purum & liberum iuxta cuiusque conscientiam, & iudicium, pro honore & vtilitate publica, omni amore, odio, prece, pretio, timore, vel persuasione cuiusuis personæ remotis, & omninò cessantibus.

Electo autem Priore; Capitula hæc officiũ Capitum Regionum concernentia, antequam ex loco discedat, ipsis Capitibus Regionum per Scribam Senatus legantur, vt de eorum officio plenius informentur.

De alijs constitutionibus officium Capitum Regionum concernentibus. Cap. 8. Gloss.

De istis diximus supra, lib. 1. cap. 18.

De officio Scribarum Senatus. *Cap. IX.*

AD officium Scribarum Senatus spectat quascumque diffidationes, & reaffidationes, quæ tam pro causis ciuilibus quàm criminalibus fiunt, publicè legere. Priuilegia eorum qui Ciues Romani à Magistratu vel Populo creantur, & in ciues assumuntur notare & publicare. De quibuscumque negotijs quæ in secretis vel publicis Consilijs decernuntur se rogare, & expedire, & cum opus fuerit, illa publicare, & alia facere quę in dictis Consilijs ad eorum officium pertinent, & in sequentibus quoque Capitulis continentur.

Nullus

Nullus ad exercendum officium Scribæ Senatus in futurum admittatur, qui ciuis originarius non sit,& in Vrbe natus, ex patre ciue originario, vel qui antea per annos quinquagintá fuerit in ciuem ascitus, & nihilominus sit persona legalis & idonea, & omninò dictũ officium per se ipsum & nullatenus per substitutum exerceat. Vnusq; ex eis,qui duo sunt, omninò in Consilijs secretis,& publicis interuenire debeat, & si defecerit (nisi iusta causa fuerit impeditus,& excusatorem miserit) pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrat. Qui verò ex eis in eisdem Consilijs interuenerit,curare teneatur,vt Decreta in illis facta à Conseruatoribus subscribantur.

Singulis diebus vnus ex eis si à Magistratu requisitus fuerit, coram Conseruatoribus se in eorum Palatio præsentet, nec nisi licentiatus recedat: alioqui pœna dimidij aurei mulctetur.

Decreta omnia quæ pro tempore in Consilijs tam secretis quàm publicis fient, in libro vno magno bene compacto, & aptè composito describere & adnotare teneantur, quem librum in Archiuio Palatij Conseruatorum insimul cum alijs libris, & scripturis ad dictum officium pertinentibus retinere debeant: aliàs quoties contrafecerint, pœnam aurei vnius incurrant.

Alium quoque librum in dicto Archiuio habere debeant, in quo sint per eos descripta nomina Comestabilium & Capitaurorum singularum Regionum, quæ sibi a Capitibus Regionum tradentur, vt supra dictum est; aliàs vice qualibet vnius aurei pœna mulctentur.

Item & alium similem librum, in quo nomina omnium tam origine, quàm priuilegio Ciuium describant,qui in Consilijs interuenire possint, quæ à Capitibus Regionum Scribis Senatus supra edenda præcepimus; aliàs puniantur vt supra.

Non debeant nec possint dictos libros à dicto Archiuio amouere aut asportare,neque illos Conseruatoribus, aut cuiuis Magistratui extra Palatium commodare, nisi fortè exurgenti aliqua necessitate: & tunc mediante schedula ipsorum Conseruatorum, quam pariter in dicto Archiuio vsque ad restitutionẽ conseruare debeant; si contrafecerint, pœna aureorum decem vice qualibet mulctentur.

De alijs ad officium Procuratoris Cameræ pertinentibus. Cap. X.

CAmeræ Vrbis,& Romani Populi Procurator præter ea quæ illi iniuncta sunt libro primo capite xix. singulis diebus iuridicis, nisi ratione sui officij fuerit impeditus, se coram Conseruatoribus præsentare teneatur, & inde non nisi licentiatus recedat: si contrafecerit, pœnam aurei vnius vice qualibet incurrat.

Teneatur etiã,debita eum instantia à Conseruatoribus, & præsertim in publicis Consilijs petere, vt ipsi mandent à transgressoribus statutorum & decretorum Populi pœnas incursas exigi; contra quos & ipse iudicialiter vsque ad exactionem procedere debeat.Quòd si sua culpa defecerit, easdem pœnas de suo persoluat.

In primo publico Consilio, quod fieri debere initio cuiusque Magistratus,supra decretum est, denuntiare teneatur adesse tempus syndicatus, & deinde coram Syndicis querelas,etiã de omissis à Magistratu proximè functis dare,& illas,ac ab alijs porrectas vsque ad sententiam inclusiuè prosequi, & curare, vt postquàm de delicto constiterit,pœnę,quas illi incurrerint,intra decem dies,ab eis exigantur: si verò cessauerit, pœnam aureorum decem incurrat.

Debeat,& summopere curare, vt debitores Populi debitam summam persoluant; & nomina debitorum à Ratiocinatore, siue Computista perquirere,& non soluentes debitores, ad soluendum vrgere; & de sua diligentia in publico Consilio protestari, ac etiam curare, vt condemnentur,& contra eos mandata executiua relaxentur, & debitæ executioni mandentur: quòd si defecerit, pœnam prædictam incurrat, & damnum Populo resarciat.

Si Conseruatores, intra illis præfinitũ tempus,Depositarij computa reuidere,& solidare cessauerint,aut in reuisione & confectione Inuentarij bonorum mobilium Palatij, defecerint,contra Conseruatores,& officiales protestari teneatur; & post reuisionem inuentarij, curet vt bona, quæ in inuentario defecerint, emendentur; aliàs puniatur, vt supra.

Pro subscriptione quorumcumque Mandatorum,de relaxando quoscunque carceratos, nihil omninò accipiat: si quid acceperit; vice qualibet, aureorum decem pœna mulctetur,& parti duplum restituere teneatur.

De

De alijs ad officium Procurationis Cameræ pertinentibus. Cap. 10. Gloss.

De Procuratore Cameræ Vrbis, ac illius officio diximus supra lib. 1. c. 18. & ad ipsum etiam de iure spectat cura vniuersitatis.l.2.ff. quod cuiusque vniuer. & pro promissis sibi, actio competit vniuersitati.l.vlt. §.fin. ff.eod. & ad eum spectat ius vindicandi res, & agros Vrbis.l.vlt.§.3.ff.de administr.rer.ad Ciuita. & exigere pecuniam debitam. d.l.vlt.§.5.

De officio Gabellarij maioris, & illius Notarij, & de eius Extraordinarijs. Cap. XI.

Gabellarius maior omnia, quæ ex institu-to ad eius officium spectant, diligenter custodire, ac iustè & inuiolabiliter exequi & obseruare debeat; & insuper hæc quoque facere teneatur.

Omnia, quæ à Perquisitoribus fraudum, qui Extraordinarij appellantur, ab eo Deputatis, vt fraudata, seu vt quæ inciderint in commissum, capta fuerint, si constiterit non esse talia, gratis & absque aliqua solutione liberè & illico, Domino rerum ipsarum restitui faciat; alioqui ad damna & interesse teneatur.

Compositiones pœnarum & illarum exactiones, quæ inter ipsum Gabellarium, & eius Extraordinarios, pro rata eos tangente, diuidi debent, non aliter per ipsum Gabellariũ fiant, quàm palàm, & bona fide, ac in eorum tribunali, & Notario officij assistente; cui Notario, pecuniæ ex ipsa compositione, vel exactione prouenientes, illico consignentur, & eas Notarius ipse eodē instanti, in libro ad id aptè composito adnotare teneatur; & in fine cuiuslibet mensis, ratam suam vnicuique participanti consignet, & de solutis quietantiam in ipso libro describendam, recipiat. Qui contrafecerit, pœnam infradicendam incurrat.

Omnia, & singula quantumuis minima, quæ in fraudem vectigalis, siue Gabellæ, in commissum incidisse deprehensa fuerint, ad Dohanas, quibus illius rei vectigal soluendũ erat, quàmprimum deferantur, & postquam declaratum fuerit, illa in commissum incidisse, nisi reuisio siue recursus pendeat, ibidem diuidi debeant. Qui ex prædictis contrafecerit, pœnam infra dicendam incurrat.

Extraordinarij, siue Perquisitores fraudum sint, & esse debeant personæ honestæ conditionis, & famæ, & nullatenus iuris, vel facti infamia notati.

Ipsi verò Extraordinarij librum singuli habere debeant, à Notario etiam per chartarum numerum authenticatum, in quo seriatim omnes fraudes, quas inuenerint, statim, & incontinenti adnotare teneantur: & vt omnis fraudis occasio cesset, in fine cuiuslibet mensis, ipse Gabellarius, simul cum Depositario libri ipsius notas, cum denuntiationibus in actis Notarij factis, conferre debeat. Qui verò in præmissis, vel eorum aliquo defecerit, pœnam aureorum vigintiquinque, vice qualibet, incurrat, quorum pars tertia Accusatori, etiam si esset idem Notarius, vel Extraordinarius; reliquæ duæ Palatio Conseruatorum applicentur. Et si Extraordinarij pœnam soluere non potuerint, aut intra quindecim dies non soluerint, publicè per Vrbem, causa inscripta, virgis cædantur.

Gabellarius ipse, in fine eius officij, per Syndicos Romani Populi, sicut alij Magistratus, syndicetur.

De officio Gabellarij maioris, & illius Notarij, & de eius Extraordinarijs. Cap. 11. Gloss.

Gabella etiam in foro conscientiæ est soluenda. Villalo. G. nu. 2. Nam in eis soluendis consuetudo spectatur. l. si publicanus. 4. §. fin. ff. de public. l. vectigalia. 10. C. de vectigal. & commiss. Gabr. lib. 5. de præscript. conclus. 1. nu. 15. Et qui eas non soluit peccat, Hostien. in summa de pœniten. & remiss. Nauarrus in 2. par. Decret. c. 17. nu. 201. Nam Deus in Matth. c. 22. dixit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Doct. in c. innouamus, de censib. Menoch. de arbitrar. casu. 397. Surdus decis. 305. nu. 13.

Omnia quæ &c. *Nam & communi iure de illis rebus non est soluenda Gabella, pro quibus numquam soluta appareat. l. locatio. 9. §. earũ. ff. de public. sed soluenda est de illis rebus, pro quibus constat in antea solutam fuisse, alias res incident in commissum. l. Cotem. 11. §. Dominus. ff. de public. l. 2. C. quæ res exper. non poss. l. commissa. 14. ff. de public. Sed limita 1. nisi minor ætate non soluerit. l. Imperatores. 7. §. fin. & l. interdum. 16. §. diuus quoque. ff. eod. Limita 2. in milite non soluente, nam & si soluere teneatur, non tamen incidit in commissum. l. omnibus. 3. C. de vectiga. & commiss. l. ex præstatione. 7. C. eod. Limita 3. in fisco. l. locatio. 9. §. fiscus. ff. de public. Limita 4. in legatis gentium. l. a legatis. 8. C. de vectigal. Limita 5. in præ-*

præsidibus. l. si publicanus. 4. §. 1. ff. de public. Limita 6. in rebus pro exercitu paratis, d.l.locat·o.§.res exercitui.ff.eod. Limita 7. in rebus quæ ad fiscum, vel iuris exercendi causa transuebantur. l. vniuersi. 5. C.de vectig. Limita 8. nisi quis per ignorantiam non soluerit, nam duplo vectigali soluto res suas receperit. l. interdum. 16. §. licet. & §. diui. ff. de public. declara nisi fuerit per publicanus quis in errorem inductus. d. §. diui. Surdus decis. 148. nu. 9. Limita 9. Nisi propter necessitatem aduersa tempestatis res exposita fuerint. d.l. interdum. §. si propter. ff. de publ. Surdus in decis. 305. sub nu. 31. & 32. Limita 10. nisi concedente publicano non sit soluta gabella. d.l. interdum. 16. §. si quis professus. Surdus d. decisio 148. nu. 4. & in decis. 181. nu. 2. Limita 11. nisi quinquenniũ à commisso facto præterierit, vel res perierit. l. 2. C. de vectigal. Limitatio 12. est nisi quis res proprij vsus gratia transferat. l. vniuersi. 5. C. de vectigal. l. in lege censoria. 203. ff. de verbor. signif. vbi Rebuff. & Alciat. Villalo. G. 4. Viuius commu. opin. statutum prohibens quod non possit nu. 8. Clarus in §. fin. q. 76. ver. Ciuitas. dicit consuetudinem esse in contrarium. Limita 13. nisi Clerici, vel Ecclesia gabellam non soluant; nam ad eam non tenentur, Villalo. G. I. & ibi addentes Gabr. de legibus lib. 6. conclus. 3. num. 19. post Gemin. in cons. 116. col. 2. Alex. in cons. 68. col. 2. lib. 2. & in cons. 52. lib. 5. Decius in cons. 285. col. 2. glossa ad Constit. Marchia, lib. 3. c. 23. per totam. Limita 14. nisi vectigal. solutum sit; tunc enim res non incidunt in commissum, quod intellige si solidum vectigal sit solutum, & sit solutum in tempus à lege, vel statuto præfixum. l. ex præstatione. 7. & l. à legatis. 8. C. de vectig. Gabr. lib. 2. de except. conclus. 4. nu. 5. & lib. 2. de arbitr. conclus. 2. nu. 11. & lib. 6. de consuet. conclus. 2. num. 12. Surdus decis. 321. nu. 3. Et statutum disponens solui Gabella de contractu intelligitur de valido. Viuius in verb. statutum disponens, quod de contractibus, Surdus in decis. 305. nu. 25. & sequen. & per totam, & in decis. 122. nu. 9. & de quibusdam rebus soluta gabella, & de quibusdam non; hæ pro quibus non est soluta incidunt in commissum, non illa pro quibus est soluta, Villalo. G. 3. Gabellam autem iniustam fraudare licet. Tiraq. de retract. consang. in præfatio, nu. 69. Io. à Selua de beneficio par. 3. q. 12. nu. 6. Menoch. de arbitrar. casu. 397. nu. 5. Et iniusta dicitur illa, quæ temerè nulla publica necessitate vrgente, & sine Principis auctoritate constituta, reformata, aut mutata apparet. l. 1. 2. & 3. C. vectigalia noua. l. vectigalia. 10. ff. de publi. vectigal. Sed si gabellas, & vectigalia plus debite exigant, tenentur non solum iniustè exacta restituere, sed vlterius etiam Iudicis arbitrio sunt puniendi. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig. & ibi Bart. Alberic. Rom. & Fulgos. Nam si ciuiliter agatur exactor potestate carens punitur in quadruplum. l. per æquatores. C. de cens. vbi eadem pœna punitur habens potestatem, si per vim plus debito exigat. si verò habens potestatem exigendi, exigat sine vi punitur in simplum, d.l. licitatio. §. Titio. Quando de criminali pœna agitur, si pluries plus debito exegit, qui exigendi potestatem non habet pœna combustionis plectitur. l. vniuersi. C. vbi causæ fiscales, si verò habebat potestatem, & pluries exegit, punitur capitaliter. l. omnes in fine. C. loca. si semel tantum punitur extra ordinem arbitrio Iudicis. d.l. licitatio. §. quod illicitè, ita per hæc iura distinguit Petrus Antibolus in tract. de muneribus. par. 3. §. 1. num. 42. Tenentur etiam in foro conscientiæ illi qui illicitas gabellas exigunt, vel plus debito quouis modo extorquent. Angel. Clauas in summa in verbo, Pedagium, nu. 5. Syluest. in verbo, Gabella, il 3. nu. 10. Et sunt excommunicati excommunicatione Papali, vt per Nauarrum in Manuali Confessorum c. 17. n. 201. & sequen. Nisi exactor exigat nomine Principis credens iustè exigere. Nauar. in c. si quis autem. nu. 114. de pœnit. distinct. 7.

De officio Camerarij Cameræ Vrbis. Cap. XII.

CAmerarius Cameræ Vrbis, officium suũ, legaliter, & bona fide exercere debeat, necnon, & omnia facere, & curare, quæ ad Cameræ vtilitatem pertinere cognoscet; dictæ Cameræ introitus etiam pœnarum, tam per Conseruatores taxandarum, ratione delictorum Artificum, quàm per Senatorem, ratione quorumcumque delictorũ, & ex quacumque alia causa ad Cameram prouenientes, ac exitus seriatim, & dilucidè describere, & adnotare. ¶ Teneatur autem, singulis tribus mensibus, dati & accepti huiusmodi rationes, Conseruatoribus cum interuentu duorum Nobilium ad compura deputatorum inspiciendas & calculandas exhibere, sub pœna aureorum quinquaginta vice qualibet incurrenda. Conseruatores verò & Nobiles prædicti illas diligenter videre & discutere, & quæ eis non vi-

debun-

debuntur admittenda adnotare, dictoq. calculo se subscribere debeant. Quæ quidem computa postmodum per eundem Camerariū in Camera Apostolica suis loco & tempore de more reddenda & solidanda sunt.

Pecunias Cameræ Vrbis non aliter quàm de mandato Conseruatorum, & duobus saltē ex ipsis subscribentibus, soluat; alioqui de suo soluisse censeatur, & Camera illæsa remaneat.

Consilijs omnibus tam secretis, quàm publicis interueniat; si sine causa cessauerit, duorum aureorum pœna vice qualibet mulctetur.

Emolumenta Ceræ & Piperis, quæ statutis festiuitatibus & diebus Officialibus Romani Populi dare tenetur, infra triduum à die statuta, vel de mane in Capitolio, vel domi suæ habitationis petentibus dare teneatur: illa verò quæ in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi dare tenetur, per triduum ante vigiliā petentibus consignare debeat; alioqui pœnā prædictam incurrat.

In vigilia eiusdem Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, qua die Populo ientaculum datur, Bellaria dulcia, & reliqua dari solita, iuxta frequentiam & numerum personarum, singulis Regionibus ornatè, copiosè & apposite, ac iuxta morem solitum & consuetudinē antiquam distribuat, assistentibus duobus à Populo deputatis.

Ea quæ dat emolumenta, nempè faces, & faculæ cereæ, Piper, Confectiones ex Saccaro, & Mellite Auellanæ (Nuclatæ nuncupatæ) sint bonæ beneq. & absque fraude compositæ, & iusti ponderis, necnon & Chirothecæ similiter sint bonæ iuxta antiquum morem & tabulam antiquam: alioqui pœnam vigintiquinque scutorum incurrat.

In actionibus publicis, nullatenus per Substitutum, sed omninò per seipsum (nisi legitima causa fuerit impeditus) interuenire teneatur: si secus fecerit, pœna aureorum decem vice qualibet mulctetur.

De officio quattuor Defensorum Decretorum. Cap. XIII.

AD officium quattuor Defensorum spectat præcipuam curam habere, vt omnia & singula Decreta & Constitutiones Populi tam ab Officialibus etiam ad vitam, quàm ab omnibus ciuibus & alijs Statutis subiectis, inuiolabiliter obseruentur; & vt contrauenientes per Conseruatores condemnentur ad pœnas, in quas propter inobseruātiam inciderint; summoq. etiam studio curare, vt Populus in rebus & iuribus suis, necnon in pœnis à transgressoribus incursis, & in omnibus alijs, quæ Palatio applicantur, non defraudetur: & quòd pecuniæ Populo debitæ tam ex causa venditionum siue locationū, quàm ex pœnis transgredientium, ad Depositarium Populi & Palatij, prout ad eorum quemlibet pertinet, cum effectu perueniant: Necnon vt de bonis mobilibus Palatij, per eos ad quos pertinet, Inuentarium conscribatur, & quòd bona quæ defecerint, restituantur, aut illarum pretium soluatur, & in his casibus apud Procuratorem Cameræ diligenter instare: per hoc tamen Cameræ Procuratorem, aut quemuis alium, cui prædicta, vel eorum aliqua iniuncta sunt, ab eius officij debito circa præmissa, vel à pœnis in euentum contrauentionis comminatis, nullatenus liberamus.

Teneantur quoque ipsi Defensores singulis Consilijs tā secretis, quàm publicis interesse.

Duret autem eorum officium per annum integrum hoc modo, vt singulis sex mensibus duo alij eligantur: Qui vero annum expleuerint, vacationē recipiant, nec nisi elapso triennio reelegi possint.

De officio quattuor Defensorum Decretorum. Cap. 13. Gloss.

De istis loquitur tex. in l. 1. & toto tit. C. de Defensoribus Ciuitatum, vbi dicitur qui, & de quo ordine sint creandi, & à quibus. l. 2. & l. defensores. 8. C. eod. l. iubemus. 17. C. de Episc. audient. & auth. de defensoribus Ciuitatum per totam, & inuiti cogendi sunt munus suscipere, §. interea igitur auth. de defensor. Ciuit. de iure autē, atque officijs defensorum, tradit tex. in l. 1. C. eod. & l. vtili. 3. eod. & §. dicantq. ius. & §. cognoscent. auth. eod. §. deinde. §. nulla. l. in defensoribus. l. defensores. 5. l. per omnes. 6. l. 7. & 8. l. iubemus. 9. C. eod. Menoch. de arbitrar. casu. 194. nu. 74.

De officio Secretarij Conseruatorum. Cap. XIIII.

SEcretarius Conseruatorum qualibet die in Palatio Conseruatoribus se præsentare teneatur, indeq. non nisi licentiatus recedere; si contrafecerit, pœna aurei vnius vice qualibet mulctetur.

Litteras tam missiuas quàm patentes, & alias omnes scripturas, quas sub Conseruatorum nomine conficiet, in primis ipsis Conseruatoribus legendas exhibere, & illis per ipsos Conseruatores approbatis, in vno libro aptè composito, & bene compacto de verbo ad verbum regestare teneatur, paritérq. omnes litteras missiuas, quæ ipsis Conseruatoribus transmissæ, & præsentatæ fuerint, diligenter & certo ordine conseruare debeat, diem præsentationis in eis adnotando: quoties autem in singulis prædictis defecerit, pœnam aureorum decem incurrat.

Officium prædictum per seipsum, & non per Substitutum exerceat: possit tamen in litteris scribendis aliquem à Magistratu approbatum, adhibere, dummodo ipse se sua manu subscribat sub eadem pœna.

Caueat insuper, ne vltra sibi præfinitam & assignatam mercedem, quidquam à Communitatibus, vel à particularibus personis recipiat: quoties autem contrafecerit, simili aureorum decem pęna mulctetur, & accepta restituat.

De Officio Scriptoris Conseruatorum. Cap. XV.

AD Scriptoris Conseruatorum officium spectat in libro magno bene composito, regestare, & adnotare omnes, & singulas litteras Apostolicas, Priuilegia, Rescripta, Statuta, Ordinationes, Reformationes, & demum scripturas quascunq; ad Ciuitatem Populumque Romanum, & Cameram Vrbis pertinentes: Necnon Edicta omnia per Vrbem de mādato Conseruatorum, & Cameræ emittenda, & publicanda, scribere, & subscribere, & tam omnes originales scripturas, quàm regestum prædictum, & edicta reportata, & à Preconibus subscripta, diligenter in Archiuio dicti Palatij custodire: & illa quæ in futurum fient, & præsentabuntur infra octo dies ad summum, omnino in dicto libro describere; pariterque omnes solutiones; quæ fient à debitoribus Cameræ Vrbis, in libro ad hoc parato fideliter adnotare, necnon mandata quæcunque de soluendo describere, ingressusque Senatorum cum suis equis, & pompis: præterea Conseruatorum reuisiones, de præmissis faciendas, & demum omnia quæ videbuntur Conseruatoribus publicum interesse concernere, & describi debere, pariter regestare, & describere: quæ omnia in Archiuio prædicto claue altera penes ipsum existente, diligenter custodiat, nec exinde aliquid amoueat, sine omnium Conseruatorum licentia, in scriptis habita: quoties autem in aliquo præmissorum defecerit, pœnam aureorum quinque, incurrat, & Salarium sibi constitutum amittat.

Librum quoque alium habere debet, Rincontrum appellatum, in quo omnia bona mobilia, & supellectilia Palatij Conseruatorum, seriatim descripta sint; teneaturque singulis tribus mensibus, insimul cum Conseruatoribus, & Cameræ Procuratore, in recognitione, & noua dictorum bonorum descriptione siue inuentario, interuenire, & bona de nouo parata adnotare: si secus fecerit, ad emendationem omnium, & singulorum bonorum quæ defecerint, de suo teneatur.

Non audeat scribere, aut conficere aliqua mandata de soluendo quascunque pecuniarū summas, cuiuis personæ, quibusuis Depositarijs directa, nisi cum insertione causæ propter quàm solui mandatur, & in quem vsum, & illi tantum Depositario directa, ad quem negotium illud spectat: & non alteri quæ etiam mandata regestare teneatur in libro ad hoc aptè composito, distinctis negotijs, & partitis: alioqui pœnam prædictam incurrat, & Populo de suo, tantundem quantum in mandato continetur, soluere teneatur.

Rursum & alium librum magnum, & bene compactum habere teneatur, in quo omnes Introitus Romani Populi adnotentur: alioqui pęna aureorum vigintiquinque mulctetur.

Singulis diebus in Palatio Conseruatoribus se præsentet, nec inde nisi dimissus recedat; si secus fecerit, pœnam aurei vnius vice qualibet incurrat.

Officium suum per semetipsum, & non per Substitutum exerceat; nisi forte scribendo ipse satis non sit; quo casu per alium ei scribere liceat, dummodo ipse se omnino subscribat: alioqui pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

De Officio Depositarij Populi Romani. Cap. XVI.

DEpositarius pecuniarum Romani Populi librum bene compactum, & Mercatorum modo diligenter ordinatum habere debeat, in quo omnes introitus eiusdem Populi adnotare debeat, disiunctis etiā partitis quan

do

do Pecuniæ ad certos particulares vsus destinantur, & deponuntur:

Librum etiam alium, seu libros habere debeat, in quo, seu quibus separatim, & distinctè exitum pecuniarum describat, cum aperta distinctione, & separatione causarum, & negociorum in quibus solutio facta fuerit: ita & taliter, vt in continenti cuiusq; negotij introitus, & exitus calculari possit. Caueatq; ne pecunias ad vnum vsum depositas, vel destinatas, in aliā causam, vel vsum soluat. alioqui pęnā aureorum decem in quolibet casuum prędictorū incurrat: & de suo soluisse censeatur.

Non possit aliquam pecuniarum quantitatem vigore cuiusuis mandati alicui personæ persoluere, nisi in mandato causa per quam solui mandatur, persona cui, & quantitas, explicitè & expresse sit descripta: & nisi mandata ipsa per duos saltem Conseruatores, vel per vnum ex eis, & per Priorem Capitum Regionum, & per Computistam Populi; & generalem Antigrapheum, quem Rincontrum appellant, subscripta fuerint, & Populi Romani sigillo signata: quod si aliter soluerit, de suo soluisse censeatur.

Teneatur quoque singulis tribus Mensibus computa dati & accepti Conseruatoribus, & duobus Nobilibus ad computa deputatis solidanda assignare: quorum copiam præfatis Conseruatoribus, & Deputatis per dies quattuor ad minus ante solidationem, considerandа dare debeat. & demum illa vera esse, & nō habere alia diuersa cum iuramento affirmare, quibus secutis computa legitimè solidata per dictos Conseruatores, & Deputatos subscribantur, & aliter solidata computa non teneat.

De Officio Depositarij Palatij Conseruatorum. Cap. XVII.

AD officium Depositarij Palatij Conseruatorum spectat omnes pecunias, quæ proueniunt ex introitibus, & pœnis Terrarum Romani Populi. Item illas quæ proueniunt ex licentia excoriandi porcos, de quibus debet etiam computum tenere Conseruatorum Notarius. Item & pœnas quæ proueniunt à fraudantibus Gabellam Gymnasij, siue Studij, de quibus fit condemnatio per Gabellarium maiorē. Item & scuta centum, quę proueniunt, ex Gabella dicti Studij, & scuta viginti, quæ proueniūt ex Castro Viturclani, & omnes alias pecunias quę ad eius manus solēt quoquo modo ratione dicti officij peruenire, fideliter custodire & conseruare, illasq; omnes adnotare teneatur in libro benè compacto, & secundum vsum Mercatorum tento, distinctè, & de die in diem, prout ad eius manus peruenerint: quem librum in Archiuio Palatij Conseruatorum continuo retinere debeat: in quibus seu eorū aliquo, quoties defecerit, pœnam aureorum quattuor incurrat; quàm etiam pęnam eo ipso incurrisse censeatur, si eodē die pecunias non adnotauerit, quo ad eius manus peruenerint.

Pecunias autem prædictas non aliter soluat, quàm de mandato Conseruatorum, & saltem manu duorum ipsorum, aut vnius, & Prioris Capitum Regionum, & per Computistam, & generalem Antigrapheum subscripto, & semper cum Populi sigillo, in quo clarè, & nominatim exprimantur causæ, & partitæ ex quibus solui mandatur, & quibus personis: si secus fecerit, pęnam aureorū decem incurrat.

Singulis tribus Mensibus intra octo dies post noui Magistratus ingressum, curet vt suæ computa per Conseruatores solidentur, & illis cessantibus protestetur in actis Notarij, Cōseruatoribus præsentibus. In quorum redditione, & solidatione seruentur quæ supra proximè per Depositarium Rom. Populi seruari mandantur, & nihilominus quoties fuerit requisitus, sua computa exhibere debeat: si in aliquo ex præmissis defecerit, pœna duorum aureorum vice qualibet mulctetur.

Teneatur quoque semel in hebdomada, & quoties requisitus fuerit se coram Conseruatoribus in Palatio præsentare: nec inde nisi dimissus recedat: quoties contrafecerit, pœnam vnius aurei incurrat.

De officio Reuisoris Palatij Conseruatorum. Cap. XVIII.

REuisor bonorum mobilium Palatij Conseruatorum librum benè compactum habere debeat, in quo ipse describere teneatur Inuentarium mobilium & suppellectilium Palatij prædicti, dictumq. librum pariter in Archiuio Palatij conseruare debeat: si secus fecerit, pœna aureorum quattuor vice qualibet mulctetur.

Singulis tribus mensibus, initio noui Magistratus, in præsentia Conseruatorum assistentę Procuratore Cameræ Vrbis, & Scriptore Conseruatorum, mobilia & suppellectilia prædicta recenseat, & consumpta, aut amissa, vel quæ

non apparent, diligenter adnotet: & quæ reparatione indigent, instet vt resarciantur, & reparentur, & quæ denuò empta & parata fuerint, inuentario addat; si secus fecerit, pœnam aureorum quattuor vice qualibet incurrat, & duplum pretij non descriptorum bonorum persoluat.

Si qua bona ex adnotatis deficient, culpa vel negligentia Magistri domus, vel cuiusuis personę, teneatur instare apud Conseruatores, vt Procurator Cameræ contra eos, quorum culpa bona ipsa defecerint, vel deteriora effecta fuerint, ad emendationem damni procedat; si secus fecerit, pęnam dupli valoris rei quæ defecerit, incurrat.

De officio Reuisoris Palatij Conseruatorum. Cap. 18. Gloss.

Pro isto statuto facit tex. in l. 1. & toto tit. C. de offic. comitis rerum priuatarum, & in l. 1. C. de off. comit. sacrar. largit. De quibus & eorum priuilegijs, & immunitatibus est rubr. C. de Palatinis sacrarum largitionum, & rerum priuatarum.

De officio Extraordinariorum Maiorum & Minorum. Cap. XIX.

Extraordinarij Maiores antequam ad officij exercitium admittantur, idoneum fideiussorem de bene, fideliter & personaliter suum officium exercendo & administrando; & finito officio de stando & parendo syndicatui præstare teneantur: illi verò qui non steterint, aut spontè non paruerint syndicatui, vltra quòd parere cogantur, de cætero ad officium prædictum eligi non possint. Qui verò per substitutum exercuerit, ipso iure officio priuatus existat, & inuentiones à substituto factæ irritæ sint & nullæ.

Minorum Extraordinariorum nomina describi debeant in albo seu libro à Notario Cameræ, singulisq. tribus mensibus recenseri debeant, si sint ijdem, & ex qua causa fuerint mutati.

Maiores etiam Extraordinarij habere debeant minores, qui sint bonæ famæ & conditionis, & qui fustigati aut ad verecundiam expositi, seu condemnati de aliquo delicto infamiam irrogante, non fuerint; & semel priuati nullatenus ad officium de cętero admittantur.

Inuentiones quas ipsi Minores inuenerint, debeant verificari per modum quem Tornellum appellant cum refectione debiti, idest cũ suppletione eius quod minus datum est emptori, aut cum restitutione pretij quod plus est receptum à venditore: illæ autem inuentiones, quæ fuerint per dictos Minores sine Tornello & debiti refectione repertæ ad minus per vnum testem fidedignum verificentur, si ipse maior cum eis non interuenerit: aliàs non teneant.

Non possint aliquo modo capere bona tanquam in fraudem edictorum contracta, neq; in nundinis, neque alibi inuenta, nisi ad effectum illa deferendi in Palatio Conseruatorũ, & nisi fuerint in manibus emptorum & in facto reperta, quæ bona statim consignare debeant Magistro domus Conseruatorum, quietantia ab eo recepta, distribuenda locis pijs iuxta formam præsentium statutorum neo ad diuisionem ante triduum deueniri possit, nisi res esset tempore peritura.

Liceat tandem vnicuique Extraordinario per totam Vrbem perquirere, etiam si alius, & is cui Quarterium perquirendum in sortem venisset, in perquirendo præuenerit, & perquisiuerit: & hoc vt omnis fraudis suspicio cesset, & delicta non remaneant impunita.

Non possint ipsi Maiores partem pœnarũ, quę applicatur Minoribus quoquo modo exigere: sed pars ipsorum Minorum debeat penes Camerarium conseruari, qui teneatur in fine cuiuslibet mensis, ratam suam dictis Minoribus (recepta ab eis quietantia) numerare: Nec etiam ipsi Maiores ratam suam pœnarum recipere possint, nisi post solidationem computi à Notario Cameræ factam, quæ singulis mensibus fieri debeat. Si Maiores contrauenerint pœnã aureorum decem incurrant, & duplum ipsis Minoribus persoluant.

Cum minoris ponderis panem deprehenderint, vt veritas elucescat, teneantur atramento, & non gypso aut carbone, nec re simili in ipso pane in singulis, quas cacchiatas appellãt, quanti sint ponderis adnotare, exprimendo numerum cacchiatarum repertarum in singulis cacchiatis.

Quilibet Maior Extraordinarius teneatur Inuentiones omnes, quæ tam ab eo quàm à suis Extraordinarijs minoribus factæ fuerint, sequenti die iuridica in vno folio descriptas, Conseruatoribus offerre, à quibus illud incontinenti subscribi debeat: in ipso vero folio Inuentiones factæ ab ipso Maiore ab illis quæ fa-

ctæ

&æ fuerunt à Minoribus distinctè contineantur, & ab vno quoque eorum qui illas inuenerit separatim subscriptæ sint, & nullatenus Maior pro Minoribus nec è couerso, Minores pro Maiore se subscribere possint; alioqui in quolibet casu præmissorum irritæ sint & nullæ: quæ folia inuentionum ita per Conseruatores subscripta statim in manibus Scriptoris Cameræ consignentur ad effectum, vt exequatur quantum ei infra cap. 23. de officio Scriptoris Cameræ est iniunctum.

Ipsi quoque Maiores nullam nec realem nec personalem exequutionem facere possint, absque mandato Conseruatorum à duobus saltem ex eis subscripto.

De officio Extraordinariorum Maiorum & Minorum. Cap. 19. Gloss.

Extraordinarijs criminibus necesse erat, quod præessent Extraordinarij cognitores exēplo. l. 1. & tot. tit. ff. de extraordin. crimin. & l. 1. & tot. tit. ff. de extraordin. cognit. ad istos pertinet, quod antea ad ædilem spectabat, de quo rubr. ff. de ædilitio edit. & ff. de ædilit. art. & ad Vrbi præfectum, de quo ff. de offic. præfec. Vrbi, & supra c. 6.

De officio Notarij Conseruatorum. Cap. XX.

AD officium Notarij Conseruatorum spectat Tribunali ipsorum dum ius dicunt, assistere, & omnia acta iudiciaria diligenter conscribere, de omnibus Instrumētis tam venditionum & locationum, quàm etiam rerum quarumcumque, quæ inter Conseruatores Romani Populi nomine, & alios quoscumque celebrantur, (exceptis his quæ ex Consilijs proueniunt, quorum rogatio spectat ad Scribas Senatus) se rogare, & illa omnia de quibus rogatus fuerit, intra triduum à die rogitus, in libro magno benè compacto, & chartis numeratis, describere, quem retinere & conseruare teneatur in Archiuio, vbi aliæ Romani Populi scripturæ conseruantur: & nihilominus statim quòd de aliquo Instrumento præmissa concernente rogatus fuerit, notam ipsius Computistæ & generali Antigrapheo cōsignare: alioqui quoties contrafecerit, vnius aurei pœna mulctetur.

Sed & curare debeat, vt quæ pertinent ad officium suum in Dohanis Pecudum, diligenter exequatur. Schedulás quascumque facultatū extrahendi ab Vrbe bona, quæ per Conseruatores conceduntur, subscribere, & alia facere & exercere, quæ ad suum officium spectant, & quæ hactenus facere & exercere consueuit. Et demum finito officio scripturas omnes ad dictum officium pertinentes successori per inuentarium consignare, vel in loco per Conseruatores deputando dimittere.

Teneatur quoque in dicto Actorum libro licentias, quæ excoriandi Porcos à Conseruatoribus Macellarijs conceduntur, per singulos dies adnotare, vt inde cum Depositario Palatij collatio fieri, & ratio iniri possit.

Caueat ne subscribat aliquod mandatum, nisi in eo sint nuncupatim descripię & expressæ omnes partitæ & causæ, ex quibus & pro quibus solui mandatur: si secus fecerit, de suo tantumdem pro pœna soluere cogatur.

De officio Ratiocinatoris siue Computistæ, necnon & generalis Antigraphei. Cap. XXI.

AD Computistæ siue Ratiocinatoris officium, pertinet, omnes & singulos redditus & introitus, exitus, & expensas tam ordinarias quàm extraordinarias, & tam Populi, quàm Palatij Conseruatorum, Gymnasij & aliorum reddituum Romani Populi, diligenter & distinctè adnotare, & ea de causa plures libros magnos aptè compositos, ac benè & mercantili modo tentos habere, in quibus prædicta omnia de die in diem diligenter describat & adnotet; quos libros continuò in Archiuio retinere debeat. Quòd si in aliquo ex prædictis defecerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Debeat etiam duos aut plures libros magnos habere, vnum videlicet contra librum Depositarij Populi Romani, alium contra librum Depositarij Palatij, & alium contra Depositarium Gymnasij, & alios depositarios bonorum & reddituum Populi, qui pro tempore extiterint; & eos pariter in eodem Archiuio conseruare sub pęna prædicta.

Teneatur quoque de mense in mensem Cameræ Vrbis Procuratori notam siue listam debitorum exhibere, vt soluere cessantes cogi possint: alioqui pęnam ducatorum auri vigintiquinque incurrat.

Quoties computa pro Populo cum aliquibus Depositarijs prædictis inire, & solidare contigerit ipsi cum suis rationum libris interueniat, & calculo inito, describat, & ad-

&ad-

& adnotet, in qua quantitate remaneant, vel illi, vel Populus debitores; quos libros similiter vt supra conseruare teneatur: si secus fecerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Visis quoq; rationibus omnibus, si quid animaduersione dignum putauerit, Conseruatoribus, & Deputatis denunciare debeat; alioqui de dolo puniatur.

Præterea qui pro tempore fuerit generalis Antigrapheus, teneatur libros suos bene aptatos, & compositos contra libros Computistę prædicti, Introitus scilicet, & exitus redditũ Populi Romani rectè conficere, & seriatim ordinare, & alia quæ sibi ex suo officio incumbunt, peragere, & adimplere.

Idem si vocatus aut intimatus fuerit legitimo impedimento cessante, & tunc excusatore misso in omnibus, & singulis venditionibus officiorum Montium, & bonorum quorumcunque Populi Romani interuenire, necnō secreris, & publicis Consilijs adesse, sub pęna vigintiquinque aureorum si defecerit in quolibet casuum prædictorum incurrenda.

De officio Ratiocinatoris, siue Computistæ, necnon, & generalis Antigraphei. Cap. 21. Gloss.

Iste est de infimis officijs, Spec. de iurisdic. omn. iudic. col. 3. ver. infimi. nam calculatores electi secundum formam statuti sunt Iudices, Ang. in cons. 130. l. si cui libertas. & ibi Bar. ff. de condit. & demon. & licet non debeat iudicare; & ideò in id quod iudicat non probet, Parisi. in cons. 89. nu. 35. & sequen. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 209. Rota coram Mantica in Romana Laudorum, die 28. nouembris 1594. Tamen secus erit si fuerit a partibus electus, & à Prætore comprobatus; & habuerit socium, tunc enim non est recedendum à computis per eum, cum socio factis; quia habent vim sententiæ, Paris. d. cons. 89. n. 12. Ruyn. cons. 53. nu. 10. in fine, & num. 11. & 12. lib. 5. Franc. Marc. decis. 441. lib. 1.

De officio Notarij Cameræ. Cap. XXII.

NOtarius Cameræ initio officij iuret officium suum se bona fide exercere, fideliter scribere, & suo salario contentum esse: & teneatur omnes introitus Cameræ in vno libro, & expensas in alio adnotare: si sciuerit aut cognouerit fraudem committi, Conseruatoribus denunriare, & finito tempore libros omnes in Camera dimittere, suique officij rationem reddere, & syndicatui parere: Omnibus diebus in Palatio Conseruatoribus assistere, vsque ad Audientiæ finem, officiumq; suum per se ipsum, non autem per substitutum exercere: alioqui pœnam aureorum decem singulis casibus vice qualibet incurrat.

Audientia expleta, diebus singulis cum Camerario mandata inuentionum conferat (quód Reincontrare appellant) sub pœna prædicta.

Similiter die qualibet Audientia finita, ex Mandatis de grauando Artifices denunciatos, Executoribus pridiè, aut antea datis eorum qui concordauerint, aut pœnam soluerint nomina deleat: alioqui pœnam prædictam incurrat.

Postquam ex Mandatis de grauando, nomina Artificum, siue Negotiatorum, qui soluerint, aut concordauerint, vt dictum est; deleuerit, seu cancellauerit, pariter eadem nomina, ex libro Scriptoris deleat. In margine tamen accusationum, siue inuentionum, causam per quam, & de quorum mandato, & an soluta vel composita pœna, vel an gratis inuentiones ipsæ deletæ fuerint, sua manu conscribat, sub pęna prædicta.

Et ad obuiandum fraudibus, ne fortè aliqua inuentio sine mandato, aut aliter quàm in mandato habetur cancelletur: Singulis mēsibus, inuentionum, siue accusationum deletarum, & abolitarum, Camerario, aut Cameræ Procuratori, vel cuius alteri, de mandato tamen Conseruatorum, rationem reddat: & quoties contrafecerit, pęnam prædictam incurrat.

Sigilla à Pistoribus, siue Furnarijs, singulis sex mensibus requirat, & recipiat, contentus solita mercede, ipsaq; sigilla cum nominum singulorum Furnariorum inscriptione, distinctè, & separatim custodiat, ad effectum, vt si dubitetur cuius sit panis delatus, cognosci possit: & quoties contrafecerit, puniatur vt supra.

Alium quoque librum habere debeat, in quo dietim scribat, & adnotet pecunias, quæ ex pęnis prædictis Camerario soluuntur, & in cuiuslibet partitæ margine nomen Extraordinarij, cuius opera pęnæ prædictæ soluũtur, apponat, vt cum dictis Extraordinarijs computa iniri, solidariq; possint: quoties autem defecerit,

cerit, pœnam prædictam incurrat.

De officio Scriptoris Cameræ. Cap. XXIII.

SCriptor Cameræ, cum primum nomina delinquentium Artificum siue Negotiatorum, (quas Inuentiones appellant) subscripta tam ab Extraordinarijs maioribus, seu minoribus, & ab vno ex Conseruatoribus, vt supra cap. xix. De offic. extraordinariorum maiorum, receperit: illa incontinenti in suo libro regestare teneatur, & Artifices denunciatos in exhibitis sibi folijs descriptos, pro sequenti die iuridica citari facere, ad comparendum coram Conseruatoribus, & concordandum; prout hactenus fieri consueuit; qua die adueniente, & illis aut eorum aliquibus comparere cessantibus, non comparentium, & concordare cessantium nomina, in alio folio (quod listam siue grauatoriam appellant) describat, illudq; manu Conseruatorum subscriptum, Executori consignet, qui illius vigore Artifices grauet in certa consueta pecunia, vt grauaminis tædio affecti, compareant responsuri. Et sequenti die iterum non comparentes cum eadem lista grauari faciat, demptis ex lista ijs, qui comparuerint, & concordauerint. Quòd si Artifices in eorum contumacia persistant, Scriptor ipse, copiam Inuentionum singulorum (quas extractus appellant) Cameræ procuratori consignet, qui extractus prædictos Conseruatoribus afferat, vt ipsi pœnam vel declarent vel arbitrentur. Sed si ipsi Artifices intra terminum sibi ad concordandum vel soluendum præfixum, extractum à Scriptore receperint, & illius taxationem, aut pœnæ declarationem à Conseruatoribus fieri non curauerint: ipse Cameræ Procurator alium similem extractum ad taxandam seu declarandam pœnam Conseruatoribus afferat, qua declaratione secuta, illico Cameræ procurator in vno libro ibidem ad Tribunal retinendo per ipsum seriatim nomina delinquentium, & summas taxatas describat, In quo libro & in qualibet ipsius chartarum facie ipsi Conseruatores taxæ præpositæ se subscribant, exprimendo ad quam summam taxatæ quantitates in totum ascendant per extensum. Quibus taxationibus aut declarationibus per Conseruatores factis (hæc autem omnia intra terminum dierum vtilium quinque fieri debeant) præfatus Cameræ Procurator sequenti die listam condemnatorum, qui non satisfecerint, manu Conseruatorum subscriptam Executoribus tradat, vt à delinquentibus taxatam pœnam vel æquiualentia pignora reportet, & prædictis omnibus libris, listis, & extractibus collatis, & concordatis in fine cuiuslibet mensis inter Camerarium, Cameræ Procuratorem, Scriptorem, Notarium, & Extraordinarios calculari, & rationes solidari debeant.

Non possit Scriptor dare Extractum, siue inuentionis copiam accusato Artifici postquã Conseruatores à tribunali recesserint.

Singulis quoque diebus Iuridicis coram Conseruatoribus in Palatio esse, quandiu Audientia durabit, nec ante sine licentia recedere, Officiumq; suum per se ipsum, & non per Substitutum exercere debeat: alioqui in singulis casibus prædictis, & vice qualibet pœnam aureorum decem incurrat.

De officio Magistri Massarij. Cap. XXIIII.

AD officium Magistri Massarij spectat rerum omnium existentium in Palatio Senatoris & Iudicum curam gerere, & illarum inuentarium adhibitis Cameræ Procuratore & Notario Conseruatorum conficere, & cum Senator discedens illas dimittit, & cum eadẽ Successori in officio consignantur, atque curare vt quæ culpa vtentium amissæ sunt, restituantur: alioqui ipse de suo amissa reficere debeat.

De officio Executoris Palatij Conseruatorum. Cap. XXV.

EXecutor Mandatorum Palatij Conseruatorum, cum primum sibi nomina delinquentium Artificum, (quas listas appellant) manu tamen Conseruatorum subscripta, vt præfertur, tradita fuerint, eodem die personas in listis descriptas grauare teneatur, & similiter eadem die, qua sibi mandata seu listæ condemnatorum assignabuntur, eas exequi, pignora vel summam in condemnatione contentam auferendo. Teneatur quoque sequenti die iuridica pecuniam Camerario consignare, vel capta pignora subhastanda deponere, aut causam quare in executione cessauerit, reddere: alioqui pœnam aureorum decem, quoties contrafecerit, incurrat.

Singulis quoque iuridicis diebus à Notario Cameræ nomina eorum Artificum, qui sol-

uerint,

uerint, composuerint, concordauerintuè, perquirere; & in suis listis adnotari facere teneantur, vt sciat à quibus debeat abstinere: alioqui incidat in eandem pœnam, & damnum parti læsæ resarciat.

Si defecerit singulis sequentibus iuridicis diebus post listas & Mandata sibi tradita grauarionum, & executionum computum reddere, & executioni debitæ demandasse, causa legitima cessante, prædicta Mandata & Nomina grauandorum alteri executori dari possint, & ipse nihilominus pœnam prædictã incurrat.

De Præconibus siue Banditoribus.
Cap. XXVI.

PRæcones edicta & banna ad Cameram pertinentia, eadem die qua sibi traduntur, vel omninò sequenti in Quadriuijs, Plateis & locis solitis præconizare & publicare teneantur, & sequenti die suæ executionis relationem, illis ad quos spectat, in calce ipsius edicti facere, & restituere; vnusq. saltem eorum qualibet die iuridica, se in Capitolij Palatio præsentare; & à Notario, Scriptoribus, Camerario & Procuratore Cameræ perquirere, an aliquid sit pro Camera exequendum: alioqui vice qualibet, & in quolibet casuum prædictorum pœnam aurei vnius incurrant. Quæ verò ad priuatorum instantiam aut vtilitatem illis committuntur, aut ab eis fieri petuntur, statim vel illa, aut omninò sequenti die iuxta rei exigentiam exequi teneantur, suaq. infra taxanda mercede contenti sint: alioqui accepta vltra præfinitam mercedem restituant, & pœnam quinque aureorum vice qualibet incurrant.

De Præconibus siue Banditoribus.
Cap. 26. Gloss.

De istis at de illorum voce, quod paucis innotescat, dicit Auth. Qui semel. C. quomodo, & quan. Iudex quod intelligendum est sine tuba, Card. in Clem. 2. q. 11. de senten. excomm. & de materia vide Bertacch. in ver. Bannum, vers. 50. in verbo, præco, & in verbo, proclama.

De modo creandi Electores officialium Romani Populi. Cap. XXVII.

AD electionem eorum qui officialium Romani Populi Electores futuri sunt, quos Imbussulatores appellant, hoc modo deueniẽdum esse statuimus.

Omnes Ciues cuiusque Regionis, descripti in libro Scribarum Senatus, qui in publicis Consilijs interuenire possunt, de mandato Capitis Regionis, per suum Mandatarium dimissa schedula, qua significetur ad quid, quo in loco, & pro qua hora vocentur: Et vt nulli alij admittantur, quilibet caput Regionis habere debeat notam huiusmodi descriptorum per suum Notarium ex dicto libro desumptã, & manu alterius Scribarum Senatus gratis subscriptam.

Ea autem hora adueniente & elapsa, facta per Caput Regionis propositione, eligatur vnus Ciuis per maiorem numerum votorum, natus annis ad minus triginta quinque, qui sit Imbussulator pro bussula sequenti.

Is verò electus, post eius electionem, infra octo dies ad summum, describat, & adnotet in folio, manu sua subscripto, nomina omnium Ciuium illius Regionis, qui idonei fuerint ad officia, & de quorum electione tractari posse sibi dignum visum fuerit.

De modo creandi Electores officialium Romani Populi. Cap. 27. Gloss.

De muneribus, & honoribus iniungendis, & nominatione facienda, tradit etiam tex. in l. & qui 3. §. præses. ff. de muneribus, & quando sit nominatio facienda, tradit tex. in l. 1. C. de magis. municipal. Quomodo autem sint munera iniungenda, & quæ sint iniungentis officia dicit tex. in l. 2. C. de decurionibus, & quæ sint considerãda in munere, vel honore iniungendo, dicit tex. in l. honor. 14. §. de honoribus. ff. de muneribus. Sunt enim munera, & honores iniungendi municipibus, & eorum liberis, incolis & eorum liberis. l. munus. 18. ff. de verb. signif. l. Priuilegio. 5. C. de incolis. l. 6. C. eod. l. pupillus. 239. §. incola. ff. de verborum signif. l. ciues. 7. C. de incolis. l. libertus. 17. §. patris. ff. ad municipa. l. assumptis. 6. §. filius. ff. eod. l. filij. 22. eod. Qui autem à muneribus & honoribus euadant immunes, dicit tex. in l. 1. & toto tit. ff. de vacatione, & excusatio. mune. & l. 3. ff. de iure immunitatis. Et quod datur ordo in muneribus, & honoribus iniungendis seruandus sit, dicit hoc, & sequens nostrum statutũ, pro quo est tex. in l. quis tam. 52. C. de decurio. in l. vlt. §. sanè. C. de honor. & muner. in l. cum te. 3. C. quemad. Ciuilia mune. l. vltra. 4. C. eod. l. 1. C. de potioribus

bus ad mune. l. sciendum. 4. §. ordine. ff. de legationibus. l. 2. C. de honor. & muner. l. 2. C. de apobis public. Et qui sint prohibiti dicit sequens statutum. c. 28. cum quo in multis conuenit ius commune; vt fungentes alio honore, seu munere. l. vlt. §. fin. ff. de vacat. mune. Ne duo ex eadem familia eligantur. l. si bi. 3. C. de filijsfamil. conductores vectigalium. l. semper. 5. §. conductores. ff. de iure immunit. infames. l. nec infames. C. de decur. l. 1. C. de infamibus. l. & qui 3. §. si in metallum. l. omnes. 49. C. de decurio. Item illi quibus est causa pęnæ interdictũ. l. relegatorum. 7. §. solet vsque ad finem. ff. de interd. & releg.

De officio Electorum, siue Imbussulatorum. Cap. XXVIII.

CONgregatis in vnum Electoribus, antequam de electione tractare incipiant, debeant eis infrascripta Capitula, eorum officiũ concernentia, per Cameræ Procuratorem perlegi: deinde iurent singuli in manibus Reuerendissimi Domini S. R. E. Camerarij, vel Vicecamerarij contenta in dictis Capitulis seruare, eosq. eligere, & illis in electione suum votum dare, quos & quibus secundum eorum iudicium & conscientiam, remoto omni amore, odio, prece, pretio & timore ad officia, ad quæ nominabuntur, dignos esse cognouerint. Et quòd nihil ex his quæ in Congregatione tractata aut conclusa fuerint, cuiuis personæ reuelabunt.

Quilibet votum suum per fabam aut pilulam tacitè & secretè præbeat, ita vt ab astantibus reliquis non dignoscatur in quam partem sua voluntas inclinet.

Non possint eligi nisi Ciues aut origine, aut ex priuilegio, ita tamen vt Ciues ex priuilegio ad officium Conseruatoris, aut Capitis Regionis nisi post lapsum quinquenniũ à die priuilegij nominari nec eligi possint.

Nullus nominari aut eligi ad idem officiũ possit, nisi biennium à fine illius officij lapsum fuerit.

Non possint nominari aut eligi in Conseruatores, qui trigesimum quintum annum non expleuerint, nec pro Capitibus Regionum, qui vigesimum quintum annum non excesserint, neque pro Marescallis, qui sint minores annis tredecim, neque pro Magistris Viarum, Syndicis Officialium, aut Magistris Iustitiarijs, qui annum trigesimum quintum similiter non expleuerint.

Homicida aut de publico delicto capitaliter damnatus, ad aliquod officium, neque nominari, neque eligi possit; nisi fortè ex auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Papæ ad honorem, famam & bona restitutus fuerit.

Qui bonis cesserit, aut ad beneficium quinquennale admissus fuerit, nec eligi, nec nominari possit.

Brigosi vel qui inimicitiam aut brigam cũ aliquo ciue aut Vrbis, vel districtus habitatore habent; nisi data pace & perpetua securitate de non offendendo nec nominari nec eligi possint.

Officiales ad vitam domus & Palatij Conseruatorum, vtpotè Cancellarij, Aduocatus & Scribæ Senatus non possint pro Conseruatoribus, neque pro Magistris Viarum, neque pro Magistris Iustitiarijs imbussulari. Reliqui verò, idest Procurator Fisci, Secretarius, Scriptor Notarius & Computista Conseruatorum, Generalis Computista siue Antigrapheus, Notarius prouisorum, Scriptor Cameræ, Notarius Cameræ, Reuisor Palatij Conseruatorum, & Depositarius eiusdem Palatij, nec pro Conseruatoribus, nec Capitibus Regionum, nec pro Magistris Viarum, nec pro Magistris Iustitiarijs, nec pro Syndicis Officialium Romani Populi, nec pro eorum Notario nominari aut eligi possint.

Hi qui ex legitimo Matrimonio nati non sunt (nisi forsan à Sanctissimo Domino nostro Papa legitimati fuerint) nec nominari, nec eligi possint.

Qui etiam ad aliena seruitia permanent, Ciues origine vel priuilegio, & qui domum propriam vel conductam cum sua familia non habitant, nullatenus ad aliquod officium nominari aut eligi possint.

Sed & qui debitores Populi aut Cameræ Vrbis, tam ex delictis, quàm ex contractibus declarati fuerint, nisi vel soluerint, vel de soluendo datis idoneis fideiussoribus cauerint similiter nec eligi, neque nominari possint.

Qui mechanicam artem exercent, vel vile exercitium faciunt, pariter neque nominentur neque eligantur.

Vectigalium aut Gabellarum quarumcumque participes, tam occultè quàm publicè, aut in illis quouis modo interesse habentes, neque pro officialibus Bussulæ, neque etiam pro Consiliarijs secreti Consilij eligi aut nominari possint.

Verùm neque ipsi Electores ad aliquod officium

ficiũ illius Bussulæ eligi aut nominari debeat.

Conseruatores quoque & Prior, qui in Bussula interueniunt, nequaquam etiam pro Conseruatoribus, aut pro Capitibus Regionum, aut pro Magistris Viarum illius Bussulæ nominari aut eligi possint.

Ex pluribus nominatis ad vnum & idem officium, illi remaneant electi, & in Bussula censeantur inclusi, qui plura vota habuerint: & in concursu duorum, iterum vota Electorũ pro eis exquirantur, & nihilominus in nota votorum per Cameræ procuratorem scribenda (quam Rotulum appellant) singuli prout nominantur in Rotulo describantur, & cuique numerus fauorabilium votorum purè & sine fraude adnotetur, & demum officialium electione finita, & publicata, Rotulus siue nota prædicta debeat omninò lacerari.

Cumprimum nominatio & electio Conseruatorum, Capitum Regionum & Magistrorũ viarum expleta fuerit, quilibet ex prædictis Electoribus, notam seu listam omnium aliorũ officialium, in quibus examen & concursus votorum non requiritur, quos ipse pro sua Regione elegerit, sua manu subscriptam Cameræ Procuratori consignare teneatur: quæ nota ibidem coram prædicto Reuerendissimo Domino Camerario, & alijs officialibus memoratis, legi & publicari debeat. Quòd si ipsi Electores defecerint, aut ipsorum alter defecerit, Conseruatores astantes, possint ex cessantis Regione eligere, & nominare eos officiales, quos cessans nominare potuisset.

Huius electionis Cõgregationi nullus alius interesse possit, præter votum habentes, nisi Cameræ Vrbis Procurator, & Conseruatorũ Scriptor, qui & ipsi iurare teneantur de non reuelando quæ inibi tractata fuerint.

Diebus, quibus hæc electio durat, Cameræ Procurator Capitula hæc semper secum afferre debeat, & ea, vt dictum est, in Congregationis initio perlegere, diligenterq. animaduertere, vt obseruentur, summoq. studio inuigilare, vt qui nominantur, habiles sint ad officia, ad quæ nominantur, iuxta formam præsentium Capitulorum; & si qui inhabiles nominentur, se opponere & obijcere: alioqui ipse pœnam centum aureorum incurrat.

Qui officiales in solemnitatibus, Magistratum comitari tenentur. Cap. XXIX.

IN omnibus Solemnitatibus, quibus Populi Magistratus interuenire solet, vt sunt Dies festiuitatum Sancti Antonij Abbatis, decima septima Ianuarij, Sancti Blasij Episcopi & Martyris tertia Februarij, Beatæ Franciscæ Rom. nona Martij, Sancti Georgij Martyris vigesima tertia Aprilis, Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli octaua Maij, Octauæ solemnitatis Corporis Christi, qua die itur ad Ecclesiam Sancti Marci, Sancti Alexij Confessoris decima septima Iulij, Assumptionis Gloriosissimæ semper Virginis Dei Genitricis Mariæ decima quinta Augusti, Natiuitatis eiusdem, octaua Septembris, Conceptionis eiusdem, octaua Decembris, & si quæ aliæ fuerint, interesse teneantur Senator, Conseruatores, Capita Regionum, Cancellarij, Scribç Senatus, Aduocatus, & Procurator Cameræ, Camerarius, Secretarius, Scriptor Conseruatorum, Depositarius Palatij, Reuisor Palatij Cõseruatorum, & Computista, Tredecim & Viginti sex Consiliarij & Comestabiles Regionum. Qui verò defecerint, ipso iure amittant emolumenta quæ eis pro illa associatione dari consueuerunt, illico locis pijs applicanda, & mox eadem Conseruatores, ad ipsa pia loca eorum arbitrio pro eorundem Magistrum domus, qui de consignatione schedulam recipere, & ostendere debeat deferri, & erogari faciant, exceptis tamen deficientium Comestabilium emolumentis, quæ eorum Collegio pro maritandis puellis superius de officio Capitum Regionum cap. viij. applicata sunt.

De applicatione pœnarum delinquentium officialium prædictorum. Cap. XXX.

POenæ omnes pecuniariæ, quæ ex quacũque contrauentione præsentium Constitutionum, à quouis Magistratu Officiali aut persona ex ijs qui hactenus in hoc tertio libro descripti sunt, debentur, quæ alteri loco aut personæ, non sunt applicatæ, ipso iure debeantur, & applicata censeantur, ornamentis, & rebus necessarijs Palatij Conseruatorum, & ea de causa perueniãt in manus Depositarij eiusdem Palatij erogandæ de mandato Conseruatorum & Prioris eorum, vel duorum saltem ex eis manu subscripto, & Populi sigillo signato, ex quibus nulla retentio per Depositarium fieri possit; & si pro ornamentis necessariæ non fuerint, fabricæ Palatij prædicti applicatæ intelligantur.

De

De forma in venditionibus Redditum Romani Populi seruanda. Cap. XXXI.

OFficia Romani Populi, quæ ad certum tempus vendi consueuerũt, officijs Executorum Conseruatorum & Ripæ, quæ nec vendantur, nec sub aliqua responsione concedantur, exceptis, non aliter vendi possint, quã si Conseruatores, Prior Capitum Regionum, duo Capita Regionum ad id electi, Aduocatus & Procurator Cameræ & tres Custodes officiorum de more etiam electi, interueniant. Quibus vocatis & congregatis (præuijs solitis Præconijs) subhastentur, & plus offerenti, accensa candela, vt moris est, & non aliàs deliberentur, nullusq. qui cedulam bancariam aut alterius idoneæ personæ de soluendo pretium licitandum infra triduum iuxta formam Capitulorum desuper faciendorum, non habeat, ad licitandum admittatur: & alias vel alio modo subhastatio & deliberatio facta nõ valeat. In venditionibus autem officiorum huiusmodi, & aliorum quorumcũque introituum Romani Populi, non liceat Conseruatoribus, aut Priori, aut alijs quibuslibet Capitibus Regionum, aut Custodibus officiorum ad id vt præfertur deputatis, ad venditionem prędictam offerre, nec ipsi, nec quiuis alij Romani Populi officiales, qui in prædictis quoquo modo interueniunt, aut quorum opera in his Romanus Populus vtitur, publicè vel clam cũ oblatore quomodocumque aut quandocumque participare, sub pœna mille aureorum eo ipso incurrenda: necnon annullationis contractus & refectionis damnorum & interesse, quæ propterea Populus ipse substinere posset: ea tamen moderatione & declaratione adiecta, quòd si quis ex supradictis, cuius opera vel officio Populus Romanus in eisdem venditionibus, locationibus siue appaltis vtitur, qui tamen ius disponendi non habeat: voluerit ad vtilitatem Romani Populi ad licitandũ admittit, & ita velle in actis declarauerit, & eam declarationem Conseruatoribus & alijs supradictis insinuauerit, deposita in eo actu penitus & omninò administratione & opera, quam in prædictis exhibebat, & nihil omninò sui officij & auctoritatis in eo actu impendendo: sed tamquam priuatus & vt ceteri ad licitandum & offerendum admitti possit & debeat.

Ne quis pluribus fungatur Officijs. Cap. XXXII.

NVllus ad aliquam administrationem bonorum Romani Populi deputatus, eligi aut deputari possit ad aliam similem administrationem prima durante; nullique Ciui liceat, plura officia, quæ propter personale exercitium incompatibilia reputantur, retinere; & qui habet, vno terento, aliud, vel alia infra sex Menses, resignare aut vendere iuxta officij naturam teneatur.

Ne quis pluribus fungatur Officijs. Cap 32. Gloss.

Qui honorem, munus, vel aliud officium substinent; alijs pluribus officijs fungi prohibentur etiam de iure communi. l. honorem. 10. ff. de muner. & honor. l. hac parte. 10. in fine. C. de proxim. sacri. scrin. l. 1. §. illi quoq; C. de præpos. agen. in rebus, l. ijs quibus. 5. C. qui milit. poss. Ne dum plura officia festinant, nihil benè peragant, vt dictis iuribus, & in l. nemo ex ijs. 13. C. de assessor. & supra lib. 1. c. 4. ver. nec illi qui honorem. &c. facit quod. nec Beneficiatis, ac beneficium habentibus, non sit eadem ratione aliud beneficium conferendum, c. super. 25. de præbendis, c. quia nonnulli. 3. de Cleric. non residen. c. quia in tantum. 5. c. ad hæc. 13. c. cum non. 15. c. cum iam dudum. 18. c. de multa. 28. de praben. c. 1. de excessib. prælat. c. cum singula. 32. de præben. in 6. Sed limita, & declara, vt per Doct. in citatis locis. Similiter non potest quis esse Aduocatus, & Iudex; quia inter arbitros, & Patronos aliquis debet esse delectus. l. quisquis. C. de postulan. Nec quis in duabus militijs praeesse potest. l. ijs quidem. §. in posterum. C. de milita. poss. lib. 12. c. singula. 89. distinc. pœna contra exercentes plura officia traditur in l. quisquis, & ibi Bart. C. de cohort. libr. 12. Roman. sing. 393. Nisi forte esset à Principe quis dispensatus, vt in iuribus allegatis, & in c. de multa. 28. §. fin. de praben. c. ordinarij. 3. §. ceterum. de offic. ordin. in 6. c. relatio. & c. vlt. 21. q. 1. Bart. in l. fin. C. de excus. & exact. lib. 12. Carauitta ritu 2. Quod procedit etiam si habenti vnum aliud detur à Principe etiam proprio motu, d. l. quisquis, & ibi Bart. C. de cohort. lib. 12. tũc enim poterit eligere, quod voluerit, Felyn. in c. ex literis, num. 18. ver. fallit. 4. de probat. Phil. Franc. in c. si is cum quo. col. 2. de filijs pre-

presbyter. in 6. ponit rationem. Limita nisi fortè duo officia essent sine administratione, l. ideoq; & ibi Bald. C. de nou. Cod. facie. vel vnum cum administratione alter sine, Bald. vbi supra. Secundo limita quando duo officia essent compatibilia, l. si Consul. ff. de adopt. Bart. in l. 1. num. 18. ff. de coll. illic. Bald. in d. §. ideoq; Limita 3. in extraiudicialibus, aut iudicialibus voluntaria iurisdictionis, si non habeant impedimentum iuris vel facti, Bart. in d. l. si Consul. vbi etiam Bald. Abbas, & Felyn. in d. c. ex literis, Roma. cons. 25. Alex. in cons. 156. num. 7. lib. 2. Limita 4. in his quæ sunt modici præiudicij, Bart. in l. iubemus. §. sanè. nu. 15. C. de sacrosan. eccles. Felyn. in c. quoniam contra. nu. 54. de probat. Matthes. sing. 1. facit quod dicebat Bart. in auth. nisi breues. C. de sentén. quod licet quis non possit esse Iudex, & Notarius, d. c. quoniam contra. Innocen. in c. cum à nobis. de testibus, id tamen fallit in caussis breuioribus, & in Vicarijs Villarum, qui cas. cognoscunt, vt per Bart. vbi supra. Quinto limita quando vtrunq; officium non esset exercendum eodem tempore, Dec. in cons. 40. nu. 2. quia sufficit habilitas tempore quo officium exercetur. gloss. in clemen. vt hi. in verbo, constitutis, de ætat. & qualit. Arct. in §. furiosus. inst. qui tut. dari poss. cap. ei cui. de præbendis in 6.

De officijs per substitutos non exercendis.
Cap. XXXIII.

OFficia omnia, omnesq; dignitates Curiæ Capitolij, & Romani Populi, quæ in Vrbe administrantur, quocunque nomine nuncupentur, per illas easdemmet personas impleantur, quibus collatio, prouisio, siue quæuis concessio facta fuerit, & nullatenus per Substitutum aliquem, quantumuis idoneum, exerceantur. Qui contrafecerit, si sit officialis ad vitam, salarium, emolumentaq; officij per integrum annum ammittat, & ipse ab officio sit suspensus, excepto Cameræ Procuratore, qui vna cum eius substitutis vrgentibus negotijs suum officium valeat exercere. Si verò officialis ad tempus, ipso iure officio, salario, & emolumentis, etiam si illud ex caussa haberet onerosa, priuatus existat. Qui vero pro substituto prædictorum se gesserit, aut inseruire ausus fuerit, pœnam aureorum quinquaginta quoties contrafecerit incurrat. Ad pœnæ autem, quibus aliqua Populi Romani officia, vel exercitia conceduntur, siue locantur, si ipsi per se non exercent; causa infirmitatis dumtaxat excepta, pariter salarium, emolumenta, & officium, etiam si illud soluta pecunia acquisiuerint, amittant; & Substituti pro eis exercentes pęna supra præscripta puniantur.

De Officijs per Substitutos non exercendis.
Cap. 33. Gloss.

Sequitur hic S. P. Q. R. Suorum maiorum vestigia; Non enim nomina officialium sunt habenda; qui per se non valent officia exercere; & ideò necesse habent aliunde emendicare iudicandi honestatem; quod maximum semper fuit Reipublicæ vitium, non eis, qui ex se, quod agendum sit sciant lites tradere; sed sinere eos quærere alios à quibus liceat discere; quæ ipsos in iudicãdo eloqui decet; vt dicebat Imper. in §. 1. auth. de iudic. & in l. nullus. 60. C. de decurionibus, & ideò P.R. hoc vitio carere voluit, dum prohibuit officia, & dignitates per substitutos exerceri. Nam ille cuius industria electa est non potest alium substituere. cap. fin. de off. deleg. Boer. in decis. 6. in fine, nisi in quibusdam casibus; vt notant Ias. & Gomes. in §. rursus. instit. de actio. per tex. in l. de pollicitationibus. ff. de pollic. Roman. sing. 664. Sed eo casu substitutus debet esse æque idoneus. l. 1. & ibi Bart. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. Corsettus in verbo, substitutus, sed substituentis periculo curię muneribus isti satisfacere possunt. l. nullus. 60. C. de decurionibus, sed stante hoc statuto non poterit per substitutum quantumuis idoneum exerceri, vt ibi.

Amittant. *Amissio officij, seu remotio ab officio non est leuis pœna, vt probat tex. in c. satis peruersum. 56. distinc. & ideò non debet imponi sine causa, Roma. per illum tex. in cons. 467. Et negligentia est iusta causa amouendi quem ab officio, Roman. d. cons. 467. in fine, Menoch. cons. 263. nu. 14. & de arbitr. quæst. 55. n. 7. per tex. in l. carceri. ff. de custod. reor. l. vlt. ff. vbi pupil. educ. deb. l. si quos. C. de offic. præfec. prætor. Quæ quidem negligentia in eo considerari potest, qui contra dispositionem statuti huius officia sua exercet per substitutos; à quibus ideò, quia negligens iustè venit amouendus per mox allegata.*

De

De Officialibus incidentibus in Brigam.
Cap. XXXIIII.

SI quis officialis etiam ad vitam sua arrogantia vel culpa in inimicitiam vel brigam incurrerit, salario careat, & emolumentis, & ab officio suspensus maneat inimicitia vel briga durante.

Vt Officia Terrarum Romani Populi, Ciuibus committantur. Cap. XXXV.

OFficia omnia terrarum, & oppidorum Romani Populi Romanis ciuibus, & non alijs committantur, & gratis: minores tamen annis triginta quinque ad ea eligi, & deputari non possint.

Vt Officiales Terrarum Romani Populi caueant de stando Syndicatui.
Cap. XXXVI.

QVicunque ad aliquod officium exercendum in terris, & oppidis Romano Populo subiectis electus, seu deputatus fuerit, cauere omnino teneatur penes acta Notarij Conseruatorum, cum fideiussoribus idoneis de stando, & parendo Syndicatui; & si ad Vrbem finito offitio redierit, sine litteris attestantibus ipsum rectè administrasse, & sententiæ Syndicorum paruisse, vltra quòd redire ad locum, & sententiæ parere teneatur, tantundem pœnæ nomine Fisco persoluat, quantum pro salario, dicto officio durante perceperit, ad quod etiã fideiussor cogi possit.

De Clericis ad Officia Capitulina non admittendis. Cap. XXXVII.

CVm Sacri Canones Clericos à secularibus negotijs arceant, nullus Clericus beneficia obtinens Ecclesiastica, vel in Sacris ordinibus constitutus, officium aliquod seculare in Curia Capitolij, vel in Palatio Conseruatorum habere, aut exercere possit; quòd si de facto, aut per ignorantiam electus fuerit, omnibus salarijs, & emolumentis careat; & si qua acceperit, restituere teneatur.

De Clericis ad Officia Capitolina non admittendis. Cap. 37. Gloss.

Clerici, & Monachi ab omnibus secularibus negotijs sunt arcendi, c. vlt. 5. q. 3. c. 1. c. ex parte 2. & c. vlt. de postulando, c. clerici. 15. & c. vlt. de vita, & honestat. cleric. Clemen. 1. eod. cap. 6. Ne Cleric. vel Mona. Aposto. Canon. 6. & 80. c. his igitur 23. distinc. c. conseq. c. episcop. c. negotiatorem. 88. distinc. Nam cum Sacerdotis officium sit nulli nocere, omnibus autem prodesse velle, non nisi pro se ipsis, vel pro sua Ecclesia sibi licitum est postulare, non autem pro alijs sese secularibus negocijs immiscere licet, c. 1. distin. 88. c. 2. ne cleric. vel Monac. & in c. sed. nec vbi probibentur esse ministri Laicorum, & officiales. Abb. in c. Sacerdotibus. post Innocen. eod. tit. Poterit benè secundum Abb. in c. clericis. eod. tit. esse Consiliarius Principis secularis, licet non debeat esse officialis Iustitia exercenda. Bald. in auth. habita in princ. Ne filius pro patre. Resta Castal. de imper. q. 107. Sed si contempto habitu Clericali illicitis se immisceant; & altercantes sint ab aliquo prouocato percussi, ille talis percutiens non incidit in pœnam canonis si quis suadente diabolo 17. q. 4. per tex. in c. cum non ab homine. 14. §. in articulo. in c. perpendimus. 23. in c. audientia. 25. & in c. contingit. 45. de senten. excommu. Clar. q. 77. ver. sed an percutiens, Viuius comm. opin. in verbo, Iudex Laicus, vt debuissent se à negotijs secularibus abstinere, vt Canones antiqui pracipiunt.

Sunt enim Sacerdotes Sal Terræ, c. sacerdotes. 93. distinc. & tenẽtur implere officia Diuina, c. si canonici. 2. c. quamuis. 8. de off. ordin. in 6. & docere populum, c. 1. distinc. 38. c. 1. in fine eadem distinc. 38. c. his igitur. §. fin. 23. distinc. c. alia causa. 16. q. 1. c. ille procul. 93. distinc. debent habere gratiam docendi, & in docendo debent esse discreti, ne aut tacenda proferant, aut dicenda taceant; Eloquentiam tamen in docendo dissimulabunt; non fugient, c. 1. §. debet 43. distinc. & c. in mandatis. c. scimus. c. ephesijs. & c. vlt. d. 43. distinc. c. 1. §. non ergo. 44. distinc. Peccata populi cum modo redarguere debent, c. ipsa pietas. §. molestus est. c. quid fauet. c. si is qui. 23. q. 4. c. non putes. c. non est. c. qui vitijs. q. 5. cap. tam sacerdotes. 24. q. 3. cap. si sacerdos. 2. de off. ordin. Nam de subditorum suorum vita rationem reddere tenentur. c. penul. & vlt. 47. distinc. apostol. canon. 38. Tenentur vigilare, & cantare in Templo, c. his igitur. §. fin. 23. distinc. c. presbyter. c. clericus. c. vlt. 91. distinc. c. vlt. 92. distinc. c. quia tua. 12. q. 1. §. de eorum: libros sacros legere, ac discere tenentur; cap. 1.

§. sacerdotes. 38. distinc. & debent habere scientiam; & obseruare canones, & regulas. c. nulli. 38. distinc. cap. recolentes de statu Monach. & c. in omnibus. de consecrat. distinc. 5. & rectè intelligere debent Sacram Scripturam. cap. vino. distinct. 37. c. non afferamus. 24. q. 1. c. quid autem. q. 3. Iurisprudentiam Medicinam, seu Physicam discere non debent. c. non magnopere. 3. c. super specula. 10. ne Clerici, vel Monachi secularibus negoc. c. vt periculosa. 2. §. fin. eod. tit. in 6. Et in summa nihil præter Deum, & eius Sanctum seruitium curare debent. c. cui portio. c. duo sunt. 12. q. 1. in quo debent stare adeo occupati; vt vix eis supersint tempora quietis naturalis, & refectionis; adimpletis præmissis; quæ implere sunt obligati.

De Electis ad officia recusantibus acceptare. Cap. XXXVIII.

QVilibet Romanus Ciuis, qui ad aliquam dignitatem, officium, aut administrationem ex pertinentibus ad Populum Romanum electus, aut deputatus extiterit, munus sibi iniunctum cum alacritate, fide, & sinceritate suscipiat, & exerceat. Qui verò cessante legitima causa recusauerit, pœnam quinquaginta aureorum incurrat, de causa autem legitima Conseruatores adhibitis Priore ac Tredecim, & viginti sex Consiliarijs cognoscant, & iudicent.

De Electis ad officia recusantibus acceptare. Cap. 38. Gloss.

De causis excusationum, & immunitatum à muneribus, & honoribus, tradit tex. in l. prætor. 13. §. duo. ff. de vacat. & excusat. mune. & prima est sexus: Nam fœminæ à muneribus, & honoribus excusantur. l. 3. §. corporalia. ff. de muner. & honor. l. 2. ff. de reg. iuris. Nisi munus talis sit, vt sexus sit capax. l. 1. §. fin. C. de mulier. l. de personalibus 5. C. de his qui nume. liber. Secunda causa est minor ætas l. ad rempublicam. 8. ff. de muner. l. 2. ff. de vacat. & excus. mun. l. 2. §. fin. ff. de reg. iur. Nisi munera sint patrimoniorum. l. rescripto. 6. §. sciendum est. ff. de muner. vel ætas sit capax, vt officij Marescalli. Tertia causa est maior ætas, vt septuagenaria. leg. maiores. 3. ff. de iure immunit. l. 3. §. quamuis. ff. de muner. l. semper. 5. ff. de iure immunit. l. 2. §. quem ita. ff. de vacat. & excus. mune. l. non tantum. 11. ff. de decur. l. si vltra. 10. C. eod. Nisi munera sint patrimonialia. l. rescripto. 6. §. sciendum. ff. de muner. l. neq; 5. C. de muneribus patrimon. vel lex municipalis statuat contrarium d. l. 5. §. legem quoq; l. 11. in fin. ff. de decur. vel nisi munera sint honoribus cohærentia. l. 2. §. numerus. ff. de vacat. mune. l. in honoribus. 8. ff. eod. vel nisi excusatione ætatis posthabita munus suscipere voluit. l. 2. §. fin. ff. de decur. l. 3. C. eod. vel nisi senes ad aliquam ordinationem requirantur. l. decurio. 41. C. de decurionibus. Quarta excusationis causa est mala valetudo. l. 2. §. quem ita. ff. de vacat. mun. l. munerum. 18. §. camelelisia. ff. de muner. l. prætor. 13. ff. de vacat. mun. l. quibusdam. 6. ff. de iure immunit. l. 2. C. qui morbo se excus. Nisi munera sine corpore impleri possint, vel podagra tantum quis laboret. l. 2. §. corporis. ff. de vocat. mun. l. à muneribus. 13. C. de decur. Nisi forte ita quis podagra laboret, vt rebus suis superesse non possit tunc enim à publicis excusabitur. l. podagre. 3. C. qui morbo se excusant. Quinta causa est Cecitas, Surditas, & Mutuitas, nam ceci, surdi, & muti excusantur. l. 1. C. eod. l. honores. 7. §. 1. ff. de decur. l. 2. §. minus. ff. de vacat. mun. Sexta causa est numerus liberorum; Nam Pater quinque liberorum muneribus excusatur. l. 2. C. de sumpt. recuper. l. eos qui 6. C. de his qui numer. liber. l. 5. C. eod. l. 3. §. quamuis. ff. de muner. Nisi munera sint patrimoniorum, d. l. 6. §. sciendum. ff. de muner. l. 2. §. quæ patrimoniorum. ff. de vocat. mu. l. neq; 5. C. de muner. patrimo. vel electus, & nominatus non appellauerit, & excusationem suam intra legitimum tempus non proposuerit. l. 1. §. 1. ff. de vocat. mune.

De officio Magistrorum Viarum. Cap. XXXIX.

MAgistri Viarum de his cognoscant & iudicent, quæ in statutis eorum officio præscriptis, & in eorum priuilegijs continentur, necnon & de his de quibus simul cum Reuerendissimo Domino S. R. E. Camerario per priuilegia & litteras Apostolicas cognoscere possunt, in quibus quidem ad Reuerendam Cameram Apostolicam reclamari seu appellari debeat. In ordinarijs autem liceat vel ad eandem Cameram appellare, seu recursum habere: vel ad Capitaneum appellationum prout appellans elegerit appellare.

Expleto

Expleto officio tam ipſi, quàm eorum Aſſeſſor, Submagiſtri, & Notarius per ſyndicos Senatoris, & Iudicum ex buſſula pro tempore extrahendos ſyndicentur. Ipſorumq; Magiſtrorum Aſſeſſor, & Notarius taxas mercedum, & ſportularũ iuxta præfinitum modum, ſiue Tabulam infra cap. 91. de Viaticis Iudicum, & ſalario Aſſeſſorum, & cap. 97. de mercede notarij Magiſtrorum Viarum obſeruare teneantur: & ſi vltra quid acceperint, eandem pœnam incurrant, quàm alij Iudices, Aſſeſſores, & Notarij Capitolini incurrunt.

Si pro vijs dirigendis, aut plateis ampliandis, vel conſtruendis, aliquas ſolutionum impoſitiones, quas taxas appellant, fieri contingat, formam in litteris Summorum Pontificum, & præcipuè fe. re. Iulij III. Pij IV. & Pij V. & S. D. N., Domini Gregorij XIII. in fauorem Po. Romani contentam, reſpectiuè ſeruare teneantur.

Si opus aliquod ad reparationem, ſiue ſubſtructionem Viarum, aut Pontium, vel ſimilium, tam intra quàm extra Vrbem faciendum ſit: pro quo ab adiacentium prædiorum Dominis contribui debeat, hanc formam omnino ſeruare teneantur.

Opus ipſum faciendum in primis diligenter à Ro. Populi Architectore inſpiciatur, de quo ipſe ichnographiam ſiue plantam ſumere debeat, & per ipſum impenſa neceſſaria diligenter calculetur, quo facto de ipſorum Magiſtrorum, & duorum Nobilium ad id à Populo quotannis deputari ſolitorum, mandato, omnes & quicunq; intereſſe habentes, per publicum edictum, etiam in loco reparando publicandum, & inibi affigendum, & qui certi erunt, etiam per Mandatarium, & in ſcriptis dimiſſa cuique ipſorum, ſaltem in manibus domeſticorum, vel vbi non fuerint, in oſtio domus affixa breui ſchedula, pro certa die, & hora, & cum cauſæ expreſſione, conuocentur in Palatio Conſeruatorum, vel alio commodiori loco. Illiſque coadunatis, cum interuentu Domini Clerici Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Viarum pro tempore Præſidentis, ac Capitis illius Regionis vbi opus eſt faciendum (ſi intra Vrbem ſit) neceſſitas exponatur, operis formula demonſtretur, & impenſa neceſſaria declaretur. Quo facto ipſi Conuocati, quattuor, aut ſex ex eis eligant, qui in taxatione facienda debeant interuenire: Quòd ſi prędicti ad taxam deputati vocati pro certa die, & loco ad taxam faciendam, venire ceſſauerint, aut alter ceſſauerit; poſſint Magiſtri cum duobus illis à Populo electis, habita in ſcriptis Mandatarij relatione, cum ſolis venientibus, ad taxam deuenire, quę per eundem Clericum Præſidentem Viarum, ſubſcribi debeat, vltra Magiſtratorum Deputatorum, & Electorum ſubſcriptionem. In prima autem Congregatione, Depoſitarius vnus de intereſſe habentibus, vel alius Congregationi beneuiſus, eligatur; penes quem pecuniæ exigendæ deponantur, quæ non aliter per ipſum Depoſitarium ſoluantur, quàm de mandato Magiſtrorum, ſubſcripto ab eodem Clerico Præſidente Viarũ, & ab vno alio ex Deputatis ab intereſſe habentibus, qui notam, ſeu rincontrum retinere teneatur. Depoſitarius verò aliter ſoluens, de ſuo ſoluiſſe intelligatur. Ante tamen quàm opus faciendum locetur, capitula ab ipſo Architectore fiant, confirmata à dictis duobus Deputatis à Populo, & à duobus alijs electis ab intereſſe habentibus, in quibus contineatur qualitas, & quantitas operis, forma, & ex qua materia opus faciendum ſit. Quo facto ponantur edicta in ſcriptis, affixa in vijs, plateis, & compitis capitula prædicta continentia, ad hoc, vt Redemptores operum concurrere poſſint, qui oblationes per ſchedulas clauſulas, & ſigillatas, Notario exhibeant: quibus diligenter viſis, prædicti Magiſtri, Deputati, & electi, illi opus faciendum locent, qui meliorem conditionem obtulerit, dumtamen idoneè caueat ſe opus prædictum iuxta Capitulorum formam perfecturum.

Caueant autem Depoſitarij, quicunque erunt, necnon Magiſtri, Deputati, & Electi, ne pecunias ad vnum opus paratas, in aliud etiam ſimile vertant, aut ſolui mandent; ſcientes ſi contrafecerint, ſe de ſuo inſolidum reſtituturos.

Si qua loca ex directionibus Viarum, aut aliàs vacua remanebunt, quæ vicinis, aut alijs concedi poſſint, aut ſi qua cœmenta, lapides, ligna, tegulæ, lateres, marmora, columnæ, aut ſimilia, necnon, & ferramenta omnia ex ruinis faciendis, ſupererunt: Ea omnino bona fide plus offerenti vendantur, & pretium in opere faciendo, ad exonerationem intereſſe habentium conuertatur: ita vt de pretio extrahendo prius Dominis olim loci diruti (ſi ipſi maluerint) ſatiſfiat, & nullatenus commodo Magiſtrorum cedat. Architectoris verò merces ex pecunijs conferendis ſoluatur.

In venditione autem locorum prædicto-

rum, Vicini omnino ceteris præferantur. Sed & si loca aliqua antea publica, ex viarum directionibus, aut constructionibus vacua remaneant, quæ per se, vel ad ædificandum, aut ad colendum vtilia sint: illa plus offerenti vendantur. Vicinus tamen ceteris pro eodem pretio præferatur. Vbi verò ita angusta sunt, vel ex quauis alia causa, alijs quàm Vicinis inutilia: tunc vt decori publico consulatur, cogantur Vicini pro modo Regionum illa emere, pretio per duos Peritos extimando: quod conuerti debeat, vt supra.

Pecuniæ omnes quæ tam à Plaustrarijs siue Carrectterijs, quàm ex Apothecis Artificum siue negotiatorum ab ipsis Magistris viarum exiguntur, in aliam causam quam in viarum purgationem nullatenus conuerti possint: excepta tertia parte pecuniarum, quæ à Carrecterijs exiguntur, quàm in partem emolumentorum officij sibi retinere possint.

Insuper quoties vias lapidibus, aut lateribus siue silicibus, aut similibus sterni contigerit, teneantur Magistri per octo dies ad minus antequam opus aggrediantur, Dominis domurum, aut illis qui pensiones illarum exigunt, necnon & Inquilinis per Mandatarium Curiæ cum dimissione schedulæ in scriptis, iuxta formam supra traditam denunciare quid in illa via facere intendant, vt veniant, & causam (si quam habent) rationabilem allegent, cur id fieri non debeat: Et si ipsi per se opus designatum facere voluerint, illud intra tempus competens per Magistros assignandum facere debeant: quo elapso, illis non implentibus, Magistri ipsi opus huiusmodi facere, & prosequi possint.

Curent autem Magistri, vt Fabri murarij in vijs sternendis, neque de nocte operentur, neque veteres lateres, & diminutos, nouis immisceant; sed summopere studeant, vt opus lateritium nouis lateribus bene coctis; & tam ipsum lateritium, quàm silicium, & cuiuscunque alterius generis; optima calce, & arena bene cómixta atque subacta conficiatur: alioqui eosdem ad opus de integro suis sumptibus faciendum cogant; & in pęnam aureorum decem in quolibet casuum præmissorum cōdemnent: cuius poenæ pars tertia accusatori, seu secreto denunciatori (etiã si operis particeps esset) reliquum locis pijs applicetur.

Præterea nullo modo permittant letamina, aut immunditias in Vias, Plateas, aut loca quæcunque intra moenia Vrbis proijci, aut proiectas à quoquam retineri, aut vias publicas siue vicinales à quoquam claudi, aut occupari, sed clausas, aut occupatas illico aperiri mandent: sed & illud prohibeant ne per vias & plateas Vrbis (præsertim verò tempore æstiuo) aliqui ignes maximè rerum maleolentiũ fiant: alioqui contrauenientes in quolibet casuum prædictorum, ad poenam aureorum decem plus, minus eorum arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitatem, applicandam, vt supra, & ad eam soluendam cogant. In quibus omnibus casibus, si in condemnando, & exequendo negligentes fuerint, de suo soluere in syndicatu teneantur.

Postremo Magistri viarum, & submagistri omnino caueant ne à Fabris murarijs, quibus ex quacunque materia, & in quacunque forma, vias seu Plateas, intra vel extra Vrbem sternendas, locant, seu sternendi facultatem concedunt, aliquid vllo modo sub quouis prætextu aut colore, per se ipsos, aut interpositas personas, etiam si esculenta & poculenta sint, accipiãt, ipsique Fabrimurarij ne dent aut promittant: alioqui tam ipse dans & promittens, quàm ipsi Magistri & Submagistri poenam aureorum centum vice qualibet incurrant. Et insuper ijdem Magistri & Submagistri de hoc ipso etiam in syndicatu condemnari debeant. Ad accusandum autẽ tam dantes, & promittẽtes, quàm recipientes, ipsi etiam Fabrimurarij qui dederunt vel promiserunt admitti possint: & si plures sint huius criminis socij, qui ex eis accusando, seu deferendo præuenerit, & probauerit, impunitatem consequatur; & nihilominus tertiam partem poenæ lucretur. Qui verò ex Fabrismurarijs condemnati, poenam intra Mensem non soluerint, fustibus per Vrbem cæsi, in exilium mittantur. De præmissis quoque, durante etiàm Magistrorum officio, ab Illustrissimo & Reuerendiss. S.R.E. Camerario, siue Reuerẽdo Clerico Camerę Apostolicæ Viarum Præsidente, cognosci possit.

De Officio Magistrorum Viarum.
Cap. 39. Gloss.

Ad istos spectat interdictum. ff. ne quid in loco publico, & l. 2. §. viam publicam. ff. eod. & l. 1. & toto tit. ff. de via publ. & facere debent, vt frui possit, & vt quis à nemine vti rectè prohibeatur. l. 1. ff. de loco pub. fruen. l. 2. §. fin. ff. ne quid in loco publ. l. per agrum. C. de seruitut. Et vt aperiatur via publica, reficiatur,

ciatur, & purgetur. l. 1. ff. de via public. & §. 1. & vt quis ante suas ædes vias publica construat. l. 3. §. construat. ff. de via public. & quod nihil in viam publicã proijciatur, seu ponatur. l. 3. S. studeant. ff. de via publ. & ff. ne quid in via, vel itinere publico fiat. Et curare debent, ne quid in Cloacis publicis fiat, l. 1. §. penult. & vlt. ff. de Cloacis, & quod loca publica à priuatis non detineantur. l. si legatum. 5. §. fin. ff. de oper. public. Sed via publica non est in agrum vicini reijcienda. l. si in agrum. 4. ff. de via public. Nisi forte via publica amissa sit, tunc enim vicinus per agrum suum viam præstabit. l. si locus. 14. §. fin. ff. quemad. seruit. amitt. Et viam publicam nemo potest exarare, d. l. 4. in fine. ff. de via publ. à sententijs istorum appellatur ad Capitaneum, vt in d. statuto in princ. ibi vel ad Capitaneũ Appellationum.

De Officio Magistrorum Iustitiariorum. Cap. XL.

MAgistrorum Iustitiariorum iurisdictio, sit & esse intelligatur circa lites, quæstiones, & differentias, quæ inter vicinos oriũtur de sepibus, foueis, siue fossatis, limitibus, vijs vicinalibus, seruitutibus actus, itineris, vel viæ, vinearum, & arundinetorum existentium intra vel extra Vrbem cum annexis; & dependentibus à prædictis, & de furtis & damnis datis in vineis, & arundinetis prædictis, vel illis annexis, & non aliàs; nec de rebus alijs. In his autem casibus summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, procedere & cognoscere possint, & debeant; & ab eis ad Capitaneum appellationum appelletur, ipsorumque Assessor, & Notarius taxam mercedum infra describendam, vt alij Capitolini, seruare teneantur.

Statuta eis tradita, siue edicta per eos emittenda, & in fine huius voluminis descripta, inuiolabiliter obseruare teneantur: quoties contrauenerint, pœnam vigintiquinque aureorum incurrãt, pro tertia Accusatori, & pro reliquis partibus Palatio Conseruatorum, applicandam. Et eorum officio finito, tam ipsi quàm eorum Assessor, & Notarius per Syndicos Senatoris & Iudicum ex bussula pro tempore extrahendos syndicentur.

Licentiam vendendi per Vrbem, aut in apothecis, vel plateis vuas escarias, vt Apianum, siue Muscatellum, Gattolacium, Dactilitem, siue Corneam, aut Corinthiam, siue Passarinam, neque aliam vuarum speciem ad comedendum sine expresso voto Conseruatorum alicui concedere non valeant: vt iuxta qualitatem annorum, & temporum, saluti corporum, & vini vbertati consulatur.

Pro damnis datis in Vineis, Arundinetis Sepibusq; earundem, & Terrulis illis annexis, quos Sodos vocant, sepibus tamen seu fossatis vel muris circundatis, & à Dominis custoditis tam pro interesse Dominorum dictorum locorum, quàm pro pœna in eorum edictis comminata, non nisi ad querelam Dominorum dictorum locorum procedere possint. exceptis furtis factis in Vineis, & Canetis à Dominis custoditis: in quibus furtis etiam ex eorum officio procedere possint: in alijs verò locis non custoditis nullatenus procedant: si contrafecerint, processus per eos formandus irritus sit, pœnamq; aureorum Quinquaginta incurrant; partiq; ad restitutionem damnorum, & interesse teneantur.

Pro licentijs in scriptis, iuxta memoratorũ edictorum formam, ab eis dandis, & concedendis Pomarijs seu Fructarolis, aut quibuscunque alijs vendendi fructus, & poma quæcunque, aut vuas cuiuscunque generis maturas, vel accerbas (quas Agrestam dicimus) & pro portandis ad vendendum in publicis Plateis, seu certis emptoribus Arbores fructiferas vel insitas, vel etiam pro licentijs eundi, & redeundi ad pascendum, Caprarijs dandis: nihil omnino recipere possint: sed illas, quo ad fructus poma, vuas, & Arbores prædictas, omnibus habentibus licentiam à Dominis prædiorum vnde illas afferunt, vel à Rectoribus locorum vnde illas extrahunt, si Aduenæ sint, gratis & sine aliqua solutione omni mora postposita dare teneantur. quod si aliquid receperint, aut præmissis quouis modo contrauenerint, ad restitutionem dupli teneantur, & pœnam vigintiquinque aureorum, toties quoties contrafecerint, incurrant, & de his etiam in syndicatu rationem reddere, & syndicari debeãt per Syndicatores prædictos.

In pœnis per eos in eorum edictis contra trãsgressores imponendis, & cominandis, non possint metam vigintiquinque ducatorum de carlenis excedere: quarum tertia pars accusatori vel denunciatori, tertia eorum officio, & reliqua fabricæ Palatij Conseruatorum applicetur. Quicquid secus fecerint, irritum sit & inane.

Notarius ipsorum Magistrorum (vt omnis

fraudis

fraudis suspicio cesset) denunciationes, accusationes siue querelas omnes, in vno libro aptè composito, & paginis numeratis, statim cum deferuntur, describere debeat, & in cuiusque margine cassationes siue abolitiones vel condemnationes cum die & causa adnotare.

Item in alio libro similiter composito Testium dicta & depositiones, separatim tamen quæ ad Ciuilia, ab his quæ ad Criminalia negocia pertinēt, describere & adnotare debeat, & nullatenus in folijs seu chartis dissolutis, alias in quolibet casuum prædictorum pœna ducatorum auri decem incurrat, & partibus ad interesse teneatur.

Scripturas omnes successori in officio per inuentarium consignare teneatur: ipse verò successor inuentarij huiusmodi copiā authenticam in Archiuio Romani Populi reponere debeat: qui contrafecerit, pœnam supradictā incurrat, & partibus ad interesse pro deficientibus vel deperditis scripturis vt supra teneatur.

De officio Magistrorum Iustitiariorum. Cap. 40. Gloss.

Et ab istorum sententijs appellatur ad Capitaneum appellationum; quid spectet ad eos, tradit Statutum in princ. cum quo conueniunt, quæ de rebus priuatis tam proprijs & communibus, quàm alienis disponunt communia iura, vt puta interdictum de itinere actuq. priuato, de quo tex. in l. 1. §. 1. ff. de itinere actuq. priuato, & toto tit. ff. eod. Item interdictum de itinere actuq. reficiendo. l. inde etiam. 3. §. ait prætor. ff. eod. cum similibus, & de iniurijs, & damno dato, de quibus per Speculat. d. tit. de iniurijs, & damno dato.

De arte Bobatteriorum. Cap. XLI.

ANtiqua & nobilis ars Agriculturæ, seu Bobatteriorum in suo robore maneat, liceatq. hominibus de dicta arte condere Statuta, prout hactenus consueuerunt, & prout illa nunc habent etiam à summis Pontificibus confirmata, quæ & obseruare teneantur ac Senator in exequendis edictis, mandatis, & sententijs ab eis latis, auxilium & fauorem præstare teneatur.

De arte Bobatteriorum. Cap. 41. Gloss.

Antiqua, & nobilis artis Agriculturæ maximè fauent antiquæ leges, & nouæ. Nam multa illius causa videmus priuilegia Agrorum cultoribus concessa. Et vnum illud præcipuum à Constantino concessum legimus; quod executores ad exigendum debita dati, non possint abstrahere seruos, boues aratorios, nec rusticalia instrumēta, in l. executores. C. quæ res pig. oblig. poss. inter quæ instrumenta connumerantur etiam frumentum, & alia parata ad seminandum. l. item fundi. §. seminarios. ff. de vsufruc. vbi Angel. l. quæsitum. §. item nonnullis. ff. de fund. instr. l. instrumenta fundi. ff. de fundo instr. & rectè quidem: nam hinc mortalium vita pendet; Immo lege Attica vetitum fuit boues aratorios mactari, teste Plinio. lib. 8. c. 45. & quendam Romæ exulare iussum, qui bouem aratorium occidi fecit, dicit idem Plinius, quem refert Cuiac. lib. 4. obseruat. iuris, c. 20. quo loci & alia egregia de hac re scribit; & Pittagoras teste Ouidio Metamorf. lib. 15. inuehit contra occisores bouis aratorij. In Etruria adest lex, quod non possint occidi, nisi quādo sunt ad arandum aliquo casu inhabiles effecti; desuper adhibita per Iudicem causæ cognitione ad instantiam Dominorum. Et sub die 29. Iulij 1610. ex pia ac paterna prouidentia Sanctiss. D. N. Pauli V. in Vrbe est publicata lex; quod boues aratorij, vel apti ad arandum non possint emi, nec vendi ad effectum macellandi sub pœna amissionis, & scutorum quingentorum pro emptore, & venditore; quæ lex est magnopere laudanda, & perpetuo obseruanda pro sustentanda subditorum totius status Ecclesiastici hilari vita. Pœna autem quæ sit contra executores sancita non legitur in d. l. executores, sed est arbitrio Iudicis per Imperatorem dimissa in illis verbis ibi: æstimando à Iudice supplicio subigetur. & Plotus in l. si quando, nu. 712. C. vnde vi, dicit posse per Dominos propria manu recuperari, ex sententia Ias. in cons. 20. lib. 3. Nam executori iniustè, & iniquè exequenti potest resisti, vt dicit ibi Ias. col. 3. ver. præterea officiali. Et dispositio. l. executores procedit; & si nulla alia adsint bona, super quibus exequutio fieri possit, vt senserunt Petr. Cyn. Alber. & alij in d. l. exequtores, Negusant. de pignor. par. 2. mem. 3. n. 49. quia ratio illius legis est impedimentum culturæ; quod prouenit ex executione facienda super rebus ad vsum agriculturæ destinatis. Qua ratione subsistente procedit etiam si in specie ipsemet agrorum cultor ex conuentione expressa, hæc pignori supposuisset, vt sentit Bart. in d. l. exequutores. &

Ne-

Neguſ. d.nu.49. ex l.pignorum. C.quæ res pig. oblig. poſſ. & nullus credens agricolæ poteſt tenere illius terram. §.1. & per totam. auth. nullum credentem, vbi glo. in verbo, in omnes plura dinumerat Agricolæ priuilegia in conſiſt. Friderer. II. Imperatoris poſita poſt vſus feudorum. tit. de ſtatutis, & conſuetudin. incipien. Nos Fridericus Romanorũ Imperator. §. Agricultores. diſponitur, quod Agricultores, & circa ruſticitatem occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint quacumque parte terrarum, ita vt nullus inueniatur tam audax, qui perſonas, vel boues, agrorum inſtrumẽta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad operam ruſticalem pertineat inuadere, capere, aut violenter auferre præſumat, ſub pœna quadrupli infamia, ac etiam imperialis animaduerſionis, & hanc conſtitutionem approbauit Honorius, ac ſub pœna excommunicationis ſeruari mandauit ibi in §. Nos verò Honorius. Eſt enim ars iſta agriculturæ omni priuilegio, ac omni laude digna, cum ab ea pendeat omnium mortalium vita; ac inſuper (quod omni honore, ac omni laude digniſſimam facit) nobis tribuit materiam, qua ſacramenta conficiuntur, Panem ſcilicet, Vinum, & Oleum.

De Conſulibus Artium. Cap. XLII.

QVodlibet Mercatorum Artificum, & Negotiatorum licitum collegium duos Conſules, vnum Camerarium, & vnũ Notarium habere debeat: qui Conſules & Camerarius de ipſo collegio eſſe debeant, & ſint Apothecarum domini, vel ſocij in capite: Ipſique Conſules plenam habeant poteſtatem cognoſcendi, & terminandi omnes quæſtiones cauſarum ciuilium, vertentes tantummodo inter ipſos homines de arte, & de rebus ſpectantibus ad ipſam artem, ſuper quibus ad eos recurſum fuerit: & nullum qui de dicta arte non ſit, & de re quæ non ſit de eadem arte, ad litigandum coram ipſis, cogere poſſint: illæ autem hoc caſu intelligantur artes, quæ fuerint artium capita, membra autem ſub capitibus contineantur.

De Conſulibus Artium. Cap. 42. Gloſſ.

Non ex qualibet cauſa ſunt Conſulatus conſtituendi. l.1. in princ. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. l.1. in princ. ff. de colleg. & corpor. l. Collegia. 3. ff. eod. In Vrbe enim adſunt multi non ſolum ſine cauſa, ſed cum cauſa publico damnoſa. Inſimul enim conueniunt ſub ſpecie Religionis, & ibi tractant de modo carius vendendi, olera, poma, fructus, & alias eorum merces, & in hoc ſe ſe cum aliquo eorũ vniuerſitatis damno, vt totius Vrbis ſint damnoſi, continuò adiuuant, contra tex. in l.1. §.1. ff. de Collegijs, & in l.2. ff. de extraordin. crimin. Ergo aduerſus nouam horum malorum hominum auaritiam dignum ſide conſtantiaq. Romana eſſet aliquod conſilium capeſſendum. Vſu enim probatum eſt leges egregias, exempla honeſta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Argentarij enim, & Mercatores poſſunt habere Conſulatum: quia eorum opera reipublicæ vtilis experitur propter commercium. l. nobiliores. 3. & toto tit. C. de commer. & mercator. quorum numerus antiquitus præfinitus erat, vt per tex. in l.5. C. eod. & de ijs qui ſupra numerum additi ſunt, eſt tex. in l.1. §. quod autem. C. Collegiatis.

De Statutis Artificum Senatori, & Conſeruatoribus exhibendis. Cap. XLIII.

COnſules Mercatorum, & aliarum omnium Artium, ſtatuta eorum cum primum ea fecerint, & deinceps in fine cuiuslibet quinquennij Senatori, & Conſeruatoribus approbanda exhibere teneantur; & illis ante eorum approbationem minimè vti poſſint. Quæ autem ab eiſdem Senatore, & Conſeruatoribus approbata fuerint, pro approbatis habeantur. Dum tamen ſint licita & honeſta, & non ſint in detrimentum reipublicæ, ſeu contra præſentia Vrbis Statuta, & Monopolium non contineant: quod in ipſa approbatione exprimi debeat. Iis verò caſibus, etiam ſi expreſsè approbata eſſent, nolumus aliquo modo valere, nec eis vti poſſe.

Caſſamus autem, & abolemus, & pro caſſis & abolitis haberi volumus omnia & quæcunque ſtatuta: ſupraſcriptorum omnium Artificum, tam facta quàm facienda, in quibus quoquo modo Conſules ſeu Camerarius earũdem artium, ex quacunque cauſa facultatem imponendi aut exigendi collectam, aut quamuis aliam ſolutionem: ab hominibus, & famulis dictæ artis, habebant vel habent.

Quòd ſi forte aliquando vrgens neceſſitas collectas, aut taxas huiuſmodi imponendi imminéat, non alio quàm ſequenti ordine imponi, aut exigi poſſe mandamus. In primis vocentur omnes, & ſinguli de vniuerſitate ſeu arte,

arte, quibus huiusmodi impositio facienda, est, per Mandatarium in scriptis, pro certa die & hora & loco, expressa etiam causa, pro qua vocantur personaliter, si reperiri poterint: sin autem dimissa schedula in manibus domesticorum, quibus conuocatis, assistente Deputato à Conseruatoribus, causa necessitatis exprimatur, & si duæ tertiæ partes venientium, id opportunum, aut necessarium fore censuerint: tunc ad Conseruatores eatur, vt statim dicetur: consensus autem per vota secreta, nempe per pillulas vel fabas, per Notarium dictæ artis assistētibus tribus, aut quattuor ab ipsa vniuersitate eligendis, vt fraudi locus non relinquatur, colligi debeat, quo facto negotium ad Conseruatores deferatur: Qui de causa, an legitima sit, conuocatis Capitibus Regionum, & secreto Consilio cognoscant, & si à dicto Consilio approbata fuerit, deputetur ab ipsa Vniuersitate Depositarius, qui dictas pecunias recipiat, & de exactis & expensis rationem reddat, tam ipsi Vniuersitati, quàm Conseruatoribus, siue vni Nobili ab eis deputando, nec in aliam causam expensum admittatur, quàm in eam, quæ ab initio fuerat proposita & approbata. Qui in præmissis aut eorum aliquo contrauenerit, pœnam quinquaginta aureorum, fabricæ Palatij Conseruatorum applicandam incurrat, & duplum parti restituat.

Item prohibemus dictis Consulibus, & Vniuersitatibus, ne pro matriculandis aut approbādis Magistris, seu pro danda facultate exercendi artem quamcunque, audeant vel præsumant quicquā, publicè vel occultè ab examinando vel approbando recipere, aut exigere: sed habiles statim cum eos habiles repererint (vbi Ars peritiam requirit) admittant: si cōtrafecerint pęnam vigintiquinque aureorum, vt supra applicandam incurrant, duplumq; læso restituant. Notario tamen licere volumus pro fide & matricula, vsque ad duos Iulios, & non vltra à quolibet recipere, sub pœna prædicta.

Cassamus item, & irritamus quæcunque statura prædicta, per quæ pœnæ, ant pęnarum pars Consulibus, Camerario aut Notario applicantur: sed eas omnes locis pijs, & ad pium vsum applicari volumus. Qui contrafecerit, pęnam prædictam, vt supra applicandam, incurrat.

Cassamus pariter & annullamus omnia eorum statuta, quæ prohibent opus cœptum ab vno Magistro, alium prosequi aut explere posse, primo inuito, aut antequam primo sit satisfactum, Qui contrafacere ausus fuerit, eandem pęnam, vt supra applicandam incurrat.

Item & omnia statuta, quæ prohibent nouam apothecam aperiri prope aliam, nisi distet ab ea certo cannarum numero vel spatio, similiter cassamus & improbamus. Qui contra tentare ausus fuerit, pęnam prædictam, vt supra applicandam incurrat.

De Statutis Artificum Senatoris, & Conseruatoribus exhibendis. Cap. 43. Gloss.

Non est ideò ex hoc prouisum Artificum fraudibus; sufficit enim ad illas exercendas, quod possint simul conuenire, & tractare quid agendum sit; & id quod ibi deliberant executioni demandatur absque eo quod Senator, & Conseruatores sciant eorū deliberationes contra Rempublicam damnosas: nam hæ non scribuntur, neque in eorum statutis de eis disponitur. Eis enim ex non scripto ius venit, quod eorum pessimus vsus inter ipsos ad publicum damnum approbauit, & vt Lacedemonij magis ea quæ pro legibus obseruarent, memoriæ mandant, & memoria monopolia, & alia reipublicæ damnosa ad libitum exercent in hac Vrbe, quasi illius Domini, & Primates non possint eis imperare, scio causas; sed placet reticere.

Vt Officiales Artium sint Annales. Cap. XLIIII.

Consules, & Camerarij artium, metam anni in eorum officijs excedere non possint, nullusq; ad dicta officia eligi debeat, nisi eam artem per annum ad minus publicè exercuerit; nec vllus elapso anno confirmari, aut de nouo ad dicta officia, nisi biennium intercesserit, eligi possit.

Vbi ius dicant Consules Artium. Cap. XLV.

Consules Artium, ius dicant in Portico Palatij Conseruatorum, & in locis sibi assignatis, vel assignandis: nulliq; eorum liceat in proprijs domibus ius dicere, nec alibi quàm in proprio Tribunali, Notarius vllo modo illis assistat; alioqui acta sint irrita, & tam ipsi quàm Notarius pęnam aureorum decem vice qualibet incurrant.

De

De ponderibus. Cap. XLVI.

OMnes Mercatores, Artifices, & negotiatores Vrbis, & quiuis alij, qui ad pondus vendunt, aut permutant, ad appendendum omnia quæ ad vsum humanum necessaria fuerint, aut quomodolibet opportuna, vna eademq; libra (nempè vnciarum duodecim) vti debeant: quæ libra siue lancibus appendatur: Singula pondera, siue Statera ipsum marcum solito signo Dohaneriorum signata sint; dictumque signum bis in anno renouetur: Iisdem autem ponderibus, quibus in Vrbe Ciuitates omnes Oppida, & Castra, de districtu vti debeant, liceat illorum signa renouare non teneantur in Dohana.

Lanij, Pistores, Salsamentarij, Piscarij, Pomarij, & reliqui omnes Artifices, & Negotiatores, & demum omnes qui ad pondus vendunt, dum in eorum domibus, apothecis siue apothecarum scamnis, seu mensis, aut in lapidibus vendunt; pensiles stateras cum sustinente annulo habere debeant: & omnes qui volunt ad maiora pondera vendere, maiores stateras habere debeant; stateræ autem maiores ad huiusmodi maiora pondera appendenda quattuor libras pro centenario librarum emptori plus tribuant. Qui in aliquo ex præmissis contrafecerit, & quoties, pœnam aureorum viginti quinque incurrat.

Extraordinarij maiores etiam de prædictis inquirere possint, & quoscumque etiam quouis priuilegio se exemptos esse prætendentes, visitare; & si pondera non æqua aut imminuta, vel non signata, aut aliàs vitium, vel fraudem siue in ponderibus, siue in lancibus, siue in stateris deprehenderint maiori Gabellario siue alijs, ad quos de huiusmodi re inuenta pertinet, deferant, & pœnæ tertiam partem lucrentur.

Muliones, ceteriq. vectores fœni, dum nouũ fœnum ad Vrbem portant, salmas minoris ponderis librarum trecentarum, demptis retibus, & funiculis, ferre non possint: alioqui fœnum & animalia illud vehentia amittant, si sua sint; sin minus, tribus funis ictibus pœna plectantur: Nec eis liceat aliquã fœni vel paleæ portionem, sibi facere vel assumere, sed totum sit Domini: alioqui pœnam aureorum duorum vice qualibet, & pro vnaquaque salma incurrant.

De mensuris. Cap. XLVII.

RVblitella (quæ Rubli dimidia pars est) frumenti, hordei, leguminum, & similiũ, qua in Vrbe vtimur, & cuius marmorea mensura in Capitolio conseruatur, omnes Ciuitates, Castra, & loca de districtu Vrbis etiam forte exempta, in vendẽdo, & emendo vti debeãt: qui contrafecerit; si Ciuitas, ducentorum; si Castrum vel Terra, cẽtum; si particularis persona, quinquaginta aureorum pœnã incurrat.

Calcis quoque & salis rublitellæ iustæ esse debeant, secundum marmoreas formulas, quæ in Capitolio seruantur; quæ quidem Rublitellæ omnes tam frumenti & aliarum rerũ, quàm etiam calcis sigillo Doganæ; salis vero Cameræ Apostolicæ & Populi Romani sigillis signatæ esse debeant: alioqui illis in vendẽdo vtens pœnam viginti quinque aureorum incurrat, & damnum parti læsæ resarciat: Calcis autẽ mensuratores per Conseruatores debeant approbari.

Congitella quæ Congij dimidia pars est tam vini quàm olei, sint exactæ mensuræ cum illis marmoreis, quæ in Capitolio seruantur, & debeant esse vt supra per Dohanerios signatæ, sub pœna prædicta. Quibus congitellis tam Ciues & Incolæ Vrbis, quam Ciuitates, Terræ, & Castra prædicta, in vendẽdo & emendo vti debeant: qui contrafecerint, pœnam de qua supra in Rublitella diximus, incurrant.

Salma vini, est congitellarum viginti quattuor; & cum qualibet congitella consistat ex petittis siue buccalibus quattuor, erit salma cadorum seu barilium trium: vnumquodque vero barrile est buccalium triginta duorum; salma autem musti est congitellarũ viginti sex.

Nullus qui vinum aut oleum, frumentum, hordeum, aut quæuis alia vendit ad mensurã, alia mensura vti possit, quàm sigillata sigillo Dohanæ, quod debeat singulis sex mensibus renouari: qui contrafecerit, pœnam de qua in capitulis Gabellarij maioris, incurrat.

Barrilarij omnes Phalangarij, seu Fachini & alij quicumque, qui barrilibus vtuntur, ac etiam illi, qui in vindemijs mustum deferunt, barrilia iustæ mensuræ habere debeant, & sigillata sigillo Dohanæ; alioqui pœnam aureorum viginti quinque quoties contrauenerint, incurrant. Liceat tamen Mulionibus, & alijs qui vinum à conuicinis ciuitatibus, terris & locis ad Vrbem ad vsum particularium personarum, & non pro mercimonijs siue Magazze-

gazzenis aduehunt, pro vecturæ vtilitate, barrilibus maioris mensuræ vti; non tamen minoris, quibus maioribus sigillum prædictum adhibere non oportet.

Tabernarij, ceteriq. omnes, qui vinum minutatim vendunt, has mensuras in eorum tabernis sigillatas sigillo Dohanæ habere debeant. Videlicet Petittum siue Buccale, Medium, quod est, Buccalis dimidia pars, Foliettam, quæ est Buccalis pars quarta, & semifolietram; quarum mensurarum vascula sint angusto ore & modicum rostrata, iuxta eorum formas æneas, signo Populi Romani impressas, Dohanerijs tradendas, alioqui pœnam incurrant in Constitutionibus maioris Gabellarij expressam: qui vero semifolietta caruerit, aut cum ea vendere recusauerit, pœnam aureorũ quinque vice qualibet incurrat.

Olearij, qui oleum minutim vendendum per Vrbem deferunt, teneantur secum non solum Medium, sed Foliettam quoque oleariã, solito signo signatam, perferre, & cum ea petentibus vendere; alioqui aureorum quinque vice qualibet pœna mulctentur.

Aquarij, qui aquam per Vrbem vendendã afferunt, habere debeant cupas siue cupellas mensuræ ad minus quartæ partis barrilis, ita vt sint singulæ buccalium octo, quæ debeant esse signatæ signo Magistri, qui eas confecerit; alioqui ipsi Aquarij cupas perdãt, & duorum aureorum pœna mulctentur: quod si signatæ signo Magistrorum, minoris mensuræ repertæ fuerint, pœna Magistro duplicetur, & nihilominus Aquarius puniatur vt supra.

Puteolanarij, siue Arenarij puteolanam in bigontijs deferentes, habeant bigontios signatos sigillo Romani Populi, gratis per Conseruatores imprimendo, vt sint iustæ mensuræ: Deferentes autem eam in saccis, debeant habere saccos iustæ mensuræ, nempe longitudinis palmorum sex, & latitudinis palmorum duorum: qui sacci debeant esse signo Domini ipsorum signati; alioqui saccos & bigontios amittant, & pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant.

Cuparij, siue Fabrilignarij, qui barrilia cupas aquarias, & bigontios arenarios faciunt, ea iustæ mẽsuræ, aut maioris fabricare teneantur, minoris autem nullo modo conficiant. Cũ primum vero huiusmodi vasa perfecerint eorum proprio sigillo, quod sibi quisque elegerit ignito in tympanis vel lateribus signare teneantur. Formam autem sigilli prædicti cum eo vti voluerint, singuli Notario Cameræ Vrbis, qui illam custodiendam gratis recipiet, deferre debeant: Qui contrafecerit, amittat omnia vasa, quæ in eius apotheca non signata, aut minoris mensuræ reperientur, & pœnam aureorum quinque vice qualibet incurrat.

De Ponderibus. Cap. 46. & De Mensuris. Cap. 47. Gloss.

Pondera iusta habeantur dicit Dominus Leuit. 19. Deuter. 25. Qui enim pondera, aut mensuras falsauit, vltra quod committit contra præceptum Dei, de quo supra; tenetur ex l. Cornelia de falsis in duplum eius; quod cum falsò pondere, seu mensura emit, vel vendidit, & in Insulam relegatur. l. penult. ff. ad l. Cornel. de falsis. Onerant enim annonam etiam statera adulterina, de quibus Diuus Traianus edictum proposuit, quod idem facit falsus mensurarum modus; ideoq. tales falsificantes pondera, & mensuras vltra dupli pœnam in Insulam relegabantur, vt in d. l. penult. & in l. annonam. 6. §. fin. ff. de extraordinar. Crimin. l. in dardanarios. 37. ff. de pœnis, de hac re nonnulla tradit Menoch. de arbitrar. casu. 317. per totum.

De vendentibus rem pro re. Cap. XLVIII.

MErcatores & Artifices & Negotiatores omnes, cuiuscunque conditionis existant, teneantur omnia eorum mercimonia, res & bona tam simplicia quam composita ad vsum humanum quoquo modo pertinentia, pro his quæ vere sunt, & non vnam pro alia vendere: Exprimendo poscentibus præsertim ipsarum rerum existentiam, qualitatem, & loca vnde sint: si secus fecerint, bona vendita amittant, & pretium emptori restituant, & falsi pœnam incurrant, & per eos ad quos spectat, puniantur, & pœnæ tertia pars accusatori applicetur.

De vendentibus rem pro re. Cap. 48. Gloss.

Isti impostores rem pro re vendentes, de iure tenentur etiam pœna criminis stellionatus; sua enim calliditate homines vnum pro altero vendendo decipiunt, vt probat tex. in l. 3. ff. de crimin. stellio. Clarus in quæst. 83. ver. si quis imposturam: vbi dicit quosdam impostores Mediolani fuisse fustibus casos; & de illius Dominio eiectos anno 1558. Io. Baptista à Santo Seueri-

uerino in l. cunctos populos in repet. nu. 52. C. de summa trinit. & fide Catho. dicit esse pœna stellionatus Iudicis arbitrio plectendos; vt eum eis statuentes nostri mitius, quam communia iura procedant. de hac re multa tradit Menochius de arbitrarijs casu 383.

De Nundinis & ordine in eis seruando.
Cap. XLIX.

CVm singulis diebus Mercurij, si dies ipsa feriata non sit; alioqui die præcedenti Nundinæ in platea Agonis fiant, & in ea Artificibus & negotiatoribus pro omnium commoditate certa loca assignata fuerint: Nihilominus quia crescente hominum cupiditate, Artifices & negotiatores, qui Annonam tractant inter aduenas, qui ad Vrbem pro die nundinarum annonam afferunt, se immiscentes, & discurrentes in emendis pullis, auibus, ouis, pomis, malis, pyris, nucibus, vuis, ficubus, castaneis, allijs, cepis, leguminibus, & alijs fructibus & frugibus similibusq. rebus ad annonam spectantibus, multas fraudes, in Ciuium emere volentium damnum adhibere comperti sunt: Hac præsenti constitutione cauetur, vt habitatores Vrbis, qui in his vendendis versantur, Pullarij seu pullaroli, Pomarij seu fructaroli, & Salsamentarij siue pizzicaroli, quique in dicta nundinarum die, & alia illam præcedente ab aduenis emere prohibiti sunt, habeant & habere debeant in dicto Agonis foro locum vnum ab aduenis qui prædicta ad vendendum in foro afferunt, omnino separatum: Ita vt inter aduenas prędictos, & istos vrbicos, pullarios, pomarios, & salsamentarios omnino intermedij existant calceolarij, sarctores, siue pelamantellarij, aut merciarij, alijq. Vrbis artifices minimè annonam tractantes: Nullusq. ex aduenis prædictis, annonam afferentibus, possit inter eosdem vrbicos annonarios, nec vrbici annonarij inter illos, dicta die nundinarum durante, discurrere vel manere. Qui contrafecerint, amittant bona quę emerint, & pœnam decem aureorum incurrant, minuendam, & augendam Conseruatorum arbitrio, pro rerum & personarum qualitate.

Nec etiam liceat ijs negotiatoribus, qui linum aut canabim in Vrbe vendunt, dicta die nundinarum, & eam præcedente, emere in Vrbe linum aut canabim ab his qui linum, aut canabim pro nundinis vendendum afferunt: debeantq. & ipsi eodem die nundinarum permanere in loco omnino separato ab aduenis, linum vendentibus, & inter eos non conuersari, vt de pullarijs, & alijs proximè dictum est; alioqui bona, quæ emerint, amittant, & pœnā prædictam incurrant.

Nullus hospes aut tabernarius, qui habeat prope suum hospitium seu tabernam, domos aut apothecas pullariorum distantes minori spatio cannarum quinquaginta, possit die Martis, vel die Lunæ, hospitari & recipere muliones, aut alios aduehentes ad Vrbem pullos, aut oua; alioqui pœna aureorum decem vice qualibet, & pro qualibet salma puniatur.

De Nundinis & ordine in eis seruando.
Cap. 49. Gloss.

Nundinarum vsus antiquissimus est, & locus earum francus semper fuit, vt homines cum eorum mercimonijs possent tuto ad eas accedere, vt est de hoc tex. in l. 1. C. de nundinis, vt enim Ciuitas bene, beateq. habitari possit, in primis hos negociatores necessarios esse dixit Plato apud Græcos quem recenset tex. in l. 2. ff. de nundinis. & Arist. lib. 1. Politie. c. 7. dat mercaturæ partes, & lib. 3. c. 3. Mercatores inquit apud Thebanos ad Reipublicæ honores non admitti, quod in omni republica seruandum esse opinatur. lib. 7. c. 11.

De non emendo in locis prohibitis. Cap. L.

NVlli liceat in Vrbis districtu linum emere ad effectum illud minutatim vendendi in Vrbe, nulliq. macellario, pullario, pomario, pizzicarolo, aut cuiuis negociatori seu venalitiario liceat quæ ad Annonam pertinent emere, nisi in locis deputatis, & publicis plateis ac diebus permissis, nec quoquo modo intra vel extra Vrbem obuiam ire ijs, qui ad Vrbem afferunt Annonam, nulli quoque Ciui liceat extra vel intra Vrbis mœnia obuiam ire afferentibus frumentum, hordeum, auenam, aut similia, etiam si pro vsu proprio illa emere voluerit. Qui secus fecerit, bona quæ emerit, amittat, & pœnam aureorum decem quoties contrafecerit, incurrat; quam si infra dies octo non soluerit per Vrbem fustigetur, aut aliàs Conseruatorum arbitrio personæ, & facti qualitate pensata puniatur.

hibere, aut impedire: qui contrafecerit; si Ciuitas sit, aureorum quingentorum; si Oppidum, Castrum, Communitas, aut Baro, trecentorum; si particularis persona, centum aureorum pœnam incurrat: & de prædictis Senator inquirere teneatur, & credatur dicto accusantis, vel denuntiantis cum tribus testibus de fama publica deponentibus.

Quòd Annona ad Vrbem liberè deferri possit. Cap. 54. Gloss.

Facit pro isto statuto tex. in l. 2. §. fin. & ibi Doctor. ff. ad l. Iul. de annona. & in l. annonam. 6. ff. de extraordin. Crimin. vbi puniuntur illi qui Naues, aut Nautas retinent, & qui annonam vexant, & attentant annonæ appellatione quid contineatur, tradit Fulg. in cons. 115. post princ. & C. de annon. & tribut. libr. 10.

Vt nullus in districtu Vectigal aut Pedagium exigat. Cap. LV.

NVlla persona, nullusq; Romanus Ciuis, aut eius vassallus audeat vel præsumat in Vrbis districtu, Mercatores cum mercibus, & animalibus ad annonam, seu grasciam spectantibus ad Vrbem venientes, siue per terram, siue per aquam quouis quæsito colore, aut prætextu impedire, nec ab eis aliquam aliā gabellam, pedagium, aut vectigal extorquere, vel piscium, animalium, aut aliarum rerum partem petere; sed sint liberi & immunes, dūmodo dohanam in Vrbe solui solitam persoluant: per hoc tamen nolumus fieri præiudicium Romanis Ciuibus, qui ab antiquo consueuerunt pisces & aues habere, de quibusdā piscibus, & auibus, quæ ad Vrbem afferuntur.

Vt nullus in districtu Vectigal aut Pedagium exigat. Cap. 55. Gloss.

Sine auctoritate Principis noua vectigalia non sunt constituenda; nec minus exigenda, & a Principe publica necessitate vrgente, non temere; & sine causa. l. 1. C. vectig. noua instit. non posse. l. 2. & 3. C. eod. l. vectigalia. 10. ff. de public. vectig. & commiss. Nam inducta fauore publico non est odiosa sed fauorabilis; e contra est odiosa, & sit interpretatio contra gabellam in dubio, vt per Surdum in decis. 96. n. 7. & 19. & si contrafactum fuerit pœna statuta est in l. 1. §. item is qui. ff. ad l. Iul. de ambitu. & in l. vlt. ff. ad l. Iul. de vi. publ. & in hoc statuto. Nam in vectigalibus exigendis attenditur consuetudo, l. si publicanus. 4. §. fin. ff. de public. in tātum, vt rescripta contra vectigalia consueta non valeant. l. quidquid. 12. C. de vectigal. & vide supra de materia in cap. 11. ver. omniaque &c.

De Ciuium Romanorum immunitate. Cap. LVI.

CIues Romani habentes possessiones, terras, domos, seu casalia in Territorijs seu tenimentis alicuius Ciuitatis, Oppidi, vel Castri de Vrbis districtu: & etiam illi qui habent possessiones in Ciuitate Tyburtina, & eius tenimento, liberi sint & immunes ab omni data, collecta, & impositione, quæ fierent per dictas ciuitates & loca, nec ad contribuendum directè aut indirectè cogi possint; præterquam pro collecta mille florenorum auri: quæ Ciuitas Tiburtina soluit, & si statuerent contra bona ipsorum Ciuium, vt forte possessiones eorum non laborarentur, vel quid tale, ad emendationem damnorum teneātur, & pœnam ducentorum aureorum incurrant.

Liceatque Romanis omnibus habentibus terras, & possessiones, in Ciuitatibus, Oppidis, & Castris districtus Vrbis, vinum, frumentum, hordeum, legumina, oleum, linum, canabim, & omnes aliàs fruges, & fructus, quos collegerint in eorum possessionibus, quæ in dictis locis habent, vel habuerint, ad Vrbem portare libere, & sine aliqua solutione vel Gabella, & possint & debeant in libertate manere, quòd etiam procedere volumus in illis qui habent laboreria in locis & terris prædictis, vt liceat eis sine aliqua solutione & molestia fructus per eos recollectos libere extrahere, & ad Vrbem portare; & quòd Domini dictorum locorum, seu quæcunque aliæ Communitates, nō impediant Ciues Romanos prædictos, quo minus prædicta liberè faciant: qui contrafecerit, pœnam quingentorum aureorum incurrat, de quo per Senatorem inquiri debeat, & credatur accusatori, vel denuntiatori cum dicto vnius testis.

Possint quoq; Romani Ciues in toto Vrbis districtu, & à Monte alto & Terracina atq; locis interiacentibus liberè quascunq; merces extrahere, vt ad Vrbem afferant, & pro præmissis nullum ab eis extra Vrbem pedagium,

aut quid aliud exigatur: qui contrafecerit, si Ciuitas, Oppidum, aut Castrum vel Baro fuerit, pœnam quingentorum aureorum; si priuatus, ducentorum incurrat, & damnum parti læsæ resarciat, de quo stetur iuramento damnum passi, cum vnius idonei testis probatione.

De Ciuium Romanorum immunitate. Cap. 56. Gloss.

Faciunt allegata supra in cap. 27. & latius allegata in capit. 38. vbi de materia immunitatis.

Quando Aduenæ Ciuium Romanorum Priuilegio vti possint. Cap. LVII.

NVllus Aduena siue forensis habens priuilegium ciuilitatis, habeatur, vel reputetur pro ciue, ad hoc vt ciuium Romanorum priuilegio quo ad Gabellam Dohanę Pecudum vti frui possit, nisi habeat domum in Vrbe, & vineam prope Romam infra quinque milliaria, & habitet per tres partes anni in Vrbe, cum sua familia.

Illi Mercatores, Aduenæ siue forenses intelligantur Ciues Romani, qui habuerint in Vrbe maiorem partem rerum mobilium, & immobilium, domum, & habitationem continuo in ea, cum eorum familia (quando eam habent) & tunc excusentur vt Mercatores & Ciues Romani, de proprijs rebus, & mercimonijs, & non de alienis: Priuilegio autem ciuilitatis, quo gaudere debet Ciuis, non possit excusari Socius, vel aliqua alia persona, quæ esset extra familiam ipsius Ciuis: Familiæ verò nomine intelliganrur commensales, & omnes qui sunt in eadem domo ad omnes expensas ipsius Ciuis, siue Patris familias.

Vt Romani Ciues, etiam delinquentes in districtu ad Senatorem remittantur. Cap. LVIII.

NVllus Ciuis Romanus ratione possessionis aliquorum bonorum, etiam mobilium, vel se mouentium, quæ habeat in aliqua Ciuitate, Oppido vel Castro, de districtu, possit in dictis Ciuitate Oppido vel Castro aliquo modo cogi, aut conueniri: sed si quis ab eo aliquid prætendit, etiam dictorum bonorũ occasione, debeat eum coram Vrbis Senatore conuenire. Qui contrafecerit, pœnam quingentorum ducatorum Cameræ Vrbis applicandam ipso iure incurrat. Nullaq; Ciuitas, Oppidum, vel Castrum siue Baro, & Domicellus Romanus de Vrbis districtu, etiam si merum & mixtum imperium habeat, & gladij potestatem, audeat vel præsumat in aliquem Romanorum ciuem etiam ratione cuiusuis delicti, in eorum tenimentis commissis, animaduertere, vel ipsum quoquomodo punire: sed tantum possint, & debeant ipsum delinquentem capere, & captum Senatori transmittere, qui in eum pro facti qualitate animaduertat.

De Iuramento per Barones præstando. Cap. LIX.

QVoniam in antiquis Vrbis Statutis sub Rubrica prædicta ita cautum erat: Videlicet, omnes de vtraq; domo Vrsinorum, & Columnensium, & omnes de domo Annibaldorum, & omnes de domo domini Odonis de Sancto Eustachio, & omnes de domo domini Petri de Genazzano, & omnes de domo Albertinorum, & domini Petri Romani, & omnes de domo Sabellensium, & de domo de Commite, & omnes de domo Capocinorum, & dominus Petrus Gaietanus, & eius filij, & alij secundum quòd in Camera inueniuntur, teneantur iurare in Consilio generali coram Senatore non receptare aliquos exules, diffidatos, homicidas, fallitos, falsarios, exules, aut infames personas, in domibus, & fortellitijs eorum: & curare, & facere, quòd dictæ personæ sic criminosæ non inueniantur seu appareant in dictis domibus seu fortellitijs eorum, & nihilominus satisdare in Camera Vrbis teneantur ad pœnam mille marcarum argenti, saluo quòd Senator possit ipsam pęnam moderari, secundum qualitatem personarum, quòd non facient contra prædicta: & si contra prædicta vel aliquod prędictorum factum fuerit, ante vel post sacramentum, puniatur contrafaciens in pęna prædicta, & Senator de prædictis singulis tribus mensibus debeat facere generalem inquisitionem: quòd si non fecerit, soluat de suo Salario vice qualibet scuta ducenta: possint tamen prędicta adimplere per procuratores per eos specialiter constitutos. Ideò & Nos per omnes Barones Ro. ita seruari debere innouamus.

De

De Vijs publicis districtus reaptandis, & à latronibus custodiendis. Cap. LX.

COmmunitates, & homines Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, & Villarum districtus Vrbis, & illorum Domini, teneantur vias publicas, quæ per eorum territoria siue tenimenta pertranseunt, ita & taliter aptare, & sternere, vt per illas euntes, & transeuntes non solum sine periculo, sed etiam commode ire, agere, & transire possint; & si cessauerint, pęnam aureorum ducentorum incurrant, & nihilominus eas sternere & aptare cogantur: Sed & illas à latronibus omni tempore custodire debeant, itaut euntibus, & redeuntibus per eas tutus sit semper accessus; alioqui pęnam aureorum quingentorum vicequalibet incurrant. Quòd si contigerit in eorum tenimentis prædictis alicui transeunti aliquod damnum à latronibus inferri, id totum restituere teneantur, & de latrocinio per tres idoneos testes de fama publica deponentes, probasse sufficiat. De quantitate autem rei ablatę stetur sacramento damnum passi, seu illius hæredis Senatoris taxatione præcedente, personæ qualitate pensata. Si verò Communitates vel Domini locorum prædictorum, vbi latrocinium factum fuerit, delinquentem in manibus Senatoris dederint, à damni emendatione liberentur; pęnam tamen ob non adhibitam custodiam omnino soluere teneantur: Et si homicidium secutum fuerit, condemnentur in ducatis auri quingentis, hæredibus occisi: si verò percussio cum sanguine facta fuerit, ipsi percusso ducatos auri ducentos soluere cogantur, & nihilominus ad alias pęnas prædictas & damnorum emendationem teneantur.

De Vijs publicis districtus reaptandis, & à latronibus custódiendis. Cap. 60. Gloss.

Cum via publica nemo rectè vti probibeatur, l. 2. §. fin. ff. ne quid in loco pub. l. per agrum. 11. C. de seruitutibus, ideoq; reaptanda est; & à latrocinis custodienda, vt disponit Statutum pro quo facit tex. in l. 1. in princ. & §. 1. ff. de via public. de qua re multa dixi supra c. 39. Nam & via publica connumerantur inter opera publica: quæ sine permissione Principis facienda non sunt. l. opus. 3. ff. de oper. publ. l. de operibus. 6. ff. eod. l. nemo. 12. C. eod. Et noua publica opera extruenda non sunt, antequā vetera refecta sint, vel cępta sint perfecta. l. vlt. C. de oper. public. & illorum causa priuata opera dirui possunt; quòd quotidie videmus factum in Vrbe; sed cum quodam moderamine de quo in l. si quando. 8. & in l. ædificia. C. de oper. publ. opera publica itaq; perfecta si fuerint alcuius etiam priuati liberalitate, non necessitate, in ea illius nomen inscribi poterit. l. 2. in princ. ff. de oper. pub. l. opus nouū. 3. §. fin. cum l. sequen. ff. eod. l. si quis. 9. C. eod. Quod tamen non procedit in eo, qui restaurauit, vel exornauit opus antiquum; vel qui integros sumptus non supeditauit, sed publicis sumptibus aliquid auxilium præstabit. l. pecuniam. 7. §. si quis. & §. fin. ff. de oper. public. & nomen inscriptum eradi non potest. l. 2. §. fin. & l. 7. §. si quis. ff. eod. & à nemine priuatim possunt publica opera vsurpari. l. Prætoria. 3. C. de oper. public. l. qui sine. 19. l. Basilica. 20. C. eod.

Item; & muri Ciuitatum inter publica opera connumerantur, immò sancti dicti sunt. l. sanctum. 8. §. fin. ff. de diuis. rerum. l. 1. §. 1. ff. eod. §. sancta. instit. de rerum diuis. Ideoq; à nemine transcendendi; seu violandi sunt, l. vlt. ff. de rer. diuis. l. qui perforauerit. 11. ff. ad l. Iul. pecul. sunt enim extruendi, & reparandi ex permissione Principis; & non babitandi sine eiusdem Principis licētia, l. sacra loca. 9. §. penult. & l. sanctum. 8. §. fin. ff. de rer. diuis. l. omnes. 11. C. de operibus public. l. neq; 3. ff. ne quid in loco sacro fiat. l. restaurationi. 3. C. de diuer. præd. vrban. l. ne splendidissimę. 10. C. de operi. public. vbi etiam docemur vnde sumenda sunt pecuniæ ad muros Ciuitatum reparandos. Quod attinet ad statuas in publico erigendas, non sunt sine Principis licentia erigendæ. l. 1. C. de statu. & imagi. l. vlt. C. eodem dicitur cuius expensis, & in erigenda statua Principis Iudex præsens esse debet. l. 2. C. eod. Sed statua erecta a nemine priuato est deponenda, seu vindicanda. l. statuas. 41. ff. de acquir. rer. domin. l. fulcinius. 13. ff. de priuileg. credit. Nisi forte vsu exigente, sit aliqua reparatio necessaria: quæ sine amotione statuæ fieri non possit, tunc enim statua deponatur etiam Principe inconsulto, donec reparatio fiat, & ipsa reparatione perfecta, ad locum suum reportatur, l. si quando. 15. C. de oper. public.

De Venalitiarijs siue Recatterijs. Cap. LXI.

NVllus veterum pannorum negotiator, venalitiarios, siue recatterius, ab ali-

qua incognita persona emat pannos lineos, vel laneos, sericos, bombicinos vel mistos, veteres, aut qui in hominum vsu fuerunt, seu ad humanum vsum sunt facti, etiam si sint aratia, tapeta, aut lances, caldaria, seu quævis alia supellectilia, vel ferramenta ad hominum vel ædificiorum vsum pertinentia, sine præsentia duorum testium fidedignorum, qui de illo exercitio non sint, & qui venditorem cognoscant: Qui contrafecerit, si res empta furtiua sit, duplum valoris rei, Cameræ Vrbis pro pęna persoluere, & rem domino restituere debeat: ad quam quidem rei furtiuæ restitutionem etiam si testes adhibuerit, & venditorem cognouerit, omnino teneatur: sed eo casu à pęna liberetur.

De Molendinarijs. Cap. LXII.

Molendinarij postquàm frumentum ad eorum molendina portauerint, illud intra dies quattuor, legitimo impedimento cessante, diligenter, & bona fide molere teneantur; & si ad pondus eis consignatum fuerit, frumentum ad pondus restituere: si vero ad mensuram pro singulis sex scortijs frumenti, scortios sex pollis, seu floris farinæ, & tritelli scortium vnum, & furfuris scortios duos, restituere teneantur; si cessauerint, damnum quòd dominus frumenti patietur, illius iuramento, præuia Iudicis taxatione, consideratis præmissis, liquidandum emendent, & aureos duos vice qualibet pro pęna persoluant: quod si frumentum pro frumento supposuerint; etiã de falso puniri possint, & dominus in omnibus casibus prædictis pro famulo teneatur. Sed hæc actio vltra tres menses non duret.

Caueant autẽ tam ipsi molendinarij, quàm molarum domini, & fabricatores, ne lapides molares, aliter quàm in trahis, quas Traliones appellant, per Vrbem & supra pontes conducant; alioqui lapides amittant, & pęnam aureorum viginti vice qualibet incurrant.

Pariterq; caueant à molendo in diebus Dominicis, & festiuis à Sancta Matre Ecclesia prohibitis: alioqui pęnam aurei vnius vice qualibet persoluant.

De Sarctoribus. Cap. LXIII.

Nullus Sarctor, siue alius quispiam, qui vi proxeneta siue mediator, in venditione pannorum, siue drapporum etiam sericorum ex auro intextorum, aut Aratiorum vel etiam Pelliciarum, vt mediator interuenerit, aliquid à venditore vel emptore pro proxenetico petere possit, nec etiam à sponte dantibus recipere: alioqui pęnam aureorum decem tàm ipse Sarctor, quàm dans vel promittens incurrat.

De Aromatarijs siue Pharmacopolis. Cap. LXIIII.

Nullus Aromatarius siue Pharmacopola, pharmaca composita siue medelas tractare, vendere, aut simplicia componere possit; nisi per Medicorum Collegium, seu deputandos ab eo, præuio examine, legitime fuerit approbatus: qui contrafecerit, pœnam aureorum centum vice qualibet incurrat.

Nullusque, qui Cerariam artem tractet, audeat in cereis, faculis, & candelis, aliud quàm purum bombicem seu bombacem, & puram ceram adhibere; & si in eis ceram nouam supra ceram veterem inducet, ita inducat, vt pars ceræ veteris remaneat aperta, ita vt distinctè à noua cognosci possit: qui contrafecerit, in pęnam incidat, de qua hoc libro supra dictum est, de vendentibus rem pro re.

De Aromatarijs siue Pharmacopolis. Cap. 64. Gloss.

Rip. in tract. de peste. tit. de remed. praeser. contra pestem, nu. 148. hos aromatarios male exercentes artem suam arbitraria pęna puniendos esse affirmat post Io. à Platea; quem ibi allegat. eos sequuntur. Menoch. casu. 382. n. 4. de arbitrar. dixi non nulla supra in c. 48.

De diebus Festis obseruandis. Cap. LXV.

Nullus Mercator, Negotiator, Venalitiarius, vel Artifex, diebus in honorem Dei altissimi & Sanctorum eius dicatis, quibus à Sancta Matre Ecclesia, seruilia opera fieri prohibentur, audeat bona vel mercimonia ipsorum; quæcunque sint, in eorum apothecis vendere, aut quoquomodo distrahere, nec etiam apothecas apertas tenere, nisi eas inhabitent; quo casu tantum, quantum ad introhitum & lumen sufficiat, & non vltra apertas habere liceat: qui contrafecerit, pœnam iuliorum quinque vice qualibet incurrat, & de

& de prædictis Extraordinarij more solito inquirant, & denuntient.

Quod in Mari, & Flumine piscari liceat. Cap. LXVI.

CVilibet Romano ciui & habitatori Vrbis, & districtus libere liceat in cursu tam Tyberis, quam Anienis, & Mari, quatenus fluminum ripæ, & maris littus se extendunt, quocunque tempore, & quocunque artificio piscari; nullique prohibendi aut ab eis aliquid auferendi ius sit; dum tamen à prædijs, ædificijs & piscarijs, quæ proprios dominos habēt, se abstineant, & pariter à ripis Reglonis Arenulæ, videlicet Sanctæ Seueriæ, & Pauli, in quibus fine licentia Syndici piscari non licet. Per riuos autem nemo audeat inhoneste piscari, nec cum instrumentis ferreis vel ligneis, quibus illorum ripæ corrumpuntur, aut cursus aquarum impeditur; aut domini in suis possessionibus perturbantur, discurrere. Qui autem piscantes in locis permissis prohibuerit, quiue in locis vetitis piscari ausus fuerit, in pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat, & damnum parti læsæ resarciat.

Quod in Mari, & Flumine piscari liceat. Cap. 66. Gloss.

Vtrum venatio, & piscatio possit a Principibus suis subditis probiberi? Et quidem nōn posse primo dicendum videtur, quia venandi ac piscandi potestas hominibus data videtur diuino iure Nam Genes. c. 1. dixit dominus, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus Cęli, & bestijs vniuersis, & Genes. c. 9. dixit crescite, & multiplicamini &c. Terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres Cęli; Secundo videtur data hæc facultas de iure naturæ teste Arist. Polit. dum inquit homini naturaliter concessum dominatum in belluas, ideoq; eas venando capere posse. Tertio de iure gentium quo omnia animalia, quæ terra mari cælo sunt; capientium fiunt. l. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 3. ff. eod. §. feræ igitur. instit. de rer. diuis. Isidor. in c. ius naturale 1. distinc. & ita docuerunt Io. Andr. Hostien. Ant. de Butr. & alij in c. non est. de decimis, Dec. in cons. 197. n. 1. & in cons. 291. nu. 1. Ias. in cons. 119. lib. 4. Beronus in cons. 81. nu. 30. libr. 2. Grammat. decis. 67. nu. 9. Boss. de regalibus. num. 42. Frācis. Marc. decis. 530. n. 16. par. 1. Tiraq. de nobilit. c. 37. nu. 149. Natta in cons. 375. Roland. in cons. 9. lib. 2. Crauetta in cons. 643. lib. 4. & in cons. 945. lib. 5. Cuiacc. lib. 4. obseruat. cap. 4. Menoch. in cons. 298. num. 18. lib. 3. Contrariæ opinionis quod Principes iusta causa subsistente non obstantibus præmissis præmissa possunt suis subditis prohibere, fuerunt allegati per Didac. in relectione cap. 1. peccatum. par. 2. §. 8. de reg. iuris, quibus adde Nattam in cons. 604. Riminald. in cons. 35. num. 15. lib. 1. in cons. 68. nu. 25. eod. lib. Sebast. Medic. de Venat. Piscat. & Aucup. par. 1. q. 5. Probant autem hanc sententiam ex c. nemo retia. de pace tenen. & eius violat. vbi pacis seruandæ gratia venationem fuisse prohibitam notant ibi Martin. Lauden. & alij Doct. Secundo probat hoc Didacus loco citato inquiens quod licet iure naturæ omnia sint communia, possunt tamen a Repub. & Principibus, qui eorum quæ nullius in bonis sunt dispensationem habent, alteri priuato concedere, vt desinant esse communia; & priuata efficiantur. §. singulorum. instit. de rer. diuis. l. 1. ff. de acquir. rer. dominium sicut occupatio rerum; quæ nullius sunt, occupanti, & sic priuata efficiuntur; ita occupata à republica, vel eius Principe, & alteri concessa efficiuntur priuata, ita arguit Didac. citato loco, vbi respondet ad illud quod dictum est potestatem venandi ac piscandi naturali iure, ac gentium fuisse hominibus concessam, & sicut Deus subiecit homini vniuersa animalia, ita subiecit homines Regibus, & Principibus, qui venatione, & piscatione possunt suis subditis probibere. Sed non sine causa hæc prohibenda esse affirmat. Et quidem septem potissimum iustæ dinumerantur, quibus hæc probiberi possunt. Et prima causa fuit pacis seruandæ, & vitandi scandala, quæ horum occasione solent oriri inter subditos hæc colligitur in d. c. nemo retia, vbi Lauden. & alij, de pace tenen. Guliel. de Benedic. in c. Rainucius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, decis. 5. nu. 338. Secunda probibendi causa est consuetudo, Guido Papa decis. 514. Francis. Mar. decis. 530. nu. 14. Purpur. cons. 534. nu. 8. lib. 2. Rimin. cons. 35. nu. 17. lib. 1. Tertia probibendi causa est subditorum consensus, vt per Francisc. Marcum vbi supra, & per Cassan. in consuetu. Burgun. rubr. 13. §. 7. nu. 4. Menoch. de arbitrar. casu 160. nu. 1. Quarta probibendi causa est potestas concessa Principi ab Imperatore in inuesti-

uesti-

aestitura, vel à Papa, vt per Iacob. de S. Georgio de feudis in verbo, & cum venatio. Zoanett. in l. 2. nu. 7. C. de pac. inter empt. & vendit. Quinta causa erit, si Princeps quadam loca sibi eligat, ad recreationem, vt per Tiraq. de nobilit. c. 37. nu. 139. Sotus de iust. & iur. lib. 4. q. 6. art. 4. Sebast. Medices vbi supra. par. 1. q. 5. Sexta causa erit antiquata facultas prohibendi haec subditis, arg. l. 2. & vlt. ff. de aqua plu. arcen. Zoanet. citato loco nu. 165. Dec. in cons. 271. Rui. cons. 28. lib. 1. Bald. d. praescript. 4. par. 5. par. princ. q. 6. Septima causa erit vtilitas publica; vt quia prohibeantur haec, ne Agricolae, Artifices, Mercatores, Operarij, Mercenarij, & similes, venandi vel piscandi studio nimium dediti exercitia sua derelinquant in graue damnum reipublicae exemplo. C. ne rustici ad nullum officium, & C. negociatores ne militent, & l. penult. & vlt. C. de cohortal. lib. 10. Tiraquel. de nobilitate, c. 37. nu. 150. & Guliel. de Benedic. in d. c. Rainutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decis. 5. nu. 338. Quibus autem poenis possint Principes praefatis de causis venationem, & piscationem subditis prohibere, tradunt Aluarottus in d. c. nemo retia, Guido Papae decis. 218. Sotus de iustit. & iure. q. 6. art. 4. Nauar. in manu. Confess. c. 17. §. 11. nu. 221. Guliel. de Benedic. vbi supra. nu. 353. & de materia, vide tex. in l. 1. C. de venatione ferarum.

De capitibus piscium Conseruatoribus dandis.
Cap. LXVII.

OMnium piscium, qui sunt longioris mensuræ marmoreo schemate, quod in Palatio Conseruatorum affixum est, capita, vsque ad primas pinnas inclusiuè, per Piscarios, ad quos in foro piscium, vel alios, ad quos quomodocumque peruenerint, Conseruatoribus in eorum Palatio assignentur, nec alij liceat dicta capita petere vel habere: Qui in his Conseruatores fraudasse compertus fuerit, pœnam aureorum decem se nouerit incurrisse.

Vt pisces, syluestria animalia, & alia vbique in Vrbe vendi possint. Cap. LXVIII.

QVilibet Negotiator, siue Venalitiarius, aut quiuis alius, pisces, animalia syluestria, aues, & demum quæcumque ad annonam pertinentia, sine aliqua solutione, vel exactione, liberè per Vrbem, & in quauis parte Vrbis vendere possit & valeat: Qui verò eos prohibuerit, aut aliquid ab eis exegerit, quadruplum restituat, & Fisco pœnam aureorum viginti quinque inferre cogatur.

De occidentibus animalia aliena.
Cap. LXIX.

SI quis data opera bouem, taurum, bubalum, vaccam, equum aut asinum, vel alia maiora animalia alterius occiderit, soluat pro pœna ducatos auri decem, & in omnem casum duplum damni parti læsæ resarciat.

Et si in tenimento vel territorio alicuius Ciuitatis, Oppidi seu Castri, de districtu, aliquod animal per homines illius loci interfectum aut excoriatum fuerit, quod probasse sufficiat per publicam famam, & sacramentũ domini, & pastoris, siue custodis animalis mortui, Communitas ipsa vel locus vel dominus loci damnum emendet, per sacramentum domini animalis, præuia Iudicis taxatione declarandum; sed si aliquis porcus alicuius personæ de districtu damnum dederit in syluis, vineis, spicis, aut herbis alicuius Romani ciuis, existentibus in dictis Ciuitatibus, Castris, & locis de districtu, liceat Romano ciui porcum occidere, & habere; & nihilominus damni emendationem, à porci domino petere possit.

De interficientibus Lupum. Cap. LXX.

LVpum si quis quocumque modo interfecerit, intra Vrbem, habeat à Camera iulios decem; si extra Vrbem circum milliaria decem, iulios quinque.

Ne animalia & pelles emantur à Pastoribus, vel ignotis. Cap. LXXI.

NVllus emat animalia, boues, equos, aut similia, nec pelles ipsorum animalium à Pastoribus, vel alijs ignotis personis, aut ad id non præpositis, sine domini præsentia, aut mandato: qui contrafecerit, animal si extet, restituere; sin autem, illius valorem domino soluere teneatur, & Fisco aureos decem, nisi in publico foro emerit, pro pœna persoluat: Sed si pastor, aut alius quiuis cum pellibus prædictorum animalium illas vendere quærens, deprehensus fuerit, capiatur, & diligenter ab eo cuius sit, & vnde eas habuerit, inquiratur,

nec relaxetur, donec de veritate constiterit, & si culpabilis repertus fuerit pro facti qualitate puniatur.

Ne Porci per Vrbem discurrere permittantur. Cap. LXXII.

QVi porcos in Vrbe nutriunt, nullatenus sinant eos per Vrbem discurrere aut vagari; alioqui porcos amittant, & pœnæ nomine duos aureos pro quolibet porco Cameræ soluant.

De equis mortuis in seruitio Populi Romani. Cap. LXXIII.

SI in prælio à iure permisso, aut in subiugandis, & puniendis rebellibus & inobedientibus, vel aliàs in seruitio Romani Populi, equi aliqui moriantur aut pereant, pretium Domino per Cameram Vrbis soluatur.

De ludis prohibitis. Cap. LXXIIII.

NVllus vnquam nec in aliqua Vrbis parte, ad aliquos ludos prohibitos pecuniam, aut æquipollens, ludere; nullusq. in quauis Vrbis parte licentiam ludendi, aut locum pro ludis prædictis dare, permittere vel commodare audeat vel præsumat. Qui verò ludere repertus fuerit, pecuniã omnem amittat, & pœnam viginti quinque ducatorum auri persoluat, quam si non soluerit, luat in corpore: Qui verò huiusmodi locum aut licentiam dare præsumpserit, cuiuscumque status & conditionis fuerit, pœnam ducentorum aureorum incurrat, & ludentes nihilominus pœna prædicta mulctentur.

De ludis prohibitis. Cap. 74. Gloss.

De iure ludus aleæ est prohibitus, l. vlt. C. de releg. l. 2. & sequen. ff. de aleatoribus. Nisi vnum ludatur solidum, non vltra d. l. vlt. vel aliquid commestibile, pro conuiuio insimul faciendo. l. quod in conuiuio, vbi glo. & Doct. ff. de aleator. Est enim ludus alleuiatio laboris, c. continebatur. de homic. Soccin. in cons. 16. lib. 1. Sed in ludo tempus amittitur, & oportet semper orare, & ille semper orat, qui benè operatur, secundum Gregor. quis enim eos appellat ludos, ex quibus crimina oriũtur? vt in proem. ff. §. illud certe nemo. Fuit enim ludus inuentus à diabolo, c. præterea. 51. distinct. Et non potest consuetudine validari. c. ex parte, de consuetud. quamuis illa immemorabilis sit; quia est nutritiua peccati, glo. sing. in c. denique, distinc. 4. c. si Romanorũ. 19. distinct. & inquit Arist. in 4. Ethic. quod Aleatores sunt deterioris conditionis, quam sint latrones, ideo fugiendi. Hinc celebrè dictum Chilonis ex septem sapientibus Corinthum missi ab Atheniensibus iungendæ societatis causa; & vbi principales populi ludentes aspexerit, adeo illud abhorruit; vt statim infecto negocio illinc discederet, nolle (inquiẽs) se gloria Spartanorum; quorum virtus per orbem clarescebat, hac infamia maculari, ne diceretur eum lusoribus societatem contraxisse. Contra Aleatores inuehit, auth. alearum vsus. C. de releg. & sumpt. fun. auth. interdicimus. C. de Episc. & Cleric. l. vlt. C. de religios. Oldrad. in cons. 78. Corne. in cons. 101. lib. 2. Gramma. cons. 35. in fine. Et de retinente ludum domi, quando, & quas pœnas incurrat, latè post alios tradit, Farinacc. de varijs ac diuer. Crimin. par. 4. tom. 1. quest. 109. per totam, quod antea dixerunt allegati per Menoch. in casu 399. de arbitrar. per totum. Et qua pœna plectuntur delinquentes in ludo, tradit ex Platone & alijs, idem Menoch. de arbitrar. casu 440. & datur amissi in ludis prohibitis repetitio d. l. vlt. & d. l. 4. §. 1. ff. de aleator. & non nisi quinquaginta annorum præscriptione submouetur d. l. vlt. ibi, non obstante nisi quinquaginta annorum præscriptione. C. de religios.

De immunditijs in locis publicis & riuis Aquarum non proijciendis. Cap. LXXV.

NVllus audeat in aliqua via, vel platea publica Vrbis, aliquam immunditiam cuiuscumque qualitatis sit proijcere, vel projectam habere: qui contrafecerit pœnam decem aureorum vice qualibet incurrat, & nihilominus eam suis sumptibus tollere, & locũ omninò purgare teneatur; & de hoc quilibet & coram quocumque Iudice accusare vel denunciare possit. Nullusq. in riuis seu decursibus aquarum, aliquam immunditiam, aut quid aliud, per quod cursus aquarum impediatur, proijcere aut immittere audeat: qui contrafecerit, & tollere cogatur, & pœnam prædictam incurrat.

De

De immunditijs in locis publicis, & riuis Aquarum non proijciendis. Cap. 75. Gloss.

Hoc statutum multum confert ad aeris salubritatem, qua homines sani viuunt, plus enim aere; quam cibo viuimus, bis enim in die cibo reficimus, continuo vero aere respiramus, vt ideo omni lege sit sanus conseruandus, nam illius temperies est bona non modo corporibus; sed prodest etiam intelligentiæ, Arist. Problemat. sectio. 14. q. 1. Pro conseruanda aeris salubritate multa tradit præcepta Ripa de peste. & Doct. in l. 1. & toto tit. ff. de cloacis.

De famulis cogendis ad seruitij tempus implendum. Cap. LXXVI.

FAmuli, & Famulæ etiam artificum & omnium aliorum Romæ degentium, si promiserint pro certo tempore alicui inseruire, teneantur conuentum tempus complere, dummodo Dominus illis mercedem conuentam soluat; & non aliter quam conuentum est eorum opera vtatur, & condecentia præbeat alimenta: & ad hoc famuli & famulæ prædicti per Iudices iuris & facti remedijs compellantur: quod si omnino recusauerint, tertiam partem decursæ mercedis amittant, & ad damna, & interesse Senatoris arbitrio, factorum & personarum qualitate pensata teneantur.

Quòd Iudæi non sint exempti à collectis Agonis, & Testaciæ. Cap. LXXVII.

NVllus Iudæus à solitis collectis vniuersitati Iudæorum impositis, immunis sit, aut exemptus, non obstante quacunque immunitate, eis aut alicui ipsorum à quauis persona concessa, nisi ab ipsa sua communitate Hebræorum, aliquis fuerit exemptus: quæ exemptio Cameræ Vrbis nullatenus pręiudicet, sed reliqui qui ipsum immunem fecerint, pro eo omnino teneantur. Consules autem artium neq; pro solemnitate festiuitatis Assumptionis Beatissimę semper Virginis Dei genitricis Mariæ, neq; pro alijs impositionibus quoquo modo ab eis imponendis ipsos molestare audeant. Ipsi quoq; Iudæi coram Consulibus artium aliquo modo, vel ex quacunque causa minime comparere, aut respondere cogi possint.

Ne Iudæi alibi quam in Campis assignatis sepeliantur. Cap. LXXVIII.

IVdei alibi sepeliri non possint, nisi in Campis eis pro sepulturis in Regione Trastiberim assignatis.

De Vineis custodiendis. Cap. LXXIX.

NVllus in alienis Vineis damnum dare præsumat; & si quis in eis damnum dederit, ad damni emendationem, & ad pœnam aureorum quinque, vice qualibet teneatur. Qui vero in vuis aut pomis damnum dederit, soluat pro quolibet vuarum racemo, bolonenos tres, & pro quolibet pomo cuiusuis generis bolonenum vnum, & pœnam prædictam incurrat; & nihilominus Magistri Iustitiarij sua iurisdictione vti possint. Si quis vero per alienas vineas discurrere aut transire præsumpserit, inscio domino, pęnam aurei vnius soluat: si vero inuito Domino, de vi turbatiua puniatur. Qui autem venari aut aucupari cum canibus vel sine per alienas vineas præsumpserit, in ducatis auri quinque vice qualibet mulctetur: Sed si quis palos tam nouos quàm veteres, vel de vinea vel de arundineto vel occulos arundinum furatus fuerit, ad damni emẽdationem, & ad solutionem aureorum decem pro pęna condemnetur, quam si infra octo dies non soluerit, fustigetur per Vrbem.

Quòd vassalli Romani Populi, Baronibus vassallagium non iurent. Cap. LXXX.

NVllus Vassallus Po. Romani qui in Oppidis vel Castris eiusdem Populi inhabitat, audeat vel præsumat vassallagium alicui Baroni, seu de Magnatibus Vrbis iurare, vel promittere, aut ipsorum Magnatum seu Baronum insignia, vel Arma in parietibus eorum domorum in dictis Oppidis vel Castris positarum pingere, vel picta habere. Qui contrafecerit, si monitus infra dies quindecim promissionem non reuocauerit, & arma huiusmodi non expunserit, seu deleuerit, bona omnia quæ in dictis Oppidis vel Castris habet, amittat; & illa Populo Romano applicentur. Ipse verò ab eisdem locis in perpetuum exulet.

De antiquis ædificijs non diruendis. Cap. LXXXI.

NE ruinis Ciuitas deformetur, & vt antiqua ædificia decorem Vrbis perpetuò repræsentent; nullus cuiusuis status aut conditionis quæcunque antiqua Vrbis ædificia, tam ea quæ intra, quàm quæ extra Vrbem sunt, etiam si intra propria prædia vel possessiones existant, quouis quæsito colore diruere aut diminuere, aut dirui vel diminui facere audeat, vel præsumat: Qui contrafecerit, pœnam quingentorum aureorum incurrat, & Senator de hoc inquirere debeat.

De antiquis ædificijs non diruendis. Cap. 81.

De materia vide tradita supra in c. 69.

De Aqua Circi, & alijs Aquis non deriuandis. Cap. LXXXII.

NEmo audeat, aquam quæ venit in Vrbem ad Circum, & illius aliosque hortos, & molas, vel quascunque alias aquas, quæ certum cursum habuerunt, ab antiquo cursu in totum vel in partem deriuare. Qui contrafecerit, soluat pro pœna aureos quinquaginta, & nihilominus aquam ad suum cursum restituere teneantur; & de hoc quilibet accusare, & denuntiare possit.

De Aqua Mariana Alueo purgando. Cap. LXXXIII.

SI aquæ Marianæ, quæ vadit ad aquam bullicantem vsque ad portam ruptam, & ad pedem turris Sancti Ioannis, & turrim Quatrari, cursus, & alueus corrumperetur, ab adiacentium prædiorum dominis, & eorum expensis purgari, & adaptari debeat, itaut alueus latus sit mensura palmorum octo, & profundus palmorum quattuor, & omnes sepes, quæ iuxta eum sunt, ab eisdem dominis tollantur, nec huiusmodi purgationis, aut instaurationis occasione, alicui alteri quam dominis prædictis, onus aliquod imponi possit; Et nihilominus omnibus in aquis prædictis, ius aliquod vel priuilegium habentibus, ius & priuilegium saluum sit: Teneantur autem Senator, & Conseruatores, singulis primis mensibus eorum officiorum, inspici facere cursum prædictum & curare cum effectu vt prædicta impleantur.

De Fonte Triuij, siue Aqua Virgine. Cap. LXXXIIII.

ET si Aquæductus Fontis Virginis, qui ad Triuij fistulas terminabatur, his temporibus ita feliciter sit restitutus, vt ex fistulis, quæ ab adiacentium prædiorum Dominis imponi possent, facilè lædi nequeat; quia tamen quod publicum est, publicè custodiri debet; Statuimus, vt nullus in toto dicti fontis Aquæductu, tam intra quàm extra Vrbem, fistulam habere possit, nisi titulum ab habente facultatem concedendi demonstret, & vt de hoc Conseruatores, qui pro tempore erunt, semel in mense diligenter inquirere, & transgressores seuerissimè punire debeant.

Non liceat alicui iuxta Aquæductum prædictum, tam intra quàm extra Vrbem, spatio palmorum Senatus quindecim, habere viuam sepem, aut arborem, aut latrinam, vel seclarium; neque in eo quicquam proijcere, aut immittere; Qui contrafecerit, factum tollat, & pœnam quinquaginta aureorum persoluat.

Quicunque in eorum vineis, agris & domibus puteos habent in dictum Aquæductum descendentes, teneantur ora puteorum per quattuor palmos ad minus à solo extollere, ita vt nec aqua pluuia, nec quid aliud immundum in eundem Aquæductum descendere possit; Qui contrafecerit, pœnam aureorum vigintiquinque incurrat, & prædicta adimplere cogatur.

In locis fontium ad potum equorum deputatis & erectis, nemo audeat pannos, aut quid simile, vel immundum lauare, aut infundere: Qui contrafecerit, pœna aureorum decem mulctetur.

Custodes dictorum fontium, qui quattuor sunt apud Conseruatores, vt præmissa obseruentur, diligenter instent, & contrauenientes denuntient: alioqui salarijs, & emolumentis priuentur.

Liceat vnicuique executori contrafacientes denuntiare, & pœnæ medietas ei applicata censeatur.

De Fonte Triuij, siue Aqua Virgine. Cap. 84. Gloss.

Nec de iure aqua ex aquaeductibus publicis est in priuatos vsus deriuanda. l. 2. ff. de

aque-

aqueductibus. l. 10. eod. Nisi de licentia Principis id factum appareat, l. si quis. 5. C. eod. l. diuinam 11. C. eod. vel longo vsu quis ius aquę acquisiuerit. l. vsum. 4. C. eod.

De officio, & facultatibus Custodum Aquarum vltra disposita hic per statuentes, tradit etiam tex. in l. decernimus. §. vniuersos. & in l. omnis. 8. §. fin. C. de aqueductibus, & in l. diligenter. 9. & in l. 1. per totam. C. eod.

Huc pertinent quoad interesse etiam priuatorum interdicta aquaductus, videlicet de aqua quotidiana, alterum de aqua æstiua, tertium de aqua ex Castello ducenda, quartum de Riuis de quibus primis duobus; est tex. in l. 1. §. duo autem. ff. de aqua quotid. in l. de interdicto. 6. ff. eod. de aqua ex Castello ducenda est tex. in d. l. 1. §. ait prætor. ff. de aqua quotid. & in §. Castellum. Et de Riuis est tex. in l. 1. §. 1. & §. riuus, & per totam legem. ff. de Riuis.

De Naufragijs. Cap. LXXXV.

SI qui bona per Christianos nautas, aut mercatores leuandæ nauis causa in mari iacta, vel per quodcunque naufragium submersa, & ad littus maris iacentia & existentia, etiam si tota nauis cuiuscunque generis sit, in portu aut littore fracta, aut euoluta, quomodocunque rapere, auferre, occultare, vel de loco ad locum, sine Domini & Nautarum voluntate portare ausi fuerunt; in actu comprehensi, tanquam latrones, & viarum crassatores illico capitaliter puniri debeant: qui autẽ non in ipso actu comprehensi fuerint, tanquã fures, & pro furibus furca suspendantur ad mortem, nisi ipsi auxiliatores Nautis in manifesto naufragij & submersionis periculo constitutis, & eorum opem & auxilium implorantibus & poscentibus (non absque vitæ discrimine) in personarum & rerum conseruatione auxilio fuerint; vel aliàs ab imminentibus & præsentaneis naufragij periculis, ipsorum labore personas saluas reddiderint, & omnia liberauerint, aut bona iam deperdita recuperauerint; & aliàs iuxta dispositionem Litterarum Iulij II. Pauli III. & Pij V. Summorum Pontificum.

De Naufragijs. Cap. 85. Gloss.

Pro hoc statuto adest edictum Prætoris de quo in l. 1. ff. de incendio, ruina, naufragio. In eum qui ex naufragio quid rapuisse, recepisse dolo malo damnumuè dedisse dicetur. Publicè enim interest ex huiusmodi casibus nihil rapi dicta l. 1. vbi Doct. si quis itaq; aliquid ex naufragio rapuit, dolo recepit, abstulit amouit, vel damnum dedit tenetur ex illo edicto in quadruplum intra annum, post annum in simplum d. l. 1. §. ex incendio, & in princ. & l. 3. §. non tantum, & §. non solum. & §. quod ait. ff. de incend. ruin. naufr. l. in eum. 18. C. de furtis. Ex hoc nostro statuto capitaliter puniuntur; quod & l. Cornelia de Sicarijs ante factum fuisse apparet in l. 3. §. fin. ff. de incend. ruin. naufr. Quod idem constituit diuus Adrianus, vt patet in l. ne quid. 7. ff. eod. diuus Antoninus alijs pęnis eos afficit, vt probat lex Pedius. 4. §. 1. ff. eod. Adest etiam constitutio Honorij Imperatoris in l. de submersis. 3. C. de naufragijs lib. 11. & ad officium Præsidis Prouinciæ spectat, vt religiosa constantia tales similia perpetrare non permittantur. l. ne piscatores. ff. de incend. ruin. naufr. Et quidem leuato velo istæ causæ sunt cognoscendæ. d. l. de submersis. C. de naufragijs lib. 11. Et quod Iudicis arbitrio sint tales puniendi probat tex. in l. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. naufr. Bald. in l. de submersis. Francis. Marcus decis. 889. par. 2. & Menoch. de arbitrar. casu 297.

De Custodia Carcerum. Cap. LXXXVI.

IN prouisione, & deputatione Custodis siue Commentariensis carcerum Curiæ Capitolij, quæ ad Conseruatores pro tempore spectat, Senator nullatenus se intromittere possit: Commentariensis autem siue Carcerarius, qui omnino Romanus ciuis esse debet, diligenter captiuos custodire, & antequã ad exercitium admittatur, sub pęna mille ducatorum auri, de bene & fideliter ac solicitè dictos carceres, & carceratos in eis positos, & immissos custodiendo, idonee cauere teneatur; & si aliquis ex dictis carceribus effugerit, & Camera vel pars aliquod damnum patiatur, de suo proprio ad damna, & interesse teneatur; & in fine cuiuslibet anni per Syndicos Populi, syndicari debeat. Caueant autem ipsi carcerarij ne carceratis catenas aut compedes vel manicas ferreas immittant, nisi si pro eo delicto detinerentur, pro quo pœna vltimi supplicij imponenda veniret: quo casu de Iudicis licentia vel mandato, id facere possint:

sint; nec vltra præfinitam mercedem quicquam ab aliquo audeant extorquere, nec etiã à sponte dantibus recipere; alioqui pœnam decem aureorum vice qualibet Cameræ Vrbis applicandam incurrant, & ad receptorum duplum parti restituendum condemnentur. Caueant quoque ne quemquam carceratum de mandato Senatoris & Iudicum Capitolinorum quorumcumque, non tamen Conseruatorum, relaxent, nisi mandatum per Protonotarium subscriptum fuerit: de mandato autem Conseruatorum captum non nisi per mãdatum siue schedulam à duobus ex eis subscriptam relaxent: alioqui pęna vigintiquinque aureorum mulctentur.

De Custodia Carcerum. Cap. 86. Gloss.

De hac materia diximus supra. lib. 2. c. 2. & pro pleniori intelligentia adeas Menoch. de arbitr. casu 302. multa ad propositum digerentem.

De pecunijs erogandis in ludis Agonis, & Testaciæ. Cap. LXXXVII.

IVdæorum in Vrbe existentium communitas siue vniuersitas annuatim soluere tenetur Cameræ Vrbis pro ludis Agonis, & Testaciæ florenos Mille Centum Triginta, ad rationem quadraginta septem solidorum pro quolibet floreno, qui Triginta in memoriam pretij, quo Saluator noster Dominus Iesus Christus Iudæis venditus fuit, persoluuntur. Ex his autem mille & centum deponi debent annis singulis penes Camerarios nobilis artis Bobateriorum, & artis Mercatorum Vrbis, erogandi, vt statim dicetur. Reliqui triginta deponi debent penes Camerarium Vrbis pro eleemosyna Sacerdoti per Conseruatores deputando, qui Missam diebus Dominicis & Festiuis, ac Visitationis carceratorum carceratis celebrare teneatur, singulis mensibus pro rata eroganda. Dicti autem mille & centum floreni hoc modo per Camerarios prædictos erogari debent.

Pro Phaleris, siue indumentis equi Senatoris sericeis auro coopertis, soluant scuta quadraginta septem de Iulijs decem pro quolibet.

Pro indumentis sericeis Cancellariorum, qui personaliter in dicto ludo apud Senatorẽ interesse debent, scuta vigintitria similia, & bol. quinquaginta; quæ pecuniæ Senatoris & Cancellariorum, quando ludi celebrantur, nullatenus ipsis Senatori, & Cancellarijs nu merentur, sed omnino erogari debeant per pręfatos Camerarios in rebus pręditis: quòd si ipsi Cancellarij interesse cessauerint, & vestes reddant, & duplum Cameræ soluant.

Ipsis Camerarijs pro eorum salarijs scuta nouem, & bol. septuagintaquattuor, videlicet pro medietate Camerario Bobateriorum, & pro alia Camerario Mercatorum, qui quãdo fit festum Assumptionis, eos reseruare teneantur pro Cereis siue Duplerijs in ea solemnitate in thalamis adhiberi consuetis.

Lusoribus Romanis, idest Iuuenibus ad ludendum hastis, à Consilio Romani Populi deputatis, qui sunt numero septuagintaduo, florenos pro quolibet: qui si ludere cessauerint, legitimo impedimento cessante, & duplum Cameræ reddant, & pœnam ducatorum auri decem incurrant: sed si electus electionem improbauerit, si infirmitatis, inimicitiæ capitalis, aut ætatis, nempe annorum quadraginta, excusationem non habuerit, per quinquennium ad aliquod officium Romani Populi eligi non possit.

Tubatoribus, Præconibus, Tibicinis, Tubetæ, pulsatori Campanæ, Custodi equorum & porcorum, & Barbitonsori, qui in dictis ludis Senatorem anteire tenentur pro vno tabarro & phaleris equi singulis.

Syndicis Romani Populi, qui duo sunt, scuta nouẽ & bol. quinquaginta, vt solitis indutis vestibus Senatorem in dictis ludis associẽt.

Conseruatoribus pro indumentis in dicta festiuitate sibi de nouo faciendis, scuta septuaginta octo, & bol. septuagintaquinque.

Scribis Senatus scuta trigintaquinque, & bol. sexagintaquattuor.

Reliquis vero officialibus prout hactenus fieri consueuit.

Residuum autem dictarum pecuniarum, Cameræ Vrbis applicetur, & Camerarij prædicti, quibus huiusmodi pecuniarum erogatio, & distributio est commissa, bonum & fidele computum Conseruatoribus dare teneãtur, & syndicari nihilominus debeant.

De pecunijs erogandis in ludis Agonis, & Testaciæ. Cap. 87. Gloss.

Isti ludi fuerũt celebrati tempore Pauli III. existente Senatore D. Nicholao Tholosano Ge-

 nitricis

nitricis meæ consanguineo; qui forsan requisitus dixit, vt Imperator in l. 1. C. de spectat. Non inuidemus sed cohortamur amplectenda fœlicis populi studia, gymnici, vt Agonis spectacula reformentur. Decernentes vtiq; ludis istis nullo afficiantur supplicio si quid ludendo mali commiserint. l. 2. C. de spec. & aqui ad ludos deputati non sunt in priuatum commodum vtendi. l. quisquis. 3. C. de spectat. & pecunia ad ludos istos destinata non est in alios vsus vertenda, nisi aliter Principe Imperante. l. 1. C. de expensis public. ludor. vbi gloss. & Doct. Spectacula gladiatorum sunt omni iure prohibita, l. 1. & ibi glos. C. de gladiatoribus; vt enim profanos ritus iam salubri lege submouimus; ita festos conuentus Ciuium, & communem omnium lætitiam non patimur submoueri; vnde absq; vllo sacrificio, atq; vlla superstitione damnabili exhiberi populorum voluptates secundum veterem consuetudinẽ; iniri etiam festa conuiuia, quando exigunt publica vota decernimus inquit Imperator. in l. vt pro fanos 4. C. de sacrificijs Paganorum, quod repetunt isti hoc statuto legislatores nostri: & à Iudeis hos sumptus in ludis erogãdos exigũt, & interessentibus, & ludentibus distribuũt; vt his.

De Annullis, & Brauijs ludi Agonis, & Testaciæ. Cap. LXXXVIII.

IN ludorum Agonis, & Testaciæ celebratione, in primis deferantur Annuli argentei deaurati quattuor, duo in Agone, & duo in campo Testaceo, ad quorum vnum Ciues, ad reliquum scutiferi hastiludere teneantur. Item in campo Testaciæ, tria Brauia aurea, & sericea deferantur, ad quorum vnum currant equi barbari, ad secundum equi generosi, ad tertium equæ more solito. Quibus quidem brauijs ex gratia felicis recordationis Pauli Papæ II. alia sex addita sunt, ex Cameræ pecunia soluenda, vnum pro Iudæis currentibus die Lunæ Dominicam Carnis priuij præcedente: Aliud pro Pueris Christianis die Martis: Aliud pro Iuuenibus die Mercurij sequenti: Aliud pro sexagenarijs: Aliud pro Asinis die Lunæ Carnis priuij: Aliud pro Bubalis die Martis Carnis priuij.

De Curribus Campi Testaciæ. Cap. LXXXIX.

SEx Currus, Carrotiæ nuncupati, computatis duabus carrotijs, quæ à Molendinarijs fieri consueuerunt, in Testacco Monte vehuntur, & duo Porci supra quamlibet Carrotiam imponuntur, & ipsæ Carrotiæ panno rubeo coperiuntur, & ex Monte præcipitantur, & hæc omnia expensis Cameræ Vrbis.

De Annullis, & Braaijs, &c. Cap. 88. Et de Curribus Capi Testaciæ. Cap. 89. Gloss.

Imperiali lege sancitum est, quod nemo Iudicum ex quacunq; Ciuitate in aliud oppidum vel ex Prouincijs solo equos Currules, Aurigas, Bestias, byrmones, Cives tentet traducere; Ne dum popularibus plausibus intemperanter sequiunt; & publicarum rerum statum fatigent, & festiuitatem impediant: l. nemo 5. C. de Spectaculis; & sic non vbiq; nec in omni loco sunt tales ludi celebrandi, sed in Vrbe, & in alijs magnis Ciuitatibus; quod intelligendum est sup tibus publicis; impensis vero priuatorum illos celebrare volentium vbiq; prompte permittuntur Primatibus viris Populi studiosis ac voluptatibus gratis; vt integra voluptas sit, quæ volentium celebratur impensis. l. 1. & ibi gloss. C. de spectaculis.

De Campo Testaciæ à nemine occupando. Cap. LXXXX.

TEstaciæ Campus pro quo à Populo Romano annuatim soluitur Census scutorum duorum, & bol. octuaginta duorum Ecclesiæ, & Priori Sanctæ Mariæ Montis Auentini, publico vsui destinatus à nemine occupetur; sed liceat vnicuique in eo Animalia depascere, & tenere sine aliqua pœna.

De Viaticis Iudicum, & salario Assessorum. Cap. LXXXXI.

COllaterales & Capitaneus Appellationũ pro loci visione intra Vrbem, habeant iulios quinque à parte qualibet: extra Vrbẽ, iulios decem.

Magistrorum Viarum, Assessor, & Submagistri, pro visione loci intra mœnia Vrbis habeant in totum à partibus iulios sex, & non vltra, diuidendos inter eos.

Notarius vero intra Vrbem bol. quindecim, extra Vrbem bol. triginta, prout infra de mercede Notarii Magistrorum Viarum.

Submagistri autem pro filo dando carlenos quinque

quinque recipiant, & non vltra: si vero extra mœnia Vrbis, salaria prædicta duplicentur.

Idem. Assessor pro voto in sententijs de ipsius consilio proferendis, in totum carlenos decem, & non vltra.

Magistri vero Viarum tam pro loci Visione, quàm pro sententiæ prolatione nihil omnino recipiant.

Magistri Iustitiarij, eorumq; Notarius habeant pro eorum viatico intra mœnia Vrbis carlenos decem: extra vero iulios decem in totum, & non vltra.

Assessor autem si eius votum petitum fuerit, & non aliàs, intra mœnia iulios quinque: extra mœnia carlenos decem, & non vltra. Notarius vero si cũ Assessore sine Magistris, seu aliàs separatim à dictis Magistris ad locum accedere voluerit: nihil omnino etiam à sponte dantibus recipere possit.

Idem Assessor pro voto in sentẽtijs dando, vltra carlenos decem in totum non recipiat, in quorum medietas à parte qualibet soluatur.

Ipsi vero Magistri Iustitiarij pro sententijs nihil recipiant.

Assessores denique Consulum artium pro voto non vltra iulios decem, videlicet, iulios quinque, à parte qualibet recipiant.

De salarijs Aduocatorum, & Procuratorum.
Cap. XCII.

SI Aduocati in tota causa interuenerint, & omnibus scripturis suas manus apposuerint, corrigendo, approbando, vel subscribendo, recipiant in prima instantia in causis ordinarijs ducatos auri tres, & tantundem Procurator, siue vnus siue plures fuerint, habere debeat. In secunda aut vlteriori instantia, vbi esse contigerit, habeant dimidium summæ prædictæ: Cum autem plures Procuratores surrogati interueniunt, summa prædicta pro rata temporis, & status causæ inter eos diuidatur: Si tamen Aduocati in quocunque statu causæ in scriptis vel voce super aliquo dubio informauerint, habeant pro qualibet informatione scutum vnum. In summarijs autem causis vel executiuis, Procurator scutum vnum in tota causa petere possit: Aduocatus vero pro modo laboris vt supra. Si vero dictæ causæ summariæ, & executiuæ intricarentur, aut difficiles redderentur, Procuratores pro modo laborum plus recipiant, personarum & causarum qualitate pensata, dummodo summam aureorum trium pro tota instantia non excedant. Sed si causæ essent arduæ & implicitæ, vel verterentur inter Barones, vel alios Nobiles diuites, de Castris vel de casalibus, vel de hæreditatibus opulentis, vel similibus; tunc locum non habeat salariorum taxatio prædicta, sed vltra eam moderate recipiant, Iudicis, & Correctorum arbitrio. Et Iudices vltra salaria supra definita, expensas taxare non possint.

De salarijs Aduocatorum, & Procuratorum, Cap. 92. Gloss.

Et de iure communi salarium Aduocatis, & Procuratoribus debetur; sed non ex pacto, & conuentione quota litis. l. sumptus 53. in prin. ff. de pact. l. si qui. 5. C. de postulan. l. 1. §. si cui cautum. ff. de extr. iord. cognit. l. quisquis 6. §. præterea. C. de postulando. Si vero post actã causam cauta est honoraria summa peti poterit, vsq; ad probabilem quantitatem; cum qua est computandum quod antea datum est, & non debet excedere legitimum modum d. §. si cui cautum. versi. si vero post causam. Licita autem quantitas communi iure intelligitur pro singulis causis, vsq; ad centum aureos. l. 1. §. licita. ff. de extraord. cognit. Sed pro modo litis, proq; aduocati facundia fori consuetudine, & iudicij in quo erat acturus. Iudex existimationẽ honorarij adhibere debet, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur. d. l. 1. §. in honorarijs. Incerta autem salarij publicatio, vel sub specie mutui non rectè petitur. l. qui mutuam. 56. §. salarium. ff. mandati. l. si sub. 3. C. de postulando. Et totius temporis debetur si per eum non stetit quominus operas præstat. l. qui operas. 38. ff. locati. l. 1. §. diuus seuerus. ff. de extraord. cognit. Et ex his quas licebit accipere non aspernanter, sed placide à Cliente accipiat. l. quisquis. 6. §. nemo. C. de postuland. Aduocatorum distinctio proponitur in d. l. 1. §. Aduocatos. ff. de extraord. cognit. Laudes Aduocatorum proponũtur in l. Aduocati. 14. C. de aduocat. diuer. iudic. numerus Aduocatorum Præfec. Prætorio fuit 150. l. nemini. 11. C. eod. l. cum Aduocatio. 8. C. eod. Totidem fuerunt Præfecti Prætorio per illiricum, l. iubemus. 7. C. eod. Alexandria. 50. l. petitionem. 13. C. eod. Comitis Orientis. quadraginta. l. iubemus. 20. C. eod. Prouincia Syria secunda triginta. l. petitiones. 22. C. de Aduoc. diuers. iudic. Præfect. prætor. 80. l. per hanc legem. 24. C. eod. He-

die in Vrbe sunt duodecim Concistoriales, & aliorum infinitus numerus, sine inquisitione, vt plures numerentur Aduocati, quam causæ; Antiquitus non constituebantur Aduocati, nisi præuia diligenti inquisitione peritiæ. l. iubemus 20. §. nec de cætero. C. de Aduocat. diuer. iudic. & filij Aduocatorum cæteris præferebantur. l. nemini. 11. §. filios. C. de aduocat. diuers. iudic. l. petitionem. 3. l. 20. §. & filios. C. eod. & illi etiam sunt examinandi. d. l. nemini. §. 1. & Iudices debent prouidere, quod ne in vna parte rudes, in alia periti assistant, sed quod par fiat eorum distributio. l. prouidendum. 7. C. de postulando. Aduocatorum autem officia sunt, nil plus quam causa poscit dicere. l. quisquis. 6. §. ante omnia. C. de postulando, litem ex industria non protrahere. d. l. 6. §. nemo. In alijs Regionibus non peregrinari. l. hanc legem. 24. §. hoc etiam prouidendum. C. de Aduoc. diuer. iudic. l. vlt. C. eod. Prouinciales functiones non suscipere, l. ne quis. C. eod. nemini patrocinium denegare. l. prouidendum. 7. §. si quis vero. C. de postulando, nisi forte petatur pro causa iniusta glos. in c. breui. de iure iur. vbi Doct. Ias. cons. 94. lib. 3. Roman. cons. 47. nu. 2. Menoch. de arbitr. casu 494. nu. 13. non præuaricare. l. præuaricationis. 3. ff. de præuaricator. nec relicta parte suscepta; Aduersario patrocinari. l. rem non nouam 12. §. patroni. C. de iudicijs; Menoch. de arbitrar. casu 323. nu. 5. alia multa ponit Speculator de Aduocat. §. hino per totum, & Doctores in iuribus supra citatis.

Sunt enim Aduocatis à publicis functionibus immunes. l. sancimus. C. de Aduocat. diuers. iudic. l. ne quis. 3. eod. Menoch. casu 379. n. 3. de arbitrar. & quicquid Aduocatus filius fam. acquirit sibi ad instar castrensis peculij retinet. l. fori sui 4. l. cum aduocatio 8. §. omneq; C. de aduocat. diuer. iudic. deposito officio remanent in dignitate clarissimi ordinis Comitis. l. suggestionem 18. C. eod. & de alys eorum priuilegijs proponitur in l. 5. 7. 15. 16. 17. & penult. C. eod. Infamis, Iudeus, & imperitus non possunt esse Aduocati, vt dixi supra lib. 1. c. 19. in fine. Et vbi sunt plures ex vna parte dicit Iunior. Tiraquell. de primog. in præfac. n. 114. Et vtentes legibus; prout debent meliorem vitam ducunt; quam fratres prædicatores, Ioan. Arnon. singul. 27.

Procuratoris verbum generale est. Rube. Alex. in l. penult. §. ad crimen. numer. 156. & 165. ff. de publ. iudic. & conuenit tam constituto ad negocia, quam ad lites. glos. in verbo decem, & septem, §. eod. instit. quibus ex caus. manu. non licet. Sed inter se differunt. glos. ibi Brunus super Constit. in verbo, procurator, ver. statuto cauetur. Qui quidem procurator exercens officium dicitur is qui desiderium Amici in iudicio Iudici exponit; vel qui exponenti aduersario contradicit, l. 1. §. postulante. ff. de postulan. glos. in verbo, postulare. §. fin. instit. quib. ex caus. manum. non licet, & sunt aliqui, qui in procurationibus exercendis sunt adeo callidi, & versuti, Vafresq; vt facerent omnia per fas, & nefas, vt vincerent, iuxta tex. in l. litem. C. de procurat. vbi Bar. & alij, idem Bar. & Alex. in l. sumptus. ff. de pactis; Plocus in l. si quando. nu. 534. C. vnde vi de hac re supra lib. 1. c. 118. in fine.

De iure communi salarium Aduocati non debet excedere scnta centum auri pro qualibet causa ciuili, Bar. in l. 1. §. diuus seuerus. ff. de var. & extraord. cognit. Ias. in §. tripli. n. 52. instit. de action. Tiraq. de nobilitate. cap. 29. num. 28. & 29. Menoch. de arbitr. quest. 11. Viuius opin. 8. lib. 2. nisi plus fuerit promissum Guid. Pap. decis. 190. nu. 1. Vrsil. ad Afflict. decis. 123. nu. 6. vel sponte plus datum, Guido vbi supra, ite nisi causa fuerit criminalis, Bal. in l. 1. in fine. C. mandati. Ias. d. §. tripli, num. 53. ab egenis, & pauperibus nullum salarium accipere possunt, Ias. d. §. tripli nu. 14. Tiraquel. d. c. 29. nu. 39. Myssinger. obser. 22. cent. 4. Roland. in cons. 87. nu. 23. Menoch. de arbitr. casu 369. n. 3. pauperes tamen dantes non possunt repetere, Tiraquel. vbi supra nu. 45. Roland. d. cons. 87. nu. 28. Potest hæc salarij taxatio fieri etiam parte non citata, Cumm. in ritibus Magnæ Curiæ c. 4. num. 9. & pro salario potest retinere scripturas donec soluatur, Menoch. de recuper. remed. 11. n. 14.

An autem Procurator, & Aduocatus in causa propria salarium in taxatione expensarum rectè petantur, & dic quod non per Doct. in l. vlt. C. de fruc. & lit. expen. Rota in antiquis decis. 533. Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra num. 14. C. de iudic. Abb. in c. finem litibus. de dolo, & contumacia. Boer. decis. 210. fallit in Procuratore, & Aduocato petentibus salarium per modum interesse, & damni, quia interim alias causas suorum Clientulorū agere non potuerunt, vt per Bar. & Doctor. in d. l. vlt. & Ias. in d. §. sin autem. Sed si causa sit cōmunis cum alio expensas pro parte socij, & consortis litis percipie, Boer. d. decis.

decis. 210. vbi latius, & damna ratione suæ versions. Boer. ibi Myssinger. obseruat. 1. centur. 9. Menoch. de arbitr. casu 154. num. 6. Procuratores, & Aduocati adiuuantes filios amicorum in Iudicio, id facere præsumantur sine spe salarij. Bald. in l. 2. nu. 2. C. de iure dotium. Menoch. de arbitr. casu. 88. nu. 60. & eorum facto non possunt efficere, vt Principales suos incidant in delictum. l. si Procurator & ibi Ias. num. 4. ff. de cond. indeb. Curtius Iun. in cons. 149. in fine. Paris. in cons. 21. nu. 4. lib. 4. Menoch. de arbitr. casu 315. n. 23. & 24. quod potest inseruire ad excusandos principales à contrauentionibus, quas quotidie procuratores committunt in hoc foro, & Iudicis arbitrio relinquitur, quæ expensæ sunt reficiendæ Procuratoribus, & Aduocatis. Rota in antiquis decis. 37. numer. 10. de senten. & re iudic.

De mercedibus Notariorum pro Instrumentis publicis. Cap. XCIII.

PRo Instrumentis quorumcunque Contractuum inter viuos, & quorumcunque Testamentorum, & vltimarum voluntatum in publicam formam redactis vsque ad quantitatem scutorum vigintiquinque, recipiat Notarius iulios tres: vsque ad quinquaginta, iulios septem cum dimidio: vsque ad centum, iulios decem: à centum vsque ad quamcunque summam, iulios duos pro quolibet alio centenario scutorum, dummodo in totum nõ excedat summam vigintiquinque scutorum, saluis infrascriptis, in quibus specialiter est prouisum.

Pro particula Testamenti siue legati cum hæredis institutione habeat à legatario, vt supra in primo capite: Sed si scriptus hęres ea particula quo ad institutionem quoquo modo vtatur, possit à Notario cogi ad solutionem mercedis totius Testamenti: dato tamen eidem Instrumento publico. Si verò Notario ab hærede de institutione aut toto Testamento fuerit satisfactum: legatarii quartam partem prædictæ taxatæ summæ, pro particula soluere teneantur.

Pro duplicato instrumenti publicati, recipiat quantum pro copia eum recipere posse infra statutum est, & præterea iulios duos pro publicatione siue subscriptione. Teneatur quoque Notarius sub pœna amissionis mercedis, in margine Protocolli publicationem factam totius Instrumenti, seu Testamenti, aut illius particulæ adnotare.

Pro instrumentis diuisionum recipiat quartam partem eius quod reciperet si bona illa alienarentur.

Pro contractibus emphytheoticis, liuellarijs aut censuarijs, in quibus non est apposita æstimatio rei, habeat pro quantitate census, vel canonis æstimanda, ad rationem scutorum cẽtum pro singulis scutis quinque, qui soluuntur pro censu, vel canone prædicto: vbi verò est apposita æstimatio, pro modo æstimationis, vt supra in proximo Capite.

Pro instrumentis quietationum, si ipse Notarius de obligatione rogatus non sit, & est apposita certa quantitas, habeat tertiam partem eius quod solueretur pro obligatione. Vbi verò non est apposita certa quantitas, si res æstimari potest, habeat vt supra; si verò æstimari non potest, stetur arbitrio Iudicis, & Correctorum, qui in taxatione non excedant scutos quinque pro personarum, & rerum qualitate. Sed si sit idem Notarius rogatus, pro quacunque summa, siue sit expressa, siue non, non vltra Iulios quatuor habeat.

Pro instrumento inuestituræ, siue adeptionis possessionis, seu immissionis in illam, habeat Carolenos quinque.

Pro instrumento consensus, Carolenos quinque.

Pro instrumento cassationis obligationis, siue contractus, Carolenos similiter quinque.

Pro instrumento locationis à decem annis infra, Carolenos quinque: & pro instrumento illius cassationis, Iulios duos.

Pro instromentis mandatorum ad lites, Carolenos duos: Ad negocia, ad exigendum & quietandum, Carolenos quinque.

Pro instrumento tutelæ, vel curæ cum inuentario tutelari, Carolenos decem.

Pro instrumento aditionis hæreditatis cum inuentario solenni, habeat principalis Notarius scutum vnum; reliqui Notarij se subscribentes, Carolenum vnum pro quolibet: & ita seruetur in his duobus postremis casibus, nisi essent hæreditates multum opulentæ; quo casu de instrumento tutelari cum inuentario, & de instrumento aditionis hæreditatis prædictis, plus recipere possit Iudicis & Correctorum arbitrio, dum tamen summam scutorum duorum non excedat.

Pro rogitibus verò dictorum instrumentorum in officio, vel domo Notarij, Iulios

 duos;

duos; extra verò, Iulios tres.

Pro rogitu autem testamenti, nunquam recipiat vltra Iulios quinque.

Pro rogitu locationis ad modicum tempus, Iulium vnum.

Teneatur quoque Notarius partibus petentibus, instrumentorũ, de quibus rogatus fuerit, copias tradere, & pro eis Iulium vnum pro centenario scutorum: (ita tamen quòd pro quauis summa, Iulios decem nó excedat) recipere possit, & non vltra, exceptis instrumentis locationum, pro quorum copijs non vltra Iulios duos exigere possit.

De mercede Notariorum pro Sententijs.
Cap. X C IIII.

SI sententia sit diffinitiua, continens quantitatem, vel res minoris valoris centum ducatorum, recipiat Notarius Carolenos quinque: à centum vsque ad ducentos, ducatum vnum de Carolenis: a ducentis vsq; ad quingentos, ducatos duos similes; inde vsque ad quamcunque summam, vel æstimationem, ducatos tres: si verò certam quantitatem nó contineat, vel de facili eius valor æstimari nó potest, habeat ducatum vnum de Carolenis, plus, minusuè secundum declarationem Iudicis, & Correctorum, pro rerum, & personarum qualitate, dummodo in huiusmodi declaratione prædictam summam ducatorũ trium, non excedant.

Pro sententijs verò super executione instrumétorum, laudorum, sententiarum, testamentorum, & priuatarum scripturarum, si certam contineant quantitatem, vel rei valor de facili liquidari potest, vsq; ad summã vigintiquinque scutorum, Carolenos tres; inde vsq; ad quinquaginta, Carolenos quinque; inde vsque ad centum, Carolenos octo; inde vsq; ad ducenta, ducatum vnum; inde vsque ad quamcunque summam, vel æstimationem, ducatos duos.

In causis summarijs pro quacunque summa, excedente summam scutorum vigintiquinque, Carolenos octo; pro summa verò infra summam vigintiquinque scutorum, Carolenos duos, sicut de interlocutorijs.

Pro interlocutorijs, si publicentur cum signo, Carolenos duos; si sine signo, sed tantum cum subscriptione, bolonenos tres; & idem pro quolibet actu, de quo instrumentum actorum conficeret; in quo debeat acta integra, & non mutilata scribere; alioqui mercedem petere non possit, & acceptam restituere teneatur.

De mercede Notariorum pro Iudiciarijs Actibus. Cap. X C V.

PRo qualibet relatione, contradictione, replicatione, comparitione, responsione ad petitionem, & similibus etiã cum Iudicis pronunciatione, habeat Notarius bolonenum vnum, à parte actum faciente; & pro quolibet actu.

Pro productione libelli, siue petitionis in scriptis, vltra actum productionis, bolonenos duos.

Pro contestatione litis, & iuramento calũniæ à qualibet parte contestante, vel iurante cum Iudicis interlocutoria, & destinatione Notarij ad recipiendum iuramentum à qualibet parte, bolonenos duos.

Pro viatico ad recipiendum iuramentum calumniæ intra Vrbem, bolonenos quinque: extra Vrbem, si contingat, Iudicis arbitrio.

Pro productione articulorum vltra actum relationis, bolonenos duos.

Pro responsionibus articulorum ad tribunal, aut in domo Notarij, quatrenos duos pro quolibet articulo, seu positione, à petente responderi; & si extra domum, & in Vrbe pro viatico, bolonenos quinque.

Pro responsione ad præparatoria siue interrogatoria à parte petente responderi, bolonenos tres; & pro viatico, si contingat in Vrbe, bol. quinque.

Pro iuramento cuiuslibet testis, quatrenos duos.

Pro examine cuiuslibet testis vsque ad numerum quinque vel sex articulorum, excluso articulo repetitiuo, in domo Notarij, Carolenum vnum; supra eum articulorum numerum, Carolenos duos: si cum interrogatorijs partis, qui numerũ decem & octo nó excedãt, in primo casu Iulium vnum pro quolibet teste; in secundo Iulios duos: si interrogatoria excedant numerum prædictum, pars interrogans soluat pro excessiuitate Iudicis arbitrio: Qui & superflua resecare debeat.

Et in quolibet casuum prædictorum, si alius Notarius adiungatur, tantundem soluatur adiuncto, à parte illum adhibente; sed si causa esset valde grauis, & perplexa, vel articoli super quibus testes examinantur, excederent nume-

numeratam vigintiquinque, recipiat plus arbitrio Iudicis, & Correctorum, dummodo non excedant Carolenos quinque pro quolibet teste, & quolibet examinante.

Si extra domum, vel officium, intra tamen mœnia Vrbis, vltra supra taxatam mercedem, habeat pro viatico, siue vnum, siue plures testes examinet, Iulium vnum: si extra mœnia per duo miliaria, habeat pro viatico Iulios duos, & equum ad equitandum: si vero vltra dicta duo miliaria, habeat pro viatico iuxta taxationem Iudicis & Correctorum, dummodo non excedant Iulios quinque, & expensas victus, & vecturæ pro quolibet die.

Pro productione quorumcunque instrumentorum iurium, tesserarum, aut similium, bolonenos duos, pro quolibet, vltra actum relationis.

Pro recognitione dictorum iurium, bolonenum vnum pro quolibet teste.

Pro restitutione iurium data à producente copia per Notarium retinenda, Iulium vnum; & si ipse Notarius copiam fecerit, vltra Iulium prædictum, habeat pro copia sicut infra dicetur.

Pro publicatione testium, & processus petita, & obtenta; item pro termino dato ad dicendum contra, bolonenos duos pro quolibet actu ex prædictis.

Pro depositi in pecunia numerata, vel in re mobili pretiosa, in manibus Notarij faciendo, vsq; ad summam centum, ad rationem vnius pro centenario: à centum supra vsq; in quamcunque summam ad rationem dimidij pro centenario, dummodo in totum non excedant scuta tria: sed si depositum fiat per cedulam bancariam, vel mercatoris, aut similiũ, vsque ad ducatos auri vigintiquinque, bolonenos duos: à vigintiquinq; ad centum, bolonenos sex: à centum vsq; in quãcunq; summam, bolonenos decem.

Pro consignatione cuiusuis depositi, vel cedulæ, aut illorũ restitutione, bolonenos duos.

Pro rogitu voti assettamenti, & extensione in actis, quando Iudex iuxta illud pronunciat, in omnibus articulis, in quibus votum assettamenti petere licet, exceptis diffinitiuis, & causam terminantibus, in causis ordinarijs, bolonenos septem cum dimidio: In diffinitiuis verò articulis, & causam terminantibus bolonenos quindecim: in causis summarijs, & executiuis nunquam vltra Carolenum vnum.

Pro rogitu compromissi ex forma statutorum facti, Iulium vnum à qualibet parte.

Pro cõstitutione procuratoris ad lites apud acta, bolonenos duos: si vero cum potestate exigendi, quietandi, paciscendi, & similibus, bolonenos quindecim.

Pro fida mandati ad lites, bolonenos quinque: ad alia, bolonenos decem.

Pro Inuentario de Iudicis mandato faciendo, iulios tres.

Pro repetitione instrumenti, de quo sit idẽ Notarius rogatus, si descriptum est in libro actorum Carolenos quinque: si vero Notarius non sit de eo rogatus, vt Actuarius, sed vt Notarius instrumentorum, habeat tertiam partem ejus, quod reciperet pro publicatione, & copiam ipsius instrumenti teneatur ponere in filza iurium productorum, cui fides in illa causa adhibeatur: & si pars, quæ huiusmodi instrumentum repetijt, illud in publicam formam habere voluerit, teneatur Notarius quòd recepit pro repetitione, compensare.

Pro rogitu instrumenti susceptionis tutelæ ad tribunal cum inuentario, vel sine, bolonenos quindecim; & pro stipulatione deputationis actoris ad lites, tam coniunctim cum dicta tutela, quàm sine, Iulium vnum.

Pro citatione edicto Senatus, bolonenos decem.

Pro monitorijs, bolonenos tres.

Pro susceptione termini ad soluendum, bolonenos duos.

Pro mandatis executiuis in contumaciam, bolonenos tres.

Pro mandatis executiuis in summarijs, vel executiuis, seu etiam obligationibus in forma Cameræ, vsq; ad summam scutorum viginti quinque, bolonenos quinque: à vigintiquinque ad quinquaginta, bolonenos decem: à quinquaginta ad centum, Iulios duos; inde ad quamcunque summã, Carolenos quinque.

Pro decretis dictorum mandatorum cum clausula, Nisi, bolonenos tres.

Pro lectura siue publicatione sententiæ in scriptis latæ ad tribunal, siue de voto assettamenti, siue non, Carolenos duos.

Pro interpositione appellationis, & cedulæ productione, ac Iudicis responsione tam ab interlocutoria, quàm à diffinitiua, bolonenos duos.

Pro reditu pro Apostolis, bolonenos duos.

Pro instrumento publico appellationis, cũ inserto tenore cedulæ, & Iudicis responsione, Carolenos duos.

Pro

Pro instrumento responsionis Apostolorū, separatim ab appellatione, datorum, Iulium vnum.

Pro rogitu fideiussionis in actis rogatæ, Iulium vnum.

Pro portandis, & ostendendis actis Iudici, nihil.

Pro rogitu instrumenti aditionis hæreditatis, cum beneficio legis & inuentarij, cum scriptura banni siue edicti, & scriptura citationis, ac relationis, cum inuentario vel sine; habeat Notarius principalis Iulios quattuor, reliqui Notarij se subscribentes, bolonenos quinque pro quolibet.

Pro extractibus, & quibusuis copijs, qui sint iuxta formam traditam sup. libro primo de extractibus & copijs, bolonenos tres, & nō vltra pro qualibet charta.

Pro mandato de relaxando carceratos pro quacunque summa, bolonenos quindecim, quod tamen per Protonotarium subscribatur, vt infra.

De mercede Protonotarij.
Cap. XCVI.

PRotonotarius pro subscriptione cuiusuis mandati de relaxādo carceratos, pro quacunq; summa, quod mandatum fieri debeat à Notario causæ ciuilis, vt supra, non recipiat vltra bolonenos decem.

Pro subscriptione mandati, de relaxando carceratum pro delicto, quod mandatum fieri debeat à Notario causæ criminalis, & pro quacunque fideiussione per carceratum præstanda, in totum Iulium vnum.

Pro relaxatione cuiuscunque carcerati pro crimine capitali, qui ex gratia liberatur, vt qui in Festo Assumptinnis Gloriosæ semper Virginis Mariæ, & similes, bolonenos trigintaquinqne pro quolibet.

Pro scriptura siue publicatione, & rogitu arbitramenti pacis, bolonenos quindecim à parte qualibet.

Pro subscriptione confirmationis Statutorum cuiuslibet Artis, bolonenos decem.

Pro rogitu cuiusuis fideiussionis, etiam pro carceratis de se repræsentando, in officio vel carcere, bol. decem: extra officium verò, vel Palatium, bol. quindecim.

Pro fide decreti visitæ, bolonenos quinque.

In reliquis seruet taxam aliorum Notariorum, de qua supra.

De mercede Notarij Magistrorum Viarum
Cap. XCVII.

NOtarius Magistrorum viarum, pro literis patentibus licentiæ occidendi hœdos, coquendi castaneas in locis publicis, aperiendi macellum porcorum, immittendi tabularia, & similium rerum, non possit recipere vltra bol. decem.

Pro similibus litteris loci perpetui in platea Agonis, in pergameno cum capsula sigilli, & cera in totum, bol. quinquaginta.

Pro similibus literis facultatis sternendi lateribus, vel silicibus vias publicas, siue alterius operis construendi, bol. decem.

Pro similibus literis perpetui macelli, semel tantum, bol. quinquaginta.

Pro literis concessionis fili, & terreni publici simul, bol. quinquaginta.

Pro literis concessionis fili tantum, bol. viginti.

Pro mandato de restituendis pignoribus ad curiæ, siue officij instantiam captis, cassationis querelæ, contrauentionis bannimentorū, seu incursus pœnarum, bol. quinque.

Pro mandato de restituendis pignoribus, virtute mandati executiui captis, bol. tres.

Pro qualibet licenria à Magistris data carrectterijs expurgatoribus latrinarum, bol. duos.

Pro visione loci differentiæ in Vrbe, bolonenos quindecim.

Extra Vrbem, bolonenos triginta.

Pro quibusuis bannimentis siue edictis, nihil.

Pro taxa instaurationis seu directionis Viarum, vel ictus, si vsque ad summam quingentorum scutorum scutum vnum: si vsq; ad mille, scutum vnum cum dimidio: si vsq; ad duo milliaria scuta duo: si vsq; ad tria millia, scuta duo cum dimidio: ab hac vero summa, vsq; ad quamcunque summam, scuta quattuor.

Pro mandatis Depositarijs directis, de soluendis pecunijs ictus, siue emendationis damnorum, & similium, pro quolibet mandato cuiuscunque summæ, bol. quinque.

In causis coram Illustrissimo & Reuerendissimo Domino S.R.E. Camerario, & Magistris Viarum coniunctim in vim literarum Apostolicarum.

Pro monitorio de vendendo, seu de rescin-

rescindendo, bolonenos decem.

Pro simili extra Vrbem cum inserto tenore literarum seu Commissionis, bol. septuagintaquinque.

Pro visione loci differentiæ in Vrbe, bol. triginta.

Extra Vrbem vltra vnum milliare, bolonenos sexaginta.

Pro nota & publicatione sententiæ definitiuæ, scuta duo.

In reliquis obseruet taxas præscriptas Notarijs Gubernatoris Vrbis, iuxta tenorem reformationis taxarum & mercedem Notariorum Ciuilium, per felicis recordationis Pium Papam Quartum editæ: quam in eius officio in propatulo appensam simul cum ista, perpetuò retinere debeat.

Extractus autem faciat iuxta formam Motus proprij eiusdem Pij Papæ Quarti, ita vt acta sint in eo prout iacent in manuali describta, & nullatenus repetantur nomina, dignitates, aut tituli Iudicum seu partium litigantiū, aut Procuratorum comparentium, vel similia: & singula folia contineant in eorum qualibet pagina, ad minus lineas vigintiquatuor, & vnaquæque linea ad minus duodecim syllabas, & scribantur litera bona & intelligibili, & nullatenus in charta bibula, & alias iuxta dicti Motus proprij tenorem: alioqui partes ad eorum solutionem non teneantur; & tunc seruata forma prædicta habeat pro singulis folijs bol. septem cum dimidio.

De mercede Notarij maleficiorum, & relaxatione Carceratorum. Cap. XCVIII.

Notarius maleficiorum, pro receptione querelæ in officio, siue extra nihil habeat.

Pro examine testium, pro informatione curiæ, tam ad partis instantiam, quàm ex officio, & tam in officio, quàm extra, nihil.

Pro examine reorum in carceribus, nihil.

Pro quolibet monitorio, inhibitione, aut sequestro cum clausula, Si quis. bolonenos tres: & sine dicta clausula, bolon. quinque.

Pro qualibet significatione cum fideiussione vel obligatione, bol. decem.

Pro quolibet monitorio pęnali seu citatione, inhibitione, & similibus ad instantiam Fisci, nihil: ad instantiam verò partis accusantis vel querelantis, vel si adsit instigator apertus; si in Vrbe, bolonenos quindecim; extra Vrbem, bolonenos vigintiquinque.

Pro litteris remissorijs, siue earum loco missiuis pro examinandis testibus extra Vrbem, bolonenos viginti.

Pro mandato de capiendo aliquem extra Vrbem, ad instantiam partis, vel vbi adsit instigator apertus, bolonenos vigintiquinque.

Pro comparitione, relatione, iurium productione, vel alijs quibuscunq; actis pro Fisco, nihil: parte verò instante, pro actu quolibet, bolonenos duos.

Pro actu depositi pecuniarum, nihil.

Pro consignatione depositi, vel cedulę bancariæ, pignoris, vel rei depositatæ, bolonenos septem cum dimidio:

Pro examine cuiuslibet testis in causa capitali, vel in qua veniret imponenda pœna corporis afflictiua, cum articulis, & interrogatorijs, etiam cum interuentu Iudicis, vel Procuratoris Fisci, in officio, vel domo Iudicis, bolonenos trigintaseptem cum dimidio. Extra domum vel officium, etiam si testis sit Illustris, vel egregia persona, bolonenos septuagintaquinque: sed si absq; interrogatorijs, & interuentu Iudicis & Fisci, vel super bona fama, aut vno vel duobus articulis, prærer repetitiuum, in officio, bolonenos viginti, extra officium, etiam si testis sit Illustris, bol. quadraginta.

In causis non capitalibus, super articulis, si cum interogatorijs, & interuentu Iudicis vel Procuratoris Fisci, in officio, bolonenos viginti; extra officium, etiam si testis sit Illustris, vel egregia persona, bolonenos quadraginta: Si verò absque interrogatorijs, vel super bona fama, aut vno vel duobus articulis, præter repetitiuum, etiam cum interuentu Iudicis vel Fisci Procuratoris, in officio, bolonenos quindecim; extra officium, bol. vigintiquinque.

Sed si in causis prædictis articuli, aut interrogatoria fuerint excessiua, stetur arbitrio Iudicis, his præcedentibus, & personarum qualitate pensatis, dummodo quarta pars supradictarum taxarum non augeatur.

Pro copia depositionum testium, in causa, in qua erunt vnus, vel plures Rei, pro quolibet folio, bolonenos quinque: folium autem in qualibet facie, non pauciores vigintitres lineas contineat: linea verò non minus duodecim syllabas.

Pro quolibet folio copiæ inditiorum continente lineas, & syllabas, vt proximè dictum est, siue vnus, siue plures sint Rei, bolonenos

nos quinque : quam copiam teneatur reis petentibus insimul dare.

Pro extractu actorum vbi fieri contingat, qui sit eius qualitatis, quæ dicta est in ciuilibus, soluantur boloneni quatuor, prout etiam in ciuilibus primo libro dictum est.

Pro mandato de capiendo aliquem pro inditijs, vel curiæ informatione, nihil.

Pro mãdato de capiendo ad effectum præstandæ cautionis de non offendendo, bolonenos septem cum dimidio.

Pro non grauetur, bolonenos tres.

Pro inuentario bonorum in causa capitali, bolonenos quinquaginta.

Pro simili inuentario facto de mandato Iudicis in quauis alia causa criminali, bolonenos triginta.

Pro adeptione possessionis bonorum Fisco incorporatorum, nihil.

Pro fide cuiuslibet actus iudicialis, etiam cum Iudicis decreto, bolonenos quinque.

Pro rogitu mandati procurę in officio, bolonenos quinque; extra officium, bol. decem.

Pro quolibet folio copiæ articulorum, vel iurium productorum, quod habeat versus, & lineas requisitas supra in copia testium, bolonenos sex.

Pro testitutione iurium productorum, data à producente copia per Notarium retinenda, Iulium vnum: & si ipse Notarius copiam fecerit, habeat pro copia, sicut in primo libro dictum est, vltra Iulium prædictum.

Pro nota cuiuscunque sententiæ pro Fisco, nihil.

Pro nota sententiæ absolutoriæ in causa capitali in prima instantia, etiam si plures fuerint Rei, Iulios triginta: in secunda, Iulios viginti: in tertia, autem, si esse contingat, Iulios decem. In causa verò non capitali, in prima instantia, Iulios viginti: in secunda, Iulios decem: in tertia, si esse contingat, Iulios quinque.

Pro Nota decreti habẽtis vim diffinitiuæ in causis prædictis, capiatur pro medietate eius, quod est taxatum pro sententia.

Si plures Rei simul in eodem processu, & ex eadem causa inquisiti, vel accusati, fuerint absoluendi, vnica tantum sentẽtia absolui debeant; & propinæ, seu sportulæ pro vnica tantum sententia Iudici soluantur, & Notario pro nota & publicatione eiusdem sententiæ, ac aliæ mercedes, pro vnica tantum sententia similiter soluantur.

Pro relaxatione carceratorum per gratiam, compositionem, vel bannum, Iudices, nec propinas, seu sportulas, neq; aliud quicquam recipere debeant.

Pro cassatione cuiuslibet simplicis fideiussionis, obligationis vel querelæ, bolonenos decem; sed si fuerit secutus processus, vel examen Inquisiti, non tamen condemnatio, bolonenos viginti.

Pro cassatione processus in causa capitali; in qua veniret imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, seu abscissionis membri, Iulios decem; In causa vero, in qua veniret imponẽda alia pœna corporalis, bolonenos septuaginta quinque. In reliquis vero causis bolonenos quinquaginta. Et hoc siue vnus, siue plures fuerint Rei.

Pro instrumento sententiæ in publicam formam redacto, capiat quantum supra pro nota sententiæ est taxatum.

Pro decreto de relaxando carceratos, nihil omnino Iudex, aut Notarius recipiat.

Pro mandato de relaxando carceratum ex quacunque causa, Iulios tres, quòd mandatũ subscribi debeat per Protonotarium, vt supra.

Pro subscriptione eiusdem mandati de relaxando quocunque carcerato, Iudex & Procurator Fiscalis nihil recipiant.

Pro Sigillo Senatoris in eodem mandato apponendo Iulium vnum.

Pro Cancello, & Sancti Leonardi nomine, nihil soluatur.

Et in omnibus casibus prædictis, & alijs quomodolibet contingentibus à paupere, & pro eo, nihil penitus recipiatur, & de paupertate stetur relationi Aduocati, & Procuratoris pauperum: & loco copiarum vbi opus fuerit eisdem Aduocato & Procuratori acta originalia gratis ostendantur.

De mercede Custodis Carcerum. *Cap. XCIX.*

PRo expensis faciendis Carceratis, in carceribus secretis detentis, habeat Commentariensis siue Carceratius, Carolenum vnum pro prandio, & tantundem pro cœna, vel alias iuxta taxam faciendam per eos ad quos spectabit: & debeat horam, qua eos Immittit & extrahit de secretis, in libris suis adnotare, idest, si ante vel post prandium vel cœnam; vt prandia, & cœnæ computari possint, quam horam, si non adnotauerit, nihil recipere pos-

re possit pro illa die. Teneatur autem dare bonum panem, & bonum vinum in sufficienti quantitate, & saltem libram vnam carnis cum ferculo, pro singulis carceratis, quolibet die: & diebus, quibus a carnibus abstinetur, aut oua, aut pisces, iuxta dierum, & temporum qualitatem: Vinum autem à Procuratore pauperum approbari debeat: si contrafecerit, & quoties, pœnam aureorum decem incurrat.

Pro expensis carceratorum non in secretis, neque in publicis, communibus: sed in honestioribus carceribus detentorum, non possit recipere vltra Iulios duos cum dimidio, vel iuxta taxam vt supra faciendam, pro qualibet die, etiam à sponte dantibus: hec ei liceat pro huiusmodi debito expensarum, quod interim contraxerint dicti carcerati vltra quantitatem sibi debitam pro decem præteritis diebus tempore relaxationis, ipsos retinere, vel eorum vestes ab eis auferre: sed cum ipsi Carcerario præsentabitur mandatum de relaxando, statim & incontinenti eum relaxare teneatur; & sibi imputet, si pro reliquorum dierum expensis cum cautione, aut pignore sibi non cauerit; salua tamen & reseruata eidem actione ad non solutum petendum. Quòd si in præmissis, aut eorum quolibet, & quoties contrauenerit, virgis cæsus officio priuetur.

Si carcerati in carceribus secretis, vel honestioribus, de quibus supra dictum est, de suo viuere vellent, Carcerarius prohibere non possit; sed teneatur victum carceratis allatum ipsis præbere, facta diligenti inquisitione, ne quis carceratos in carceribus secretis detentos, alloquatur, neue literæ eis mittantur: & tunc Carcerarius pro suo labore non amplius quàm bolonenos quinque die quolibet à quocunque carcerato recipere possit; nisi Iudex prohiberet, cibum aliunde afferri detentis in carceribus secretis. Non possit Carcerarius carceratos ab honestioribus carceribus expellere, & ad publicos transferre, ex eo quod dicti carcerati de suo viuere velint: si secus fecerit, & in quolibet casuum prædictorum, eandem pœnam fustigationis, & priuationis incurrat.

Non liceat Carcerario à Carceratis relaxandis vltra duos carolenos pro carcere vel custodia, à quouis etiam à sponte dante, etiã causa strenæ, aut bibaliorum siue cancelli, aliquid petere vel exigere. Neque pro arrestis contra carceratos factis possit aliquid à carceratis petere: sed ab afferente arrestum, duos tantum Carolenos, & non vltra recipere possit: si secus fecerit, ponatur ad scalas publicas ad verecundiam siue berlinam, audientia durante; & duplum eius quod abstulit, restituat.

Debeat Carcerarius à primo ingressu carcerum tenere capsam habentem superius fixuram, necnon & duas claues, quarum alteram ipse, alteram Procurator pauperum retineat, & cum primum aliquis ad carceres adducitur, pecunias res & bona omnia, quæ penes illum reperientur, singulatim in suo libro mox describere debeat: pecunias autem & mobilia, quæ per dictam fixuram immitti poterunt, per eam intra eandem capsam statim immittat, reliqua vero mobilia quę per huiusmodi fixuram immitti non poterunt, saltem infra triduum intra capsam prædictam clauibus referandã, & claudendam reponat. Si secus fecerit, puniatur tanquam fur ea pœna, quæ Senatori videbitur.

Nequaquam verò eidem Carcerario liceat à damnatis ad mortem, vel ad triremes, aut ad aliam pœnam, bona quæ habent circa personas auferre; nec alia bona, quæ ij in carceribus reliquerint, sibi retinere, sed illa teneatur Iudici consignare, qui de eis, deductis expensis, si quæ ipsi Carcerario pro alimentis debentur, prout iuris fuerit, disponat: si secus fecerit, pœnam priuationis officij, & fustigationis, aut trium ictuum funis, incurrat.

De mercede Capitanei, siue Executorum Curiæ Capitolij. Cap. C[illegible]

Capitaneus, siue Executores Curiæ Capitolij, pro executione reali vel personali, in causa ciuili, pro summa scutorum quinque, Carolenos duos; à quinque vsque ad decem, Iulios duos; à decem vsq; ad summam vigintiquinque, iulios quinque; à vigintiquinque ad quinquaginta, iulios decem; à quinquaginta vsq; ad septuagintaquinque, iulios quindecim; à septuagintaquinque vsq; ad centum iulios viginti; à centum vsque ad quingentos, iulios triginta; à quingentis vsq; ad mille, scuta quattuor; ab inde supra, arbitrio Iudicis executionem fieri mandantis; dummodo summam Iuliorum sexaginta non excedat; & non vltra recipere possint: & hæc intra Vrbem, & circa miliaria tria.

Pro immissione in possessionem bonorum immobilium, vbi non est expressa certa quantitas,

titas, scutum vnum, & non vltra: si vero sit expressa certa quantitas, seruetur vt proxime dictum est.

Et si contingat executionem fieri in animalibus, tantundem recipiat, vt dictum est, nec quicquam capere possit ratione capistri, aut ex quauis alia causa.

Pro executione mandati, contra suspectos de fuga, vsq; ad summam scutorum quinquaginta, non capiat nisi iuxta taxam supra traditam; à summa vero quinquaginta vsque ad quamcunque summam, Iulios decem, & nihil vltra recipiat, & eos, expensis tantum creditoris, vt in primo librum dictum est.

Non liceat eisdem, mercedem capere quoquo modo à quauis persona, contra quam habent mandatum de exequendo, nisi executionem fecerint cum effectu.

Qui in aliquo ex præmissis contrauenerit, & quoties, pœnam vigintiquinque aureorum incurrat; & indebite accepta, in duplum restituat.

Pro captura alicuius pro capitali delicto, si per sententiam fuerit absolutus, habeant scuta duo: si vero ex gratia fuerit liberatus, aut pœna commutata, scuta tria.

Pro captura eorum, qui puniendi essent pœna corporali citra mortem, si per sententiam similiter fuerint absoluti, scutum vnum, & non vltra: si ex gratia pœna fuerit remissa, vel cômutata, aut composita, Iulios quindecim, & non vltra: Sed si pœna eis fuerit inflicta, nihil accipere possint.

Si capiant aliquem in rixa repertum, aut post, ex causa rixæ, vbi fuissent illata vulnera, vel percussiones cum baculo, seu bastone, inter homines honestæ conditionis, pro relaxatione non habeant vltra scutum vnum; sed si non fuerint secuta vulnera aut percussiones, etiam quod arma interuenerint, non vltra Iulios quinque, & minus, Iudicis arbitrio, facti & personarum qualitate pensata.

Pro captura eorum, quos deprehenderint deferre arma contra edicta, non possint habere vltra scutum vnum; & hoc si de pœna non participauerint.

Non audeat Capitaneus vel eius satellites, ex domibus quas perquirunt, aliqua arma accipere, vel auferre, nisi sint prohibita in domibus retineri, vel nisi pro inditio aliquo ad Iudicem deferrent, qui ea penes Notarium deponere, vel prout sibi videbitur, gratis restitui mandet.

Nec etiam audeant cum Notario accedere ad faciendum inuentarium bonorũ delinquentium, nisi de Iudicis speciali mandato; & tunc si inuẽtarium fiat pro causa, in qua homicidiũ interuenerit, non possint habere vltra Iulios decem: vbi vero non sit homicidium, Iulios quinque, & non vltra.

Nec à captis, dum eos ad carceres ducunt sibi auferre aliqua bona, aut pecunias, neque etiam arma, quando ea contra edicta non deferunt, præsumant: sed illa omnia teneantur consignare custodi carcerum conseruanda per vim, vt supra dictum est.

Neque eis etiam liceat, à condemnatis ad mortem, vel ad triremes, aut ad aliam pœnam, quæuis bona, quæ circa eorum personas sunt, auferre, sub pœna priuationis officij, & trium ictuum funis, aut fustigationis per Vrbem.

Hæc autem de executionibus & capturis intra Vrbis mœnia, & circum milliaria tria faciendis, locum habeant; si autem extra, mercedes prædictæ duplicentur.

Si in prædictis aut eorum aliquo executores ipsi contrafecerint, & quoties, pœnam fustigationis per Vrbem, aut scutorum quinquaginta Iudicis arbitrio incurrant; & duplum eius quod acceperint, parti læsæ restituant: si plures in præmissis, aut eorum aliquo deliquerint, ad triremes per biennium mittantur, & nihilominus ablata, vt supra, restituant.

De mercede Scribarum Senatus. *Cap.* CI.

SCribæ Senatus, pro rogitibus donatæ Vrbis Ciuilitatis, priuilegio in publicam formam redacto, illiusque regestatione, cum sigillo Populi Romani, pro quo nihil soluitur, non accipiant vltra scuta duo.

Pro relaxatione carceratorum, in festo Assumptionis Beatissimæ Virginis Dei genitricis Mariæ, vel ex simili gratia, non vltra Iulios quinque.

Pro subscriptione mandatorum pro quibuscuis solutionibus, ex decretis consiliorum faciendis, nihil.

Pro lectura diffidationum & reaffidationum tam ciuilium quàm criminalium, nihil.

Pro receptione iuramenti Senatoris, & Iudicum, nihil.

Pro cereo sigillo S. P. Q. R. imprimendo in fronte hominum currentium ad brauium, bolonenos quinque pro quolibet.

Pro simili sigillo quadrupedibus similiter ad bra-

ad brauium currentibus imponendo, bolonenos decem pro qualibet.

Pro resignatione & vocatione cuiuslibet Thalami quando celebratur solemnis processio in Festo Assumptionis eiusdem Gloriosæ Virginis Mariæ, Iulium vnum pro quolibet.

De mercede Notarij Conseruatorum.
Cap. C I I.

NOtarius Conseruatorum, pro instrumentis publicis venditionum rerum ad Populum pertinentium, non recipiat vltra taxam alijs Notarijs supra præscriptam: & nihilominus teneatur notam dictorum instrumentorum cum suis capitulis intra triduum in libro designato gratis describere, & subscribere; & notam Computistæ & Antigrapheo consignare, vt supra hoc eodem libro de officio eiusdem Notarij dictum est: aliàs vero nihil petere possit.

Pro singulis trecentis pecudibus siue capris, ad montes, siue montaneas redeuntes, & ascendentes; si domini sint de Statu Ecclesiastico, vel qui soluunt sal & focaticum, Iulium vnum.

Pro singulis triginta bobus seu vaccis, aut equis euntibus, vt supra, ad montaneas; si sint dominorum prædictorum, Iulium vnum.

Pro expeditione siue bulletta pecudum, à quolibet grege siue massaria, cuiuscumque sit, Iulios duos.

Pro subscriptione mandatorum solutionum salariorum officialium, non tamen Conseruatorum, non vltra dimidium pro centenario.

Pro subscriptione cuiuslibet significationis seu prouisionis, Non grauetur, de mandato Conseruatorum, bolonenos tres.

De pecunia ludi Agonis, & Testaciæ à Camera singulis annis, florenos sex.

Pro recensendis familia, equis, & ornamentis Senatoris, vt infra de mercede Scriptoris Conseruatorum cauetur.

Pro decreto & mandato de relaxando carceratos, in totum Iulium vnum.

In reliquis actibus iudiciarijs, seruet taxam aliorum Notariorum.

De mercede Secretarij Conseruatorum.
Cap. C I I I.

SEcretarius Conseruatorum pro scriptura, expeditione, & regestatione litterarum patentium, officialium terrarum Romani Populi, non recipiat vltra scutum vnum pro qualibet.

Pro fide legalitatis Notariorum descriptorum in matricula, quæ penes ipsum conseruatur, cum sigillo Populi seu Conseruatorum, pro quo nihil soluitur, non vltra Iulium vnum. De alijs autem Notariis in dicta matricula nõ descriptis, fidem huiusmodi, nullatenus facere possit, sub pœna falsi.

Pro expeditione cuiusuis supplicationis vassallorum Romani Populi, & regestatione illius summarij, & rescripti Conseruatorum, Iulium vnum, pro qualibet.

Pro scriptura & regestatura litterarum missiuarum à Conseruatoribus ad partis, vel cuiusuis Communitatis instantiam, Iulium vnũ.

Pro præsentatione fidei, seu scripturarum, vel receptione testium, quòd acclamans ad libertatem, sit Christianus, & pro litteris libertatis expeditis, & regestatis, cum sigillo Populi Romani, pro quo similiter nihil soluitur, non vltra Carolenos decem.

De mercede Scriptorũ Conseruatorum.
Cap. C I I I I.

SCriptor Conseruatorum, pro descriptione ingressus Senatoris, & perquisitionibus, siue recognitionibus equorum, & familiæ eiusdem Senatoris per Conseruatores faciendis, habeat vice qualibet ducatum auri vnum, diuidendum inter ipsum, & Notarium Conseruatorum.

Pro scriptura & subscriptione mandatorum de soluendo officialibus, Romanis, Conseruatoribus exceptis, non vltra dimidium pro centenario recipere possit, pro reliquis autem publicum concernentibus, nihil, à priuatis verò modestè, arbitrio Conseruatorum.

Pro regestatione literarum concessionis fistularum, ex àquæductu fontis Virginis, bolonenos trigintaquinque.

Pro admissione & regestatione quarumlibet literarum Apostolicarum, etiam in forma motus proprij; necnon pro regestatione aliarum patentium literarum etiam Conseruatorum, in fauorem priuatarum personarum, Iulios quinque, in fauorem autem Populi nihil.

De mercede Notarij Cameræ.
Cap. C V.

NOtarius Cameræ pro ſcriptura, & adnotatione currentium ad brauium, bolonenos quinque pro quolibet, habere poſſit.

Pro ſcriptura verò equorum, & aliarum quadrupedum, bolon. decem pro quolibet.

Pro ſcriptura & adnotatione cuiuslibet Thalami in ſolenni proceſſione, quæ fit in feſto Aſſumptionis Glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, bolonenos quinque.

Pro fide, quam facit de pecunijs Cameræ ſolutis per condemnatos, aut componentes, vſq; ad ducatos decem de Carolenis, bolonenos tres: ab inde vſq; ad viginti, bolonenos quattuor; ab inde vero ſupra, Carolenum vnum.

Pro caſſatione cuiuslibet inuentionis delictorum artificum, ſiue negociatorum, bolonenum vnum cum dimidio.

Pro conſignatione ſigilli à furnarijs facienda ſingulis ſex menſibus, bolonenum vnum, pro quolibet.

De mercede Scriptoris Cameræ.
Cap. C V I.

SCriptor Cameræ pro ſcriptura conſignationis cuiuslibet animalis reperti vagari, aut damnum dare, cuius dominus ignoratur, non vltra bolonenos tres recipiat.

Pro ſumpto, ſiue extractu cuiuslibet inuentionis artificum, bolonenum vnum pro qualibet inuentione, ſeu deiicto.

Pro ſcriptura cuiuslibet fideiuſſionis præſtandæ in Camera, bolonenos quinque.

De mercede Notarij Gabellarij Maioris.
Cap. C V I I.

NOtarius Gabellarij maioris pro qualibet inuentione verificata, aut confeſſa, pro qua ſoluta, vel donata, aut compoſita ſit pœna, habeat pro receptione inuentionis, citatione, relatione, intimatione, & caſſatione, in totum bolonenos quinque: aliàs verò nihil recipiat.

Pro mandato de diuidendis bonis in commiſſum deprehenſis, Iulium vnum.

De mercede Mareſcalli ſeu Executoris Palatij Conſeruatorum. Cap. C V I I I.

MAreſcallus, ſeu Executor Palatij Conſeruatorum, habere poſſit pro prima grauatoria, bol. vnum à quolibet grauato.

Pro ſecunda grauatoria, bol. vnum cum dimidio.

Pro executione pœnarum taxatarum vſque ad ſummam ſcuti vnius, bol. tres; ab inde vſque ad tria, bolonenos quinque; ab inde vſque ad quamcunque ſummam, non vltra bolonenos quindecim.

Pro captura perſonali, pro delicto, non vltra, Iulios quinque.

Pro executione facienda in vim mandatorum Conſulum artium, vſq; ad ſummam ſcutorum decem, bol. vnum cum dimidio pro quolibet ſcuto; inde vſq; ad ſcuta viginti, Iulios tres: inde vſq; ad quamcunque ſummam, Iulios quinque, & non vltra.

De mercede Præconum, ſeu Bannitorum.
Cap. C I X.

PRæcones ſeu Bannitores, pro quolibet edicto ſiue banno de Conſeruatorum mandato publicando, non vltra Iulios duos recipere poſſint: ſed ſi generale ſit, vel comprehendens omnes artifices, Iulios quattuor.

Pro edicti publicatione ad inſtantiam priuatarum perſonarum, vt ſunt pro aditionibus hæreditatum, venditionibus, ſiue ſubhaſtationibus bonorum, denunciatione, vel relatione animalium amiſſorum, Iulios duos, & non vltra: & ſi ſibi animalia deperdita fuerint denúciata, ante edictum, non amplius pro eorum indicatione, ſeu manifeſtatione, quàm Iulios duos recipere poſſint.

De Taxa ſeruanda per Cuſtodes Portarum & Pontium Vrbis. Cap. C X.

POrtarum & Pontium Vrbis Cuſtodes, infraſcriptas taxas vulgari lingua traditas pro rebus, quæ in Vrbem, vel extra Vrbem conuehuntur, inuiolabiliter obſeruare teneantur, ſub pœnis inferius expreſſis.

Per entrata, & ſimilmente per vſcita di ciaſcheduna ſoma di qual ſi voglia ſorte di Seta, Velluto, ò Brocchato, ò Tela d'oro, & d'argento, baiocchi dua.

Per mezza ſoma, baioc. vno.

Per

Per vn fardello fino à cinquanta lib. niente.

Per entrata & vscita per ciascuna soma di panni Fiorentini, & d'ogni altra sorte, baioc. vno & mezzo.

Per mezza soma, quatrini tre.

Per entrata, & vscita di ciascuna soma di zuccari, cera, & altre cose di spetiaria, baioc. vno.

Per mezza soma, quatrini due.

Per entrata di ciascuna soma di sola, lino, acciaro, bombace, guarnelli, lana, canapa, tele noue de forastieri, baioc. vno.

Per entrata di ciascuna soma di legname lauorato, ferro, carbone, vena di ferro, & altre cose simili, quattrini due.

Per entrata di ciascuna soma di olio, fichi, pesce, tonnina, & altre cose simili ba. vno.

Per la vettouaglia che si porta alla Corte doue stà la Santità di Nostro Signore fuora di Roma, niente.

Et similmente se si portarà per vendere alle Tauerne & Hosterie de luoghi doue starà sua Santità fuora di Roma, niente.

Pane, olio, carne salata, & vnto per li Pastori, niente.

Per entrata di ciascheduna soma di lana, quatrini due.

Per entrata di ciascuna soma di caso, quatrini due.

Per entrata di ciascuna soma di capretti, & porchette, che siano di quattro mesi, & similmente oua, & polli, quatrini due.

Per entrata di ciascuno carro carico di legname lauorato, baiochi due.

Per legname non lauorato baiocchi tre.

Per vn carro di fieno, baiocco vno.

Per entrata di ciascuna somma di vino forastiero, baiocco vno.

Per entrata di ciascheduna soma di vino Romano, cioè mosto, ò acquato, tutto vn di con vna bestia, quattrino vno.

Per entratura di bestiame forasterio fino al numero di dieci bestie, quatrini due: per insino à cinquanta, baiocco vno, da cinquanta fino à qualunque somma, ba. vno, & mezzo.

Per vscita di bestiame di qualunque sorte si sia, niente.

Per entrata & vscita di ciascuna morra di pecore per vna volta l'anno, baiocco vno.

Per entrata di ciascuna soma di legna di bosco, vno pezzo di essa legna.

Per entrata di ciascuna soma di fieno, vn mannello secondo l'vsanza, ouero vn quattrino, eccetto le some per seruitio della Santità di Nostro Signore, & dell'Illustrissimi, & Reuerendiss. Cardinali, & Camerali, che non sono soliti à pagare.

Per entrata di ciascuna soma di guado, pelli concie, candelotte, & cose simili, baiocco vno.

Per mezza soma, quatrini dua.

Per entrata di pelli & cora morticine, quatrini dua per soma, & essendo di Romani, niente.

Per entrata di cenere, canne, viti, legna, fascine di vigne di Roma niente.

Per tronco di bestie grosse di massaria per tutto l'anno, baiocco vno.

Per soma di herba da cauallo, quattrino vno.

Per fascio di herba ò di legna, niente.

Per soma di ortaglie da mangiare; quatrino vno.

Per soma intiera di melloni, quatrini dua.

Per soma intiera di cauoli cappucci, quatrini dua.

Per soma non intiera di cauoli cappucci, & melloni, mescolati con ortaglia, quattrino vno.

Per soma d'agli, cipolle, & cocozze, quatrino vno.

Per soma di piselli, faue, & ceci verdi, quattrino vno.

Per soma di frutti di ogni sorte forastieri, baiocco vno.

Per soma di vua, & frutti Romani niente.

Et di tutte le altre cose che qui non fussero comprese, si habbia da stare alla dichiaratione delli Conseruatori, i quali habbiano à giudicare per simili doue saranno, se non, per loro mero arbitrio.

Et chi contrafarà, per ogni volta incorra nella pena di scudi diece d'oro, ouero di dua tratti di corda ad arbitrio de Conseruatori, & à pagare il quadruplo, dell'indebitamente estorto alla parte grauata.

Vt in casibus mercedum non expressis, similes attendantur. Cap. C X I.

SI casus euenerint, qui in præsentibus taxationibus decisi non sint, per similes expressos, per Senatorem, & Conseruatores in eorum respectiue Palatijs decidantur: sed si similia non inueniantur, tunc Senator in sua curia adhibitis Correctoribus, seu si ipsorum

alter ſuſpectus ſit, Pro Conſulibus: Conſeruatores vero adhibito Conſilio Capitum, Regionum, ac Tredecim, & viginti ſex Conſiliariorum negotium terminent, prout eis videbitur expedire; & ab eis nullo modo liceat appellare.

Vt Notarij, Officiales, & Cuſtodes ſint contenti mercede eis conſtituta. Cap. CXII.

OMnes Notarij, Scribæ, & Officiales quicumque, cuiuſcunq; dignitatis, & exercitij ſint, ac etiam portarum, & pontium Cuſtodes, quibus per præſentia Statuta, certum ſalarium, certaque merces aſſignata, & præfinita eſt, ſint & eſſe debeant eorum ſalarijs, & conſtitutis mercedibus contenti; nec quicquã vltra quouis prætextu, ratione, vel cauſa petere, exigere, aut etiam à ſponte dantibus recipere poſſint. Qui ſecus fecerint, ſi eis per præſentia ſtatuta pœna præfinita non eſt, quadruplum parti, & aureos decem Cameræ Vrbis pro pœna perſoluant.

Vt omnes officiales publicè habeant taxas mercedum affixas. Cap. CXIII.

VNiuerſi Notarij & Scribæ, Executores, Cuſtodes Carcerum, Portarum, & Pontium, Tubatores, & demum quicunque alij quibus per præſentia ſtatuta, certa merces eſt præfinita, in eorum Officijs, & locis vbi exercent officia, particularem tabellam, in qua ſui officij mercedes, ita ut præfinitæ ſunt in præſenti volumine, verſæ tamen in vulgarem ſermonem, & per extenſum, & non per notas deſcriptæ, in propatulo, itaut ab omnibus inſpici, & legi poſſint, ſuſpenſam habere debeant, Qui vero ſine ea deprehenſus fuerit, poſt menſem à die publicationis præſentium Statutorũ, pœna aureorum decem mulctetur, & ſi poſt mulctam per triduum ea carere repertus fuerit, Officio priuetur, & nihilominus pœnam aureorum vigintiquinque perſoluat.

Sequitur tenor formæ Bannimentorum Magiſtrorum Iuſtitiariorum.

Forma de Bandi de Maeſtri Giuſtitieri.

PEr prouedere, rimouere, & punire tutti li ſcandali, danni, differentie, & fraudi che poteſſero naſcere, farſi, & interuenire, tanto nelle vigne & canneti dentro & fuori di Roma quanto nelli altri luoghi infraſcritti: & accioche tanto il publico quanto il priuato, non ſia leſo, ma conſeruato; ordiniamo & commandiamo, che ſi oſſeruino inuiolabilmente li bandi & capitoli infraſcritti, ſotto le pene in eſſi contenute, d'applicarſi come appreſſo ſi dirà: auuertendo che ſi darà fede all'Accuſatore col ſuo giuramento, & con vn Teſtimonio degno di fede, ouero col pegno tolto al delinquente nel luogo del delitto, & vn teſtimonio ſimilmente degno di fede.

Che niuna perſona di qualunche ſtato, grado, ò preeminenza ſe ſia, ardiſca ne preſuma andare in vigne, giardini, canneti, ò ſimili poſſeſſioni chiuſe di fratte, foſſi, ò muri, ne di dì, ne di notte, ne con beſtie di qualſiuoglia ſorte, ne à piede, ò à cauallo, à far danno, ſenza eſpreſſa licentia delli Padroni, ò de chi in nome loro harà la cuſtodia, & guardia delli predetti luoghi, ſotto la pena di ducati tre de carlini per ciaſchuno & ciaſcheduna volta, d'applicarſi per vn terzo all'accuſatore, & l'altro terzo all'officio delli detti Maeſtri, & l'altro alla Fabrica del Palazzo dell'Illuſtriſs. Signori Cõſeruatori: & oltre la pena ſia tenuto à pagare il doppio del danno alli Padroni; & non poſſendo pagare la pena, & il danno, ſaranno poſti alla berlina deſcritta, ò demonſtrata la cauſa del delitto al collo del delinquente, ad arbitrio di eſſi Maeſtri Giuſtitieri.

Anchora ſe prohibiſce, che niuna perſona debbia vendemiare in vaſche altrui, ne far foſſi fra li vicini, ne fratte in viali communi, ne cauar, ò romper limiti, ſenza licenza delli Padroni, ſotto la pena di vinticinque ducati ſimili, da applicarſi come di ſopra.

Che niuna perſona debba far foſſi, ò carbonari, ne buttare alcuna ſorte di pietre, ò terra, nelli vicoli vicinali, communi, ò publici, tanto fra le vigne quanto fra li cãneti, ne in eſſi far foſſi, ò coſe ſimili, per le quali eſſi vicoli ſe riſtringeſſero, ò l'vſo loro diuenti peggiore, ne reſtringere ò ſpingere le loro fratte verſo li vicoli: ma quelli ridurre, & allargare in priſtino ſtato, ſotto la pena predetta, da applicarſi come di ſopra.

Che ciaſcun Padrone de tali poſſeſſioni, che haueſſero occupati, ò deteriorati li vicoli ſopradetti, debbano fra termine d'vn meſe hauerli nettati, & reſtituiti, & retirate le loro fratte, & reempiti li detti foſſi, ò carbonari al ſtato priſtino, ſotto la pena predetta, d'applicarſi come di ſopra. Notificando che ſe alcuno fra-

detto

detto termine, non farà quanto di sopra; li detti Maestri faranno nettare, & restituire, & retirare le frate, & reempir li fossi alle spese delli Padroni di esse possessioni, vigne, & canneti, & si procederà alla pena senza remissione alcuna.

Che tutte, & singole persone, quali hauessero ouero tenessero occupate, ò ristrette vie publiche ò vicinali fra le vigne, dentro & fuora di Roma, & fra le vigne vicine alli Casali fuora di Roma le debbano rimettere, & ridurre al pristino stato, fra termine di quindeci giorni, sotto pena di vinticinque ducati simili, da essigersi irremissibilmente, & da applicarsi come di sopra. Notificando che passato il detto tempo, essi Maestri andaranno à riuedere li detti luoghi occupati, & li restituiranno in pristino, à spese delli occupatori.

Che niuna persona ardisca, ò presuma, cauare ò rimouere termini, ne spianare, ò guastare, ò lauorare li limiti, ouero confini, senza licẽza delli Padroni, sotto la pena espressa nelli statuti generali del Popolo Romano.

Che niuna persona debba tagliar viti, ò arbori fruttiferi, & non fruttiferi, nelle possessioni, canneti, ò vigne di altri, ne spiantare, ò estirpare insiti, ò altri arbori & piante, sotto la simil pena di quindici ducati da applicarsi come di sopra, & di pagare il danno alli Padroni.

Che niuna persona debba guastar fratte, ne pigliar legna, anco tagliate, ne toglier Canne ò vero pali vecchi, ò nuoui, ne occhi di canne piantati ò per piantare, tanto nelle vigne quãto nelli canneti, sotto la pena di ducati dieci, & non hauendo modo da pagare, saranno frustati, ò vero posti alla berlina. Notificandosi che nella medesima pena pecuniaria incorreranno etiamdio quelli che scientemente compraranno detti occhi di canne, Insiti, ò Arbori.

Che niuna persona Guardiano, ò Ortolano, quali stanno fra le vigne, debba far ridutto, ò dar ricetto nelle loro case, ò vero capanne, ad huomini che sogliano far danno à vigne, ò cãnetti, sotto la medesma pena, da applicarsi come di sopra, & di pagare tutto il danno, che si facesse nelle vigne & possessioni di quel contorno, doue si trouasse esser stato dato tal ricetto.

Che niuno Guardiano ò lauoratore di vigne, mezzarolo ò cottimarolo di esse, debbia, ò possa vendere alcuna sorte di frutti, vua, ò agresta, senza licenza del padrone: & non possano li sopradetti di notte portare frutti, agresta, ò vua di alcuna sorte, senza licenza scritta dal padrone, sotto la pena di tre ducati, da applicarsi come di sopra.

Che niuna persona, etiamdio fruttarolo, ò riuendirolo, possa portare di giorno alcuna notabile quantità di frutti, agresta, ò vero vua dalle vigne, tanto fuora quanto dentro di Roma, senza il bollettino del padrone delle vigne, ne di notte in modo alcuno, anche col bollettino del padrone, sotto pena di perdere li frutti, eccetto se il padrone andasse con lui.

Che niuno fruttarolo, ò riuenderolo, possa vendere alcuna sorte di frutti, agresta, moscatello, gattolaccio, & vua, senza espressa licenza & bollettino di detti Maestri Giustitieri, sotto pena di ducati tre da applicarsi come di sopra, & di perdita della robba, la qual licenza si debbia loro dare gratis, & senza pagamento alcuno.

Che li Fruttaroli, ò altri riuenderoli, non possano comprare frutti di niuna sorte, se non dalli proprij padroni, & non da vignaroli, mezzaroli, ò cottimaroli senza licenza & saputa delli padroni, sotto pena di cinque ducati, da applicarsi come di sopra.

Che niuno Hoste, o altra sorte di persona, possa, ne debba comprare, ne ricettare agresta di vigne, & atta à far mosto: ma solo si possa vendere, comprare, & ricettare agresta naturale, & quella del gattolaccio; sotto la pena predetta, da applicarsi come di sopra.

Et per toglier le occasioni & suspittioni del rubbare, si ordina che niuna persona possa, ò vero debba portare, ne far portare in collo, ò con some, ne vendere tanto in mercato, quanto altroue, alcuna quantità de Insiti, ouero Arbori fruttiferi, senza licenza ò bollettino sigillato dalli officiali della sua Terra, se sarà forastiero: ouero dalli padroni delle possessioni doue l'haueranno cauati, essendo in Roma, ò suo contorno, sotto la pena di ducati cinque d'applicarsi come di sopra, & perdita delle piante.

Che tutti quelli che portaranno herbe segate per vendere, tanto con bestie quanto senza; non possano, ne debbano andare in vigne, sodi, ouero canneti à far herba, senza licenza delli padroni alla pena predetta: ma contro di loro non si possa procedere, se non à querela delli padroni, & non altrimente.

Et se alcuno padrone, ò Guardiano pigliasse animali, ferro, ò alcuno altro pegno, à chi desse danno in vigne, canneti, & sodi di vigne, vicoli, & fratte, debba il giorno seguente consegnarli

ſegnarle al Notarlo dl eſſi Maeſtri, ſotto pena di venticinque ducati, da applicarſi come di ſopra, & di eſſer punito anche per furto.

Che niuna perſona debba comprare catarcioni, ſerature, bandelle, zappe, vanghe, bidenti, ò oltri ferri da vigne, da perſona che non conoſca, & ſappia, ò poſſa ſubito nominarla, ſotto la pena di ducati dieci, da applicarſi come di ſopra.

Che niuno Portanaro delle Porte di Roma, ò Guardiano de Ponti, debba dar ricetto ne di giorno ne di notte, à gente che foſſe ſolita andare à rubare nelle vigne arbori, canne, viti, agreſta, vua, frutti, & altre coſe ſimili: ma li debbano capitando in detti luoghi, ritenere, che guadagnaranno il terzo della pena: altrimente incorreranno nella pena di ducati vinticinque quanto al ricettante, & di vn ducato quanto al non ritenente, d'applicarſi come di ſopra.

Che tutti quelli che ſaranno trouati in vigne, canneti, & ſodi à far ſtroppe, vitalbi, ſalci, ouero olmi: & quelli che ſaranno trouati portarli per venderli, ò per ſuo vſo ſenza licenza delli padtoni, caſchino in pena di vn ducato ſimile, da applicarſi come di ſopra; & debbano in ogni modu riſare il danno alli Padroni.

Si prohibiſce & commanda, che li Caprari non poſſano, ne debbano ſar danno alle fratte delle vigne, canneti, & ſodi cinti di fratte, foſſi, ò muri con loro capre: & contrafacendo, caſchino in pena di ducati dua, d'applicarſi come di ſopra, & alla emendatione del danno; alla qual contrauentione, & pena, ſi proceda ſolamente à querela del Padrone, & non altrimente: & entrando dette capre in vigne, & cannetti, la pena ſia duplicata, purche le dette vigne, & canneti ſiano cinti di fratte, muri, ò foſſi. Et il Padrone ſia obligato per il garzone, ouero à dare le capre & ſi creda all'accuſatore con vn teſtimonio degno di fede.

Che ne anco alcuno Macellaro, Aſinaro, ò altra perſona, quale andaſſe paſcendo animali, debba far danno alcuno in vigne, ſodi, fratte, ò canneti cinti come di ſopra, ſotto pena di tre ducati: & in caſo di contrauentione, ſi proceda ſolamente à querela di parte. Ne meno gl'iſteſſi, ne li caprari, andando à paſcere, debbano portare arme di ſorte alcuna, alla pena di ducati quindici, da applicarſi come di ſopra, ouero di eſſer poſti alla berlina.

Che li Cuſtodi, ò Portinari di Roma, ſotto la pena di vn ducato, non debbano laſciar paſſare alcun lauoratore con alcuna ſorte di faſcine, canne, ſtroppe, ò faſci di legna ſenza eſpreſſa licenza delli Padroni delle vigne, & poſſeſſioni predette, ne eſſi lauoratori le debbano portare alla pena predetta, & perdita di dette robbe che portaranno.

Che niuna perſona di qualunche ſtato, ò cõditione ſe ſia, debba impedire, ne far dare impedimento, ne dire ingiuria alcuna alli Eſſecutori di eſſi Maeſtri tanto in Roma, quanto fuora, eſſequendo di giuſtitia, ſotto pena di vinticinque ducati, d'applicarſi come di ſopra.

Che niuno Eſſecutore, ò Denunciatore di eſſi Maeſtri, poſſa, ouero debbia pigliar danari, ò far fraude alcuna: ma debbia ciaſcuno di loro far l'officio ſuo diligentemente, & fidelmente, alla pena della fruſta, ouero di vinticinque ducati, d'applicarſi come di ſopra; & l'accuſatore ſarà tenuto ſecreto.

Notificando anchora, che ſe ſarà contrauenuto in modo alcuno à quanto ſi è detto in queſti Capitoli, & Bandi, il Padrone ſarà tenuro per il garzone in tutte le coſe predette, ſe gia non deſſe l'animale per il danno, come ſi è detro di ſopra.

Et quia Ego Horatius Fuſcus S.P.Q.R. Scriba præmiſſis omnibus, dum vt iacent, emendarentur, ſupplerentur, & fierent, interfui, & in notam ſumpſi Ide hic me manu propria ſubſcripſi, ad futuram rei memoriam.

FINIS. LAVS DEO.

GRATIAE
IMMVNITATES
ET FACVLTATES
per ſummos Romanos Pontifices Almæ Vrbis Romæ Populoq; Romano conceſſæ.

Literæ Bonifacij Papæ VIII. in fauorem Magiſtrorum & Scholaſticorum in Gymnaſio Almæ Vrbis profitentium.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Abbati Monaſterij S. Laurentij extra muros, & Priori Baſilicæ ad Sancta Sanctorum, ac Archipresbytero Eccleſiæ S. Euſtachij de Vrbe, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. In ſupremæ præeminentia dignitatis diuini diſpoſitione Conſilij conſtituti, ad vniuerſas fidelium regiones noſtræ vigilantiæ creditas tanquam Paſtor Dominici Gregis aciem apoſtolicæ conſiderarionis extendimus, ad earum profectum quantum nobis ex alto permittitur intendentes, ſed ad vrbium Vrbem, Romanam videlicet Ciuitatem, quam Diuina clementia ſtatuit caput Orbis, eò attentioris meditationis intuitum retorquemus, quò principalius in eadem noſtri ſedem apoſtolatus cœleſtis diſpoſitio ſtabiliuit & firmauit Eccleſiæ fundamenta. Hanc profectò nimirum inter ceteras vrbes ſub chriſtianæ religione fidei militantes vberioris affectionis prærogatiua proſequimur, ſtudioſius apoſtolicis munimus præſidijs, & condignis libentius grarijs honoramus: ideoq; feruenti non immeritò deſiderio ducimur, quòd eadem Vrbs quam diuina bonitas tot gratiarum dotibus inſigniuit, Scientiarum etiam fiat fœcunda

A mune-

muneribus, vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diuerſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitq; ibi fons ſcientiarum irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſis literalibus cupientes imbui documentis. Ad hunc igitur vniuerſalem profectum non ſolum incolarum Vrbis ipſius & circumpoſitæ regionis, ſed & aliorum, qui præter hoc quaſi continnò de diuerſis Mundi partibus confluunt, ad eandem ſtudio paternæ ſollicitudinis intendentes, diligenti ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione præhabita, de ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica duximus ſtatuendum, quòd in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus generale vigeret ſtudium in qualibet facultate, ac docentes & ſtudentes ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus conceſſis Doctoribus & Scholaribus in ſtudijs generalibus commorantibus gaudeant & vtantur. Et ne huiuſmodi ipſorum ſtudium (quod de bono ſemper in melius dirigi cupimus) perturbari contingeret, auctoritate prædicta decreuimus, vt Doctores vel Scholares in huiuſmodi Rom. ſtudio commorantes non poſſint inuiti in Cur. Capitolij occaſione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, niſi forſan (quod abſit) homicidium per aliquem vel aliquos de eodem ſtudio Romano perpetrari contingeret: quo caſu Vicarius Rom. Pont. contra Clericos, Senator vero vel Senatores qui pro tempore fuerint in Vrbe prædicta, contra Laicos procedant, & faciant quod iuſtitia ſuadebit. Nec ad aliquas contributiones in talijs aut collectis quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ Vrbis, ſeu aliqua obſequia communi Vrbis ipſius præſtanda, prætextu moræ, quam in eadem Vrbe contraherent, vel aliqua pedagia ratione rerum ſuarum quas ad dictum Romanum ſtudium deferri, vel exinde reportari facerent, doctores aut ſcholares eiuſdem Romani ſtudij teneantur, quodq; penſiones domorum quas Doctores vel ſcholares in eadem Vrbe ſtudiorum cauſa morantes inhabitarent, taxari deberent per duos taxatores, quorum vnum ipſi Doctores & ſcholares, & alterum commune ipſius Vrbis eligant, & ſi ij duo concordare nequirent, ſtetur taxationi Tertij taxatoris ab eiſdem Doctoribus & ſcholaribus eligendi, ac vltra taxationem huiuſmodi nihil ab eis poſſit exigi nomine penſionis pro domibus antedictis: Et licet Roma communis ſit patria, ſi tamen quiſpiam litem contra ſcholares peregrinantes cauſa ſtudiorum in illam ſuper aliquo negotio mouere voluerit, huiuſmodi rei optimè data ſcholaribus ipſis eos coram domino, aut Magiſtro ſuo, vel prædicto Vicario conueniat iuxta legitimam ſuper hoc editam ſanctionem: & qui contrafecerint pœnam dictæ ſanctionis incurrant: Rectores quoque quos Doctores & ſcholares eiuſdem Romani ſtudij pro tempore duxerint eligendos in ipſos Doctores & ſcholares ac familiares ipſorum, tam circa cognitionem & deciſionem cauſarum ciuilium, & criminalium ciuiliter motarum, & etiam criminaliter in criminibus leuioribus, quàm ipſorum corrigendos exceſſus leues, ordinariam obtineant poteſtatem: vt autem Doctores & ſcholares prædicti eo liberius intendere ſtudio valeant, ac proficere in eodem, quo maioris fuerint gratiæ fauore muniti, ipſis auctoritate prædicta conceſſimus, vt dum huiuſmodi ſtudio docendo vel audiendo inſiſterent, fructus, redditus & prouentus omnium beneficiorum ſuorum cum cura vel ſine cura etiam ſi eorum aliqua perſonatus vel dignitates exiſterent, cum ea poſſint integritate percipere, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent ſi in Eccleſijs in quibus illa obtinent perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum in eis interim minimè tenerentur, neque ad id à quoquam valeant coarctari. Non obſtan. quibuſcunq; ſtatutis & conſuetudinibus contrarijs dictarum Eccleſiarum iuramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel quacunq; firmitate alia toboratis, etiam ſi de illis ſeruandis per ſe vel procuratores ſuos præſtaſſent forſitan iuramentum. Verum quia non ſufficit priuilegiorum & indulgentiarum aliquibus dare præſidia, niſi ſint qui ſuper ijs eos manuteneant & defendant, cum parum ſit in Ciuitate ius eſſe, niſi qui illud tueatur exiſtat, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, Quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios eiſdem Doctoribus, ac ſcholaribus qui eiuſdem Romani ſtudij pro tempore fuetint, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eos vel eorum aliquos contra huiuſmodi ſtatuti, conſtitutionis & conceſſionis noſtrarum tenores ab aliquibus moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi necnon contradictores quoslibet & rebelles quicunq; & cuiuſcunq; conditionis fuerint aut ſtatus, etiam ſi Pontificali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, auctoritate Apoſtolica poſt-

posita compescendo. Non obstan. supradictis seu de duabus dietis edita in concilio generali & nostra qua cauetur, quòd Conseruatores a sede deputati prædicta aliquos vltra vnam dietem à fine diœcesis eorundem trahere non præsumant, & quibuscunq; alijs constitutionibus contrarijs, dummodo vltra tertiam vel quartam dietam extra suam diœcesim aliquis auctoritate præsentium non trahatur, aut si aliquibus ab eadem sit sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint per litteras Apostolicas impetratas, vel etiam impetrandas, nisi eædem litteræ impetrandæ plenam & expressam fecerint de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet literis & indultis Apostolicis per quas præsentibus non expressas vel totaliter non insertas nostræ iurisdictionis explicatio in hac parte posset quomodolibet impediri, & de quibus quorumcunq; totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris literis mentio sit habenda. Volumus autem quòd quilibet vestrum etiam super negotio per collegam suum in hac parte primitus inchoata se intromittere valeat, & procedere in eodem, prout & quotiens fuerit opportunum. Dat. Anagniæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Trecentesimo tertio. Octaua Idus Iunij, Pontificatus Nostri Anno Nono.

Literæ Eugenij Papæ IIII. in quibus salarium Magistris in Gymnasio Almæ Vrbis profitentibus, de Vini forensis vectigali assignatur.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

A Supremo Patrefamilias in domo Domini superna dirigente prouidentia insufficientibus quamquam meritis dispensatores effecti, inter curas innumeras, quibus occurrentium rerum, negotiorumq; varietatibus obsidemur, officij debito pastoralis sollicitudine perurgemur assidua, vt ad domum ipsam sapientiæ doctrinæq; ministeria, gregem nobis creditum salubriter euocemus, & fidelibus singulis, ad quærendum literarum studia, per quæ Diuini nominis, orthodoxæq; fidei cultus protenditur, iustitia colitur, tam publica, quàm priuata res geritur, omnisq; prosperitas humanæ conditionis augetur, libenter fauores gratiosos impendimus, & opportunæ commoditatis auxilia liberaliter impartimur. Dudum siquidem ad vniuersalem profectum non solum incolatum Almæ Vrbis & circumpositæ regionis, sed & aliorum, qui quasi continuò, de diuersis mundi partibus, ad eandem confluunt Vrbem studio paternæ sollicitudinis intendentes: diligenti desuper cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione præhabita de ipsorum consilio, auctoritate Apostolica inter alia statuimus, decreuimus & ordinauimus, quòd in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus, generale studium vigeret in qualibet facultate, ac docentes, & studentes ibidem omnibus Priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus concessis Doctoribus, & Scholaribus, in studijs generalibus commorantibus, gauderent & vterentur: quodq; in Gabella vini forensis, quod in tabernis venditur, pro qua venditores huiusmodi vini sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ Vrbis soluere tenebantur, etiam pro libra tres adderentur solidi cum dimidio pro salario Doctorum ad legendum in dicto studio conductorum, & alijs occurrentibus inibi iuxta ordinationem Rectoris, & reformatorum, pro tempore existentium præfati studij, deducendis expensis, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur, vt temporis progressu tales in ipsius studij reformatores assumantur, quorum diligentia, & circumspectione votiuos, prosperosq; iugiter huiusmodi studium contingat auctore Domino habere successus, dilectorum

filiorum Nobilium virorum, Iustini Pauli de Planca Legum Doctorum, & nostri Consistorij Aduocati, necnon Ioannis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Cangialasinis, modernorum Conseruatorum, Ciuium Romanorum, ac Iacobi de lo damaro de regione Montium: Cecchi de Bucchamatijs de regione Triuij; Laurentij Domini Pauli Toti de regione Columnæ; Laurentij Pauli Collarij de Regione Campimartis; Nuccij Cecchi de regione Pontis: Syluestri de Temperijs de regione Parionis: Syluestri Antonij Paloni de regione Arenulę; Nuccij Ciaffi de regione S. Eustachij; Cecchi Antonij de Rugerijs de regione Pineæ: Lucæ Nannoli de Bucchabellis de regione Campitelli: Francisci Antonij della Balestra de regione S. Angeli: Iuliani Siusciæ de regione Ripæ: Laurentij Benedicti Obicionis de regione Transtiberim, Capitum regionum dictæ Vrbis, in hac parte supplicationibus inclinati, perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter obseruandæ constitutionis edicto, auctoritate præfata volumus, & ordinamus, quòd ipsi Conseruatores, & Capita regionum etiam pro tempore existentes Annis singulis de mense Decembris, Duodecim ex notabilibus Ciuibus Romanis, inter quos aliqui in Iure Canonico vel Ciuili Doctores sint primo, necnon alios tabelliones publicos tres fide ac facultatibus idoneos etiam Ciues Romanos eligere, & ipsius Ecclesiæ Camerario, vel eius Locumtenenti pro tempore existenti præsentare debeant: ipseq; Camerarius siue Locumtenens ex huiusmodi Duodecim primo, vt pręfertur, electis, quatuor (quorum vnus omnino in præmisso Iure Doctor existat) ipsius studij reformatores, & illorum notarium ex dictis alijs tribus tabellionibus, vnum constituat, & deputet, qui protinus ex tunc pro talibus habeantur, & eorum inibi cuiuslibet officium per Annum dumtaxat duret, eoq; finito reformatores ipsi de omnibus & singulis per eos circa prædictum illorum officium gestis, & administratis, coram Conseruatoribus Vrbis, & tribus ex Capitibus regionum per alios Capita regionum communiter eligendis similiter pro tempore existentibus, ac vno alio probo viro ad hoc per prædictum Camerarium vel eius Locumtenentem deputando, legales rationem & calculum, reddere sint astricti: & ad id, quodq; omnia & singula de rebus, emolumentis, & bonis, quæ ad eos ipsius officij ratione peruenerint, extantia consignent, & quæ negligenter, vel fraudulenter interim administrauerint, omnino resarciant, & refundant illis qui tunc de nouo dicti studij reformatores extiterint, per ipsos Conseruatores, qua conuenit districtione coarctentur. Conseruatores quoque ac tres ex Capitibus regionum, per ipsos Capita regionum, vt prædicitur eligendi, & reformatores prædicti simul cum dicto alio, per Camerarium, vel eius Locumtenentem, vt prædicitur deputando, seruatis debitis, & quæ in talibus in dicta Vrbe fieri consueuerunt subhastationibus & modis, Gabellam huiusmodi vendant, & quæ prouenerint inde pecunias apud aliquem, vel aliquos fidos, ac famosos Mercatores, in dicta Vrbe pro tempore existentes deponant; & quotiens expedierit, ipsi Reformatores, per seipsos pecunias huiusmodi, pro salariandis inibi legentibus Doctoribus, aut alijs ipsius studij supportandis oneribus exponere: residuum quoque pecuniarum huiusmodi in alios dicti studij vsus, & vtilitatem conuertere, necnon de præfatorum Conseruatorum, & trium, vt præfertur, Capita regionum, & deputandi huiusmodi consensu, pro dicto residuo domum, seu habitationem, aut Collegium pro pauperibus inibi collocandis, Scholaribus, & studentibus, construi, & ædificari, possessionesq;, & domos, vel alia immobilia bona, ad ipsius Domus seu collegij opus emere, necnon omnia alia, & singula, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna fuerint, facere, gerere, & exercere valeant: super quibus omnibus plenam, liberamq; concedimus eis tenore præsentium potestatem. Non obstantibus omnibus quæ in dictis literis non obstare voluimus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo trigesimo secundo. Septimo Idus Feb. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Literæ

Literæ PII Papæ II. quod Antiqua ædificia Vrbis, & eius diſtrictus non diruantur.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVm Almam noſtram Vrbem in ſua dignitate, & ſplendore conſeruari cupiamus, potiſſimè ad ea curam vigilem adhibere debemus, vt non ſolum Baſilicæ ac Eccleſiæ eiuſdem Vrbis, & pia ac religioſa loca, in quibus plurimæ Sanctorum reliquiæ reſident, in eorum miris ædificijs manuteneantur, & præſeruentur, verum etiam antiqua, & priſca ædificia, & illorum reliquias ad poſteros maneant, cum eadem ædificia ornamentum, & decorem maximum afferant dictæ Vrbi, & monimenta veterum virtutum, & incitamenta ad illarum laudes aſſequendas, exiſtant: & quod etiam magis conſiderandum eſt, ex ipſis ædificijs, ac ædificiorum reliquijs rectius intueri liceet rerum humanarum fragilitatem; & quòd nullo modo in illis ſit confidendum, cum eadem ædificia, quæ maiores noſtri cum eorum ingenti potentia, & ſumptibus maximis, cum immortalitate certatura arbitrarentur, vetuſtate, & alijs ſiniſtris caſibus diminuta, & collapſa etiam eſſe cernantur. Ex præmiſſis igitur & alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, dilectorum filiorum Conſeruatorum Cameræ, & capitum Regionum, ac Ciuium dictæ Vrbis ſupplicationibus inclinati, fœlicis recordationis quorundam Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, qui ædificia ipſa dirui, vel deſtrui prohibuerunt expreſsè veſtigijs inhærentes, ac ſtatutum antiquum in eadem Vrbe vigens, quo etiam id fieri ſub certis pecuniarijs pœnis prohibetur, ratum, & gratum habentes, ac auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium, confirmantes, & approbantes, ſub excommunicationis, ac pecuniarijs in ipſo ſtatuto expreſſis pœnis, quas contrafacientes eo ipſo incurrãt, omnibus & ſingulis tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus cuiuſcunq; præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Pontificali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mũdana dignitate præfulgeant; auctoritate, & ſcientia prædictis, diſtrictius inhibemus, ne quis eorum directè vel indirectè, publicè vel occultè, aliquod ædificium publicum antiquum, ſeu ædificij antiqui reliquias ſupra terram in dicta Vrbe vel eius diſtrictu exiſtens, ſeu exiſtentes, etiam ſi in eorum prædijs ruſticis vel vrbanis fuerint, demoliri, deſtruere, ſeu comminuere, aut rumpere, ſeu in calcem conuertere, quoquomodo præſumant. Quòd ſi quis fuerit, qui contra prohibitionem huiuſmodi venire præſumpſerit, dilectis filijs modernis, & pro tempore exiſtentibus; Conſeruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, qui pro præmiſſis per eorũ officiales diligenter inquiri faciant, artifices, ſeu laboratores in opere demolitionis, ſeu deuaſtationis huiuſmodi inuentos, carcerari, eorumq; animalia, inſtrumenta, & res alias capi, & arreſtari, confiſcari faciendi, eoſq; necnõ illos quorum nomine id egerint, ad mulctæ ſolutionem cõpellendi plenam & liberam, auctoritate & ſcientia prædictis, earundem tenore præſentium, concedimus facultatem. Volumus autem quòd nullus præter Romanum Pontificem, alicui in præmiſſis licentiam dare valeat, Huiuſmodi verò licentia, niſi per Bullas, vel Breuia Apoſtolica conceſſa fuerit, nullius exiſtat roboris vel momẽti. Non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſq; contrarijs quibuſcunque. Cæterum vt prædicta omnia ad communem ſingulorum notitiam deducantur, ne de eis ignorãtia prætendi, ſeu etiam allegari poſſit, præſentes literas per Vrbem publicè præconizari, & valuis Capitolij dictæ Vrbis mandauimus, fecimuſq; affigi, decernentes auctoritate præfata, vt huiuſmodi literæ publicatæ, & vt præfertur affixæ, omnes quos concernunt perinde arctent, ac ſi eis forent perſonaliter & præſentialiter intimatæ. Cum non ſit veriſimile quo ad eos remanere incognitum, quòd tam patenter omnibus extitit intimatum. Nulli ergo omnino hominum li-

ceat hanc paginã nostræ confirmationis, approbationis, inhibitionis, concessionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, quarto Kal. Maij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Literæ Sixti Papæ III. Contra subtrahentes aut asportantes lapides porphyreticos, & alios, necnon reliqua ornamenta ex Ecclesijs.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Cum prouida Sanctorum Patrum decreta eos sacrilegos esse diffiniant, qui Ecclesias & loca sacra Altissimo dedicata deuastãt, ipsorumq; diripiunt ornamenta, sicut & illos qui de sacro sacrũ auferre impia temeritate præsumunt, pariq; vtrumque flagitium ac duplici pœna coerceant, decet meritò nos quibus Ecclesiarum omnium cura dispositione superna commissa est, pro detestatione tanti criminis, proq; statu prospero, venustate, & decore ipsarum Ecclesiarum in sua decentia debitè conseruandis, omni vigilantia, & attentione curare, ne peruersorum crescente malitia, eędem Ecclesiæ, & sacra Dei templa, præcipuè Almæ Vrbis, nostro conspectui anteposita, suis nudentur ornatibus, & huius sceleris nequissimi patratores, debitam recipiant vltionem. Sanè fide dignorum relatibus, non sine admiratione, ad nostrem peruenit auditum, quòd nonnulli iniquitatis filij se inaniter Christianos esse profitẽtes, & à quorũ oculis Dei timor, & reuerẽtia Christianæ Religionis abscessit, de Patriarchalibus, & alijs sacratissimis Ecclesijs, & Basilicis dictæ Vrbis porphyreticos, marmoreos, & alios diuersorum generũ, colorũ lapides ad ipsarũ vsum decorẽ & ornatũ deputatos ausu sacrilego abstulerunt hactenus, & in dies auferre, eoq; ad diuersa loca per se, vel alios asportare præsumunt, in grauem Diuinæ Maiestatis offensam, Ecclesiarũ earundem deformitatem, detrimentumq; animarum suarum, periculũ & scandalum plurimorum. Nos igitur sacrilegorum impios & temerarios ausus huiusmodi, quantũ nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamuis præmissorũ occasione nonullorum Prædecessorum nostrorum sanctiones, & prohibitiones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas in eo duntaxat quòd de Ecclesiarum, & sacrorum locorum ornamentis, atq; lapidibus antedictis minimè auferendis; prohibent vel disponunt, seu illos qui huiusmodi flagitiosissimos ac penè in Christiano Orbe inauditos excessus perpetrare, & in his sacrilegas manus inijcere præsumpserunt, excommunicationis sententia innodatos fore declarant, in suo robore volumus permanere, omnes & singulos cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, siue alijs ornamentis earundem Ecclesiarum, siue Basilicarum, dictæ Vrbis habuerint, aut in surripiendo, seruando, & retinendo, auxilium præstiterint, vel fauorem, nisi à die habitæ præsentium literarum notitiæ, ea restituant cum effectu; scientes verò reuelent, & ad notitiam nostram saltem per minores Pœnitentiarios nostros deduci faciant; maioris excommunicationis sententia à qua nisi in mortis articulo, & debita satisfactione præuia, à nullo præterquam à Romano Pontifice absolui possint, irretitos esse: Ecclesias verò & loca alia quorum vsibus, & ornatui illa deputata fuerint, aut forsan, (quod absit) deputari contigerit in futurum, tamdiu Ecclesiastico interdicto subiacere, quandiu ad loca, vnde prius ablata fuere, absq; diminutione aliqua fuerint reportata; harum serie declaramus. Et insuper quisquis suæ salutis immemor sacrilegij crimen huiusmodi committere præsumpserit in futurum, vltra censuras prædictas, Ecclesiæ siue

Baſilicæ, à qua lapides, & ornamenta huiuſmodi abſtulerint, mediam libram auri pro recompenſa ſibi irrogatæ iniuriæ abſque diminutione aliqua ſoluere teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſeptimo Idus Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Capitula declaratoria Iuriſdictionum Curiarum Vrbis per Sanctiſsimum Dominum Noſtrum Sixtum IIII. Pontificem Maximum.

SANCTISSIMVS DOMINVS NOSTER vult, & mandat inuiolabiliter obſeruari, quòd omnis incola Romæ habitans, & Ciues omnes ſæculares conueniantur in Curia Capitolij, aut alijs officialibus ſæcularibus Vrbis, prout ad eorum officium ſpectat, & non alibi.

Et quòd omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario Sanctitatis ſuæ in ſpiritualibus in Vrbe, aut alijs Clericis Vrbis ad quos ſpectat.

Et ſic de omnibus exceſſibus factis in Vrbe ratione territorij, & laici puniantur per laicos officiales Vrbis, Clerici verò per Vicarium præfatum.

Vult etiam, & mandat, quòd qui ſequuntur curiam laici tam mares, quàm fœminæ, & non alij conueniantur in Curia Mareſcalli: Et quòd in nullis alijs iuriſdictionem habeat, nec exerceat. Aliàs Gubernator Vrbis poſſit comprimere etiam via facti.

Clerici verò ſequentes Curiam Romanam, conueniantur coram Auditore Cameræ, Ita quòd in omnibus Actor forum rei ſequatur.

Vult inſuper, præcipit, & mandat Sanctiſſimus Dominus noſter, quòd Vicecamerarius, ſiue Gubernator in Vrbe nullum tribunal cognitionum cauſarum priuatarũ teneat, per ſe, neq; per alium, ſed ad eum venientem ad ſuum iudicẽ remittat, vt ſuperius dictum eſt: Et ſit ſuperintẽdens, vt quilibet in præmiſſis officijs ſuos terminos, vt dictum eſt, obſeruet, & contrafacientem puniat, aut Sanctitati ſuæ referat, & debeat carceres omnium præmiſſorum viſitare, & de officialium omnium maximè Notariorum maleficiorum tranſgreſſionibus cognoſcere, & ad debitã formam reducere. In concernentibus autem ſtatum aut pacem, & quietem Ciuitatis, & Curiæ Romanæ, quantum viderit neceſſe eſſe, officialem ad quem ſpectat iuuare, & omnia pro poſſe ad pacem reducere.

Item dempto Auditore Cameræ, & eius officialibus, officiales præmiſſorum, & quicunque executores, aut quomodolibet Notariatus officia exercentes, & Mareſcalli non poſſint eſſe in officio vltra annum, & quòd finito anno ſyndicentur per Syndicos, qui deputabuntur pro eo tempore Senatori, & eius officialibus.

Item quicunque voluerit aliquem capi facere pro ſuſpecto, & fugitiuo, non poſſit facere, niſi per iudicem competentem, vt ſupra, & quòd impenſam capientis ſoluat is qui capi fecerit, aliàs quicquid à capto receptum fuerit, reſtituatur in quadruplum à Mareſcallo, aut alio executore qui receperit.

Item quòd in punitione portantium arma ſæcularium, Senator habeat iuriſdictionẽ omnimodam in quoſcũq; repertos cum armis, ſine exceptione curialitatis, familiaritatis DD. Cardinalium, aut aliorum quorũcũque, & alia quacũque ſublata cauſa: à clericis verò arma portantibus poſſint arma auferri, & eos ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti, vt eos puniat.

Item vult, mandat, & decernit, eſſe irritum, & inane quicquid contra præmiſſa, aut aliquod præmiſſorum contigerit attentari.

Et quòd ſola Signatura ſufficiat, & regiſtrentur in regiſtris Cameræ Almæ Vrbis.

Placet, & ita mandamus F.

Indi-

Indictione ſexta, Menſis Iulij die duodecima, milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo tertio.

Reuerendus Pater Dominus Epiſcopus Tyraſonenſis conſignauit mihi Angelo de Vallatis præſens folium, cum Reformationibus introſcriptis, ſignatum manu Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ, Vt illud conſignarem Magnificis Dominis Conſeruatoribus, & ita conſignaui illud dictis Dominis Conſeruatoribus, &c.

Angelus de Vallatis dictorum Dominorum Conſeruatorum Secretarius.

Eadem die duodecima Iulij præfati.

Conſtitutus perſonaliter ſupradictus Angelus de Vallatis coram dictis Dominis Conſeruatoribus, & dixit quomodo ſupradictus dominus Epiſcopus conſignauit ſibi Angelo præſens folium cum dictis Reformationibus, vt ipſis Dominis Conſeruatoribus conſignaret, vnde dictus Angelus volens ſequi quod fuerit ſibi iniunctum, præſens folium dictis Dominis Conſeruatoribus conſignauit.

Ioannes de Saluectis Notarius Dominorum Conſeruatorum.

Regiſtrata in Archiuio magno, ſiue cenſuario Almæ Vrbis, in Palatio Magnificorum Dominorum Conſeruatorum Cameræ exiſtentia, ſub folio centeſimo vigeſimo primo.

Ac etiam Regiſtrata in alio libro groſſo tabularum, & gabellarum, ac aliarum ſcripturarum dicti Palatij ſub folio ducenteſimo vigeſimo tertio.

Antonius de Mutianis Notarius publicus, & ſcriptor perpetuus Dominorum Conſeruatorũ, Ad fidem, manu propria Regiſtrauit, &c.

Literæ SIXTI Papæ IIII. contra ſumentes vindictam contra innocuos, necnon & contra Brigoſos, & in fauorem Paceriorum.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Perniciosam Deoq; odibilem rixarum conſuetudinem, & inquietorum rixantium Brigas deteſtabiles, aut verius corruptelam, quæ pacis æmulo procurante, in pleriſq; noſtris, & Romanæ Eccleſiæ Ciuitatibus præcipuè Alma Vrbe cum animarum euidenti periculo, corporum quoq; & facultatum maximo detrimento, diutius inoleuit, quantum nobis ex alto permittitur, eradicare totis viribus cupientes, noſtræ ſollicitudinis Paſtoralis officium ita interponere, ac Prædeceſſorum noſtrorum decreta prouidè ſuper hoc edita noſtri muniminis præſidio inſtaurare curamus, quòd ſublatis quibuſlibet diffidijs, ciuilibusq; diſcordijs, noſtri, & eiuſdem Eccleſiæ filij Pacis amœnitate lætentur, peruerſorum verò temeritas pœnarum exaggeratione penitus arceatur. Olim ſiquidem à fel. rec. Paulo Papa II. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequẽtis. Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Viros ſanguineos, & doloſos abominabiles Deo, Sanctus Propheta teſtatur, nec immeritò quidem apud Deum, & homines deteſtandi videntur, qui horrenda ſæuitia, & vindictæ furore ſuccenſi, ſanguinem ſitiunt aliorum, & præſertim inſontium, ita vt non ſolum corporum mortem procurent, ſed etiam animarum, pro quibus Dei filius mortem ſubijt corporalẽ, eaſq; pretio ſui Sanguinis comparauit. Vnde nos eiuſdem Saluatoris vicem, diſponente Domino, licèt immeriti, obtinentes in terris, eoſdẽ meritò deteſtamur, & ad gregis Dominici cuſtodiã ſollicitis excitati vigilijs, animarum, & corporum ſaluti, & publicæ paci, ac quieti, attenta cogitatione inſiſtimus, vt perditorum hominum audaciam compeſcendo, animas ſimul, & corpora Deo lucrifacere ſua nobis cooperante gratia valeamus. Sanè in Alma Vrbe noſtra, quę ſicut

eut per ſacram Beati Petri ſedem totius eſt caput Orbis effecta, ita cæteris vrbibus quietis & pacis norma, & exemplar deberet eſſe Iuſtitiæ, inſtigante diabolo peſtiferum, & pernitioſum malum irrepſit, vt ſi quando Inter aliquos, etiam pro leuiſſima cauſa, quam Brigam vocant, rixa fuerit exorta, in qua alter alterum percuſſerit, aut vulnerauerit, percuſſus aut vulneratus huiuſmodi offendentis, patrem, fratrem, aut filium, ſeu alterum ex propinquis, iniuriæ, expertem, & plerumq; offenſionis ignarum aut huiuſmodi exceſſus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furioſa dementia, in vindictam ſuæ iniuriæ vulnerat, & interdum occidit, aut aliquis propinquorum offenſi, ad vltionem iniuriæ propinqui ſui, vt præmittitur propinquum offendentis vulnerat, vel occidit, vel vulnerari, & occidi facit: inde quoq; iuxta damnabilem abuſum Ciuitatis, vtraq; pars ſe domibus priuatis includit, quas in contemptum ſummi Pontificis, videlicet Principis, ac etiam Magiſtratuum ciuitatis, armatis complent, & interdum fores domorum, & porticus ſteccatis communiunt, vbi tanquam ad officinas aſylum ſcelerum perditi homines, & ſceleſti, ex vtraq; parte conueniunt: illic rabida factio iungitur, atrociſſimi ſceleris immanitate concordans: illic dementia, & furia eſt, & venalis iniuria, dum ij, qui nulla ſunt iniuria laceſſiti, ad vindictam offenſorum, inſana mente, & ferali crudelitate, coniurant, Ij ſunt quorum veloces pedes ſunt ad effundendum ſanguinem, qui viam pacis non cognouerunt, Inter quos fœda & obſcœna commertia, alearum vſus, pecuniarum effuſio, patrimoniorum diſſipatio, diræ blaſphemiæ, & obſcœni aguntur inceſtus, ex ijs oritur regentium Rempublicam, & Magiſtratuum contemptus, ac ſeditiones nonnunquam excitantur. Quod quidem ex alio veteri proceſſit abuſu: vt ſi quando huiuſmodi rixæ & offenſiones intercedunt, non ſolum propinqui, atq; coniuncti, ſed etiam extranei vtriq; parti ſe offerunt, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Fare de bene, nuncupatur, ex quo plerumque totius Ciuitatis ſtudia, non ſine graui nota regentium, atq; diſcrimine reipublicæ, armantur aduerſus proximos, miſeri ſpiritu diaboli repleti, omne ius humanæ ſocietatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu peruertunt. Nos igitur tam immani, & crudeli facinori, ac populi noſtri peculiaris periculis volentes occurrere, & tam nefarios præſumptores debitæ animaduerſionis mucrone ferire, & vt tuta ſit inter improbos innocentia, etiam in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrænetur audacia, ac nocendi facultas, ipſiusq; Almæ Vrbis noſtræ paci, & quieti, & tranquillitati conſulere, vt fœlici ducta regimine præſeruetur à noxijs, & optatis ſemper proficiat incrementis: Hac irrefragabili, matura, digeſtiſſima, & perpetua valitura conſtitutione, Statuimus, & ordinamus, vt quicunq; deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, vel quæuis alia Eccleſiaſtica, ſæcularisq; perſona, cuiuſcunq; conditionis, & qualitatis exiſtat, quacunq; etiam atroci iniuria laceſſita pro ſua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domeſticum offendentis, vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunq; modo realiter, vel perſonaliter offendere præſumpſerit, aut talia fieri fecerit, vel mandauerit: ſimiliter qui in Vrbe Roma, vel in eius diſtrictu, occaſione rixæ, vel Brigæ, domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, ac fautores Brigæ arceſſere, ſeu quamcunq; conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præſumpſerit per ſe, vel alium, crimen læſæ Maieſtatis incurrat, & tanquam læſæ Maieſtatis, rebellionis, ac ſeditionis in Vrbe concitatæ reus cenſeatur, & habeatur, ac veluti talis, à competentibus iudicibus ſeueriſſimè puniatur. Eccleſiaſtici verò talia perpetrantes ab omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio ſint ipſo iure priuati, & perpetuæ cuſtodiæ mancipentur; beneficia eorum liberè alijs per illos ad quos eorum collatio pertinet, conferantur: Omnesq; præterea talia perpetrantes, & committentes, tanquam Chriſtianæ Religionis alieni, publicæ Pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco Eccleſiæ Romanæ mediatè vel immediatè ſubiecto, ſint perpetuò diffidati: eorum bona tam mobilia quàm immobilia ſint ipſo iure Cameræ Apoſtolicæ confiſcata: Nulli præterea talium alicuius aperiatur Ianua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſticæ vel mundanæ, ſeu ad alicuius loci regimen ſit aſcenſus. Et vt magis famoſa ſit eorum infamia, factio teſtamenti actiuè & paſsiuè, ſit eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, omni ſpe gratiæ, aut diſpenſationis adempta: Ac præter prædictas pœnas, ſententiam excõmunicationis, &

perp e-

perpetuæ maledictionis incurrant, à qua abſolui non poſſint niſi per Ro. Pontifices, præterquàm in mortis articulo conſtituti: Illi verò qui ipſis offenſis vel offendentibus ſeu Brigoſis adhærere, fauere, opem auxiliumvè promittere, vel in domibus aut caſtris, locis, ſeu fortelitijs ſuis recepta re, aut qui iuxta vulgare, Fardebene, deinceps præſumpſerit, tanquam fautores ſcelerum, & conſpiratores aduerſus publicam pacem, omnino ſimilis rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitationis atque excommunicationis, & anathematis pœnas incurrant. Statuimus prætèrea, vt domos & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur, ſumere vel exercere, vel etiam qui ex vtraque parte domos ipſas munire, aut congregationes occaſione Brigæ, & Collecta hominum adunare, aut armis vel armaris, ſeu Steccatis, aut Propugnaculis communire auſi fuerint, in deteſtationem tanti facinoris demoliantur, & vſque ad ſolum, ad perpetuam infamiam proſternantur: per hoc quoque ſæcularibus, & alijs Iudicibus ſuis competentibus, non adimimus facultatem vtendi Statutis, & Legibus aduerſus tales editis vel edendis: Dignum eſt enim vt nefandi ratione flagitij, vltionis ſeueritas extendatur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuperet. Cæterum volumus quòd ſinguli in dicta Vrbe Rixam ſeu Brigam quomodolibet forſan in præſentiarum habentes, ſuſtinentes, aut excitare molientes, cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis fuerint, poſt publicationem præſentium in Curia Capitolij, & aliis publicis dictæ Vrbis locis faciendam, infra quindecim dierum ſpatium ſuper illa in dilectos filios eiuſdem Vrbis generales Pacerios noſtros, ac Chericum de Chericatis Ciuem & Militem Vicentinum, ſeu alium per nos eius loco forſan ſurrogandum aut deputandum, & de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorum plenariè compromiſiſſe, ipſorumque deciſionibus, ſententijs, & mandatis, quæ omnia rata & grata haberi, ac ab omnibus & ſingulis, quorum intereſt, vel intererit quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obſeruari volumus atque mandamus, ſtare & parere debeant, & teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouiſmodo appellare, Inhibentes nihilominus diſtrictius ne aliquis per ſeipſum aut quemuis alium directè vel indirectè, ſeu alio quouis quæſito colore contra pacem, & concordias hactenus initas & factas, vel ſecuritates præſtitas, ſeu deinceps ineundas, venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet præſumant, ſub pœnis, vltra Vrbis ſtatuta, in huiuſmodi facta Pace contentis, ac præmiſſis, & alijs arbitrio noſtro infligendis, quas rebelles, & contrafacientes, ac pacem huiuſmodi non ſeruantes, eo ipſo quo contrafecerint, irremiſſibiliter incurrant. Ad maiorem prætèrea firmioremque rei ſubſiſtentiam, & perpetuam obſeruationem, volumus & mandamus quòd præſentes noſtræ literæ eiuſmodi voluntatem, ordinationem, & decretum noſtrum continentes, in volumine Statutorum dictæ noſtræ Vrbis, de verbo ad verbum denotentur, & deſcribantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ordinationis, ſtatuti, voluntatis, mandati, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI, ac Beatorum PETRI & PAVLI Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, Decimo Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio. Cum autem, ſicut facti euidentia manifeſtat, ex ordinatione tam prouida, modica prouenerit hucuſque vtilitas, & literæ Prædeceſſoris huiuſmodi in obſeruantia debita, pro noſtro, ac ipſius Prædeceſſoris voto laudabili, nequaquam habitæ fuerint, vt decebat. Nos peruerſorum temerarios auſus caſtigatione debita reprimere, & Rixis, Brigis, atque diffidijs huiuſcemodi finem imponere cupientes, Motu proprio literas prædictas, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa ſcientia innouantes, ac vim vigoremque perpetuos obtinere, & inuiolabiliter obſeruari decernentes, omnibus quoque & ſingulis, Rixam, ſeu Brigam, quomodolibet ad præſens in eadem Vrbe obtinentibus, ſub pœnis in præinſerta Bulla contentis diſtrictius mandantes, vt infra trium dierum ſpatium, à die publicationis præſentium inchoandum, alijs verò Brigas ipſas in futurum forſan habituris, ſub decem ſimilium dierum termino debeant & teneantur omnes & ſingulas Brigas & differentias huiuſmodi, in modernos Pacerios noſtros ac alios pro tempore exiſtentes, per Nos ad hoc ſpecialiter deputatos, ſeu in poſterum deputandos,

dos, de iure & de facto iuxta eorundem arbitrium & auctoritatem plenariè compromittere, & ipsorum sententijs, decisionibus, & mandatis, quæ omnia grata, & rata haberi volumus, stare & parere debeant, & obseruari volumus in futurum, Quodq; Pacerij prædicti teneantur & debeant, omissis iuris & statutorum solemnitatibus, ac dilationibus, nostra auctoritate) de consilio tamen & assensu præsentis nostræ Almæ Vrbis Gubernatoris, & pro tempore existentis) omnes & singulos Brigosos huiusmodi cogere, & compellere ad pacem & reconciliationem ineundas, Contradictores & renitentes, vijs, iuris, & remedijs opportunis, omni prorsus appellatione cessante, penitus compescendo, aliàs iuxta literarum prædictarum continentiam & tenorem. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, quarto idus Iulij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Literæ SIXTI Papæ IIII. de Ædificijs, & nouis operibus construendis, ad decorem Ciuitatis.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ET si de cunctarum Ciuitatum temporali Dominio Romanæ Ecclesiæ subiectarum decore, & venustate cogitare nos deceat, ad nostram tamen Almam Vrbem Apostolorum Petri & Pauli glorioso Martyrij cruore Domino nostro Iesu Christo consecratam, Ciuitatem Sacerdotalem & Regiam, eiusq; decorem & venustatem tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere nos conuenit, quanto illa caput est Orbis, & Altissimus in ea Sacerdorij Principatum, & Christianæ religionis caput instituit, & sui Vicarij sedem, ad quam de vniuersis mundi partibus Christifideles confluunt in numero copioso, voluit collocari. Cum itaq; viæ & stratæ publicæ eiusdem Vrbis, in plerisq; locis causantibus porticibus, prosellis, & alijs varijs ædificijs, domorum sitarum iuxta illas, adeo arctę existant, vt per eas cômodè deambulari, & necessaria ad victum multitudinis Ciuium Roman. & curialium, ac aliorum in ipsa Vrbe habitantium, & confluentium ad eandē, præsertim temporibus indulgentiarum Anni Iubilęi, & aliarum concessarum per Nos, & Prædecessores nostros Rom. Pont. visitantibus Apostolorum Basilicas, & alias eiusdem Vrbis Ecclesias, deferri cômodè nequeant: & in quibusdam locis vix singulariter singuli equestres se obuiantes in eis transire possint per easdem, idq; cedat ad non modicam eiusdem Vrbis deformitatem, ac Ciuium Curialium, & confluentium prædictorum incommoditatem. Et propterea nos habita super his deliberatione, natura, decreuimus vias ipsas, præsertim quæ magis frequentantur, & principaliores existunt, ampliari, ac porticus & impedimenta prædicta, quibus sic arctantur, amoueri, & lateribus opportunè pauimentari. Iamq; opus ipsum cęptum sit in diuersis locis, & in illius prosecurione non cessetur, ac sicut accepimus propter demolitionem huiusmodi nonnullæ ex domibus ipsis quorū porticus, & prosellia, ac alia ædificia dirui oportuit, exinde vtpotè necessarijs mansionibus solitis & officinis carenī. ad inhabitandum minus commodè, & ferè inutiles factę sint, & ea propter illarum domini earum parietes decenter, vt expediret, ad decorē viarum earundem reparare, & expensas opportunas propterea subire non curent, sublata spe habitandi in eis, aut aliàs vtilitatem recipiendi ex eisdem: Expediatq; ad obuiandum huiusmodi incômoditatibus, ex duabus aut pluribus contiguis domibus vnā cômodam constituere, aut partem vnius ex eisdem domibus alteri conuicinæ domui incorporare, sicq; indemnitati dominorum earūdem obuiare, & decori huiusmodi consulere, & vicinarū domorū domini, vt plurimum super his non conueniant, & recusent sibi inuicem côplacere etiam

pro

pro iuſto, & rationabili pretio: contingat quoque interdum nonnullos tam Romanos Ciues, quàm Curiales & alios foren ſes in eadem Vrbe domos de nouo ædificare, vel antiquas reformare, & ampliare velle, & pro illarum decenti conſtructione, indigere conuicinis domibus interdum ruinoſis, & depreſſis, vel domorum dirutarum ſediminibus, plateolis, & ſolo, ſeu alio loco vicinis, & huiuſmodi domorum, & ſediminum, ſeu plateolarum, & ſoli, aut loci dominos requiſitos, vt de illis eiſdem ædificare, & reformare volentibus, venditionis titulo complaceant de domibus, ſediminibus, ſolo, ſeu loco oblato etiam perſæpe pluſquam iuſto pretio, id facere nullatenus velle, aut longè plus iuſto pretio etiam nonnunquam duplum illius tráſcendendo, petere pro eiſdem: quo fit vt prædicti nouas domos ædificare, aut antiquas ampliare volentes, præſertim Curiales, & forenſes, qui adiuuari & allici deberent maximè à Romanis Ciuibus ab huiuſmodi eorum laudabili ædificandi, aut ampliandi propoſito, retrahuntur. Et ſi aliquando Dilecti filij Franciſcus de Porcarijs, & Baptiſta Staglia, moderni & qui pro tempore ſunt magiſtri ædificiorum, & ſtratarum eiuſdem Vrbis, pro conſtruendis nouis plateis in locis conuenientibus, aut antiquis ampliandis & reformandis, volunt domos aliquas dirui facere in totum vel pro parte, illarum domini ſimiliter oblato eis etiam iuſto & rationabili pretio ne id fiat pertinaciter ſe opponere, & huiuſmodi nouarum platearum ordinationem, & antiquarum dilatationem, & ampliationem, omni conatu poſſibili impedire non verentur: quæ omnia publico bono, & decori, ac pulchritudini eiuſdem Vrbis, noſtræq; circa id intentioni obuiare manifeſtè cernuntur. Nos igitur æquum arbitrantes publicam vtilitatem in his præferri priuatæ commoditati quorumlibet, & illorum qui tam ſalubri publico bono indirectè modo præmiſſo ſe opponunt, duritiam ſuperioris auctoritate, & æqua ordinatione comprimi, ac propterea volentes ſuper his omnibus opportunum adhibere remedium: Motuproprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, ac ex certa noſtra ſcientia, & de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, hac in perpetuum valitura conſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, quòd venerabilis frater Guillermus Epiſcopus Oſtien Camerarius noſter, & præfati Franciſcus, & Baptiſta, ac ipſorum Epiſcopi Franciſci, & Baptiſtæ in Camerariatus noſtri & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, ac Magiſtratus ædificiorum Vrbis officijs reſpectiuè ſucceſſores, qui pro tempore erunt, perpetuis futuris temporibus ad requiſitionem dominorum domorum, quarum porticus, proſellia, ſeu alia ædificia pro vijs ſeu plateis, & alijs locis publicis eiuſdem Vrbis, hactenus diruta fuerint, & dirui contingeret in futurum quandocũque, de mandato magiſtrorum eorũdem, ſi domini prædicti in domibus ipſis inhabitare ſoliti erant, ante demolitionem eandem, & tempore demolitionis huiuſmodi factæ, & quam fieri contingeret in futurum, abſque dolo & fraude inhabitabant, & in poſterum inhabitabunt, & propter huiuſmodi iam factam & quæ fiet, domus ipſæ effectæ ſint vel efficerentur in poſterum pro eorũdem dominorum ipſarum commoda receptione & habitatione incapaces, ſintq; iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minimè inhabitari ſolitæ, ſed pro earum annua reſponſione vel aliàs locari conſuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiuſmodi ſic incommoda effecta, domino domus ſic incommodæ effectæ aduerſus incommoditates huiuſmodi ſubuenire valeat, teneantur & debeant compellere illos ad quos domus ipſas ſic vicinas legitimè pertinere eis cõſtabit, etiam ſi ad Eccleſias & Monaſteria tam virorum, quàm mulierum Ordinum quorũcũque etiam exemptorum, necnon beneficia Eccleſiaſtica, hoſpitalia, ac loca pia pertinerent, ad vendendum eaſdem domos vicinas, quas inhabitari ſoliti non ſunt, dominis domorum contiguarum, quas ſic incommodas effectas eſſe cognouerint pro pretio per duos probos & expertos viros per vtranque partem eligendos, determinando & declarando. Si verò ij duo concordes in eodem aſſignando pretio non eſſent, eo caſu ipſi Camerarius & Magiſtri ædificiorum præfatæ Vrbis, habito ipſorum duorum iudicio, pretia eadem imponere & aſſignare habeant. Et ſi forſan contingeret ex demolitione huiuſmodi duas domos ſic per earum dominos inhabitatas incommodas modo prædicto effici, & inter eas eſſe aliam domum per illius dominum locari ſolitam, quam quilibet dominorum vicinarum domorum prædictarum incommoditati ſubiacentium, & ad receptionem ipſorum non ſufficientium ſibi vendi, & ſuæ domui incorporari poſtularet, debeant Camerarius, & magiſtri præfati illi ex eis ſic petentibus venditionem huiuſmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda cognouerint: & ſi forſan vterque

æqua-

æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commodè vendi poterit, vendi faciant, aut aliter desuper prouideant, prout eis videbitur expedire; & si in neutra domorum vicinarum, quæ sic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta vel efficerentur in futurum, earum domini habitarent, sed eas locari soliti essent, liceat etiam tunc Camerario, & Magistris præfatis, si id petatur per alterum dominorum earundem domum quam maiora incommoda passam esse cognouerint, domino alterius domus minus læsæ, si emere voluerit, vendi facere modo prædicto, & illo instante dominum domus magis læsæ ad id compellere, & similiter dominum domus è contra minus læsæ ad instantiam domini domus magis læsæ ad emendum domum magis læsam, aut suam domino domus minus læsæ vendendum compellere, seu aliàs prout eis videbitur prouidere, quòd ambæ domus ipsæ inutiles & inhabitabiles non remaneant, & similiter prout eis videbitur prouidere teneantur, quotiens domus ipsæ sic vicinæ,& locari solitæ æqualiter læsæ & incōmodæ effectæ forēt. Et ne ob proteruiā & duritiem dominorum domorum sine quarum demolitiō plateæ in eadem Vrbe necessariæ & vtiles ad illius decorē de nouo ordinari vel iam ordinatæ ampliari,& noua Palatia,nouæq; domus construi, seu iam constructa ampliari cōmodè nequeunt, platearum earūdem ordinatio & ampliatio,ac palatiorū & domorū de nouo constructio,seu reformatio retardetur; eisdem motu & scientia ac auctoritate & potestate statuimus,quòd Camerarius,& Magistri præfati possint & debeant dominos domorum quarūlibet locari,non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum, Ecclesiasticos,& Sæculares quacunq; dignitate fungentes compellere eos ad vendendū Conseruatoribus seu Syndico eiusdem Vrbis domos quas Camerarius & Magistri præfati necessarias,& vtiles esse cognouerint pro huiusmodi plateis de nouo ordinandis,& antiquis reformandis,& ampliandis,pro iusto & rationabili pretio,vt præmittitur,imponendo, & similiter ad vendendū domos huiusmodi per eo inhabitari minimè solitas, sed locari quas vtiles,& necessarias esse putauerint:pro palatijs,domibus seu alijs ędificijs tā profanis quàm Ecclesiasticis in eadem Vrbe de nouo construendis,seu iam cōstructis ampliandis, personis habentibus iuxta illas domum, seu solum, aut locum alium,& volentibus inibi de nouo domos vel Palatia construere seu iam constructa ampliare pro iusto & rationabili pretio, vt præfertur, taxando, & inter duos seu plures sic ædificare seu ampliare volentes, & pro huiusmodi venditione eis fienda ad effectum præmissum, instantes illamq; eis fieri petentes, ille præferatur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eisdem Vrbis consuli sperareetur, & si in omnibus paritas foret, liceat Camerario & Magistris præfatis venditionem huiusmodi pro parte vni, & pro parte alteri fieri mandare, aut eorum alteri, prout eis videbitur, & in singulis casibus prædictis, in quibus volumus quòd Camerarius & Magistri præfati compellere possint aliquos ad vendendum, si illi ad quos pertinerent moniti &requisiti per Camerarium & Magistros prædictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio modetando vendere recusauerint, aut maliitiosè distulerint, præfati Camerarius & Magistri debeant vice & nomine illorum sic requisitorum, & recusantium vel differentium venditionem huiusmodi facere, cum promissionibus, obligationibus, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis & clausulis consuetis, & pretium inde proueniens recipere, & penes ædem sacram, aut fide & facultatibus idoneam personam deponere, dominis domus, seu alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere; & fideiussores de euictione præstare voluerint, & non aliàs consignandum, habeantq; venditiones ipsæ quas sic per Camerarium & Magistros fieri contigeret, & traditiones locorum & domorum sic venditorum plenam roboris firmitatem, ac si per illos ad quos domus ipsæ tunc pertinebunt fierent, & eosdem penitus & omnino operentur effectus, quos operarentur si fierent ab eisdem. Prouideant autem Camerarius & Magistri præfati in casibus prædictis in quibus statuimus aliquos compelli debere ad vendendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam constructa ampliare velle: tales sic proponentes ante omnia se obligent ad inchoandum & perficiendum huiusmodi noua ædificia modis & formis, ac intra tempus & sub pœnis de quibus ipsis Camerario & Magistris personarum & ædificiorum qualitate inspecta, videbitur, & ab illis qui sic se obligauerint & præmissa non adimpleuerint, pœnas exigant memoratas, & nihilominus eos compellant ad obseruandum promissa per eos vel quas prius habitabant, & etiam propterea

pterea eis venditas domos alijs ædificare volentibus vendendum pro iuſto & rationabili pretio, vt præfertur, moderando. Et quia interdum contingit, quòd habentes domos ſiue domorum ſedimina, clauſtra ſeu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes, varijs plerunque modis & occaſionibus illa vendere recuſant habentibus domos, ſedimina, clauſtra, & loca vicina, illisq; vendere nolunt, & nonnunquam illa vendunt æmulis eorundem vicinorum, ſeu perſonis eis parum gratis, quo fit, vt ipſi domorum, clauſtrorum, & ſediminum ſeu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes & habere nequeuntes retrahantur perſæpè ab ædificando de nouo in eorum ſediminibus, & locis vicinis, ac ampliãdo domos quas inibi habent, ſicq; decori eiuſdem Vrbis, aut ſaltem ipſorum vicinorum commoditati non parum detrahitur; Volentes ſuper hæc æqua ordinatione prouidere, Motu, ſcientia, & auctoritate prædictis etiam ſtatuimus & ordinamus, quòd præfati ſic vendere volentes teneantur & debeant domos, ſedimina, clauſtra, plateolas, & loca venalia huiuſmodi vendere habentibus domos, ſedimina, clauſtra, & loca alia illis contigua pro iuſto, & rationabili pretio per alios euidenter & non fictè forſitan oblato, & ſi illa alijs quàm vicinis præfatis venderent, venditiones ipſæ quo ad illos qui emerent & eorum commodum nullius ſint roboris vel momenti, & habeantur pro infectis, & perinde ac ſi per illum ex vicinis cui venditio ipſa præſentis conſtitutionis vigore fieri debebat facta foret, debeant Camerarius, & Magiſtri præfati ementem à poſſeſſione domus, ſediminis, clauſtri, plateolæ ſeu alterius loci ſic empti abſque vlla tela iudicij vicino inſtante & pretium rationabile offerente, & dicto emptori ſi illud recipere & emptioni per eum factæ renũciare, & ipſum vicinum, iuxta Camerarij, & Magiſtrorum prædictorum ordinationem, cautum facere noluerint, perſoluendum deponente amouere, & ipſum vicinum in illius poſſeſſionem inducere: etſi forſan duo eſſent vicini quibus domus, clauſtrum, ſedimen, plateola, ſeu alius locus de cuius venditione ageretur, vtilitatem, & commoditatem afferre poſſet, ille ex eis præferri debeat in præmiſſis quem Camerarius, & Magiſtri præfati conſideratis circũſtantijs vniuerſis venali domo, ſedimine, clauſtro, ſolo, plateola, ſeu loco alio magis indigere declarauerint: & ſi æqualiter indigerent, & pro parte vni & pro parte alteri poſſit exinde commoditas prouenire: vtrique proportionabiliter concedatur: ſi verò facta illius diuiſione portiones vtriuſque ferè inutiles eſſent, non diuidatur, ſed Camerarius, & Magiſtri alterum eorundem vicinorum quem voluerint præferri faciant in præmiſſis. Et vt ea quæ ſupra ſtatuta ſunt votiuum ſortiantur effectum, in pręmiſſis omnibus & ſingulis Camerario in Eccleſiaſticas, & ei ac Magiſtris præfatis in alias perſonas facultatem & poteſtatem concedimus, ita quòd idẽ Camerarius per cenſuram Eccleſiaſticam, & ipſe ac Magiſtri præfati per pęnarum & mulctarũ exactionem ac perſonalem diſtractionẽ, & alia iuris remedia contradictores quoſlibet & rebelles compellere valeant ad præmiſſa. Non obſtãt conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac municipalibus ſtatutis Vrbis, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia vallatis, exemptionibusq; ac indultis, priuilegijs, & literis Apoſtolicis, necnõ interdictis perſonis Eccleſiaſticis bonorum immobiliũ alienationibus, & præſtitis per eos deſuper iuramentis, à quibus eas abſoluimus, contrarijs quibuſcunque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede præfata indultum exiſtat quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quòd pretia domorum & aliorum bonorũ immobilium ad Eccleſias, Monaſteria, & pia loca huiuſmodi pertinentium, quæ vendi contingeret in poſterum vigore præſentium penes ædem ſacram, aut fide, & facultatibus idoneam perſonam cum recognitionibus, obligationibus & cautelis, etiam in talibus adhiberi ſolitis deponantur, & in emptionem aliorum bonorum immobilium pro eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, & pijs locis omnino conuertantur, quodq; dilecti filij Cameræ eiuſdem Vrbis Conſeruatores præſentes noſtras literas in regiſtro Priuilegiorum & aliarum ſcripturarum eiuſdem Vrbis in eorumdem Archiuio conſeruari ſolito regiſtrari, & illarum tenores in locis publicis & conſuetis eiuſdem Vrbis ſono tubæ præmiſſo vulgari ſermone publicari, ac præſentes in valuis Capitolij triduo iuris horis, & alibi prout Camerario & Magiſtris præfatis viſum fuerit, affigi faciant, vt omnibus omni tempore faciliùs innoteſcant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, abſolutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omni-

omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quadringenteſimo Octuageſimo, Pridie Kal. Iulij, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Literæ Innocentij Papæ VIII. contra ſumentes vindictam in perſonam tertij, Ac contra Brigoſos. Et quòd à ſententijs Paceriorum non appelletur.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ET ſi de cunctarum ciuitatum temporali dominio Romanæ Eccleſiæ ſubiectarum proſpero & fœlicis Regimine cogitare nos deceat, ad noſtram tamen Almam Vrbem Apoſtolorum Petri & Pauli glorioſo martyrij cruore Domino noſtro Ieſu Chriſto conſecratam, Ciuitatem Sacerdotalem & Regiam, eiuſq; ſalubre regimen tanto accuratius aciem noſtræ conſiderationis extendere, & quæ propterea prouida Prædeceſſorum noſtrorum ordinarione emanarunt, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, noſtræ approbationis munimine roborare debemus, quanto illa caput eſt Orbis, & Altiſſimus in ea Sacerdotij Principatum & Chriſtianæ Religionis caput inſtituit ac ſui quod pro noſtra ſalute pertulit, martyrij ſedem, ad quam de vniuerſis Mundi partibus Chriſtifideles confluunt, in numero copioſo voluit collocari. Dudum ſiquidem cum in ea præfata Vrbe, inſtigante diabolo, peſtiferum ac pernicioſum malum irrepſiſſet, quod ſi quando inter aliquos, etiam pro leuiſſima cauſa, Rixa quam Brigam vocabant, exoriebatur, in qua alter alterum percuteret, aut vulneraret, percuſſus aut vulneratus huiuſmodi, offendentis patrem, fratrem, aut filium, ſeu alterum ex propinquis iniuriæ expertem, & plerumq; offenſionis ignarum, aut huiuſmodi exceſſus plurimũ indolentem, horribili immanitate, & furioſa dementia in uindictam ſuę iniurię vulnerabat, & interdũ occidebat, aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionē iniurię propinqui ſui, vt præmittitur, propinquũ offendentis vulnerabat vel occidebat, vel vulnerari, & occidi faciebat. Inde quoq; iuxta damnabilē abuſum eiuſdem Ciuitatis, vtraq; pars ſe domibus priuatis includebat, quas in contemptum Summi Pontificis ac etiam Magiſtratuum Ciuitatis, armatis complebant, & interdum fores domorum & porticus ſteccatis communibant, vbi tanquam ad officinas & aſylum ſcelerum perditi homines & ſceleſti, ex vtraq; parte conueniebant, Illic rabida factio iungebatur atrociſſimi ſceleris immanitate concordans. Illic dementia, & vt fama erat, venalis iniuria, dum ij qui nulla erant iniurias laceſſiti, ad vindictam offenſorum, inſana mente, & ferali crudelitate coniurabant. Ij erant quorũ veloces erant pedes ad effundendũ ſanguinem, & qui viam pacis non cognouerant, & inter quos fęda & obſcęna cõmittebantur, alearum luſus, pecuniarum effuſio, patrimoniorum diſſipatio, diræ blaſphemiæ, & obſcœni agebãtur inceſtus. Ex ijs oriebatur regentium rempublicam, & Magiſtratuũ contemptus, ac ſeditiones nonnunquam excitabãtur. Quodquidem ex alio veteri proceſſerat abuſu, vt ſi quando huiuſmodi rixæ & offenſiones intercedebant, non ſolum propinqui atq; coniuncti, ſed etiam extranei vtriq; parti ſe offerebant, quod vulgò apud eos, & materno vocabulo, Fare de bene, nuncupabatur, ex quo plerumque totius Ciuitatis ſtudia diuidebantur, non ſine graui nota regentium, atq; diſcrimine rei publicæ, armabantur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli repleti, & omne ius humanæ ſocietatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu peruertebant, fœlicis recordationis Paulus Papa II. Prædeceſſor noſter, volens tam immani, & crudeli facinori, ac Populi peculiaris Romanæ Eccleſiæ periculis occurrere, & tam nefarios præſumptores debitæ animaduerſionis mu-

crone ferire, & vt tuta esset inter improbos innocentia, & ipsis improbis, formidato supplicio, refrænaretur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusq; Almæ Vrbis paci, & quieti, ac tranquillitati consulere, vt fœlici ducta regimine præseruaretur à noxijs, & optatis semper proficeret incrementis: irrefragabili, matura, digestissima, & perpetuò valitura constitutione, statuit, & ordinauit, quòd quicunq; deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, vel quæuis alia Ecclesiastica, Sæcularisq; persona, cuiuscunq; conditionis, & qualitatis existeret, quacunq; etiam atroci iniuria lacessita, pro sua vel amici aut propinqui iniuria vindicanda, Patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domesticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunq; modo, realiter vel personaliter offendere præsumeret, aut talia fieri faceret, vel mandaret: & similiter qui in Vrbe Roma, vel in eius districtu, occasione Rixæ, vel Brigæ, Domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, aut complices, ac fautores Brigæ arcessere, seu quamcunq; conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ, inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumeret, per se, vel alium, crimen læsæ Maiestatis incurreret, & læsæ Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ, reus censeretur & haberetur, ac veluti talis à competentibus iudicibus seuerissimè puniretur. Ecclesiastici verò talia perpetrantes, omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, essent ipso iure priuati, & perpetuæ custodiæ manciparentur. Beneficia eorum liberè alijs per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrentur: omnesq; præterea talia committentes, tanquam Christianæ religionis alieni, publicæ Pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanæ mediatè vel immediatè subiecto, essent perpetuò diffidati: eorum Bona tam mobilia, quàm immobilia essent ipso iure Cameræ Apostolicæ confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur Ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen esset ascensus: & vt magis famosa esset eorum infamia, factio testamenti actiuè & passiuè esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni spe gratiæ, aut dispensationis adempta: ac præter prædictas pœnas sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, à qua absolui non possent, nisi per Romanum Pontificem, præterquam in articulo mortis constituti. Illi verò qui ipsis offensis, vel offendentibus seu Brigosis, adhærere, fauere, opem, auxiliumuè promittere, vel eos in Domibus, aut Castris, loci, seu Fortelitijs suis receptare, aut qui iuxta vulgare (Fare de bene) deinceps præsumerent, tanquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam Pacem, omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitationis, atq; excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Statuit præterea idem Prædecessor, vt Domus & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur, sumere vel excitare, vel etiam qui ex vtraq; parte domos ipsas munire, aut congregationes occasione Brigæ, & collectas hominum adunare, aut armis, vel armatis, seu steccatis, & propugnaculis communire ausi forent, in detestationem tanti facinoris, vsq; ad solum, ad perpetuam infamiam, prosternerentur, per hoc sæcularibus, & alijs iudicibus suis competentibus non adimens facultatem vtendi statutis & legibus aduersus tales editis, vel edendis: quia dignum fore existimabat, vt ratione nefandi flagitij vltiones seueritas extenderetur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuberaret, prout in eiusdem Prædecessoris literis desuper confectis, quarum tenorem idem Prædecessor, de verbo ad verbum, in volumen statutorum eiusdem Vrbis annotari & describi mandauit, plenius continetur. Cum autem post dicti Prædecessoris obitum, qui contrauenerunt eisdem literis ab aliquibus temporibus citra, pœnis in eis contentis puniti non fuerint, & ex illorum impunitate Romani Ciues inuicem diffidentes, pro leuibus plerumq; causis, procliuiores fuerint ad huiusmodi abusus suscitationem, & se domibus includere, illas armis, propugnaculis & scelestis hominibus munire, & se sic quampluribus annis inclusos in eisdem domibus continere, & interim nonnunquam manus improbas, non sine interuenientium hinc inde trucidatione conserere, scandala plurima in eadem Vrbe excitare non formidauerint, nec formident creueritq; valde numerus diffidentium eorundem, qui passim in eadem Vrbe, ad vindictam, iuxta abusus prædictos, mutuo tum palam tum exquisitis dolis se interficere, & aliàs offendere non cessant. Nos qui detestabilem & horrendam talium nequitiam oportunis remedijs persequi studijs quærimus indefessis, habita super-

ijs

iis cum fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſilio, eiuſdem Pauli Prædeceſſoris conſtitutionem, ſtatutum, & ordinationem prædicta, & prout illa concernunt, omnia & ſingula in dictis literis contenta, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere, ac obſeruari debere, eadem auctoritate decernimus, & pro poriori cautela, ea omnia ſic, vt præfertur, ab eodem Prædeceſſore prouidè ſtatuta, & ordinata, de nouo ſtatuimus, & ordinamus, ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari. Volumus inſuper quòd ſinguli in eadem Vrbe in præſentiarum Rixam ſeu Brigam quomodolibet forſan habentes, ſuſtinentes, aut excitare molientes, cuiuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtant, poſt publicationem præſentium in Curia Capitolij, & alijs locis publicis dictæ Vrbis faciendam, infra quindecim dierum ſpatium ſuper illa in dilectos filios eiuſdem Vrbis generales Pacerios, ac Vicecamerarium, ſeu alium per nos eius loco forſan ſurrogandum, aut deputandum, & de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorundem Paceriorum plenariè compromiſiſſe, ipſorum deciſionibus, ſententijs, & mandatis ſtare & parere debeant, & teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouis modo appellare: ac diſtrictius inhibentes, ne aliqui per ſe, aut alium, directè vel indirectè ſeu alio quouis quæſito colore, contra pacem & concordias hactenus initas & factas, vel ſecuritates præſtitas, ſeu deinceps iniendas venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet præſumant, ſub pœnis vltra Vrbis ſtatura, in huiuſmodi facta pace contentis, ac præmiſſis, & alijs, noſtro & Apoſtolicæ ſedis arbitrio infligendis, quas rebelles & contrafacientes, ac pacem huiuſmodi non ſeruantes, eo ipſo quo contrafecerint, irremiſſibiliter incurrant. Non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate vallaris, eiuſdem Vrbis ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunque. Et ne quiſpiam de præmiſſis valeat ignorantiam allegare, mandamus præſentem noſtrarum literarum tenorem, in locis publicis prædictis, ſono tubæ præmiſſo publicari, & in volumine ſtatutorum prædictorum, de verbo ad verbum deſcribi. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtræ approbationis, conſtitutionis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1486. kal. Septemb. Pontificatus Noſtri Anno II.

Literæ Innocentij Papæ VIII. aliarum confirmatoriæ, contra Homicidas, & ſumentes vindictam, ac minantes, & nunciantes ruinas.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Licet ea quæ laudabili & prouida Prædeceſſorum noſtrorum ordinatione contra viros ſanguinum & doloſos Deo & hominibus (Propheta teſtante) abominabiles, vt pœnis debitis, iuſtitia mediante, puniantur, ſtatuta & ordinata fuerunt, inuiolabili debeant obſeruatione vigere: nonnunquam tamen Romanus Pontifex ne ſucceſſu temporis impugnationi ſubiaceant, illa de nouo approbare conſueuit, vt eò firmius illibata perſiſtant, quò magis ſuo fuerint præſidio pro tempore ſtabilita, alia etiam de nouo ſtatuendo & ordinando, quæ proſperi ſtatus incrementum, & boni regiminis directionem afferre poſſint, prout id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem per fel. rec. Pium Papam II. Prędeceſſorem noſtrū, accepto, quòd à certis annis tunc elapſis citra in terris, locis, & tenimentis Romanæ Ec-

cleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis, quamplura, etiam ex leuibus cauſis, homicidia commiſſa eſſe reperiebantur, idem Prædeceſſor attendens crimen huiuſmodi inter alia eſſe perniciosum, & deteſtabile,& iuxta Canonicas ſanctiones debere graui animaduerſione puniri, & tanto ſeueriùs puniendum & extirpandum fore, quanto manifeſtiùs cognoſcebatur, quòd ex eo,vt plurimum ſcandala,& mala plurima ſubſequebantur, Ac cupiens quòd eiuſdem Eccleſię mediatè vel immediatè ſubiecti pacifici forent & modeſti, & terras ac loca prædicta Sicarijs expurgare, inter alia per quaſdam ſtatuit & decreuit, quòd omnes illi,qui pro delicto homicidij forent condemnati, ſeu aliàs de Ciuitate aliqua & diſtrictu ipſius Banniti, non poſſent ad Ciuitatem ſeu diſtrictum huiuſmodi quocunque tempore redire, ſeu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, ſeu conſanguineis, vel filijs ipſius occiſi, & deinde cum in Vrbe Romana, inſtigante diabolo, peſtiferum ac pernicioſum malum irrepſiſſet, quòd ſi quando inter aliquos, etiam pro leuiſſima cauſa, Rixa quam Brigam vocabant, exoriebatur, in qua alter alterum percuteret, aut vulneratus huiuſmodi, offendentis patrem, fratrem, aut filium, ſeu alterum ex propinquis iniuriæ expertem, & plerumque offenſionis ignarum; aut huiuſmodi exceſſus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furioſa dementia in vindictam ſuæ iniuriæ vulnerabat, & interdum occidebat;aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ propinqui ſui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulnerabat vel occidebat, vel vulnerari, ſeu occidi faciebat. Inde quoque iuxta damnabilem abuſum eiuſdem Vrbis vtraque pars ſe domibus priuatis includebat, quas in contemptum Summi Pontificis, ac etiam Magiſtratuum Ciuitatis, armatis complebant. Et interdum fores domorum & porticus ſteccatis communibant, vbi tanquam ad officinas & aſylum ſcelerum perditi homines & ſceleſti, ex vtraque parte conueniebant. Illic rabida factio iungebatur atrociſſimi ſceleris immanitate concordans.. Illic dementia, & vt fama erat, venalis iniuria, dum ij qui nulla erant iniuria laceſſiti, ad vindictam offenſorum, inſana mente, & ferali crudelitate coniurabant. Ij erant quorum veloces erant pedes ad effundendum ſanguinem, & qui viam pacis non cognouerant, & inter quos fœda & obſcœna committebantur, alearum vſus, pecuniarum effuſio, patrimoniorum diſſipatio, diræ blaſphemiæ, & obſcœni agebantur inceſtus. Ex ijs oriebatur regentium Rempublicam & Magiſtratuum contemptus, ac ſeditiones nonnunquam excitabantur. Quodq; ex alio veteri proceſſerat abuſu,vt ſi quãdo huiuſmodi rixæ & offenſiones intercedebant, non ſolum propinqui atque coniuncti, ſed etiam extranei vtrique parti ſe offerebant, quod vulgò apud eos, & materno vocabulo, Fare de bene,nuncupabatur; ex quo plerumque totius Ciuitatis ſtudia diuidebantur, non ſine graui nota regentium, atque diſcrimine reipublicæ, armabantur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli repleti, & omne Ius humanæ ſocietatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu peruertebant: piæ me. Paulus Papa II. etiam Prædeceſſor noſter, volens tam immani, & crudeli facinori, ac Populi peculiaris Romanæ Eccleſiæ periculis occurrere, & tam nefarios præſumptores debitæ animaduerſionis mucrone ferire, & vt tuta eſſet inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrænaretur audacia,& nocendi facultas, ipſiuſq; Almæ Vrbis paci,& quieti, ac tranquillitati conſulere, vt fœlici ducta regimine præſeruaretur à noxijs, & optatis ſemper proficeret incrementis, per alias literas ſuas perpetuò valitura conſtitutione ſtatuit, & ordinauit, quòd quicunque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, ſeu quæuis alia Eccleſiaſtica, Sæculariſq; perſona, cuiuſcunque conditionis, & qualitatis exiſteret, quacunque etiam atroci iniuria laceſſita, pro ſua vel amici,aut propinqui iniuria vindicanda,patrem,aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter,vel perſonaliter offendere præſumeret,ac talia fieri faceret,vel mandaret:& ſimiliter qui in Vrbe Roma,vel in eius diſtrictu occaſione Rixæ, vel Brigæ,domum communire,armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, aut fautores Brigæ acceſſere, ſeu quamcunque conuentionem, congregationem,& collectam hominum, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præſumeret, per ſe, vel alium, crimen læſæ Maieſtatis incurreret, & læſæ Maieſtatis, rebellionis, ac ſeditionis in Vrbe concitatæ, reus cenſeretur & haberetur, ac vt talis à competentibus Iudicibus ſeueriſſimè puniretur. Eccleſiaſtici verò talia perpetrantes, omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, eſſent ipſo iure

pri-

priuati, & perpetuæ custodiæ manciparentur. Beneficia eorum liberè alijs per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrentur: omnesq; præterea talia committentes, tanquam Christianæ religionis alieni, publicæ Pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanæ mediatè vel immediatè subiecto, essent perpetuò diffidati: eorum bona tam mobilia, quàm immobilia essent ipso iure Cameræ Apostolicæ confiscata. Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen esset ascensus. Et vt magis famosa esset eorum infamia, factio testamenti actiuè & passiuè esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, & spe gratiæ, aut dispensationis adempta: ac præter pœnas prædictas sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrent, à qua absolui non possent, nisi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo constituti: ac nonnulla alia tunc expressa, fecit statuit, ordinauit & mandauit, ac obseruari voluit, prout hæc & alia in singulis literis prædictis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi voluimus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Cum autem, sicut non absque graui animi displicentia accepimus, licet nos post nostram ad summi Apostolatus apicem assumptionem, singulas literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, quæ etiam per recolendæ memoriæ Sixtum Papam IIII. similiter Prædecessorem nostrum approbata fuerunt approbauerimus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere, & obseruari debere, decreuerimus, etiam de fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio: quia tamen nondum præmissa in vsu, fuerunt, creuit, & crescit indies, propter impunitatem huiusmodi: facinorosorum hominum, temeritas & audacia non sine maximo ipsius Vrbis, & aliarum Romanæ Ecclesiæ terrarum, ac illas habitantium, præiudicio, & detrimento, maloq; exemplo & scandalo plurimorum. Nos igitur volentes super ijs, prout nostro incumbit officio, opportunè prouidere, habita de nouo cum eisdem fratribus matura deliberatione, de illorum consilio, singulas literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, necnon statutum dictæ Vrbis, quo cauetur quòd Domini Castrorum, & Barones in eorum Terris diffidatos sub certa pœna inibi expressa retinere non possunt, cuius tenorem etiam præsentibus haberi volumus pro sufficienter, expresso, auctoritate Apostolica tenore præsentium de nouo approbamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac perpetuò obseruari debere eadem auctoritate decernimus. Proq; potiori cautela ea omnia sic, vt præfertur, ab eisdem Prædecessoribus proinde statuta & ordinata de nouo statuimus, & ordinamus ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari, nec eo prætextu quòd hactenus forsan obseruata non fuerint, volumus in aliquo posse reprobari. Et insuper quia sicut etiam facti euidentia demonstrat, insurrexit à paucis temporibus citra inter homines facinorosos homicidas bannitos seu diffidatos ab Vrbe pro eorum delictis & sceleribus, quædam praua improba & damnata consuetudo, quòd cupientes reaffidari & ab Vrbem redire, quod nisi ab hæredibus occisi aut offensi pacem habeant facere non possunt, per nuncios aut literas, vel aliter læsis, & offensam passis, acriter minantur pollicentes se peiora facturos, nisi pacem cum eis faciant, Monentes etiam ipsos ne ab eorum domibus discendant, Brigam eis indicentes, ex quo hæredes ipsi aut aliter iniuriam passi & interdum eorum consanguinei & affines etiam hi qui in longissimo gradu sunt constituti compelluntur aut pacem violentam inire, aut Brigam sustinere, propter quæ alij ex huiusmodi impunitate indies ad peiora perpetrandum inducuntur: Huiusmodi malis prout tenemur occurrere volentes, etiam de simili consilio statuimus, decernimus, & ordinamus, quòd omnes, & singuli qui modo præmisso minati fuerint, & Ambassatam, aut literas scienter ijs quibus minantur, afferre audebunt, & præsument, crimen læsæ Maiestatis similiter incurrant, & læsæ Maiestatis, ac rebellionis rei censeantur, ac veluti tales à competentibus iudicibus seuerissimè puniantur, & tam illi quàm Ecclesiasticæ personæ talia perpetrantes, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & excellentiæ existant, omnes & singulas sententias, censuras, & pœnas quas idem Paulus Prædecessor contra patrem, filium, fratrem, & propinquum, vel domesticum, offendentis, vulnerantis vel murilantis, occidentis, vel quocunq; modo offendentis, promulgauit, vt prædictum est, eo ipso irremissibiliter incurrant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudi-

ſuetudinibus, necnon omnibus illis quæ Pius, Paulus, & Sixtus Prædeceſſores præfati in ſuis, & nos in alijs noſtris literis prædictis voluimus non obſtare, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Et ne quiſpiam de præmiſſis valeat ignorantiam allegare, mandamus præſentium noſtrarum literarum tenorem in curia Capitolij, & alijs locis publicis dictæ Vrbis, ſono tubæ præmiſſo, publicari, ac in volumine ſtatutorum prædictorum de verbo ad verbum deſcribi, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, decreti, ſtatuti, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quandringentesimo octuageſimo octauo, Idibus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Literæ IVLII Papæ II. per quas Romanus Populus ad ſuperioritatem, quam habet in Ciuitate Tyburtina, reintegratur, & ſtatuta, & nouæ reformationes confirmantur.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SI noſtrarum Ciuitatum, & aliorum locorum quorumlibet iuriſdictiones ac iura libenter illæſa ſeruamus, eo magis Romani Populi iuriſdictiones ac iura prædicta non ſolùm ſeruare, ſed augere debemus, quo peculiaris ac Populus noſter electus exiſtit, cuiusq; officia nobis, ac Sedi Apoſtolicæ, ſyncera, ac deuota fide, continuè exhibentur. Expoſuerunt ſiquidem nobis nuper dilecti filij, nobiles viri, Ludouicus de Mattheis, Marianus de Caſtellanis, Lutius de Lutis, Romanorum Ciuium, & Cameræ Vrbis Conſeruatores, ac Ludouicus de Cencijs Capitum Regionum Prior, necnon Paulus de Planca noſtri Conſiſtorij, & præfatorum Conſeruatorum Aduocatus, quòd licet à tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, inter aliquas paucas Ciuitates, Oppida, Ciuitas Tyburtina magna cum fide, ſub eorum iuriſdictione, ac dominio remanſerit, habeantq; Ciues dictæ Vrbis nonnulla Capitula cum Populo Tyburtino ſuperioritatem, ac gubernium, ſeu iuriſdictionem in eos concernentia, quæ licèt hactenus obſeruata fuerint, tamen quia bonæ memoriæ Petrus tituli Sancti Ciriaci in Thermis Presbyter Cardinalis Reginus, qui ob partialitates ipſius Ciuitatis Tyburtinæ componendas, ſe intromiſerat, & deinde paulatim progrediendo ſe illorum protectorem aſſerendo, iuriſdictionem dictorum Ciuium Romanorum viſus eſt occupare, in non modicam ipſorum Romanorum Ciuium honoris, ac dignitatis detractionem, licet etiam præfati Conſeruatores, in Vrbe prædicta habeant quaſdam iuriſdictiones, ac facultates eorum officium concernentes, maximè circa Annonam, & Conſulatus Artium, necnon gabellas, & alia diuerſa, prout in eorum conſuetudinibus, ac ſtatutis per Romanos Pontifices, præſertim fœl. rec. Paulum II. & in nouis reformationibus per piæ me. Alexandrum IIII. Prædeceſſores noſtros confirmatis continetur: Nihilominus quia ſæpè per diuerſa mandata, præſertim dilectorum filiorum Clericorum Cameræ Apoſtolicæ, in adminiſtratione officij eorum impediuntur, etiam citra ipſorum Conſeruatorum dignitatem & honorem, & non ſine publicæ vtilitatis detrimento: ea propter Conſeruatores, Prior, & Paulus præfati, nobis humiliter ſupplicarunt, vt ſuper præmiſſis ne de cætero impediri valeant, eis de remedio opportuno prouidere dignaremur. Nos igitur qui Romanos Ciues prædictos, etiam dum in minoribus eramus, ſemper toto corde dileximus, conſiderantes etiam ſummi Pontificis proprium fore ius atq; honorem ſuum cuilibet illæſum ſeruare dictorum ſtatutorum, capitulorum, ac conſuetudinem tenores, & formas, præſentibus

ſentibus

5

sentibus pro expressis habentes, eisdem Conseruatoribus, nunc & pro tempore existentibus, ac ipsi Populo Romano iurisdictionem, superioritatem, & præeminentiam, quas iuxta eorum consuetudines, statuta, seu conuentiones; & pacta prædicta, habere noscuntur in dicta Ciuitate Tyburtina, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, restituimus, & reintegramus, ipsosq; ciues Tyburtinos eisdem Ciuibus Romanis, vt prius, subijci, & subiectos fore: quódq; in dicta Vrbe ipsi Conseruatores, curam, iurisdictionem & facultatem, quas iuxta eorum statuta, præsertim nouarum reformationum, ac consuetudinum prædictarum, habere noscuntur, exercere & exequi liberè & licitè valeant, auctoritate & tenore prædictis, volumus & delaramus, Decernentes vt Conseruatores præfati in dicta Ciuitate Tyburtina, per aliquos Protectores, etiam si essent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac in dicta Vrbe, & extra eam in eorum oppidis, & castris, in eorum iurisdictione & officio, per cuiusuis mandata, præsertim prædictorum Clericorum Cameræ Apostolicæ, impediri non posse, nec debere, ac mandata huiusmodi etiam sub excommunicationis, & alijs ecclesiasticis sententijs, censuris, ac quibusuis pœnis, irrita & inania, nulliusq; roboris, vel momenti fore, nisi vbi dicta mandata, manu nostra propria, aut Camerarij nostri, pro tempore subscribi contingat. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac priuilegijs, facultatibus, & indultis, etiam cum quibusuis clausulis derogatorijs fortissimis & insolitis, quibusuis personis concessis & concedendis, cæterisq; contrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ restitutionis, reintegrationis, voluntatis, declarationis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, quinto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Nono.

✠ Ego R. Episc. Ostien. Cardinalis S. Georgij subs.
✠ Ego A. tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis subs.
✠ Ego P. tit. S. Eusebij presbyter Cardinalis subs.

Literæ Iulij Papæ II. per quas vini vectigal, quod à salario Magistrorum profitentium superest, in refectionem murorum Almæ Vrbis, Ro. Po. assignatur.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ET si ex debito Pastoralis officij, ex alto nobis licet insufficientibus meritis iniuncti, curæ nobis præcipuè incumbat, ne Ciuitates, & alia loca Romanæ Ecclesiæ, in eorum structuris, & propugnaculis dilabantur, Vrbem tamen nostram, in cuius ambitu Beati Petri Sedes, quam diuina fauente gratia tenemus, necnon tot diuinæ, & mirabiles reliquiæ, totq; amplissimæ Ecclesiæ, vbiq; Romanus Pontifex cum sua curia circuitur, & protegitur, non solum vt ipsius Vrbis mœnia antiquitate collapsa reparemus, sed illa nouis structuris munire & firmare, etiam ad honorem Beatorum Petri, & Pauli, quorum sanguine conspersa extitit, teneri fatemur. Dudum siquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa IIII. Prædecessor noster, ad vniuersalem profectum, non solum Romanorum Ciuium, & circumuicinæ regionis, sed aliorum, qui quasi continuè de diuersis mundi partibus, ad eandem Vrbem confluunt, generale studium, in qualibet facultate erexerat, ac pro salario, & alijs oneribus dicti studij,

quòd in Gabella vini forensis, quod in Taberna vendebatur, pro qua venditores huiusmodi vini sex denarios pro quolibet libra Cameræ dictæ Vrbis soluere tenebātur, etiam pro libra tres solidi cum dimidio adderentur, ad supplicationem Romani Populi statuerat, & ordinauerat. Et deinde per alias posteriores literas, etiam ad supplicationem nobilium virorum quondam Iustini Pauli de Planca sui Consistorij Aduocati, Ioannis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Cangialasinis, tunc Romanorum Ciuium Conseruatorum, & totius dicti Populi, etiam statuit, & ordinauit quòd Conseruatores, ac tres ex Capitibus regionum per ipsos Capita regionum eligendos reformatores dicti Studij, simul cum vno alio per Camerarium suum deputando seruatis debitis subhastationibus, Gabellam huiusmodi vendere, & pecunias quæ peruenissent inde apud aliquem seu aliquos fidos & famosos mercatores dictæ Vrbis, pro tempore existentes deponerent, & ipsi reformatores, per seipsos pecunias huiusmodi pro salarijs Legentium, aut alijs oneribus dicti studij: Quòdq; de residuo dictarum pecuniarum, domum seu habitationem, ac collegium pro pauperibus inibi collocandis Scholaribus, ac Studentibus, construi, & ædificari, possessionesq; & domos, vel alia immobilia bona ad ipsius collegij opus emere, necnon omnia & singula alia, quæ in præmissis necessaria, & opportuna forent, facere & exercere valerent, statuit, & ordinauit, prout in posterioribus literis prædictis plenius continetur. Verum sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum, Ludouici de Matthæis, Mariani de Castellanis, Luti de Lutis, ac Ludouici de Cencijs Prioris Capitum regionum, & Pauli de Planca nostri Consistorij, & ipsorum Conseruatorum Aduocati, petitio continebat, quia residuum pecuniarum dictæ Gabellæ non pro Collegio dictorum pauperum studentium, & in possessionibus emendis pront statutum fuerat, sed in varios vsus sæpe erogatum fuit, in magnum dictæ Vrbis,& publicæ vtilitatis præiudicium: Quare præfati Conseruatores Prior, & Paulus nobis humiliter supplicarunt, quia Vrbis mœnia non modica indigent reparatione, vt residuum dictarum pecuniarum in reparatione dictorum murorum, & aliarum necessitatum, pro tuitione, & decore Vrbis erogari debere statuere, & ordinare dignaremur. Nos igitur qui intensis desiderijs semper optauimus Vrbem prædictam paterno studio prosequi, ac sequentes vestigia piæ memoriæ Sixti IIII. etiam Prædecessoris, & Patrui nostri, ipsam in suis structuris, & ædificijs augere, prout in immenso opere fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum, & alijs diuersis locis iam ostendimus, considerantes etiam eorum petitionem iustam, & honestam fore, posteriores literas Eugenij Prædecessoris huiusmodi pro expressis habentes; Quòd de cætero depositarius pecunias prædictas eiusdem Gabellę, prout moris est, exigat, teneat, & conseruet, præstita tamen cautione Banchi, prout moris est, illæq; pro salario dictorum Lectorum moderatè tamen constituendo Lectoribus dicti studij occurrentibus, iuxta literas dicti Eugenij Prædecessoris: Residuum verò integrè absq; aliqua diminutione, pro reparatione, ac noua fundatione vbi opus erit, murorum fonte Triuij, necnon quinquaginta ducati auri singulis annis, pro festo, & celebratione Natalis Vrbis, quod Palilia vocant, & aliarum necessitatum, decorem seu tuitionem Vrbis concernentium, per ipsos Conseruatores, pro tempore, ac vnum circunspectum virum, per nos deputandum, sine cuius consensu, & mandato, nihil fieri possit, necnon duos alios Ciues ad hoc deputatos, seu, vt moris est, deputandos, qui similiter in fine anni, iuxta literas Eugenij prædictas, rationem de administratis, & expositis pecunijs reddere teneātur, erogentur: tenor præsentium statuimus, & ordinamus: prædictumq; residuum dictarum pecuniarum, solutis Lectoribus, pro reparatione, & necessitatibus prædictis, & non ad alios vsus applicamus, Illasq; sub excommunicationis pœna latæ sententiæ, in alios vsus exponi non debere. Irritum quoq; & inane quicquid secus, etiam quacunq; auctoritate, seu quouis mandato, etiam nostro, attentari contigerit: præsentibusq; etiam per quascunq; concessiones, seu mandata, etiam cum quibusuis clausulis derogatorijs fortissimis,& insolitis, etiam si de statuto, & applicatione nostra huiusmodi specialis & indiuidua mentio fieret, nisi de proprijs nominibus ipsorum Conseruatorum, qui pro tempore erunt, specialis mentio fiat, derogari non posse decernimus, literis præfati Eugenij, ac quauis consuetudine, seu potius corruptela, cæterisq; contrariis non obstantibus quibuscunque. Volumus autem quòd vbi necessitates huiusmodi non imminerent,quòd de dicto residuo collegium dictorum Pauperum studentium erigatur & construatur, ac possessiones pro eorum sustentatione emantur iuxta

literas

literas dicti Prædeceſſoris Eugenij. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, applicationis, decreti, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo duodecimo, Quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

✠ Ego R. Epiſ. Oſtien. Cardinalis S. Georgij ſubſ.

✠ Ego A. tit. S. Vitalis Presbyter Cardinalis ſubſ.

✠ Ego P. tit. S. Euſebij Presbyter Cardinalis ſubſ.

LITERÆ IVLII PAPAE II. DISTINCTIONIS iuriſdictionum, & tribunalium.

Decet Romanum Pontificem ex debito ſui Paſtoralis officij proſpicere, vt vbiq; præſertim in hac Alma Vrbe, ad quam pro iuſtitia totus Orbis confluit, ne propter varios diuerſorum Iudicum, & Tribunalium concurſus, ac varias, & diuerſas procedendi formas, præſertim pauperes litigantes in eorum bono iure lædantur: ſed vt cuilibet ius ſuum explicitè, quantum poſſibile ſit, reddatur, & iuriſdictiones ius reddentium ita diſtinctæ ſint, vt nulla confuſio, & perplexitas oriri poſſit. Sanè, prout ex multorum querela, ac nuper à dilectis filijs nobilibus viris, Ludouico de Matthæis, & Mariano de Caſtellanis, ac Lutio de Lutis Conſeruatoribus Romanorum Ciuium, & Cameræ præfatæ Vrbis, Necnon Ludouico de Cencis, Priore Capitum Regionum, & Paulo de Planca, noſtri Conſiſtorij, & ipſorum Conſeruatorum Aduocato, accepimus adeo à certis temporibus citra diuerſa Iudicum Tribunalia in Vrbe inſurrexiſſe, adeo quòd etiam ipſi Iudices tam Ordinarij quàm Delegati inter ſe concurrere, & in procedendo varium modum obſeruare, vt ſæpè litigantes ipſi confuſione quadam perterriti cauſas ipſas deſerere cogantur, aut illas inchoare non audeant, ſæpè etiam adeo celeri iudicio expediunt, vt præcipitari quodammodo videantur, in magnum ipſorum litigantium præiudicium, ac Iuſtitiæ & officij noſtri detrimentum: Nos igitur in præmiſſis prouidere volentes, ac cupientes ne litigantes ipſi tam in confuſione tribunalium huiuſmodi, quàm etiam in expenſis, & eorum bono iure grauentur; quòdq; etiam quilibet forum ſuum intelligat, & ſequatur, inhærentes etiam veſtigijs fœlicis recordationis Sixti Papæ IIII. Patrui & Prædeceſſoris noſtri, qui vt etiam accepimus, quaſdam deſuper conſtituit ordinationes, in volumine Statutorum dictæ Vrbis deſcriptas, Motu proprio, non ad ipſorum Conſeruatorum vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione Statuimus, & ordinamus, quòd omnes incolæ Romæ habitantes (dummodo non ſint campſores, & notabiles mercatores Romanam Curiam ſequentes, Oratores Principum, & aliarum Communitatum, Familiares Cardinalium, continui tamen commenſales, vel officiales Romanæ Curiæ, dummodo Romani non exiſtant, aut Curiales Romanam Curiam ſequentes, & in illius vſu exiſtentes) qui omnes in eorum foro, necnon Ciues omnes Sæculares, conueniantur in Curia Capitolij, aut coram alijs officialibus Sæcularibus Vrbis, prout ad eorum officium ſpectat, & non aliter, Quòdq; omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario noſtro in ſpiritualibus in Vrbe, aut alijs Clericis & officialibus Eccleſiaſticis Vrbis, ad quos ſpectat, ac quòd de omnibus exceſſibus factis in Vrbe ratione territorij, laici puniantur per officiales laicos Vrbis, Clerici verò Romani per Vicarium præfatum. Item quòd laici qui ſequuntur Curiam tam mares quàm fœminæ, & non alij conueniantur in Curia Mareſcalli, dummodo non ſint perſonæ prædictæ, videlicet campſores & notabiles Mercatores Romanam Curiam ſequentes, Oratores Principum, & Communitatum, Familiares Cardinalium, laici vel officiales Romanæ Curiæ etiam Curiales, qui indifferenter conueniantur dumtaxat coram Auditore Cameræ tanquam Iudice exemptorum

in Ci-

in Ciuilibus: in Criminalibus verò quo ad laicos eandem curiam ſequentes, inter ipſum Auditorem, & Mareſcallum, & Gubernatorem, ſit locus præuentioni, dummodo non agatur de pœna Capitali, vel mutilatione membri: quo caſu Auditor non ſe intromittat iuxta alias noſtras literas deſuper expeditas. Volumus etiam quòd ab eodem Mareſcallo appelletur ad præfatum Auditorem Cameræ, & quòd Iudex deputandus per ipſum Mareſcallum non poſſit ſtare in officio vltra duos annos, & in fine cuiuslibet anni debeat ſyndicari per Syndicum per nos deputandum, & repertus culpabilis puniri. In reliquis ſeruentur literæ noſtræ deſuper editæ. Inſuper volumus, & mandamus, quòd Vicecamerarius, ſiue Gubernator in Vrbe nullum Tribunal cognitionum cauſarum priuatarum teneat, neq; per ſe, neq; per alium, ſed ad eum venientem, ad ſuum Iudicem remittat, & ſit ſuperintendens, vt quilibet in prǽmiſſis officij ſuos terminos obſeruet, & contrafacientem puniat, aut nobis referat, & debeat carceres omnium præmiſſorum viſitare, vnà cum alijs ad id per nos, per alias noſtras literas deputatis, & de officialium omnium maximè Notariorum maleficiorum tranſgreſſionibus cognoſcere: In concernentibus autem ſtatum, aut pacem, & quietem Ciuitatis & Romanæ Curiæ, quantum videat neceſſe eſſe, officialem ad quem ſpectat iuuare, & omnia pro poſſe ad pacem reducere, necnon cauſas querelarum contra Barones, ac capitales videlicet mortis naturalis, & Brigarum vnà cum pacerijs iuxta formam ſtatutorum Vrbis, & treugarum, ſeu ſecuritatum, aut pacis ruptarum, in quibus treugarum, ſecuritatum, aut pacis ruptarum etiam per ſeipſum, Item mercedum, ſalariorum, quas cauſas mercedum, ſine tribunali & ſcriptura ſummariè manu regia cognoſcere poſſit, & terminare, iuxta formam dictorum Statutorum, vel iuris communis vbi ſtatuta deficerent, & in quibus omnibus locus ſit præuentioni, inter ipſum, & Senatorem: & ſic concurrant, Senator præferatur. Notarij verò Gubernatoris ſoli per ſeipſos, & non per ſubſtitutos officium exerceant, ſine tribunali, prout aliàs Ludouicus Sabinus, & Marius Ceretanus tempore eiuſdem Sixti Prædeceſſoris exercere ſolebant, qui etiam regiſtra aliqua non faciant, ipſeq; Gubernator vnum tantum Coneſtabilem, ſeu Capitaneum retineat, cum vigintiquinque ſatellitibus, & ſine dicto Coneſtabili executiones ipſius Gubernatoris fieri non poſſint. Volumus etiam quòd idem Gubernator, vigore obligationum in forma Cameræ Apoſtolicæ, non poſſit excommunicare, nec excommunicatum publicare, nec cenſuris Eccleſiaſticis, in aliquo caſu vti, prout antiqui Gubernatores, non ſunt vſi, & cenſuræ per eum ſuper hoc latæ, ſint ipſo iure nullæ. Similiter volumus, quòd Baricellus ſit merus Executor, & nullum iudicare valeat, quòdq; executiones in capitalibus per eum fiendæ, fiant in Capitolio, prout ab antiquo conſuetum fuit, niſi aliter pro temporis & maleficij qualitate, & grauitate, viſum fuerit expedire: poſſit & repertos in fragranti crimine punire, iuxta formam Breuis facultatis ſuæ. Item volumus quòd omnes officiales, quicunq; ſint, etiam Gubernatoris, & Auditoris Cameræ prædictorum, & reliqui alij, & etiam ipſe Baricellus in fine cuiuslibet anni, ſyndicari debeant per aliquos per nos deputandos iuxta formam earundem literarum noſtrarum, ipſeq; Gubernator teneatur pro ſe, & ipſius officialibus, & in principio eius officij debeat ſuper hoc cauere. Similiter Auditor Cameræ præfatus in fine cuiuslibet anni teneatur reddere rationem coram eiſdem deputandis de geſtis per ſe, & eius locumtenentem. Volumus etiam vt litibus finis citius imponatur, quòd tam à Iudicibus Capitolinis, quàm etiam quibuſcunq; alijs, in cauſis quæ aliàs eſſent de foro Capitolino, appelletur ad Capitaneum Vrbis, vel alium per nos deputandum, dummodo quoad cauſas dicti fori, in Capitolio tribunal teneat, quòd etiam in cauſis, in curia Gubernatoris eiuſdem pendentibus, & quæ pendere contigerit, habere locum decernimus: à quo Iudice appellationis appellari non poſſit, niſi prout & quantum ſtatuta huiuſmodi, in cauſis Curiæ Capitolij permittunt. Poſtremo mandamus in omnibus Curijs ordinarijs Vrbis, & in omnibus ſolutionibus Notariorum executorum, etiam pro executionibus fiendis per ipſum Baricellum, ac pro mercedibus quorumcunq; aliorum officialium, ſeruari tabulam marmoream in Capitolio affixam; & vbi in aliquibus caſibus illa deficeret, mandamus ſeruari ſtatuta Vrbis. Volumus etiam quòd pro quibuſuis ſigillationibus, præſertim mandatis de relaxando incarceratos, & alijs quibuſuis apodiſſis nil ſoluatur, niſi prout in dicta tabula continetur, ſeu in dicta Curia Capitolij conſueuit ſeruari, ita tamen quòd pro relaxatione innocentium nil penitus ſoluatur per ipſum captiuum, ſed per eum ad cuius inſtantiam forſan captus fuit, maximè in capturis pro ſuſpecto & fugitiuo, quo caſu nouas reformationes

tiones

tiones dictæ Vrbis ſeruari volumus: Decernentes in Vrbe præfata nulla alia ordinariorū Iudicū Tribunalia teneri poſſe, nec iuriſdictiones cauſarū exerceri, niſi in locis prædictis: quódq; ſententiæ tam diffinitiuæ quàm interlocutoriæ, necnon decreta, executiones, mandata, proceſſus, cenſuræ, & quicquid ſecus contra præmiſſa fieret, nullius fore roboris vel momenti, præſentibusq; derogari non poſſe, nec derogatum cenſeri etiam per Nos, aut Succeſſores noſtros, niſi de nominibus, & cognominibus litigantium, Iudicum, & intereſſe habentium, ac ipſarum præſentiū, de verbo ad verbum totalis, & ſpecialis mentio fiat, mandantes Gubernatori, Senatori, Auditori Cameræ, Mareſcallo, Baricello, eorumq; Iudicibus, & executoribus præfatis, necnon quibuſuis alijs perſonis, ſub excõmunicationis latæ ſententiæ; ac centum ducatorum pœnis totiens quotiens contra præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum fecerint, incurrendis, & in eorum ſyndicatibus exigendis, ne contra ordinationes, ſtatuta, & voluntatem noſtram huiuſmodi venire, aut aliquid attentare audeant. Non obſtañ. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis priuilegijs, etiam fori, ac exemptionibus, indultis, & facultatibus, quibuſuis perſonis, etiã Vicecamerario, ſeu Gubernatori præfatis, aut Collegijs vel Confraternitatibus, etiam quauis cauſa, & Motuproprio, & ex certa ſcientia, ac cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, fortiſſimis, etiam quibus derogari non poſſet, niſi ſub certis modo & forma, per Nos & ſedem Apoſtolicam, conceſſis, & concedendis, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1512. quinto kalen. April. Pontificatus noſtri Anno Nono.

✠ Ego R. Epiſc. Oſtieñ. Card. S. Georgij ſubſ.
✠ Ego A. Card. tit. S. Vitalis ſubſ.
✠ Ego P. Card. tit. S. Euſebij ſubſ.

BREVE ſuper iuriſdictione Capitolij.

IVLIVS PAPA II.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

EX querelis noſtri peculiaris Romani Populi accepimus ob reſcripta Apoſtolica, & ſignaturas commiſſionum, enormiter grauari, quæ paſſim, & maximè in medio litis contra Iuris Communis diſpoſitionem fiunt, aduocando à Iudicibus Ordinarijs, tam in prima, quàm alijs inſtantijs, etiam per viam appellationis, omiſſis medijs, à nobis, ad id officium deputatis, vel etiam ſimpliciter ab initio in curia committendo, perinde ac ſi Iudices Ordinarios non haberent, quos ſine noſtris reſcriptis adire poſſent: quo fit vt Ciues noſtri, & incolæ Vrbis, non vnum, ſed infinitos Iudices, & diuerſa Tribunalia habere videantur, & proinde grauibus, immò intolerabilibus expenſis grauentur, quæ omnia non impetrantur niſi ab ijs qui cauillationibus ſtudent, vel potentia fauorum pollent, ad pulſandos in litibus aduerſarios, & quos iure ſuperare non poſſunt, malis artibus, & longis litibus, ac immenſis diſpendijs deſatigatos, vel circumuentos vincant, & multi ius ſuum deſerere propterea ſunt coacti, multiq; in deſperationem ducti ad facinora brigarum proſiliunt, ex quo ſeditiones, & homicidia freqnenter accidunt, hincq; fames, & annonæ caritas, quod litibus occupati, negociationes, & agriculturam deſerunt, eueniunt: quibus rebus vt paſtorali noſtro incumbit officio, prouidere volentes, Hoc præſenti noſtro perpetuò edicto, Motuproprio, ex certa noſtra ſcientia, omnes & ſingulas cauſas vbicunque coram quibuſcunque Commiſſarijs, vel Ordinarijs, etiam in ſacro noſtro

Auditorio pendentes, Ciuium Romanorum & aliorum, qui foro Capitolino ſubijciuntur, ad nos, in quacunq; inſtantia vel ſtatu pendentes harum ſerie aduocamus, & ad Curiam Capitolij & Iudices ſuos ordinarios, tam primæ quàm aliarum inſtantiarum illius loci ſecundum naturam Cauſarum, & modum iuriſdictionis cuiuſq; ipſorum, ſeu in quem partes conuenerint, committimus & mandamus reſumendas, in ſuis ſtatibus audiendas, & fine debito terminandas, ſecundum formam Statutorum Vrbis, vel aliàs prout de iure terminari deberent, cum omnibus earum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis ab eis, partibus iuſtitiam miniſtrando: Declarantes auctoritate Apoſtolica, ac decernentes per præſentes dictas cauſas propterea factas non commiſſarias, ſed intelligi & eſſe ordinarias, perinde ac ſi ab initio coram ſuis ordinarijs fuiſſent inceptæ vel agitatæ: volumus tamen quòd cauſæ in Rota pendentes, de partium communi conſenſu ibi remaneant, vel ſi cauſa in tertia pendeat inſtantia, quòd Auditor coram quo pendet, poſſit illam cognoſcere, & terminare, hoc præſenti noſtro edicto non obſtante. Et inſuper dilecto filio noſtro Leonardo Cardinali Agennen. ac alijs Iuſtitiæ Signaturam habentibus pro tempore, necnon Regenti Cancellariæ, qui pro tempore erit; omnibuſq; & ſingulis noſtris Referendarijs inhibemus expreſſè, ne ad preces inſtantiam, & requiſitionem cuiuſq; qui Capitolino foro ſubijciatur, ſupplicationes aliquas recipere, referendariare, ſeu proponere nobis; vel ſignaturam iuſtitiæ habenti, audeat vel præſumat, & ſimiliter ſignaturam faciens, non ſignet, ſiue auocatorias, ſiue ſimplicis iuſtitiæ, ſiue appellatorias, & ſimiles, neque initio, neq; in medio litis, & ſignatæ nullius ſint roboris, vel momenti, nullamq; tribuant iuriſdictionem: neq; ipſe Iudex cui fuerint commiſſæ, audeat illarum virtute citare, inhibere, vel quoquomodo procedere, irritumq; & inane quicquid ſcienter vel ignoranter ſecus factum fuerit, ipſo iure fore decernimus, ſalua ſemper noſtra manu propria ſignatura, ſine qua omne reſcriptum cenſeatur, & ſit inualidum, & à noſtra voluntate alienum, Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis commiſſionibus, reſcriptis, priuilegijs, & indultis, etiam foro, quibuſuis perſonis, ſeu Collegijs, conceſſis & concedendis, etiam cum quibuſuis clauſulis derogatorijs fortiſſimis & inſolitis (præmiſſorum omnium tenores, nomina, cognomina, qualitates, & alia quæ forſan de verbo ad verbum expreſſionem requirerent, pro ſufficienter expreſſis habentes) cæteriſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die quintadecima Aprilis, Milleſimo quingenteſimo Duodecimo, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

LITERÆ LEONIS PAPÆ X. Gratiarum Populo Romano conceſſarum.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei:

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

DVm ſingularem fidei conſtantiam, & eximiæ deuotionis affectum, quos dilecti filij Populus Romanus, erga Nos, & Romanam ab eius exordio geſſiſſe ſemper & gerere comprobantur Eccleſiam, vigili meditatione penſamus, dignum, quin potius debitum arbitramur, vt Eccleſia ipſa ſic ſuæ in eos gratiæ dona diffundat, vt à quibus præcipuè in matrem & dominam, diuina fuit diſpoſitione recepta, per mutuæ beneuolentiæ miniſterium, vberiotaq; in dies largitionis munera in peculiares, ac dilectiſſimos filios, magis atque magis adoptaſſe noſcatur. Sanè felicis memoriæ Eugenius IIII. Nicolaus V. Calixtus III. Pius II. Paulus etiam II. Sixtus etiam IIII. Innocentius VIII. Alexander VI. & Iulius ſimiliter II. & nonnulli alij Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, diuerſa eiſdem

dem Populo Priuilegia, indulta, & gratias, concesserunt, quæ sicut Dilecti filij Nobiles viri Magister Ioannes Hieronymus de Benzonibus, decretorum Doctor, de maiori præsidentia Abbreuiator, & Stephanus de Carbonibus, ac Marius Particappa, Conseruatores, & Franciscus Cincius Prior Capitum Regionum Vrbis, necnon Magistri Paulus de Planca, Baptista Paulinus, Iulius de Alberteschis, Aulæ nostræ Consistorialis Aduocati, & Marius Salomonius, vtriusque Iuris Doctores, & Franciscus de Lenis, & Marcus Antonius de Alterijs, & Bernardinus de Militibus, ac Iacobus de Frangipanibus, & Hieronymus Picus, ac Bartholomæus de Valle, Romani Ciues, eorundem Conseruatorum Consiliarij, super id per ipsos Conseruatores electi, ac Petrus de Smerilijs Fisci nostri Romani procurator, nobis ipsius Populi nomine exposuerunt; ob passim vnicuique petenti concessas illorum derogationes, & eorundem Populi negligentiam, vel alias partim, nunquam in obseruantiam deducta, vsuiuè recepta, partim per dissuetudinem abrogata propemodum sunt. Nos igitur Populum præfatos non minori charitatis affectu, quam Prædecessores præfati prosecuti sunt, prosequi volentes, ac omnium & singulorum Priuilegiorum, indultorum, & gratiarum prædictarum, & singularum super illis confectarum literarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes: Motu proprio, non ad ipsorum Conseruatorum, Prioris, & Consiliariorum, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, priuilegia, gratias, indulta, & literas prædictas, etiam quæ in causis ad forum Capitolinum spectantibus commissiones quaslibet, præterquam quæ Romani Pontificis sint Manu propria subscriptæ, prorsus excludunt, & Tribunalia, ac causarum tam Ciuilium, quàm Criminalium, in eadem Vrbe, cognitiones distinguunt, necnon Statuta & consuetudines dictæ Vrbis, & reformationes illorum, etiam iuramenti validitatem in certis ibi expressis casibus restringentia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & innouamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere: & etiam si hactenus ex præmissis, vel quibusuis alijs causis obseruata non fuerint, ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, decernimus: potioriq; pro cautela ea omnia & singula, prout per dictos Prædecessores concessa fuerunt, eisdem Populo gratiosè concedimus. Et vt eisdem Populo in eorum priuata commoda de alicuius subuentionis auxilio consulatur, Protonotariatus Curiæ Capitolij, quod hospitali nostro sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & Notariatus quod Secretariorum nostrorum, & Marescallatus, Extimatoriatus Stateræ, Mandatariatus, & Transtyberorum Ripæ, & Ripettæ officia, quæ Præsidentium Annonæ earundem Ripæ & Ripettę, dilectorum filiorum Collegijs, dicta olim fuere auctoritate perpetuò vnita, annexa, & incorporata, ab hospitali, & quibus pro ijs certam tunc expressam recompensam per alias nostras literas concessimus, quibus non intendimus præiudicare, nec solita emolumenta auferre, nisi pro ea summa pro qua recompensa data fuerit Collegijs prædictis, respectiuè segregantes, & separantes ea, ac pecuniarum Cameræ; sine tamen ipsius exercitio, & emolumentis, ex ipso exercitio prouenientibus, quæ capita Solidorum appellant, & Gabellæ Vini Forensis de eadem Vrbe Depositariatuum, cum consuetis, ac præfatæ Ripæ, Ripettæ, Pecudumq; & Mercium, ac Annonæ, grasciæ nuncupatæ, necnon Salis ad grossum & ad minutum Dohaneriatum cum centum viginti pro quolibet Dohaneriatu, & omnium eorundem Dohaneriatuum Notariatum cum Quadragintaocto Florenorum auri pro quolibet Notariatu Salarijs, per conductores ipsarum Dohanarum, ex earum prouentibus, singulis annis, in quatuor terminis, Dohanerijs, & Notarij pro tempore existentibus integrè persoluendis: ita tamen quòd emptoribus & conductoribus dictarum Dohanarum & Gabellarum propterea nullum præiudicium, circa administrationem officij inferatur, sed solùm deferre possint extorsiones indebitas & insolitas, quæ fierent Cameræ Apostolicæ, & sine præiudicio in illis emptionis aut pignoris, vel simplicis ab aliquo ex Prædecessoribus nostris concessionis, tituli ius habentium, quandiu tituli ipsi durauerint, dumtaxat: Ita quòd liceat ipsis Conseruatoribus, & Populo restitutis pretijs pro quibus empta, aut pecunijs pro quibus pignori obligata sint, illa simul vel successiuè redimere, Extraordinariatus maioris, Notariatus etiam maioris, & Scriptoriæ, & Marescallatus Cameræ, & Gabellariatus maioris Vrbis prædictarum, & Salinarum, Portarum, & Pontium, sine Palatij dictorum Conseruatorum Marescalla-

tus, & eiusdem Palatij Notariatus, ac Camerariatus Ripæ & Ripettæ, ac alia quæcunque Vrbis officia, olim per Ciues Romanos exerceri solita, portasq; & pontes dictæ Vrbis, cum omnibus eorum solitis honoribus, oneribus, salarijs, & emolumentis dictis Populo donamus, & elargimur: statuentes & ordinantes quòd ex nunc de cætero in perpetuum, tam portæ & pontes huiusmodi, quàm Conseruatoratus, Capitum Regionum, Marescallatum de tracta nuncupatorum, Paceriatus, Magistratuum Stratarum, & Iustitiariorum, Syndicorum Senatoris, & Officialium Vrbis, Reformatorum studij, & Paceriorum, ac Syndicorum Assessoriatuum, & Notariatuum eorūdem, ac quæcunque alia præfatę Vrbis officia per Ciues huiusmodi, vt præfertur, exerceri solita, diuisis etiam in plures, ad Populum, portiones illorum, vel aliquorum ex eis, fructibus, redditibus, & prouentibus, iuxta prouidam dictorum Conseruatorum, & Prioris, ac eorum Consiliariorum ordinationem desuper faciendam, in pixidem congeri, & deinde statutis per Conseruatores, & Priorem, & Consiliarios præfatos ad id temporibus sortem nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis præsentia trahenda, nostroq; arbitrio restringenda, & amplianda, inter Ciues tantummodo dispensentur, & quòd Protonotariatus Curiæ Capitolij, Notariatus, & Marescallatus Ripæ, & Stateræ, ac Cameræ & Gabellæ studij huiusmodi depositariatuum, & Gabellariatus, & Extraordinariatus prædictorum, Et Iudicatus appellationum, de eadem Vrbe officia, & Comitatus Tyburis, & Malleani, ac Velletri, & Coræ Ciuitatum, videlicet & Oppidorum dictorum Populi Romani, temporali Dominio immediatè subiectorum potestariæ à taxis, quas pro expeditione Breuium præfati Secretarij ab eis hactenus exigebant, necnon eædem Ciuitates & Oppida, ac Terræ ad præsens præfatis Populo immediatè subiecta, si & quamdiu in subiectione huiusmodi fideliter mãserint, ab omni onere quo pro Stationibus militum Romanæ Ecclesiæ grauabantur liberæ sint atque immunia: id verò quod ex depositariatu huiusmodi Collegio, Dilectorum filiorum scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ annuatim debetur, is soluat qui dicta solidorū capita perceperit, & quod Sancti Gregorij intra, & Sancti Sebastiani extra dictæ Vrbis muros, Sancti Benedicti, & Cisterciensis Ordinum & alia Monasteria, ac Prioratus, Canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraq; beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, in dicta Vrbe & illius districtu existentia, venerabilium fratrum nostrorum præfatæ Ecclesiæ Cardinalium, titulis & denominationibus, ac Basilicæ Beatorum Petri & Pauli, & Lateranensis, & Beatæ Mariæ Maioris, de eadem Vrbe Ecclesiarum, Archipresbyteratibus Sancti Laurentij, & Sancti Anastasij, extra, & Sancti Sabæ intra eosdem muros, eorumdem Ordinum dictis Cardinalibus commendari solitis, Monasterijs dumtaxat exceptis, non nisi Romanis Ciuibus conferri seu commendari, aut aliàs de eis, in alios quoquomodo, præterquam si beneficia prædicta ex resignatione alienigenæ vacarent, quæ etiam alienigenis conferri valeant, etiam per Nos, & Sedem Apostolicam disponi nullo modo possit; collationesq; prouisiones, commendæ, & aliæ quæuis dispositiones de illis, etiam per Nos, & Sedem eandem, etiam cum expressa præsentium derogatione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, pro tempore factæ, nullius sint roboris, vel momenti, nullumq; alicui etiam coloratum tribuant titulum possidendi: Prætetea quòd ex redditibus Gabellæ Vini Forensis huiusmodi, postquam Lectorum studij salaria soluta sint, liceat præfatis Conseruatoribus in eorum, & Capitum Regionum Magistratuum ornatum, & decus dumtaxat, quo indigere noscuntur, & non eorundem Conseruatorum, & Capitum Regionum proprios vsus, iuxta ordinationem per Conseruatores, & Capita Regionum, ac Consiliarios præfatos desuper faciendam, tantum annuatim exponere, ad quantum medietas eorum Prouisionum, seu salariorum ordinariorum respectiuè ascendit, & non vltra: & quòd Notarij in Matricula Notariorum Romanorum pro tempore descripti, ab obseruatione eorum quæ in literis Apostolicis erectionis Collegij dictorum Scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ continentium, quo ad Ciues Romanos quoscunque inter se contrahentes sint exempti. Donamus quoque eisdem Conseruatoribus, & Populo in perpetuum Gabellam omnem Vini Forensis huiusmodi, cum onere soluendi temporibus consuetis, ex prouentibus dictæ Gabellæ, salaria dictis Lectoribus pro tempore debita, ac facultate residuum prouentuum eorundem, in dictum ornatum, & Murorum, Portarum, Aquæductuum, & Pontium, aliasq; dictæ Vrbis necessitates, pro tempore ingruentes, de consensu

sensu Consilij Romani, & non in alios vsus, conuertendum. Et insuper eosdem Populum, omnesq; & singulos dictæ Vrbis incolas, & habitatores, ac alios in eadem Vrbe, ad quam Christifidelium, de vniuersis Mundi partibus, frequens est in dies concursus, pro tempore residentes, à vini Romani, & Farinæ; præterquam quæ à pistoribus, seu in eorum vsum conficitur, omni tamen fraude cessante, & præfatos, ac pro tempore existentes dictæ Vrbis Conseruatores, à vini, etiam Corsi, siue Græci, quo pro eorum & familiæ suæ victu vtuntur, vsque ad vigintiquinque vegetes anno quolibet Gabellæ solutione, eximimus & liberamus, & pretium Salis, qui ad minutum venditur, etiam pro pecudibus in eadem Vrbe ad rationem octo Bolonenorum monetæ nouæ cum dimidio vnius Boloneni similis pro mensura quam Scorzum appellant, reducimus & moderamur. Porrò Ciuitatem Velletri, & Oppidum Coræ prædicta, cum eorum territorijs, hominibus, mero & mixto imperio, alijsq; omnibus iuribus & iurisdictionibus, prout olim sub dictorum Romani Populi Dominio fuere, eorundem Populi ditioni, & potestati de consensu quorum interest, liberè restituimus, & plenariè reintegramus: Mandantes dilectis filijs Ciuitatis & Oppidi prædictorum Vniuersitatibus, vt de cetero Conseruatoribus, & Populo præfatis vti veris & legitimis eorum immediatis Dominis in temporalibus obediant & pareant, ac intendant. Volumus demum quòd præsentes literæ & in eis contenta à Kalendis Martij proximi præteriti citra plenum sortitæ sint & esse censeantur effectum: Decernentes ex nunc irritum & inane si secus super præmissis, vel eorum aliquo, per quoscunque, etiam nos & sedem præfatam, ex quauis causa scienter vel ignoranter contigerit attentari, quo circa venerabilem fratrem Raphaelem Episcopum Ostiensem, & Dilectos filios nostros, Franciscum SS. Io. & Pauli, & Antonium S. Vitalis, & Petrum S. Eusebij tt. Presbyteros, ac Aloysium S. Mariæ in Cosmedin Diaconum, Cardinales, & eorum quemlibet, pro præmissorum omnium obseruantia, eisdem Conseruatoribus Priori, & Populo, in conseruatores & defensores speciales, constituimus, & deputamus: iniungentes eisdem Cardinalibus, quatenus ipsi vel eorum aliquis per se, vel alium seu alios, Conseruatoribus, Priori & Populo præfatis quotiens ab eis vel eorum aliquo fuerint requisiti, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant ipsos Conseruatores, Priorem, & Populum, auctoritate nostra, omnibus & singulis supradictis pacificè frui, & gaudere, eaq; omnia & singula inuiolabiliter obseruari, non permittentes eos, seu eorum aliquem per quoscunque desuper etiam dicta auctoritate fungentes, quomodolibet molestari: contradictores quosuis, per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia, appellatione remota, compescendo: inuocato etiam ad id, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus quibusuis in Collegiorum prædictorum erectione, & dotatione editis, & alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quibuslibet de aliquo, seu aliquibus ex prædictis officijs, quibusuis personis, etiam motu simili, & ex certa nostra scientia, ex quibusuis vrgentissimis & necessarijs causis, per Nos, & Sedem præfatam factis hactenus, & in posterum fiendis, quas quotiens factæ fuerint, totiens ex nunc prout ex tunc & è contra reuocamus, cassamus, annullamus, & omnibus illis quæ Prædecessores præfati in singulis per eos eisdem populo concessis literis, voluerunt non obstare: cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nostræ tamen intentionis existit, quòd Dohaneriatuum, & illorum Notariatuum salaria, currere incipiant à die quo contractus super ipsarum Dohanarum conductione, inter illorum conductores, & Cameram Apostolicam, tempore dicti Iulij Prædecessoris initi, respectiuè finierint, & non ante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, concessionis, intentionis, segregationis, separationis, donationis, constitutionis, restitutionis, reintegrationis, deputationis, reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, mandati, voluntatis, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo duodecimo, quartodecimo kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

LITERÆ LEONIS Papæ X. de conducendis Magiſtris, de Ceſſantibus, de Bidello, Rectore, Reformatoribus, & reliquis.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

DVm ſuauiſſimos atque vberes fructus, quos viri literarum ſciē-
tia prædití in agro Domini indies producunt, animo contem-
plamur, dumq; quàm vtilis & neceſſarius pro ſpiritualium tem-
poraliumq; rerum in hac plena tenebris & caligine vita regimi-
ne & directione ſalubribus, ſit ipſarum literarum vſus, ſedula
meditatione perpendimus, inter ſollicitudines varias, quibus
pro iniunctæ nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio proſpe
rè & fœliciter exequendo, vndique angimur, illam libenter am-
plectimur, per quam in ſingulis orbis partibus literarum Stu-
dio vacare cupientibus illarum capeſſendarum occaſio & com-
moditas miniſtretur: ſed vt hoc in Vrbe noſtra votiuos ſortiatur
effectus, eo propenſior cura nos vrget, quo Vrbs ipſa Vicarij
Christi In terris Regia anteque eius oculos ſemper poſita, tanquam Apoſtolicæ Sedis validiſ-
ſimum firmamentum ſupra cæteras orbis Vrbes Principatum obrinere dignoſcitur: dignumq;
eſt, vt ſicuti eius excellentiſſima eſt conditio, ſic etiam ipſius incolæ & habitatores in omni vir-
tutum genere, & præcipuè Liberalium Artium diſciplina, quæ ipſarum eſt nutrix & alumna vir-
tutum, alios anrecellat. Dudum ſiquidem fel. rec. Eugenius Papa IIII. Prædeceſſor noſter,
tunc Conſeruatorum, & Capitum Regionum dictæ Vrbis ſnpplicationibus inclinatus, de fra-
trum ſuorum conſilio Apoſtolica auctoritate, ſtatuit, decreuir, & ordinauit, quòd in Vrbe præ-
dicta perpetuis futuris temporibus Generale Studium vigeret in qualibet facultate, ac Do-
centes & Studentes ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus cōceſſis Docto-
ribus, & Scholaribus in Studijs generalibus commoranribus, gauderent, & vterentur, ac Do-
ctores & Scholares in ipſo Romano ſtudio commorantes non poſſenr inuiti in Curia Capito-
lij occaſione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, niſi forſan pro homicidio per eo-
rum aliquem vel aliquos perpetrato, in quo caſu Vicarius Romani Pontificis in ſpiritualibus
contra Clericos, & Senator ſeu Senatores, qui pro tempore forent in eadē Vrbe, contra Laicos
procederent, & facerent quod Iuſtitia ſuaderet: nec ijdem Doctores & Scholares Vrbis: ad ali-
quas contributiones in Talijs aut collectis, quæ imponerentur pro tempore habitatoribus di-
ctæ Vrbis: ſeu aliqua obſequia Communi Vrbis ipſius præſtanda, prætextu moræ, quam in
eadem Vrbe traherent: vel aliqua pedagia ratione rerum ſuatum, quas ad dictum Roma-
num ſtudium deferri, vel exinde reportari facerent, tenerentur. Quòdq; penſiones Domo-
rum, quas in eadem Vrbe, Studij cauſa commorando, inhabitarent, taxari deberent per duos
Taxatores, quorum vnum ipſi Doctores, & Scholares, alterum Commune Vrbis eligerent: &
ſi duo concordare nequirenr, ſtaretur taxationi tertij taxatoris, ab eiſdem Doctoribus & Scho-
laribus eligendi, ac vltra taxationem huiuſmodi, nihil ab eis poſſet exigi nomine penſionis pro
Domibus antedictis.. Et licet Roma communis omnium eſſet patria, ſi tamen quiſpiam litem
contra Scholares In illa cauſa Studij huiuſmodi peregrinos ſuper aliquo negorio mouere vel-
let, huiuſmodi rei optione dara Scholaribus ipſis, eos coram Domino aut Magiſtro ſuo, vel
Vicario prædicto conueniret, iuxta legitimam ſuper hoc editam Sanctionem, & qui contrafa-
cerent, pœnam dictæ Sanctionis incurrerent: Rectores quoque Studij Vrbis huiuſmodi pro
tempore exiſtentes, in ipſos Doctores & Scholares, ac Familiares ipſorum, tam circa cogni-
tionem & deciſionem cauſarum ciuilium & criminalium, ciuiliter & criminaliter in criminibus
leuioribus motarum, quàm ipſorum corrigendos exceſſus leues, ordinariam poteſtatem obti-
nerent,

nerent, eiſdem Doctoribus & Scholaribus, quò literarum Studio commodiùs poſſent incumbere. Quòdq; quandiu in præfato Vrbis ſtudio, docendo vel audiendo verſarentur, fructus, redditus, & prouentus omnium beneficiorum ſuorum cum cura vel ſine cura, etiam ſi eorum aliqua, dignitates vel perſonatus exiſterent, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis; cum ea integritate percipere valerent, cum qua illos perciperent, ſi in Eccleſijs in quibus illa conſiſterent, perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum interim in eiſdem minimè tenerentur, nec ad id à quoquam poſſent compelli. Et vt pro dicti ſtudij manutentione facultates neceſſariæ non deeſſent, & de ſimili conſilio, & dilectorum filiorum Populi Romani, qui pluries ſuper ijs in eorum publicis congregationibus tractatum habuerant, & ſic fieri deſiderabant, expreſſo conſenſu, etiam ſtatuit & ordinauit, quòd ex tunc de cætero in perpetuum Gabella vini forenſis in Tabernis pro tempore vendendi, pro qua venditores huiuſmodi vini Sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ Vrbis ſoluere tenebantur, ad tres ſolidos cum dimidio, pro libra augeretur, & pecuniæ inde prouenientes, iuxta ordinationem, tunc & pro tempore exiſtentium Rectoris & Reformatorum dicti ſtudij in ſalaria Doctorum, per eos ad legendum in eodem ſtudio pro tempore conductorum, & alias expenſas in dicto ſtudio occurrentes, & non in alios vſus exponeretur, nec Gabellæ huiuſmodi augmentũ duraret, niſi ipſo Vrbis Studio durante, Decernens ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis, à quoquam quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, prout in ipſius Prædeceſſoris deſuper confectis literis plenius continetur. Cum autem (ſicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris Dominici Iacobatij de Faceſchis Epiſcopi Lucerini Referendarij, & in eadem Vrbe, eiuſq; diſtrictu in ſpiritualibus Vicarij noſtri, qui etiam dicti ſtudij Romani Rector exiſtit, & dilectorum filiorum Petri de Merilis, & Ioannis de Arcionibus, & Ioannis Baptiſtæ de Eccleſia, ac Iacobi de Palenis Ciuium Romanorum, eiuſdem Studij reformatorum petitio continebat (licet Gabella prædicta pro ipſius ſtudij in ſtatu florido & fructifero manutentione, & communi Ciuium & aliorum vndecunq; ad Vrbem ſtudij huiuſmodi cauſa pro tempore venientium, vtilitate, & commodo aucta fuerit, & ob auctam quoq; benedicente Domino, eiuſdem populi multitudinem, augmentum ipſum adeo creuerit, vt ex illo viris in qualibet literarum diſciplina quantumuis egregijs honeſta ſalaria conſtitui poſſint, ipſiuſq; Studij Romani vniuerſitas Doctoribus & Scholaribus inter cæteras ſtudiorum generalium in Italia vniuerſitates, frequens & celebris eſſe deberet, tam à pluribus citra annis adeo in illo ſcholarium copia defecit, vt quandoq; plures ſint qui legant, quàm qui audiant: quod ex eo potiſſimum creditur prouenire, quòd præmiſſa per Eugenium Prædeceſſorem præfatum Scholaribus immunitas, & alia priuilegia prædicta minimè obſeruantur, & Lectores ipſi Romanæ Curiæ negotijs ſe inuoluentes, legendi munus, ad quod ſunt iuſta mercede conducti, paſſim omittunt. Pro parte eorundem Dominici Epiſcopi Rectoris, & Reformatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas Eugenij Prædeceſſoris huiuſmodi approbare & innouare, ac alias in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur irreparabilem lapſi nequicquam temporis huiuſmodi iacturam ægreferentes; cupientesq; ſicut prouidum decet patremfamilias futuris temporibus conſulere, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, dictas Eugenij Prædeceſſoris literas approbamus & innouamus, ac præſentis ſcripti Patrocinio communimus: Decernentes omnia & ſingula in eiſdem literis contenta, præſertim quod de ſcholarium exemptione, immunitate, & alijs illis conceſſis prærogatiuis, & gratijs in eis traditur, debere inuiolabiliter obſeruari. Et nihilominus hac irrefragabili, & perpetuis futuris temporibus valitura conſtitutionè, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, vt ex nunc de cætero, præter alios, qui neceſſarij fuerint in qualibet facultate lectores, vnus ſaltem in Iure Canonico, & vnus in Iure Ciuili Doctores, & vnus in Philoſophia ſeu Medicina magiſtri, eminentis literaturæ viri vndecunq; ad legendum in ſcholis publicis dictæ Vrbis ſolitis temporibus & diebus, iuſtis & honeſtis ſalarijs, arbitrio pro tempore exiſtentium Rectoris & Reformatorum dicti Studij, iuxta ipſorum Doctorum, & Magiſtrorum qualitates, de Romani Pontificis licentia, moderandis, & aſſignandis, per eoſdem Rectorem & reformatores, communi opportuna in hoc per eos adhibenda diligentia, Annuatim conducantur: & nullus dictorum duorum Doctorum ſic conducendorum, interim aduocationis, aut præterquam Domi ſi voluerit, conſulendo, quod ius aliud

Curiæ,

curiæ, vel Vrbis prædictarum officium valeat exercere, ſed tam ipſi, quàm cæteri omnes ad legendum in huiuſmodi Scholis, pro tempore conducti, ſolitis temporibus, & diebus, horiſq; ad id eis per Rectorem & reformatores præfatos ſtatutis, legitimo impedimento ceſſante, commiſſum ſibi legendi munus obire, & poſt finitas lectiones per aliquod conueniens ſpatium, circulos in eiſdem Scholis tenere debeant. Et ſi quis ex eis non legitimè impeditus à legendo ceſſauerit, quotiens id fecerit, totiens dupli eius quod pro qualibet lectione conſtituto ei ſalario, ipſum attingere diſcernetur: & quòd pro vna, Bidellis ſiue Nuntijs dicti ſtudij id legitimè denuntiantibus, & tribus reliquis quartis partibus fabricæ ſcholarum eorundem ex nunc applicamus, pœna mulctetur, & ei tradenda Bulletta, ſeu mandato defalcandi, & denunciandi, ac curam dictæ Fabricæ habenti, iuxta applicationem prædictam perſoluendi. Et quoniam inutilis hæc prouiſio de facili reddi poſſet, niſi ſint qui eius tranſgreſſores annotent, & Scholas ipſas ſollicitè viſitent, & frequentent, quod Rector cum duobus ſaltem dictorum reformatorum, ſemel in menſe, & pluries vbi cognouerint expedire, diebus, atq; horis varijs & incertis, ad ipſas Scholas, ſe perſonaliter conferant, & eas earumq; lectores, dum legunt, dum tenent circulos, viſitent; & ſi qua correctione aut reformatione digna viderint, illa corrigant & reforment; & vnus ex eiſdem reformatoribus ſeorſum, bis ſaltem in hebdomada, viſitationis huiuſmodi officium ſubeat per ſe ipſum; & tranſgreſſiones, aut alia corrigenda, vel reformanda, cum Rectore conferat & Collegis, vt eorum opera ſic adhibita (ſuper quo eorum & ipſorum cuiuſlibet conſcientias oneramus) ſtudium prædictum votiuis proficiat incrementis. Bidelli verò ſeu Nuntij præfati, aut eorum alter rotuli collationatam copiam habeant penes ſe, in quo ſcripta ſint nomina omnium Lectorum, & qua quiſq; hora ſit lecturus, & iuxta illius ordinem & tenorem Scholas circumeant: Feſta Palatij conſueta in Scholis ante Cathedram, Doctoribus & Scholaribus nuntient, & ſi quem ex dictis Lectoribus, ſuo loco abeſſe repererint, adhibito teſte, illum annotent, & in fine cuiuſque hebdomadæ, Notario dicti Rectoris, qui rem ad ipſorum Rectoris, & reformatorum notitiam fideliter deducat, in ſcriptis tradant. Et ſi dicti Bidelli in præmiſſis negligentes fuerint, pro tempore exiſtentem ipſius Studij Rectorem pro prima eiuſdem Rectoris arbitrio, pro ſecunda verò vicibus ſalarij & emolumentorum omnium vnius ſemeſtris in dictam Fabricam conuertendorum amiſſionis pœna mulctentur. Quòd ſi tertio in ſimilem inciderint negligentiam, officio Bidellatus huiuſmodi perpetuò priuati, & ad illud vlterius obtinendum inhabiles ſint, illudq; vacare cenſeatur eo ipſo, & ne (quod paſſim euenit) Lectores præfatos, & legendi, & ſalaria non ſine tædio percipiendi, duplex cura fatiget, quòd dilectus filius modernus depoſitarius pecuniarum dictæ Gabellæ, antequam de officio depoſitariatus huiuſmodi ſeulterius intromittat, & ſui in dicto officio ſucceſſores, antequam ad illud quomodolibet admittantur, cautionem præſtent, de ſalarijs dictis Lectoribus, pro tempore conſtitutis, iuxta mandata deſuper confici ſolita, & eis exhibita, abſq; moræ diſpendio integrè perſoluendis. Quòd ſi depoſitarius ipſe ſolutionem huiuſmodi per tres dies poſt præſentationem mandati ſibi factam, diſtulerit, licet dictæ Gabellæ conductoribus, ſalaria ipſa iuxta dicta mandata, quamuis illa ad depoſitarium ſint directa, cum retentione pro ſe emolumentorum inde prouenientium, quæ capita ſolidorum vocantur, auctoritate præſentium liberè perſoluere ex pecunijs eiuſdem Gabellæ: ad quod faciendum, & ſingulas tertias partes ſalariorum huiuſmodi per decennium antequam ipſius ſolutionis dictis Lectoribus pro tempore faciendæ terminus aduenerit, pro tempore exiſtenti depoſitario præfato cum effectu aſſignandas, conductores ipſi in contractu conductionis dictæ Gabellæ ſe ſpecialiter, etiam ſub aliqua pecuniaria pœna, debeant obligare. Inſuper inhibemus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & dupli eius in quo læſio committetur ſi extimationem recipiat, parti damnum vel iniuriam patienti, ex nunc applicati, pœna, quotiens contrauentum fuerit, ipſo facto incurrenda, Dilectis filijs modernis, & qui pro tempore fuerint, dictæ Vrbis Gubernatori, Senatori, Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori, cæteriſq; Curiæ & Vrbis prædictarum ordinarijs & extraordinarijs Iudicibus, ne ſuper cauſis contra dictos Scholares ſeu eorum aliquem pro tempore motis, & dohanarum ac aliarum gabellarum quarumcunq; etiam ratione portarum, & pontium dictæ Vrbis exactoribus, ne in rebus & bonis ad dictos Scholares, pro eorum ſtudio huiuſmodi inſiſtentium vſu pertinentibus, contra exemptionem, & immunitatem prædictas, in ipſorum Scholarium, ſeu alicuius eorum præiudicium,

dicium, directè vel indirectè, quouis quæsito colore, quicquam facere, vel attentare præsumant. Quocirca per Apostolica scripta mandamus præfato Dominico Episcopo moderno, & qui pro tempore fuerit, dicti Studij Vrbis Rectori, & prædictis modernis, ac pro tempore existentibus reformatoribus, vt præmissa omnia & singula quantum ad eos attinet obseruent, & quoad alios cuiuscunq; status, gradus, & conditionis fuerint, faciat ipse Rector de dictorum reformatorum consilio auctoritate nostra firmiter obseruari: transgressores, contumaces, & inobedientes quoscunq; per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris de quibus sibi videbitur, opportuna remedia, appellatione quauis omnino remota, compescendo. Venerabili verò Fratri nostro, Raphaeli Episcopi Ostiensi moderno & qui pro tempore fuerit Collegij Venerabilium fratrum nostrorum dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Decano, ac pro tempore existentibus, primo ex Presbyterorum, ac primo ex Diaconorum Cardinalium huiusmodi ordinibus, quatenus Rectori & Reformatoribus, Doctoribus, & Scholaribus præfatis, quando & quotiens pro parte ipsorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, in præmissis efficacis assistant præsidio defensionis, faciantq; eos, & eorum quemq; respectiuè, auctoritate, facultate, exemptione, immunitate, & cæteris supradictis pacificè vti, frui, & gaudere, non permittentes ipsos per quoscunq; desuper indebitè molestari, perturbari, aut inquietari. Baruncello quoq; Connestabilibus, Marescallis, & cæteris Curiæ & Vrbis prædictarum executoribus quibuscunq; præsentibus & futuris, vt præfati Rectoris mandata contra quoscunq; tam personaliter quàm realiter exequenda, præmissorum occasione, & auctoritate præsentium, de dictorum Reformatorum vel saltem duorum ex eis consilio pro tempore decreta, sollicitè, & fideliter exequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon omnibus illis quæ dictus Eugenius Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia ob Curiæ nostræ in Vrbe continuam residentiam frequens in eadem Vrbe est Ecclesiasticarum personarum concursus, & modernis temporibus, pro clariori Canonum intelligentia legum cognitio, non ab re esse dignoscitur: quibusuis Archidiaconis, Decanis, Plebanis, Præpositis, Cantoribus, & alijs Clericis sæcularibus, etiam personatus habentibus, ac Presbyteris, quibus leges audire sub excommunicationis sententia, & alijs pœnis, est à iure prohibitum, in studio Vrbis huiusmodi dumtaxat, pro clariori dictorum Canonum intellectu, Leges, sine alicuius censuræ siue pœnæ incursu audiendi (sanctæ commemorationis Honorij Papæ III. similiter Prædecessoris nostri, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs nequaquam obstantibus) auctoritate & tenore præmissis, plenam & liberam licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo tertio decimo, Nonis Nouembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Literæ Leonis Papæ X. facultatis Testandi de rebus ædificatis, seu etiam emptis in Vrbe, etiam in fauorem incapacium, necnon & Iuris congrui.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

INter curas multiplices, quæ pro Pastorali officio laudabiliter exequendo nobis incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam Romanæ Vrbis, in qua Apostolorum Princeps sibi & suis in Christi Vicariatu successoribus Sedem statuit, & ad quam de vniuersis orbis Prouin-

cijs

cijs frequens assiduusq; hominum est accessus conditio, non minus in Vrbanorum, rusticorumq; prædiorum amplitudine, & excellentia quàm virorum insignium numero, ac etiam ornatu nostræ prouisionis opere præclarior in dies atq; illustrior fiat, & qui in ea pro tempore degerint, aut Romani Pontificis Curiarum sequentur certiore in suorum dispositione bonorum libertate fruantur, & quæ propterea à nonnullis ex Prædecessoribus Nostris prouida consideratione emanarunt, vt eò firmius illibata permaneant quò fuerint crebrius Apostolico circumfulta præsidio nostræ approbationis munimine roboramus, extendimusq; & ampliamus, prout temporum ratione habita nostro & eiusdem Vrbis, ac Curiæ decori cognoscimus expedire. Dudum siquidem fœlicis recordationis Sixtus Papa IIII. Prædecessor noster cupiens dictæ Vrbis decori, & venustati in structuris & ædificijs ac virorum copia nobilium quibus Vrbs ipsa ob varios sinistros euentus plurimum diminuta fuerat, opportunè consulere, habita super hoc cum tunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum consilio & assensu, & de ipsius Prædecessoris certa scientia, per quasdam primo quòd omnes & singuli tam sui Curiales dictam Curiam sequentes, quàm alij cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ vel conditionis existerent, etiam si Cardinalatus honore aut Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali vel quauis alia Ecclesiastica aut mundana dignitate fulgerent, & si regulares forent administrationem aut dignitatem obtinerent, qui palatia, domos, casalia siue alia ædificia Vrbana vel Rustica ædificauerant, aut ædificarent, seu fundari & ædificari fecerant vel facerent in futurum, aut ædificata & constructa emerant seu emerent, vel illa aut census annuos, iura, & quæuis immobilia bona in Vrbe vel extra, aut prope eam ad milliaria decem alio quouis iusto titulo tam ex bonis & pecunijs proprijs quàm ex fructuum, redditum, & prouentuum Ecclesiasticorum beneficiorum ad eos spectantium prouenientibus acquisiuerant catenus vel acquirerent in posterum de eisdem casalibus, domibus, palatijs, ædificijs, censibus, iuribus, necnon territorijs, feudis, iurisdictionibus & bonis alijs quibuslibet dummodo ad Ecclesias, Monasterio & alia pia loca aliter quàm ex fructibus eorum, vt præfertur, de quibus licere voluit eis pro voto disponere, non pertinerent, in vita ipsorum & mortis articulo prout eis videretur disponere, testari, codicillari, eaq; legare, seu inter viuos & causa mortis aut pro remuneratione laborum vel obsequiorum eis impensorum donare & relinquere quibusuis personis cuiuscunq; status vel conditionis forent, etiam si aliàs legatarij, donatarij, vniuersales aut particulares hæredes, successores & personæ aliæ ad quas ex dominorum voluntate illa peruenirent, filij, nepotes, consanguinei, affines, familiares vel alij etiam incapaces & inhabiles essent, & inhabilitate vel incapacitate quacunq; notati, dummodo criminis læsæ Maiestatis rei aut dictæ Romanæ Ecclesiæ hostes non essent, ac etiam in pios & alios quoscumq; vsus conuertere liberè, & licitè possent: Et si ipsas Ecclesiasticas aut dignitatem seu administrationem habentes regulares personas de bonis prædictis per eas aliter nó disposito decedere contingeret, palatia, domos, casalia, & alia ipsorum bona in Vrbe vel infra milliaria huiusmodi consistentia ad proximiores suos etiam si agnati, cognati, & minus capaces vel inhabiles forent, vt præfertur, salua tamen gradus prærogatiua iuxta dispositionem iuris si aliter de ipsorum decedentium voluntate non constaret deuenirent, ipsiq; proximiores siue agnati vel cognati in eis succedere possent, & deberent in omnibus & per omnia, perinde ac si descendentes filij, nepotes, agnati & cognati, habiles capaces & hæredes scripti existerent, ac palatia, domos, casalia & reliqua bona ex ipsorum labore vel industria, non autem ex fructibus redditibus & prouentibus Ecclesiasticis acquisita forent, statuit & ordinauit, eisq; facultatem, & potestatem testandi, codicillandi, legandi, concedendi, donandi, erogandi: proximioribus, verò, necnon agnatis, & cognatis prædictis, etiam incapacibus, & defectum natalium patientibus, in eis, vt præfertur, succedendi liberam licentiam concessit; Inhibuitq; Cameræ Apostolicæ Clericis & alijs suis ac Curiæ & Vrbis prædictarum officialibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Ecclesiasticorum locorum Prælatis, Capitulis, Conuentibus, Prioribus, Præpositis, Plebanis, Rectoribus, alijsq; quocumq; nomine nuncuparentur, ne de bonis per eosdem, vt præmittitur, relictis legatis donatis seu quouismodo in dicta Vrbe vel extra infra spacium huiusmodi demissis se intromittere, aut illa petere, vendicare, seu hæredes & successores decedentium personarum earundem illorum occasione inquietare aut molestare quoquomodo præsumerent: ac decreuit irritum & inane quicquid secus super ijs per quoscunque

quauis

quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari: & deinde per alias suas literas, Motu proprio & ex certa sua scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine etiam perperuò statuit, & ordinauit, quòd tunc & pro tempore existentes dictæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius & Magistri ædificiorum & stratarum dictæ Vrbis ad requisitionem dominorum quorumcunq; domorum quarum porticus, prosellia, seu alia ædificia pro vijs seu plateis, & alijs locis publicis eiusdem Vrbis eatenus diruta fuerant, ac dirui contingeret quandocunque de mandato Magistrorum eorumdem, si domini prædicti in domibus ipsis inhabitare soliti erant ante demolitionem eandem & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contingeret in futurum absque dolo & fraude inhabitabant, & in posterum inhabitarent, & propter huiusmodi demolitionem iam factam, & quæ fieret, domus ipsæ effectæ essent vel efficerentur in posterum pro eorumdem dominorum ipsarum commoda receptione & inhabitatione incapaces, essentq; iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minimè inhabitari solitæ, sed pro earum annua responsione vel aliàs locari consuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiusmodi sic incommoda effecta domino domus sic incommodæ effectæ aduersus incommoditatem huiusmodi subuenire valeret, tenerentur compellere illos ad quos domus ipsas sic vicinas legitimè pertinere eis constaret, etiam, si ad Ecclesias & Monasteria tam virorum quàm mulierum ordinum quoruncunque etiam exemptorum, necnon beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, ac loca pia pertinerent, ad vendendum easdem domos vicinas eis quas sic incommodas effectas esse cognoscerent pro pretio per duos probos, & expertos viros per vtranque partem eligendos determinando, & declarando: si verò ij duo concordes in eodem assignando pretio non essent, eo casu ipsi Camerarius & Magistri ædificiorum, habito ipsorum duorum iudicio, pretia eadem imponerent, & assignarent: & si forsan contingeret ex demolitione huiusmodi duas domos sic per earum dominos inhabitatas incommodas modo præmisso effici, & inter eas esse aliam domum per illius dominum locari solitam, quam quilibet dominorum vicinorum domorum prædictarum incommoditati subiacentium, & ad receptionem ipsorum non sufficientium sibi vendi & suæ domui incorporari postularet, deberent Camerarius & Magistri præfati illi ex eis, sic petentibus venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda existimarent: & si ea forsan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commodè diuidi posset, vendi facerent, aut aliter desuper prouiderent prout eis expedire videretur. Et si neutram domorum vicinarum, quæ sic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta vel efficerentur in futurum, earum domini habitarent, sed eas locare soliti essent; liceret etiam tunc Camerario & Magistris præfatis, si id peteretur per alterum dominorum domorum earundem, dominum domus minus læsæ ad instantiam domini domus magis læsæ ad emendum domum magis læsam aut suam domino domus magis læsæ vendendum compellere, seu aliàs prout eis videretur prouidere, quòd ambæ domus ipsæ inutiles & inhabitabiles non remanerent: & similiter prout eis videretur prouiderent quotiens domus ipsæ sic vicinæ, & locari solita æqualiter læsæ & incommodæ effectæ, forent: Et ne ob proteruiam & duritiam dominorum domorum, sine quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe necessariæ & vtiles ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari, & noua Palatia, nouæq; domus construi, seu iam constructæ ampliari commodè nequirent, platearum earundem ordinatio & ampliatio, ac palatiorum & domorum de nouo constructio seu reformatio retardentur, possent atque deberent ijdem Camerarius & Magistri dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum Ecclesiasticos & Sæculares quacunque dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iusto & rationabili pretio, vt præmittitur statuendo, Conseruatoribus, seu Syndicis eiusdem Vrbis, domos quas pro huiusmodi plateis de nouo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis necessarias & vtiles esse cognoscerent, idemq; facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minimè solitas, sed locari, quas vtiles, & necessarias esse putarent pro palatijs, domibus, seu alijs ædificijs tam profanis quàm Ecclesiasticis, in eadem Vrbe de nouo construendis seu iam constructis ampliandis, ad instantiam personarum habentium iuxta illas domum, seu solum, aut locum alium, & volentium inibi de nouo domos vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare: & si duo seu plures in huiusmodi instantia concurrerent, ille cæteris præferretur, cui domus, platea, seu locus de cuius venditione ageretur magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis Con-

suli

suli speraretur: & si in omnibus paritas foret, liceret Camerario & Magistris præfatis venditionem huiusmodi pro parte alteri, aut vni ex eis in totum fieri mandare prout eis videretur: Et voluit dictus Prædecessor quòd in singulis casibus prædictis si illi ad quos domus, & alia loca vendenda huiusmodi pertinerent, & moniti & requisiti per Camerarium, & Magistros prædictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusarent, aut malitiosè differrent, Camerarius, & Magistri præfati deberent vice, & nomine illorum sic requisitorum, & vendere recusantinm vel differentium venditionem huiusmodi facere, cum promissione, obligatione, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & cautelis consuetis, & pretium inde proueniens recipere, & penes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam deponere, dominis domus aut alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussores de euictione, præstare vellent, & non aliàs consignandum, haberentq; venditiones ipsæ, quas sic per Camerarium, & Magistros fieri contingeret, & traditiones locorum, & domorum sic venditorum plenam roboris firmitatem, & eosdem omnino operarentur effectus ac si per illos ad quos illa tunc pertinebant factæ fuissent, Prouiderent quoq; ijdem Camerarius, & Magistri in casibus in quibus aliquos compelli contingeret ad vendendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam constructa ampliare velle, vt ipsi talia proponentes, ante omnia se obligarent ad inchoandum & perficiendum huiusmodi noua ædificia modis, & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus Camerario, & Magistris, personarum, & ædificiorum qualitate inspecta, videretur, & ab illis qui sic se obligassent, & præmissa non adimplerent, pœnas exigerent memoratas: & nihilominus eos compellerent ad obseruandum promissa per eos, vel quas prius habitarent, & etiam propterea eis venditas domos alijs ædificare volentibus vendendum pro iusto, & rationabili pretio, vt præfertur, moderando. Er quia interdum contingebat quòd habentes domos, siue domorum sedimina, claustra, seu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes, varijs plerumq; modis, & occasionibus illa vendere recusabant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca illis vicina, & nonnunquam illa vendebant æmulis eorũdem vicinorum seu personis ei parum gratis, quò fiebat, vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum, seu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes, & habere nequeuntes retraherentur persæpè ab ædificatione de nouo in eorum sediminibus, & locis vicinis, ac ab ampliandis domibus quas inhibi habebant, sicq; decori eiusdem Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditati non parum detrahebatur; Etiam statuit, & ordinauit idem Prædecessor quòd pæfati sic vendere volentes, tenerentur domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca venalia huiusmodi vendere habentibus domos, sedimina, claustra, & loca alia illis contigua pro iusto, & rationabili pretio per alios euidenter, & non fictè forsitan oblato, & si illa alijs quàm vicinis præfatis venderent, venditiones illæ quoad alios qui ea emerent, & eorum commodnm nullius essent roboris vel momenti, & haberentur pro infectis, & deberent Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ, seu alterius loci sic empti, absq; vlla tela iudicij, vicino instanti, & pretium rationabile offerenti, & dicto emptori si illud recipere, & emptioni per eum factæ renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarij & Magistrorum prædictorum ordinationem cautum facere vellet persoluendum deponente, amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere, perinde ac si emptio ab ipso facta fuisset: & si forsan duo essent vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola, seu alius locus de cuius venditione ageretur, vtilitatem, & commoditatem ferre posset, ille ex eis præferri deberet in præmissis quem Camerarius, & Magistri præfati consideratis circumstantijs vniuersis venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola seu loco alio magis indigere declararent: & si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri posset exinde commoditas prouenire, vtriq; proportionabiliter concederetur: si verò facta illius diuisione portiones vtriusq; ferè inutiles essent, non diuideretur, sed Camerarius, & Magistri alterum eorundem vicinorum quem vellent, illam vel illud assignarent, Camerario in Ecclesiasticas, & eo ac Magistris præfatis in alias personas cum facultate, & potestate videlicet Camerario per censuram Ecclesiasticam, & ipso ac Magistris præfatis per pœnarum, & mulctarum exactionem ac personalem districtionem, & alia iuris remedia, contradictores quoslibet, & rebelles compescendi, Executoribus desuper deputatis prout singulis literis prędictis plenius continetur: Et successiuè

piæ

piæ memoriæ Iulius Papa II. etiam Prædecessor noster motu & scientia similibus, dictas priores literas cum inhibitionibus ac singulis alijs in eis contentis clausulis approbauit, & confirmauit, ac perpetuò firmitatis robur obtinere, & obseruari debere decreuit, voluit & mandauit. Nos igitur considerantes quantum decoris, & dignitatis Vrbi, & Curiæ supradictis, & in ædificiorum, & prædiorum ampliatione, & salubrioris aeris amœnitate, & hominum in omni virtutum, & dignitatum genere illustrium copia, & cultu, à tempore quo dictæ literæ emanarunt, accessit, & quod pro conseruatione, & in melius progressu Curiæ, & Vrbis prędictarum status necessaria est perpetua, & inuiolabilis dictarum vsus, & obseruantia literarum, earumq; in aliquibus quæ ipsarum etiam in suburbijs, & alijs locis dictæ Vrbi, vt præmittitur, circumuicinis effectum passim impedire noscuntur extensio, & ampliatio, cupientesq; in præmissis pro virili nostra opportunum adhibere remedium, Motu simili non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera, & matura deliberatione ac certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes, & singulas literas prædictas cum omnibus in eis contentis clausulis approbamus, & innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, Decernentes eas in singulis ipsarum partibus etiam in quibus fortè hactenus in vsum receptæ non sint, debere ab omnibus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari: Et nihilominus dictorum Prædecessorum inhærendo vestigijs cupientes ipsorum Ciuium, & Curialium, & aliorum ædificare volentium commoditatibus prouidere, vt quantocitius Vrbs ipsa, ac prædia nostris præsertim temporibus, ædificijs ac prædijs instauretur, considerantes quòd in eadem, & eius districtu sunt multæ domus, & loca sub proprietate tam diuersarum Basilicarum, & Ecclesiarum, quàm Hospitalium, & aliorum quorumcunque piorum locorum, in casum in quem domini quibus in censum aut emphyteusim, seu aliàs quomodolibet loca, aut domus concessa sunt in illis ædificare vellent, vel cum alijs ad hunc effectum tantum prout melius poterunt concordare, iuxta seriem, & tenorem literarum recolendæ memoriæ Alexandri Papæ VI. etiam Prædecessoris nostri super Via Alexandrina emanatarum, quas cum omnibus illarum inhibitionibus, decretis, clausulis, & mandatis approbamus, & innouamus, ac ad quæcunque Vrbis, & prædiorum loca ad hunc effectum extendimus, & ampliamus, Earundem tamen Basilicarum Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque etiam piorum locorum non solum indemnitati, sed vtilitati prouidere volentes prout per præsentes prouidemus. Et vt dicti domini vel alij ad ædificandum facilius, & libentius inducantur, volumus, & decernimus quòd si census vel responsio, & pensio annua erit in emphyteusim perpetuam, aut censum perpetuum alicuius familiæ, quod tali casu liceat illis de familia tantumdem censum siue similem responsionem in aliam domum siue domos vel possessionem aut quæcunque alia bona stabilia ad dictum censum vel responsionem conuenientia transferre, & permutare, aucta tamen decima parte; Quod etiam volumus, & decernimus de domibus, & locis tàm intra quàm extra ipsam Vrbem infra miliaria prædicta huiusmodi consistentibus, & cæteris bonis dictarum Basilicarum Ecclesiarum, & aliorum etiam piorum locorum diuersis Inquilinis pro annua responsione vel aliter etiam ad plures annos quibusuis locatarijs locari seu ad plures vitas, aut cum facultate denominandi vnam vel plures personas concedere solitis seu concessis aut in futurum concedendis, quo possint in illis ædificare seu illa quoquomodo ampliare volentes dare, & consignare dictis dominis, & proprietarijs alias domos seu possessiones vel quæcunque alia bona stabilia tantumdem diuersis Inquilinis pro annua pensione cũ augmento tamen decimæ seu maioris partis arbitrio Camerarij, & Magistrorum stratarum quòd huiusmodi honestum visum fuerit, ac aliàs, seu illarum, & illorum pretia cum dicto augmento iuxta formã, & tenorem dictarum literarum Alexandri, & pecunias inde prouenientes in aliàs possessiones, & bona vel necessitates ipsarum Ecclesiarum, prout in dictis literis latius continetur conuertere: quod si quis id efficere recusabit, possint Camerarius, & Magistri præfati iuxtà facultates in dictis literis Sixti, & Alexandri cõcessas cogere quæcunq; Capitula, Conuẽtus, Hospitalia, & alia quæuis etiã pia loca ad faciendũ dictã permutationẽ cum augmẽto dictę decimæ partis. Et si inter duos aut plures ædificare volentes lis aut cõtrouersia oriri cõtingat, volumus, & decernimus ꝙ præuentio habeat locũ, ꝙ qui primus negotiũ inceperit, & dictos dominos proprietarios primus interpellauerit, ille sit potior, nec ab aliquo postea molestari vel quoquomodo

impediri poſſit, & valeat: quinimmò ex nunc ſit illi ius quæſitum. Et tamen ad tollendum ſcandala ſeu controuerſias, quæ exinde oriri contingeret, ne quis poſteà dolosè, & fraudulenter ob proteruiam aliquorum, & inuidiam ſeu ipſorum commodum plerumque fieri poſſet, etiam ſi plus offerrent, & alijs, vt præmittitur, eſſet impedimentum, volumus, & decernimus quod permutatio huiuſmodi cum augmento decimæ partis & vltra, prout arbitratum fuerit, vt præfertur, cenſeatur, & ſit in euidentem vtilitatem: Et ne ob huiuſmodi interpellationem, domini, & proprietarij prædicti aliqua damna ſeu incommoda patiantur, quòd liceat ipſis eaſdem ſuas domus, loca, & bona retinere, donec ſit illis cum effectu aſſignata dicta recompenſa cum augmento huiuſmodi: Et quoniam, ſicut accepimus, nonnulli ad habitandum domos quibus illarum vicinos pro ornatu, & ampliatione prædictis indigere conſpiciunt, de nouo ſe conferunt, vel illas inſtaurari, aut refici faciunt, vt quod eis directè non licet, hac ſaltē via obliqua dictæ Vrbis decori, & vtilitati obuient, vel illa augere deſiderantes ad domos ipſas longè plus iuſto pretio emendum neceſſitate compellant, auctoritate, & tenore præmiſſis declaramus omnes, & ſingulos qui poſtquam pro parte dictorum Magiſtrorum ſuper domibus eorum per eos tunc non habitatis pro commoditate in illis, & apud illas ædificare volentium, vt præfertur, vendendis, requiſiti fuerint; domos vendendas huiuſmodi de nouo habitare aut inſtaurari vel refici, non tamen à fundamentis facere incœperint, ad illas vendendum, iuxta dictarum Sixti Prædeceſſoris poſteriorum literarum tenorem, perinde ac ſi ad eas ſic de nouo habitandum ſe non contuliſſent, illaſuè inſtaurari, aut refici facere non incœpiſſent, per Camerarium, & Magiſtros præfatos cogi, & compelli poſſe atque debere tam in præteritis, quàm in futuris: ac volumus ea omnia quæ per Sixtum Prædeceſſorem præfatum ſuper venditionibus, & diuiſionibus domorum, arearum, ſiue platearum intra Vrbem conſiſtentium in fauorem perſonarum de nouo ædificare, aut conſtructa ædificia, & prædia ampliare volentium, ab inuitis dominis ſeu etiam eorum nomine faciendis prouidè ſunt diſpoſita, etiam extra Vrbem in locis vltra prædicta milliaria non diſtantibus, in quibus ab aliquot citra annis multa, & ſpecioſa viridaria, vineæ, & alia nonminus pulchra quàm vſui humano vtilia, & neceſſaria, ſeceſſus, & ædificia ſurgere incœperunt, vicem ſibi vendicare, & effectum ſortiri debere, vbi, & quotiens eiſdem Camerario, & Magiſtris videbitur vtilitati vel ornatui publico expedire: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis facultatum, & licentiarum teſtandi, & aliàs diſponendi inter viuos, vel in vltima voluntate de bonis, & rebus per Eccleſias & alia Eccleſiaſtica, & pia loca, illorumuè fructus, redditus, & prouentus pro tempore acquiſitis perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus per Sedem Apoſtolicam quomodolibet conceſſarū reuocationibus, reductionibus, modificationibus, ſuſpēſionibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus, etiàm per viā perpetuæ Conſtitutionis ex quibuſuis etiam in fidei aut terræ ſanctæ contra infideles, & fabricæ dictæ Baſilicæ ſubſidiū, aut alijs quātūlibet maximis, & vrgentiſſimis ac neceſſarijs cauſis, etiā motu & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, & de dictorū Cardinalium conſilio etiā Conſiſtorialiter habito, & cū alijs quibuſcūq; etiam derogatoriarum derogatorijs, & talibus clauſulis irritātibus, declarationibus, reſtitutionibus, reintegrationibus, & decretis, quòd illis non poſſit modo aliquo derogari, per præfatos, & quoſcūq; alios Rom. Pontif. ſimiliter Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictā factis, & faciendis, quibus omnibus, illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficiēnter expreſſis habentes, harum ſerie motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſupradictis ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & ad præſentium, & dictarum Sixti, Alexandri, Iulij, & aliorum Prædeceſſorum literarum, & contentorum omnium in eis obſeruationem Nos, Succeſſoresq; noſtros æquè, & abſque vlla differentia teneri, ac ſi ex ſolemni dilectorum filiorum Pauli Colæ Iohannis, & Franciſci de Veteranis, ac Iuliani de Lotis Conſeruatorum Cameræ, & Antonij de Zocchulis Prioris Capitum Regionum dictæ Vrbis, ac Marci Antonij de Alterijs, & Iacobi de Fraiapanibus Magiſtrorum ædificiorum, & viarum dictæ Vrbis, pro dilectis filijs Populo Romano, & ipſius nomine ſtipulatione deſuper præcedente, Nos, & Succeſſores noſtri præfati eiſdem Populo conceſſiſſemus, & cum eis ſuper his omnibus & ſingulis contraxiſſemus decernimus, & declaramus, ceteriſq; contrarijs quibuſcunque. Et quia difficilè forſan foret præſentium literarum notitiam ad quaſcunque perſonas deuenire, eadem Apoſtolica auctoritate volumus & decernimus, quòd tranſumptis præ-

 ſen-

sentium literarum, etiam per impressionem factis, subscriptione, & sigillo dilectorum filiorum Conseruatorum Cameræ Almæ Vrbis nostræ munitis eadem fides vbicunque adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis quibuscunque in locis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, extensionis, ampliationis, prouisionis, voluntatis, declarationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimo sexto, Quarto Non. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

R. Episcop. Ostien. Cardinalis S. Georgij Camerarius.
P. Card. S. Eusebij.
Visa A. Card. S. Praxedis.

Literæ Pauli Papæ Tertij in fauorem seruorum libertatem in Palatio Conseruatorum acclamantium.

PAVLVS PAPA III.

MOTV PROPRIO, ETC.

Ouimus, quòd in hac Alma Vrbe nostra, quæ caput Ecclesiæ existit, sicut hactenus ante christianam religionem totius Orbis sibi, & meritò, caput obtinebat, ob reuerentiam Christianæ religionis asperum seruitutis iugum penitus extinctum fuerit: quinimò ex causa prædicta mancipia quæque ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & eiusdem nostræ Vrbis Conseruatores confugientia, & libertatem acclamantia, libertatem consequi, veteri instituto consueuerunt, ac forsan etiam Magistratus præfati ex speciali priuilegio Pontificali, seu Imperiali potestate mancipia huiusmodi ab aspero seruitutis nexu liberanda habeant priuilegia, quæ huiusmodi tam temporis diuturnitate, quàm etiam in Vrbis direptione deperdita esse potuerunt: Nos volentes dignitatem Conseruatoriam prædictam in præmissis speciali fauore prosequi, & ambiguitates tollere, harum serie, motu, & scientia similibus de Apostolicæ potestatis plenitudine iurisdictionem, potestatem, & facultatem, per quam mancipia quæcunque sub iugo seruitutis quoquo modo obligata ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & pro tempore existentes Vrbis Conseruatores, confugientia, & libertatem acclamantia, per eosdem Conseruatores libertate donari, & Romani Ciues, liberiq; homines effici possint, & debeant, reintegramus, & quatenus opus sit, de nouo damus, concedimus, & gratiosè impartimur, ita quòd mancipia quæcunque quæ ab eisdem Conseruatoribus liberata hactenus fuerunt, & in posterum liberabuntur, pro liberis hominibus, & Romanis Ciuibus in omnibus, & per omnia vbique habeantur, teneantur, & reputentur, & tractentur, & facultatem habeant in iudicijs standi, contrahendi, & alia faciendi, sicut cæteri Ciues Romani liberi homines facere consueuerunt, & faciunt, & ita ex nunc prout ex tunc, & ècontra libera esse volumus, & mandamus, ac liberamus, omni iuris cuiuslibet statuti, consuetudinum vel aliorum contrariorum rigore penitus reiecto, irritum, & inane decernen. quidquid scienter, vel ignoranter contra præsentium tenorem factum, & attentatum fuerit, & ab omnibus Iudicibus tàm ordinarijs, quàm delegatis, etiam quacunque iurisdictione fungentibus aliter iudicandi, sententiandi, & diffiniendi potestate, & facultate sublata. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo palatij, priuilegijs, indultis, statutisq; etiam iuramento firmatis in specie, vel in genere editis, cum quibusuis clausulis, & derogatoriarum derogatorijs, & per quoscunque Roman. Pontifices

Prædeceſſores noſtros etiam per literas ſub plumbo, & cum derogationibus quibuſcunque emanatis, alijſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores &c. pro expreſſis habentes, & aliàs latiſſimè extenden. derogamus.

Fiat, vt petitur. A.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum præſentium, & quòd literæ etiam in forma Breuis expediri poſſint, & obſtantiæ habeantur pro expreſſis.

Et cum derogationibus ſolitis, & poteſtate, & facultate latius extendendis. Fiat A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Iulij, Anno primo.

De Confirmatione reintegrationis, ac reformationis iuriſdictionis Curiæ Capitolinæ.

PAVLVS PAPA III.

CVM paſtorali incumbat officio gregem ſibi à Domino commiſſum ſecundum iuris tramites, & iuxtà facti exigentiam vigili cura gubernare, abuſioneſq; & prauas corruptelas introductas pro poſſe tollere, quemcunque in ſua iuriſdictione conſeruare, & manutenere: Nuper deuenit ad aures noſtras, quòd Statuta Vrbis, nouæ reformationes, ac priuilegia à Rom. Pontificibus conceſſa, maximè circa cognitionem, & deciſionem cauſarum, in plurimis violantur, & per prauas abuſiones, & corruptelas quotidie abutuntur quo fit vt inter Rom. Ciues non ſolum in Cu. Capitolij, ſed in diuerſis Vrbis Tribunalibus litigatur, non abſque eiuſdem Populi notabili damno, & iactura: ac quòd in eadem Curia Capitolij, & Tribunalibus dictæ Curiæ contra formam dictorum Statutorum, & nouarum reformationum plurimi fiunt exceſſus, etiam qui forſan, non ſine animi noſtri diſplicentia, & litigantium diſpendio, aliquæ fiunt extorſiones: Nos, qui præfatum Populum paterna affectione diligimus, etiam Prædeceſſorum noſtrorum veſtigia imitantes, eiuſdem indemnitati prouidere cupientes, Motu proprio, & non ad alicuius ſuper hoc nobis porrectæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Statuta, & nouas reformationes Vrbis, priuilegia, literaſq; Apoſtolicas, eidem Populo Romano conceſſa, & conceſſas, cum omnium & ſingulorum iuris, & facti defectuum, ſi qui forſan ineſſent, ſuppletion. auctoritate noſtra, & ſedis Apoſtolicæ confirmamus, & comprobamus, ac quatenus opus ſit innouamus, & de nouo concedimus, ac omnia & ſingula in ſingulis ſtatutis, priuilegijs, reformationibus, literis, & decretis huiuſmodi contenta, perpetuis futuris temporibus, à quibuſuis Roman. Cur. iudicibus, eccleſiaſticis, & ſæcularibus, tàm ordinarijs, quàm delegatis, ſeu quauis alia iuriſdictione, ſeu notione fungantur, inter perſonas eidem foro Capitolino ſecundum formam Statutorum, nouarum reformationum, & literarum prædictarum, quocunque abuſu, corruptela, vſu contrario, diſſuetudine, contraria conſuetudine, aut quòd vſu recepta non ſint, non obſtan. tenaciter, & inuiolabiliter obſeruari volumus, & mandamus, dictumq; Populum ad iuriſdictionem dictæ Curiæ Capitolinæ, etiam iuxta literas, etiam in forma Breuis, ſuper diſtinctione iuriſdictionum Tribunalium Vrbis, ac reintegratoria, & confirmatoria Statutorum, & nouarum reformationum prædictarum, eidem Populo Romano per quoſcunque Romanos Pontifices, & præſertim fœ. re. Iulium II. & Leonem X. Prædeceſſores noſtros conceſſas, & emanatas, in omnibus, & per omnia reintegramus. Necnon citationes in cauſis in dicta Curia ordinariè incboatis, & inchoandis, etiam ſi lite pendente in cauſis huiuſmodi commiſſiones aliquæ eiſdem Iudicibus, & Tribunalium eiuſdem Curiæ Magiſtratibus, Officialibus quibuſcunque præſentatæ fuiſſent, & in futurum præſentarentur, etiam per mandatarios dictæ Curiæ fieri poſſe impunè decernimus, & mandamus: Statuta, nouaſq; reformationes, & literas huiuſmodi,

iusmodi, cum omnibus, & singulis clausulis, derogationibus, & pœnis in eisdem contentis, quatenus opus sit innouamus, & de nouo concedimus, tenoresq; singularum literarum prædictarum, etiam in forma Breuis, tam per Iulium Secundum quàm Leonem Decimum Prædecessores nostros, vt præmittitur concessarum, & emanatarum pro expressis haberi volumus, & mandamus, ac si illarum tenor de verbo ad verbum præsentibus nostris gratiosis literis insertus esset. Necnon Motu, & scientia similibus dilectis filijs Laurentio Verso nostro vtriusque Signaturæ Referendario, Syllegorio Proconsulibus, Theodoro de Gualderonibus, & Euangelistæ de Ceccarellis Correctoribus Collegij Aduocatorum, Procuratorum, & Notariorum Curiæ Capitolinæ, & alijs eiusdem Collegij pro tempore existentibus Officialibus potestatem, & iurisdictionem personas dicto Collegio subiectas inobedientes, transgressores, rebelles, & contra formam Statutorum, nouarum reformationum, & ordinationum earundem factarum, & faciendarum venire, ausu temerario, non erubescentes, pecuniarijs pœnis eorum arbitrio moderandis, mulctandis, eorumq; Collegio seu Cameræ Vrbis, coniunctim, vel diuisim, prout eis videbitur, applicandis, & irremissibiliter exigendis, absque spe gratiæ, seu remissionis, nisi à Nobis, vel Successoribus nostris gratiosè obtentè, damus, concedimus, & gratiosè impartimur. Et ita quoad omnia, & singula præmissa per quoscunque Rom. Curiæ Iudices, tam ordinarios quàm delegatos, tàm ecclesiasticos quàm sæculares, iudicari, & diffiniri debere mandamus. Sublata eis aliter indicandi, interpretandi, & diffiniendi potestate: irritum, & inane decernentes quicquid in contrarium contigerit attentari. Mandantes dilectis filijs Senatori, & Conseruatoribus Vrbis etiam pro tempore existentibus, coniunctim, vel diuisim, tam ex officio, quàm ad cuiusuis reclamantis personæ instantiam, præmissa omnia, & singula, ac in singulis statutis, reformationibus, & priuilegijs huiusmodi contenta, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, etiam cum pœnarum eorum, seu eorum alicuius arbitrio, commination. exaction. etiam adhibita quatenus expediat, manu militari, pro conseruatione, & manutentione omnium, & singulorum obseruari mandent, & faciant cum effectu, omni penitus exceptione, & appellatione remotis. Non obstan. quibusuis Tribunalium Vrbis, Magistratuum, Collegiorum, & Officiorum priuilegijs, literis, & indultis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis tàm in specie, quàm in genere editis, etiam si sub plumbo, aut in forma Breuis, tàm per nos, quàm quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, etiamq; pœnarum commination. etiamq; si illis caueretur, quòd illis aut eorundem alterius non censeretur quoquomodo derogatum, nisi illarum tenor de verbo ad verbum insertus foret, ant de eis expressa, & specifica fieret mentio, etiam quòd caueretur in illis, quòd quotiescunque illis derogatum esset, eo illico censerentur reuocatæ, quarum tenores pro sufficienter expressis habentes, & illis quibuscunque, pro hac vice dumtaxat derogan. alijsq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in contrarium facien. non obstantibus quibuscunque.

Fiat, vt petitur, A.

ET cum absolutione à cen. ad effectum præsentium, & quòd pro præsentis motus proprij confirmation. approbat. reinteg. & concess. sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, attento quòd in Vrbe, & pro Po. Ro. & quòd etiam literæ sub Annulo nostro Piscatorio expediri possint, & cum defectuum tàm iuris, quàm facti, si qui sint, suppletione, & quòd obstan. omnes habeantur pro expressis, & cum opportuna derogatione omnium, & singulorum in contrarium facien. & cum iurisdictione, facultate, & potestate dictis officialibus, vt præmittitur, data, & concessa, & cum potestate extendendi latissimè cum omnibus clausulis necessarijs, & opportunis. Et solùm de confirmatione statutorum, & nouarum Reformationum aliàs confirmatorum & ordination. Iulij de cognoscen. causis Roman. in Curia Capitolij, prout in suo Motu proprio, & de citationibus exequen. per Mandatarios, vt supra, & de facultate pro Consulibus, & Correctoribus, quod ea tantum, quæ respiciunt exercitium Notariorum, & aliorum ministrorum iudicialium eis subiectorum, & de mandato facien. præmissa obseruari, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Camerario nostro.

Fiat. A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Decimo Kalend. Octobr. Anno Tertio.

MOTVSPROPRIVS Iurisdictionum, & Gratiarum Rom. Pop. concessarum per Paulum IIII. Pont. Opt. Max.

MOTV PROPRIO &c. Synceta fides, & singularis deuotio, quas dilecti filij Pop. Rom. erga hanc sanctam Sedem continuò gessisse comprobantur, promerentur, vt ea quæ eis, & Almæ Vrbis nostræ commodo, & vtilitati futura conspicimus, benigno concedamus affectu. Hinc est quòd nos Populum ipsum specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, Gabellam Carnis, La Gabella del Quattrino, nuncupatam, ac quascumque exemptiones, dilectis filijs Tabernarijs Vrbis in præiudicium Dohaneriorum Gabellæ Studij præfatæ Vrbis, Necnon Bullam, seu Capitula cum potestate res furtiuas emendi, & super illis pecunias mutuandi, ac rerum ipsarum dominos volentes illas recuperare, ad pretium restituendum cogendi vniuersitati Hebræorum dictæ Vrbis, ac omnes & singulas moratorias, alternatiuas, significationes, & dilationes quascunque præterquam iuxta formam Iuris quibusuis tam per fel. tec. Iulium Papam III. Prædecessorem nostrum, quàm quoscunque Rom. Pont. etiam Prædecessores nostros sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam quòd nullo vnquam tempore ex quacunque causa, etiam vrgenti, & vrgentissima reuocari non possint, illorum omnium tenores, formas, datas, ac decreta, in illis apposita, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, concess. & conced. ac omnia, & singula monopolia, quæ statutis, ac etiam iure prohibentur reuocamus, cassamus, & annullamus, & quòd nemo deinceps res aliquas grasciam concernentes, vltra vsum, & necessitatem familiæ suæ, per biennium consumandas, absque consensu, seu licentia Pop. Rom. emere, vel aliquo modo contractare possit, statuimus, & decernimus. Et insuper iurisdictionē Curiæ Capitolij dictæ Vrbis, in totum reintegramus, ita quòd Rom. Ciues ciuiliter alibi conueniri non possint, iuxta formam Motus proprij Pauli Papæ III. Prædecessoris nostri desuper concessi, Motu proprio reuocatorio ab eodem Iulio Prædecessore emanato, necnon alio per dilectum filium Nobilem Virum Ascanium dela Cornia olim Burgi Gubernatorem, vel etiam alio per quemlibet alium prædicti Burgi Gubernatorem obtento, seu obtinendo nō obstante. Præterea eosdem Pop. Rom. ad Tiburtinam Ciuitatem, ac ipsius Arcem, necnon emolumenta Castellano assignati solita, ac omnia, & singula honores, onera, & emolumenta consueta, remanente censu dilecto filio Io. Baptistæ de Consiliarijs, Præsid. Cameræ nostræ Apostolicæ ad eius vitam concesso restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac restitutos, repositos, & plenariè reintegratos esse, ita quòd liceat eis Ciuitatem, & Arcem prædictam prout antea habebant, habere, illamq; regere, & gubernare, illarumq; corporalem possessionem per se, vel alium seu alios propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, cuiusuis licentia desuper minimè requisita etiam decernimus, & declaramus. Præterea eisdem Pop. Rom. quòd Conseruatores dictæ Vrbis pro tempore deputati in eorum ordinaria iurisdictione per pro tempore existentes Cameræ Apostolicæ Præsidentes iuxta constitutionem piæ memoriæ Iulij Papæ II. etiam Prædecessoris nostri, desuper editam, & per recol. me. Leonem X. similiter Prædecessorem nostrum confirmata nullo pacto impediri possint, minusq; per quodlibet aliud Tribunal. Et ne in criminali iudicio per Iudices, fiscales, procuratores, notarios, carcerumq; custodes extorsiones fiant, quòd Motus proprius ab eodem Paulo III. Prædecessore super illorum mercedibus emanatus iuxta illius tenorem omnino seruetur. Quòdq; Barisellus, omnesq; alij iustitiæ executores dictæ Vrbis quolibet anno de indebitis extorsionibus, & simonijs quibuscunque iuxta aliam Bullam præfati Iulij II. Prædecessoris desuper editam syndicari: necnon represaliæ à præfato Paulo Prædecessore sublatæ iuxta formam Statutorum dictæ Vrbis, relaxari, & exequi debeant, dumtamen facta prius notificatione Communitatibus, contra quas represaliæ prædictæ pro tempore erunt decernendæ: & quòd propter

antè dictas repreſalias pro tempore decernendas nullo modo impediantur afferentes graſciam cuiuſcunque generis ad Vrbem, ac omnia & ſingula Romana officia detracta imbuſſulati, & extrahi iuxta diſpoſitionem Bullæ præfati Leonis Prædeceſſoris deſuper conceſſæ. Necnon Magiſtri ſtratarum, & ædificiorum dictæ Vrbis, ſyndiciq; Senatoris eiuſdem ex buſſula extrahi debeant, ac ipſi Magiſtri ſtratarum Vrbis nullo vnquam tempore pro ampliandis ſeu nouiter conſtruendis ſtratis in dicta Vrbe aliquod gectitum abſque conſenſu & interuentu Capitis illius regionis, in qua gectitum imponetur, & illius trium Conſiliariorū imponere minimè poſſint, ac gectitum huiuſmodi à Capite, & tribus Conſiliarijs præfatis ſubſcribi, & pecuniæ ex dicto gectito percipiendæ apud aliquem probum virum in dicta regione cōmorantem depoſitari, & per illius manus de mandato Magiſtrorum ſtratarum ſolui debeant, ac quòd de cætero alternatiuæ, ſignificationes, & dilationes quæcunque niſi iuxta diſpoſitionē iuris, ac formam ſtatutorum dictæ Vrbis concedi nullatenus poſſint: & qui illas obtinuerint, & in futurum obtinebunt, ſemper biretum viride portare teneantur. Idq; Senator & Conſeruatores dictæ Vrbis pro tempore exiſtentes ſtrictè ſub pœna eis bene viſa ſeruari facere debeant, & curent. Ipſæq; alternatiuæ, ſignificationes, & dilationes per quodcunque Tribunal in concernentibus Graſciam cuiuſcunq; ſit generis concedi minimè valeant. Mandantes modernis, & pro tempore exiſten. S. R. E. Camerario, Vicario, & Gubernatori dictæ Vrbis, necnon generali Auditori Cameræ, ac Præſidentibus, & Clericis ipſius Cameræ, ac omnibus & ſingulis alijs cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ fuerint, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, quatenus ipſi, & eorum ſinguli præfatis Po. Ro. in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant illos, & illorum ſingulares perſonas reuocatione, caſſatione, annullatione, reſtitutione, reintegratione, repoſitione, ſtatuto, ordinatione, & ſingulis alijs præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcunq; quomodolibet indebitè moleſtari, ac diſtrictius inhibentes eis, & quibuſuis alijs in virtute ſanctæ obedientiæ, & noſtræ indignationis, ac decem millium duc. auri de Camera pro vna videlicet Cameræ prædictæ, & altera medietatibus Fabricæ Palatij Capitolij huiuſmodi in euentum contrauentionis irremiſſibiliter applicandorum pœnis, ne Po. Ro. huiuſmodi ſuper præmiſſis ſeu eorum aliquo quouis prætextu, ſeu quauis occaſione, vel cauſa moleſtare, perturbare, aut inquietare quoquomodo audeant ſeu præſumant, ac decernen. præſentes, & deſuper conficien. literas ſub quibuſuis reuocationibus, ſuſpenſionibus, aut derogationibus ſimilium vel diſſimilium gratiarum, & conceſſionum ex quauis cauſa quomodolibet pro tempore factis, ac de ſurreptionis vel obreptionis vitio ſeu intentionis noſtræ defectu notari ſeu impugnari nullatenus poſſint, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuum plenarium effectum ſortiri debere, & ita per quoſcunq; Iudices etiam cauſarum Palatij Apoſto. Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiri debere, ac irritum &c. decernimus, non obſtan. præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ſtatutis, &c. reformationibus, declarationibus, & decretis etiam iuramento, &c. roboratis, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis Camerario, Gubernatore, Vicario, Auditori, Præſiden. & Clericis præfatis, ac etiam dilecto filio Hippolyto Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Card. de Ferraria nuncupato ſuper conceſſion. gubernij dictæ Ciuitatis, ſeu aliàs quomodolibet, ac quibuſuis alijs, etiam motu ſimili, & aliàs quomodolibet conceſſis, &c. quibus omnibus in literis latiſſimè exten. etiam ſi de illis, &c. tenores, &c. hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, & ſi opus ſit conſtitutionibus noſtris de non tollendo iure quæſito, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque, cum clauſulis opportunis & conſuetis.

Fiat motu proprio. I.

ET cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. cum reuocatione, caſſatione, irritatione, annullatione, reſtitutione, repoſitione, reintegratione, ſtatuto, ordinatione, derogatione, & decretis, ac alijs de & pro omnibus & ſingulis ſupradictis, quæ hic pro ſufficienter repetitis habeantur latiſſimè exten. & quòd præſentis motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, etiam ſi videbitur abſq; illius regiſtratura, quacunq; regula ſeu conſtitutione Apoſt. contraria non obſtan. Seu ſi videbitur literæ deſuper per Breue

noſtro

noſtrũ ſeu officium contradictarum cum præmiſſorum omnium etiam veriores tenores ſingularum exemptionum Bullarum, capitulorum, & aliarum conceſſionum prædictarum maior vera & amplior ſpecificatio & expreſſio fieri, ac tenor huiuſmodi de verbo ad verbum inſeri, ſeu in toto vel parte exprimi ſeu etiam pro expreſſis habere poſſint in literis ſimul vel ſeparatim ſuper quolibet præmiſſorum in vno non facta mentione de alijs ſi videbitur expediendis.

Fiat. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Quarto Kal. Decemb. Anno Primo.

Motus proprius S. D. N. Pij IIII. Pont. Opt. Max. Inclyto Po. Rom. conceſſus ſuper reintegratione iuriſdictionum Curiæ Capitolij.

PIVS PAPA IIII.

Motu proprio, &c. Dilectos filios Senatorem, Conſeruatores, Populumq; Rom. ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, omnimodam, & integram (prout illis per fe. re. Sixtũ IIII. Iulium II. Leonem X. Paulum III. & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros aliàs conceſſa fuit) iuriſdictionem, cauſarumq; inter ipſos, ac etiam & inter Romanos, & Incolas pro tempore motarum cognitionem, & deciſionem totalem Curiæ Capitolij Roman. ita quòd in prædictis & alijs cauſis, obligationibus, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ, in quibus videlicet per alios Iudices præuentum non ſit, alijſq; quibuſuis differentijs, & actionibus inter ipſos Romanos, ac eorum aliquem, vel aliquos deinceps orituris & mouendis, nullus præter Senatorem, & ipſius Capitolij Iudices pro tempore exiſtentes, ſe Priuilegiorum Apoſtolicorum, aut conſuetudinum, ſeu quouis alio prætextu intromittere poſſit, etiam dictorum Prædeceſſorum conceſſiones huiuſmodi literaſq;, & alias deſuper confectas ſcripturas approbantes, confirman. & innouantes, literarumq; & ſcripturarum earundem tenores præſentibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, &c. perpetuò concedimus, & indulgemus. Ac Senatorem, Conſeruatores, & Populum Romanum, Curiamq; & Iudices Capitolinos præfatos, quoad iuriſdictionem huiuſmodi aduerſus quaſcunq; alijs Almæ Vrbis Tribunalibus, & Magiſtratibus, etiam Regenti Cameræ, Gubernatori, & noſtro Vicario quomodolibet, etiam conſiſtorialiter conceſſas facultates, & alias contrarias diſpoſitiones in priſtinum, & eum, in quo ante illarum conceſſiones quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ac facultates, & alias diſpoſitiones cõtrarias huiuſmodi ad hũc effectũ per præſentes reuocamus, caſſamus & annullamus. Et inſuper ne delicta remaneant impunita, quod Chirurgi, Barbitonſores, & alij vulnerum, aliorumq; criminum notitiam habentes, illa ad Curiam Capitolij huiuſmodi iuxta ipſius Senatoris deſuper proponenda edicta, & ſub pœnis inibi apponendis, aut ad Curiam Gubernatoris iuxta ſolitum deferre teneantur: quodq; pro celeriori cauſarũ expeditione in eadem Curia Capitolina nullitatum nulla ratio habeatur, niſi earum, quæ ex iuriſdictionis, citationis, vel mandati defectu prouenient; Et ne feriarum accumulatio cauſarum expeditionem in longum protrahat, ſublatis de medio cæteris ferijs voluntariè, per vſum, vel aliàs, non tamen in honorem Dei introductis, obſeruatio tantum coerceatur ad ferias in antiquis ſtatutis expreſsè deſcriptas, Ac etiam ſtatuta de Affettamentis loquentia: Declarantes, quòd Affettamentum peti non poſſit niſi in caſibus & articulis, quorum grauamen per diffinitiuam reparari non valeat, qui ex ſtatuto ſub Rub. de Appell. non recipiendis lib. 6. poſiti colliguntur, nec in cauſis ſummam decem ducat. non excedentibus: in alijs verò cauſis à decem ſupra in litis conteſtatione duntaxat peti poſſit, & hoc arbitrio Iudicis: in diffinitiuis autem, vel interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus ſententijs

iudex cauſas huiuſmodi in Aſſettamentis proponere, alijs in contrarium loquentibus Statutis non attentis omnino teneatur. Et præterea quòd ſi vnum ex Iudicibus Curiæ huiuſmodi abeſſe, vel ægrotare, aut ſuſpectum iurari contigerit, Aſſettamentum per tres reliquos præſentes Iudices fieri poſſit: quorum vnus in loco ægrotantis, vel abſentis Iudicis ad Tribunal pro interlocutoris faciendis ſedeat, & ſuper incidentijs, emergentibus & depen. vſq; ad Sententiam diffinitiuam excluſiuè prouideat, etiam perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, Necnon Senatorem, Conſeruatores, Populum, & Curiam præfatos ad antiquam eorum iuriſdictionem, vt præmittitur reſtitutos, & plenariè reintegratos eſſe, Ac præſen. & in eis contenta quæcunq; valida, & efficacia fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari debere, nec de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ defectu quouis quæſito colore, prętextu vel ingenio nullatenus notari, vel impugnari, nec per nos, vel Sedem Apoſtolicam vllo vnquam tempore reuocari, aut alias illis derogari poſſe: & ſi, ac quoties illa reuocari, aut aliàs illis derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum reſtitui, & de nouo etiam, ſub poſteriori data per ipſos Senatorem, & Conſeruatores eligenda conceſſa, & ſtabilita eſſe, Et ſic per quoſcunq; Iudices & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales &c. ſublata eis quauis aliter interpretandi &c. facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtan. præmiſſis, ac conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis Statutis &c. etiam Palatij Apoſtolici Curiarumq; Vrbis Stylis, necnon Priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis Romanæ Curiæ Tribunalib. Curijs, Magiſtratib. Iudicibus, & alijs perſonis ſub quibuſcunq; tenorib. & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu ſimili, etiam Conſiſtorialiter conceſſis &c. quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes hac vice latiſſimè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; cum clau. opportunis.

Placet. Motu proprio I.

ET cum abſolutione à cen. ad effectum, &c. Et cum approbatione, confirmatione, innouatione, conceſſione, indulto, reſtitutione, repoſitione, reintegratione, reuocatione, caſſatione, annullatione, ſtatuto, ordinatione, decreto, & derogatione præmiſſis, vt ſupra perpetuo. Et quòd ſola præſen. ſufficiat ſignatura, & vbiq; etiam in Iud. fidem faciat, regula contraria non obſtan. ſeu ſi videbitur literæ deſuper per Breue noſtrum, etiam cum literarum Prædeceſſorum, prædictorum & inde ſecutorum tenorum, aliorumq; neceſſariorum maiori, & veriori expreſſione expediri poſſint. Et quòd ad obligationes in forma Cameræ ſeruetur forma ipſius obligationis, vt ſit in poteſtate actoris vel creditoris conuenire debitorem ſuum Romanum vel incolam laicum non ſolum corã Regente vel Auditore Cameræ ipſarum obligat. Iudice ordinario, ſed etiam in curia Capitolij: Quoad reliquas verò cauſas ciuiles non tamen Fiſcales poſſit reus Romanus vel incola declinare quodcunq; aliud forum, & petere ſe remitti ad curiã Capitolij, niſi alterius iudicis iuriſdictionem prorogauerit, aut in eum tacitè vel expreſsè conſenſerit, & aliter factæ reaſſumptiones per dictam Curiã Capitolij nullius ſint roboris vel momenti.

Literæ S.D.N. Pij Papæ I I I I. Confirmationis iuriſdictionis, & facultatum DD. Magiſtrorum viarum, cum pluribus aliarum Literarũ declarationibus, ac ampliationibus, ad vtilitatem, & decorem Almæ Vrbis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

INter multiplices curas, quæ mentem noſtram vndequaque ſolicitant, illi ſumma ope iampridem incumbendum nobis eſſe ſtatuimus, vt Almam Vrbem noſtram perpetuam Vicarij Chriſti, ſpiritualiſq; Imperij Sedem longè fœlicioribus, quàm priſcum illud temporale partum fuerat auſpicijs ſtabilitam, communemq; totius Chriſtiani Populi Patriam, ſicut bonis moribus, omniq; virtutum genere perornatam, ita tem-

plorum,

plorum, & aliarum tam Sacrarũ, & publicarum, quàm priuatarum ædium, platearum, & viarum pulchritudine, Necnon murorum, propugnaculorumq; firmitate decoratam, ac etiam pomerijs suis longè lateq; prolatis insigniter ampliatam, cum Dominus huic nostræ peregrinationi modum duxerit imponendũ, relinquamus: & vt hæc votis nostris respondeant, eorum curam, solicitudinemq; egregiorum Ciuium prudentiæ libenter committimus, qui sciant, velint, & valeant id muneris & diligenter amplexari, & fideliter exercere. Dudum siquidem fœlicis recordationis Sixtus Papa IIII. Prædecessor noster, cupiens ipsius Vrbis decori, & venustati in suis structuris, & ædificijs, ac ampliationi, & dilatationi consulere. Mutu proprio, & ex certa scientia sua, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuò statuit, & ordinauit: quòd pro tempore existentes S. R. E. Camerarius, & Magistri ædificiorum, & Strararum Vrbis, ad requisitionem dominorum quorumcunq; domorum, quarum porticus, prosellia, seu alia ædificia pro vijs, seu plateis, & alijs locis publicis eiusdem Vrbis eatenus diruta fuerant, ac dirui contingeret: Et quandocunq; de mãdato Magistrorum eorundem, si domini prædicti domos ipsas inhabitare soliti erant ante demolitionem, & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contingeret in futurum, absq; dolo & fraude inhabitabant, & in posterum inhabitarent: Et propter demolitionem huiusmodi iam factam, & quæ fieret domus effectæ essent, vel in posterum efficerentur pro eorundem dominorum commoda receptione, & inhabitatione incapaces, essentq; iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minimè inhabitari, sed pro earum annua responsione, vel aliàs locari solitæ; ex quarum coniunctione cum incapaci effecta domô huiusmodi domino illius aduersus incommoditatem huiusmodi subueniri posset, tenerentur compellere dictarum domorum vicinarum dominos, etiam si ad Ecclesias, & Monasteria, tam virorum, quàm mulierum, Ordinum quorumcunq; etiam exemptorum, Necnon Beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, & alia pia loca pertinerent, ad eas vendendum dominis truncatarum domorum, pro pretio per duos probos, & expertos viros per vtranq; partem eligendos determinando, & declarando. Si verò hi duo concordes in eodem pretio assignando non essent, eô casu ipsi Camerarius, & Magistri, habito ipsorum dominorum iudicio, pretium imponerent, & assignarent. Et si forsan contingeret ex demolitione huiusmodi duas domos, sic per earum dominos inhabitatas, incommodas modo præmisso effici, & inter eas aliam adesse domum locari solitam, quam vterque dominus dictarum duarum domorum demolitionem passarum, & incapacium effectarum sibi vendi, & suæ domui incorporari postularet: deberent Camerarius, & Magistri præfati illi ex eis venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda existimarent. Et si ea forsan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commodè diuidi posset, vendi facerent, aut aliàs desuper prouiderent, pro vt eis expedire videretur. Et si domos imminutas huiusmodi domini sui non habitarent, sed eas locare soliti essent, liceret etiam tunc Camerario, & Magistris præfatis, si id peteretur per alterum dominorum domorum earundem, dominum domus minus læsæ, ad instantiam domini domus, magis læsæ, ad emendum domum magis læsam, aut suam domino domus magis læsæ, vendendum compellere, seu aliàs, prout eis videretur, prouidere quòd ambæ domus ipsæ inutiles, & inhabitabiles non remanerent: & similiter, prout eis videretur, prouiderent quoties domus ipsæ sic vicinæ, & locari solitæ æqualiter læsæ, & incommodæ effectæ forent. Et ne ob proteruiam, & duritiam dominorum domorum, sine quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe necessariæ, & vtiles, ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari, & noua Palatia, nouæq; domus construi, seu iam constructæ ampliari commodè nequirent, Platearum earundem ordinatio, & ampliatio, ac Palatiorum, & domorum de nouo constructio, seu reformatio retardarentur: possent, atq; deberent ijdem Camerarius, & Magistri dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum. Ecclesiasticos, & seculares quacunq; dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iusto, & rationabili pretio, vt præmittitur statuendo; Conseruatoribus, seu Syndicis eiusdem Vrbis domos, quas pro huiusmodi Plateis de nouo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis necessarias, & vtiles esse cognoscerent: idemq; facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minimè, sed locari solitas, quas vtiles, & necessarias esse putarent pro Palatijs, domibus seu alijs ædificijs tam profanis, quàm Ecclesiasticis, in eadem Vrbe de nouo construendis, seu iam constructis, ampliandis, ad instantiam personarum haben-

tium

tium iuxta illas domum, seu solum, aut alium locum, & volentium ibi de nouo domos, vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare. Et si duo, seu plures in huiusmodi instantia concurrerent, ille cæteris præferretur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis consuli speraretur: & si in omnibus paritas foret, liceret Camerario, & Magistris præfatis, venditionem huiusmodi pro parte vni, & pro parte alteri, aut vni ex eis in totum fieri mandare, prout eis videretur. Volens quòd in singulis casibus prædictis, si illi, ad quos domus, & alia loca vendenda huiusmodi pertinerent, bisq; moniti, & requisiti per Camerarium, & Magistros præfatos cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusarent, aut malitiosè differrent, Camerarius, & Magistri præfati, vice, & nomine illorum sic recusantium, vel differentium vẽditionem huiusmodi facere cum promissione, obligatione, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & cautelis consuetis, & pretium inde prouenìens recipere, & penes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam deponere deberent, dominis domus, aut alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussores de euictione præstare vellent, & non aliàs consignañ. haberentq; venditiones ipsæ, quas sic per Camerarium, & Magistros fieri contingeret, & traditiones locorum, & domorum sic venditarum plenam roboris firmitatem, & eosdem omnino operarentur effectus, ac si per illos, ad quos illa tunc pertinebant, factæ fuissent. Prouiderent quoq; idem Camerarius, & Magistri, in casibus, in quibus aliquos compelli contingeret ad vendendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam constructa ampliare se velle, vt ipsi talia proponentes ante omnia se obligarent ad inchoandum, & perficiendum huiusmodi noua ædificia, modis, & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus ipsis Camerario, & Magistris, personarum, & ædificiorum qualitate inspecta videretur: & ab illis, qui sic se obligassent, & præmissa non adimplerent, pœnas exigerent memoratas. Et nihilominus eos compellerent ad obseruandum promissa per eos, vel quas prius habitarent, & etiam propterea eis venditas domos alijs ædificare volentibus vendendum, pro iusto, & rationabili pretio, vt præfertur, moderando. Et quia interdum cõtingebat, quòd habentes domos, siue domorum sedimina, claustra, seu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes varijs plerumq; modis, & occasionibus illa vendere recusabant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca illis vicina, & nonnunquam illa vendebant æmulis eorundem vicinorum, seu personis eis parum gratis, quò fiebat, vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum, seu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes, & habere nequeuntes retraherentur persæpe ab ædificatione de nouo in eorum sediminibus, & locis vicinis, ac ab ampliandis domibus, quas inibi habebant: sicq; decori eiusdem Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditati non parum detrahebatur. Statuit etiam, & ordinauit idem Sixtus Prædecessor, quòd præfati sic vendere volentes, tenerentur domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca venalia huiusmodi vendere habentibus domos, sedimina, claustra, & loca alia illis contigua, pro iusto, & rationabili pretio, per alios euidenter, & non fictè forsan oblato: & si illa alijsquàm vicinis præfatis venderent, venditiones illæ quoad alios, qui ea emerent, & eorum commodum, nullius essent roboris, vel momenti, & haberentur pro infectis: deberentq; Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ, seu alterius loci sic empti, absq; vlla tella iudicij, vicino instante, & pretium rationabile offerente, & dicto emptori, si illud recipere, & emptioni per eum factæ renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarij, & Magistrorum præfatorum ordinationem cautum facere vellet, persoluendum deponente, amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere, perinde ac si emptio ab ipso facta fuisset. Et si forsan essent duo vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola, seu alius locus de cuius venditione ageretur, vtilitatem, vel commoditatem afferre posset, ille ex eis præferri deberet in præmissis, quem Camerarius, & Magistri præfati consideratis circunstantijs vniuersis, venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu alio loco magis indigere declararent. Et si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri posset exinde commoditas prouenire, vtriq; proportionabiliter concederetur. Si verò facta illius diuisione, portiones vtriusq; ferè inutiles essent, non diuideretur, sed Camerarius, & Magistri, alteri eorundem vicinorum, quem vellent, illam, seu illud assignarent, Camerario in Ecclesiasticas, & eo, ac Magistris præfatis in alias personas, cum facultate, & potestate videlicet,

delicet, Camerario per cenſuram Eccleſiaſticam, & ipſo, ac Magiſtris præfatis per pœnarum, & mulctarum impoſitionem, ac perſonalem diſtrictionem, & alia iuris remedia, contradictores quoslibet, & rebelles compeſcendi, Executoribus deſuper deputatis. Et ſucceſſiuè piæ me. Leo Papa X. etiam Prædeceſſor noſter conſiderans quantum decoris, & dignitatis Vrbi, & Curiæ Romanæ ſupradictis in ædificiorum, & prædiorum ampliatione, & ſalubrioris aeris, amœnitate, & hominum in omni virtutum, & dignitatum genere illuſtrium copia, & cultu à tempore, quo literæ ipſius Sixti Prædeceſſoris ſuper præmiſſis emanauerant, acceſſerat; Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, literas Sixti III. huiuſmodi cum omnibus in eis contentis clauſulis per ſuas literas approbauit, & innouauit: Decernens eas in ſingulis partibus ſuis etiam in quibus fortè hactenus vſu receptæ non fuerant, ab omnibus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari. Et nihilominus præfati Sixti Prædeceſſoris veſtigijs inhærens ipſorumq; Ciuium, & Curialium, ac aliorum ædificare volentium commoditatibus prouidere cupiens; inter alia (quoniam ſicut acceperat, nonnulli ad habitandum domos, quibus illarum vicinos pro ornatu, & ampliatione ſupra dictis indigere conſpiciebant, de nouo ſe conferebant, vel illas inſtaurari, aut refici faciebant, vt quod eis directò non licebat, hac ſaltem via aliqua dictæ Vrbis decori, & vtilitati obuiarent, vel illa augere deſiderantes ad domos ipſas longe plus iuſto pretio emendum, neceſſitate compellerent) auctoritate Apoſtolica præfata declarauit, omnes, & ſingulos, qui poſtquam pro parte dictorum Magiſtrorum ſuper ſuis domibus per eos tunc non habitatis pro commoditate in illis, & apud illas ædificare volentium, vt præfertur, vendendis requiſiti forent, etiam ſi domos vendendas huiuſmodi de nouo habitare, aut inſtaurari, vel refici, non tamen à fundamentis, facere incœpiſſent, ad illas vendendum iuxta dictarum Sixti Prædeceſſoris literarum tenorem, perinde ac ſi ad eas nouo habitandū ſe nō contuliſſent, illaſuè reſtaurari, aut refici non feciſſent, per Camerarium, & Magiſtros præfatos cogi, & compelli poſſe, atq; debere, tam in præteritis, quàm futuris. Et generaliter volens ea omnia, quæ per Sixtum Prædeceſſorem præfatum ſuper venditionibus, & diuiſionibus domorum, arearum, ſiue platearum intra Vrbem conſiſtentium, in fauorem perſonarum de nouo ædificare, aut conſtructa ædificia, & prædia ampliare volentium, ab inuitis dominis, ſeu etiam eorum nomine faciendis prouidè diſpoſita fuerant, etiam extra Vrbem in locis ab illa vltra decem miliaria non diſtantibus, vicem ſibi vendicare, & effectum ſortiri debere, vbi, & quoties eiſdem Camerario, & Magiſtris videretur vtilitati, vel ornatui publico expedire: aliasq; & alia tam Sixtus, quàm Leo Prædeceſſoris præfati voluerunt, ordinarunt, ſtatuerunt, conceſſerunt, indulſerunt, mandarunt, decreuerunt, & diſpoſuerunt, prout in ſingulis illorum literis præfatis, quarum tenores, & datam, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, plenius continetur. Nos autem eiuſdē Almæ Vrbis ornatui, ampliationi, decori, & pulchritudini, aeriſq; ſalubritati non minus, quàm ipſi Prædeceſſores conſuluerunt, quantum in nobis eſt conſulere, Et quemadmodum illam Ciuitatem noſtram Piam ampliauimus, mœnibuſq; ac propugnaculis muniuimus, eam quoque vt munitam, ita etiam ornatam, ac ſpecioſam reddere cupientes: eorundem Prædeceſſorum veſtigijs inhærendo ſimiliter Motuproprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de pari poteſtatis plenitudine, ſingulas Sixti, & Leonis Prædeceſſorum eorundem literas prædictas cum ſupradictis, ac etiam alijs omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, ac inde ſequuta, quæcunque, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, approbamus, & innouamus. Decernentes eaſdem literas in omnibus, & ſingulis illarum partibus, etiam hic non expreſſis, etiam in quibus forſan hactenus vſu receptæ non ſunt, ſeu non eſſe dici poſſent, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter, & ad vnguem ab omnibus obſeruari debere, ac omnes & ſingulos ad illarum obſeruationem omnino teneri, efficaciter obligatos exiſtere, & cenſeri, ac ad id opportunis iuris, & facti remedijs, etiam per cenſuras, & pœnas in eiſdem literis appoſitas, & inflictas, cogi poſſe, & etiam debere. Præterea cum non ſine animi noſtri diſplicentia intellexerimus ea, quæ per præfatos Prædeceſſores in prænarratis literis pro publico Almæ Vrbis commodo, & honore ordinata fuere, contrarium ſortiri effectum. Quandoquidem licet iuxta earum tenorem in præmiſſis, & forſan certis alijs ibi expreſſis caſibus, Camerarius, & Magiſtri Viarum, qui pro tempore fuerunt, quàm plures ad domos ſuas, vicinis ſe ibi ædificare velle dicentibus, ſeq; id facturos etiam cum obligatione promittentibus,

ven-

vendendum coegerint, multi tamen emptores huiuſmodi obligationibus per eos ad noua ædificia inchoandum, & perficiendum, ſeu iam conſtructa ampliandum, pactis, modis, & formis, e ſub pœnis in Sententijs Camerarij, & Magiſtrorum viarum, iuxta formam dictarum literarum promulgatis contentis non obſtantibus, poſtquam dictas domos antiquis dominis eiectis habuerunt, noua ædificia per ſe promiſſa facere, ſeu iam conſtructa ampliare non curarunt, memoratas Prædeceſſorum præfatorum conſtitutiones, & antiquos domorum dominos ſimul eludendo, & pœnas præfatas damnabiliter incurrendo: indignitatibus huiuſmodi, vt par eſt, prouidere volentes, eiſdem auctoritate, & tenore ſtatuimus: volumus, & ordinamus; vt qui infra ſex menſes à die publicationis præſentium promiſſiones per eos à viginti annis citra factas, & in futurum faciendas, non adimpleuerint, ac propterea pœnas iuxta formam dictarum literarum incurrerint: manu Regia ad ſolutionem pœnarum huiuſmodi per Camerarium, & viarum Magiſtros præfatos cogantur: quarum pœnarum vna fabricæ, ſeu munitioni murorum Ciuitatis noſtræ Piæ, & altera medietates Camerario, & viarum Magiſtris præfatis applicentur: Et nihilominus ipſi eluſores ad dictas domos pro eodemmet pretio, quo illas emerunt, primis dominis retrouendendum à Camerario, & Magiſtris præfatis cogi poſſint. Et quum pluries hactenus ſit in literis Sixti Prædeceſſoris huiuſmodi dubitatum, an domini vendere volentes deberent requirere vicinos ſuper venditionibus domorum, plateolarum, ſediminum, ſituum, vel Caſalenorum ipſis viris contiguorum per eoſdem dominos faciendis: ad obuiandum litibus, quæ ex hac cauſa deinceps oriri poſſent, hac noſtra perpetuò valitura ſanctione ſtatuimus, & ordinamus: vt in futurum ſiue vicinus requiſierit prius venditorem, ſeu vendere volentem ſuper venditione domus, plateolæ, ſediminis, ſitus, vel Caſaleni, ſiue non requiſierit: ſemper adhoc vt venditio alijs quàm vicinis facta, vel facienda valida ſit, ſuumque ſortiatur effectum: venditor ſiue emptor domus huiuſmodi vicinum ipſo perſonaliter reperto, ſi haberi poterit, per vnum, ſin autem facta diligentia perſonaliter reperiri commodè non poterit, per duos ex mandatarijs, vel noſtris Curſoribus, domi dimiſſa copia; in abſente verò per edictum publicum requirere, vel requiri facere debeat, & teneatur, an ipſe vicinus velit domum venditam, ſeu venalem huiuſmodi pro pretio per dictum emptorem, ſeu emere volentem non vicinum verè, & non fictè oblato, ſoluto, aut promiſſo, & cum eiſdemmet pactis, & conuentionibus. Qua quidem requiſitione, ſeu intimatione per venditorem, ſeu emptorem ſic facta; ſi vicinus, aut vicini, ſi plures fuerint, intra quindecim dies non acceptauerint, & ſummam cum emptore, ſeu emere volente non vicino conuentam non promiſerint, & de fabricando ad certam ſummam arbitrio Magiſtrorum viarum ſub certa pœna eiſdem Magiſtris beneuiſa ſe non obligauerint, & deinde intra alios quindecim dies dictam ſummam realiter, & cum effectu, ſi verè, & realiter in primo inſtrumento, vel contractu fuerit ſoluta, non ſoluerint, etſi nondum fuerit ſoluta, omnia in eodem primo inſtrumento, vel contractu, aut obligatione, vel conuentione contenta non adimpleuerint; tunc venditio alijs quàm vicinis facta, vel facienda huiuſmodi firma, & valida remaneat. Sin verò præfata intimatio modo quo ſupra facta non fuerit, tunc venditio iuxta præfatarum Sixti Prædeceſſoris literarum formam, facta pro vicino intelligatur. Et ſi prædicta intimatio facta non fuerit, volumus quòd ad reſciſſionem primi inſtrumenti huiuſmodi venditionis vnuſquiſq; vicinorum prædictorum ſemper, & quandocunque admittatur, nec illi via ſit præcluſa, niſi poſt annum à die ſcientiæ venditionis, quàm ſcientiam declaramus ſufficere tantum in generali, nēpe ſcire rem fuiſſe venditam, etiam quòd pretium, & aliæ qualitates fuerint ignoratæ. Et concurrentibus in cuiuſuis, ſeu quorumuis domorum, plateolarum, ſediminum, ſituum, & caſelenorum emptione inquilino, & vicino, ipſe vicinus eidem inquilino, ac aliàs ſeruata præinſertarum literarum forma omninò ſemper præferatur, & præferri debeat. Et ad obuiandum ſimulationibus, & fictionibus, quæ plerunque in ſimilibus inſtrumentis venditionum, etiam forſan ad eludendum huiuſmodi noſtras, & noſtrorum Prædeceſſorum ordinationes, inter venditores, & emptores præcipuè exprimendo maius pretium in inſtrumento, quàm verè, & realiter ſit ſolutum, vel conuentum intercedere conſueuerunt; volumus, quod venditiones, in quibus huiuſmodi ſimulationes, præſertim circa pretij quantitatem interuenerint, omninò nullæ ſint; & nihilominus tàm pretium per emptorem ſolutum, vel promiſſum, quàm res ſic vendita ad nos, & Sedem Apoſtolicam eo ipſo deuoluatur, pro vna fabricæ Ciuitatis noſtræ Piæ, ſeu illius murorum, & pro altera medietatibus Camerario, & Magiſtris præfatis irremiſſibiliter applicanda,

E prouç

prout ex nunc applicamus. Et inſuper pro maiori officij dilectorum filiorum Horatij Nari, & Hieronymi Pichi, modernorum, & ſucceſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium Magiſtrorum Viarum dictæ Vrbis dignitate, ſimul & auctoritate: Ac ad obuiandum cauillationibus, quæ in dies ſuper eorum officio, & priuilegijs, ac facultatibus ſuis ſubinde emergere poſſent: omnia, & ſingula, ac quæcunque priuilegia, facultates, gratias, prærogatiuas, & indulta Magiſtris Viarum Vrbis, eorumq; officio huiuſmodi per præfatos, & quoſuis alios Roman. Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos, & dictam Sedē hactenus quomodolibet, & ſpecialiter per vnam Motus proprij ſchedulam à piæ me. Paulo Papa III. ſimiliter Prædeceſſore noſtro editam, incipientem, Inter alias innumerabiles, & graues, conceſſa; in primis, & ante omnia eiſdem auctoritate, & tenore approbantes: ſimiliter perpetuò ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quòd quælibet pars, & clauſula, ſiue conſtructio tam ſupradictorum per Sixtum, & Leonem, ac Paulum, ac quorumuis aliorum per quoſcunque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores, & etiam reſpectiuè Succeſſores noſtros, ac Nos, & Sedem eandem editorum, & quandocunque edendorum literarum, & etiam pari motu ſignatorum reſcriptorū, officiū, & facultates Magiſtrorum Viarū Vrbis huiuſmodi quomodolibet concernentiū reſpicientium, ſicubi ſenſus erit, vel videbitur eſſe dubius, ſemper in dictæ Vrbis fauorem, & ornatum intelligatur, accipiatur, & interpretetur, ac intelligi, accipi, & interpretari, & ita à Camerario, & Magiſtris præfatis in cauſis coram eis vertentibus iudicari, & definiri debeat; iuſq; ipſum in literis, & reſcriptis præfatis, ſi opus ſit, fauorabile, non autem odioſum ſit, & eſſe cenſeatur, & etiam ad effectum præfatum caſus dicatur comprehenſus, potius quàm extenſus, quacunque interpretatione, ſenſu, intelligentia, opinione, aut alia re in contrarium quomodolibet faciente non obſtante. Et præterea ne fabricare, ſuaq; ædificia ad Vrbis ornatum ampliare volentes, propter loci defectum (cum interdum domos vicinas, locari ſolitas, quas eis vigore Literarum prædictarum emere liceat, non habeant, ſed domus ipſæ vicinæ à proprijs illarum dominis ſint habitatæ) à ſuo propoſito abſtrahantur, & non poſſint propter ſitus carentiam fabricas, & palatia, ſiue domos, vt aiunt requadrare; ideò ſtatutum dicti Sixti Prædeceſſoris ſuper domorum locari ſolitarum dominis, ad illarum venditionem vicino ſeu vicinis fabricæ, domumq;, ſeu domos ſuas ampliare volentibus faciendam compellendis, vt præfertur editam, ad quaſcunque domos, hortos, terrena, etiam per proprios eorum dominos inhabitari ſolita; caſu quo videlicet vicinus palatium, aut aliquam magni momenti fabricam, domum, hortum, ſeu terrenum vicini à duobus lateribus ad minus circundantem, & domus, horti, vel terreni conuicini pretium, ſeu valorem quadruplo excedentem inchoauerit, ſeu inchoatum perficere voluerit, etiā ſi tales domus, horti, & terrena quorumuis Monaſteriorum, Eccleſiarum, vel Hoſpitalium, vel aliorum piorum locorū, extra tamen ſepta Monaſteriorū, Eccleſiarum, aut piorum locorum huiuſmodi, dictiſq; Monaſterijs, & alijs locis pijs minimè contigua exiſtant; ita quòd ſtatutum Sixti huiuſmodi nō ſolum in locari, ſed etiam caſu prædicto in per proprios eorū dominos habitari ſolitis, domibus, hortis, & terrenis locū omninò habeat, & ad vnguem obſeruari debeat: Ac domini domorum, hortorum, & terrenorū ipſorum etiā per eos habitatorum, ad illorum venditionē vicino, ſeu vicinis huiuſmodi fabricam conſtruere, ſeu perficere volenti, ſeu volentibus, & etiā in domo fabricanda, ſeu amplianda non habitantibus, nec habitari ſolitis, per Camerarium, & Magiſtros Viarum præfatos pro pretio æſtimando, & plus decima illius parte, & aliàs iuxta literarum Sixti, & Leonis huiuſmodi formam, & tenorem faciendam arbitrio dictorum Camerarij, & Magiſtrorum; per eos etiam manu Regia cogi, & compelli poſſint. Et inſuper idem Sixti Prædeceſſoris Statutum ad Caſalena per plures pro indiuiſo poſſeſſa, & in maximum Vrbis detrimentum plerumque diruta, vel diſcooperta, ita quòd ipſi omnes conſortes eorundem Caſalenorum poſſeſſores ad dicta Caſalena reſtaurandum, & cooperiendum, ac inibi, Magiſtrorum præfatorum arbitrio fabricandum, vel ſi, & prout eiſdem Magiſtris melius videbitur, vno, vel pluribus ipſorum conſortium fabricare volente, ſeu volentibus; reliqui conſortes fabricare volentes, vel differentes, ad ſuas portiones conſorti, vel conſortibus fabricare volenti, ſeu volentibus, pro pretio per peritos æſtimando vendendū, & conſors, ſeu conſortes fabricare volens, ſeu volentes ad portiones prædictas emendū: aut ſi nullus ipſorum fabricare voluerit, ipſi omnes ad dicta Caſalena vicino, ſeu vicinis domorum contiguarum pro pretio, vt præfertur, æſtiman-

dc

do vendendum, ac idem vicinus, seu vicini ad illa emendum per Camerarium, & Magistros præfatos eorum arbitrio, etiam manu Regia sub pœnis sibi beneuisis respectiuè compelli possint: & nihilominus contrauenientes caducitatis, & alias in præsentibus apposita pœnas incurrant, perpetuò extendimus, & ampliamus. Et cum multæ viæ in eadem Vrbe iampridem de nouo incohoatæ imperfectæ remaneant, ac in plurimis earundem viarum locis non solum illæ domus, sed ne parietes quidem, seu muri constructi reperiantur, & varijs in locis domus ad inuicem diuisæ distantes separatæ, & truncatæ remaneant, in eiusdem Vrbis non modicam deformitatem, & locorum eorundem deturpationem, & (quod peius est) in dictis locis sic desertis, sordes, & immunditiæ passim proijciantur: Nos huiusmodi incommodis obuiare cupientes, volumus, & ordinamus, vt in omnibus, & singulis huiusmodi locis vnusquisq; dominus, siue directus, siue vtilis in domo à se possessa, vel Casaleno sic truncata, vel truncato, aut in situ, vel solo, aut alio loco suo proprio, saltem muro, seu pariete claudere, illamq; illud, vel illum infra sex menses à die publicationis præsentium pro tempore faciendæ, in domibus verò de nouo incidendis pro vijs seu plateis construendis, infra sex menses à die integræ satisfactionis à Magistris, vel alijs ipsis dominis domorum factæ computandos, muris, seu parietibus, saltem vsq; ad primum solare, includere debeat, & teneatur sub pœna ad arbitrium eorundem Magistrorum Viarum imponenda, per quemlibet contrauenientem eo ipso toties quoties contrauenerit incurrenda. Et si loca ipsa sint censualia, siue emphyteutica, & Ecclesijs, Monasterijs, seu alijs locis, vel personis quibusuis respondentia, ipsa dictis sex mensibus elapsis, ad suos directos dominos cum eodem onere fabricandi, seu muro claudendi, dummodo si personæ Ecclesiasticæ sint, eorum liberationem, siue affrancationem iuxta formam prædictarum literarum faciendam non impedierint deuoluta sint, & esse censeantur: etiam si domus, situs, & Casalena prædicta sint Ecclesiarum, Monasteriorum, seu piorum locorum quorumcunque: Et ita per quoscunque Iudices iudicari debere mandamus. Possint tamen dicti viarum Magistri eundem terminum sex mensium pro qualitate locorum, & personarum, vbi eis videbitur, prorogare. Et nihilominus ex nunc quibusuis locorum præfatorum inquilinis, seu affictuarijs, ne facta prius ipsis simplici dictorum Magistrorum inhibitione, locorum eorundem pensiones, vel census dominis suis sub pœna iterandæ solutionis persoluant, sed eas, & eos etiam inuitis dominis, in expensis pro præmissis necessarijs conuertant; & muros ad dictam altitudinem, si fat erit, perficiant, donec, & quousque in eisdem locis, vt præfertur, fabricatum fuerit, inhibemus pariter, & interdicimus: quódq; deinceps domini conductoribus ipsis illas bonas facere teneantur: & in euentum contrauentionis, ac soluta per ipsos inquilinos, seu conductores pensione, & dicto pariete ad minus vsque ad primum solare non perfecto, eosdem inquilinos, seu conductores de suo proprio ad dictam constructionem teneri, & obligatos esse volumus, & etiam declaramus. Et cum in domibus ita incisis, siue de nouo incidendis earum domini per nos ita sint grauati ad fabricandum, vel muro claudendũ, vt præfertur, ad minus vsque ad primum solare, & multoties ipsi domini inhabitantes ex hac causa maximam recipiant incommoditatem, cum ex ipsa incisione domus ipsorum remaneant incõmodæ; idcirco in casu, & casibus præfatis, vbi domus per dominos inhabitatæ pro vijs, seu plateis construendis incisæ fuerint, & sic incommodę effectę, & resarcitæ, ibidemq; intra sex mẽses, vel postea fabricatum fuerit; domos contiguas etiam per dominos inhabitatas, qui non fabricauerint præfatis dominis, qui fabricauerint sic domos incisas dominos præfatos vicinos, etiam habitantes, ad vendendum pro pretio per duos peritos, & in euentum discordiæ, per Magistros præfatos extimando, & plus decima illius parte, vt præfertur, per Camerarium, & Magistros præfatos eorum arbitrio, etiam à tribus lateribus domos vicinorum non circundantes, nec duplum, nec triplum in valore excedentes, manu Regia compelli posse volumus, & etiã mandamus. Cumq; tam inde Populo, & de Portugallo, ac Sanctissimæ Trinitatis, & Piæ nuncupatis, quàm alijs dictæ Vrbis vijs, quamplurimi situs, seu prædia repetiantur muris, domibusq; omninò vacui; quò fit, vt viæ ipsæ lateribus sterni, seu pauimentari, & ad ornatum reduci nequeant; pariter sub pœnis præfatis volumus, statuimus, & ordinamus, quòd si tuum prædictorum domini infra eosdem sex menses in dictis sitibus, vel muros, vt præfertur, vel ædificia construere, seu construi facere debeant, & teneantur. Ita quòd lapso sex mensium termino præfati Magistri viarum situs præfatos, in quibus, vt præfertur, fabri-

catum non fuerit, quibuſcunque perſonis, ac pro pretio rẽperibili locare, & concedere: ſeu, ſi Camerario, & Magiſtris ipſis melius videbitur, ſitus ipſos quibuſcunque perſonis pro pretio huiuſmodi in manibus eorum depoſitariorum ad effectum illud poſtmodum dominis dictorum ſituum conſignandi (facta tamen per dominos præfatos ratificatione venditionis præfatæ per Magiſtros factæ, & datis idoneis cautionibus in forma, iuxta formam Statutorum Vrbis) deponendo vendere, & alienare liberè, & licitè, ac validè etiam poſſint ad effectum prædictum. Et quoniam in Alma Vrbe quàmplurimi adſunt viculi latitudinis duorum vel trium palmorum, aut circa, in quibus variæ ſordes & immunditiæ continuò inijciuntur, & muri circumcirca exiſtentes putrefactione corrupti, fœtorem cum peſtiferi, & mali aeris generatione inducunt, adeò vt tempore procedente, dicti muri corruant, & collabantur, & collapſi eijciantur, vt deinceps vnicus murus pro vtroque latere domorum contignarum inſeruiat: ſub eiſdem pœnis, quòd de cætero nemo cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtens, in, vel ſuper muris huiuſmodi trabes, aut tigna, ſeu quid aliud apponere, caminos, vel quidpiam aliud conſtruere, vel murum dicti viculi eleuare, ſeu aliquod ibi ædificium fulcire, aut aliàs illis vti, vel inuti queat nec debeat: Muratoribus verò quibuſcunque, ne de cætero ſub exilij à toto Statu Eccleſiaſtico, & bonorum ſuorum confiſcationis pœna, in dictis muris pro illarum reparatione, aut de nouo extinctione manum, & operam apponere, vel quicquam operis ibidem facere, ſeu fabricare audeant, vel præſumãt: Et vlterius ad tollendos dictos muros, & viculos; volumus, quòd ille ex vicinis, qui primus voluerit fabricare, poſſit (habita tamen à præfatis Magiſtris licentia, etiam abſque alicuius pretij ſolutione cuiquam facienda) eoſdem viculos ſibi aſſumere, appropriare, & vendicare, & ſuper muro ſui vicini tigna, lapides, cæmenta, & trabes, aliaq; ad fabricam ſuam neceſſaria apponere, ſuamq; fabricam deſuper adaptare, & vt dicitur appodiare, & aliàs eodem muro communiter cum vicino per eundem fabricare volentem medietate dicti muri ad extimationem duorum peritorum per partes ipſas eligendorum, & in euentum diſcordiæ per Magiſtros viarum taxandi: Et quia quàmplurimæ domus eiuſdem Vrbis quaſdam paruas habent Cloachas, Clauichettas vulgariter nuncupatas, in vijs publicis reſpondentes, & ab ipſis domibus aquam, & immunditias in vias, & loca publica euomentes, quibuſcunque perſonis, vt infra eoſdem ſex menſes ſub dictæ caducitatis, & alijs pœnis præfatis tàm Cloacas, quàm etiam viculos prædictos, necnon quaſcunque latrinas, ſeu cantaras, & ſiccatoria, vulgò ſciaquatoria nuncupata, & piſcinas in vias publicas, & vicos, ſeu viculos, aut plateas exeuntes, & reſpondentes obſtruere, Et ſi velint Cantaras in eorum Cortibus ſeu cortilibus, & cancis, non autem in, vel ſuper vijs publicis, ſeu plateis fabricare debeant; ita quòd inquilini domorum, & locorum huiuſmodi præmiſſa ex pecunijs eorum penſionis etiam inuitis dominis, & contra eorum voluntatem facere poſſint; & non facientes ad pœnam arbitrio præfatorum Magiſtrorum viarum imponendam teneantur: Et nihilominus omnes penſiones decurſas, & præfatis dominis interim contra inhibitionem eis faciendam ſolutas conſignare teneantur Depoſitario dictorum Magiſtrorum Viarum, ad effectum Cloacas, aliaq; præmiſſa claudendi, & cantaras, vt præfertur faciendi; inhibemus, præcipimus, atque mandamus. Et cum in viarum quæ pro tempore fiunt, conſtructione, ordinatione, & ampliatione, ac in domorum, caſalenorum, & ſituum, ſiue partium eorum applicatione, ſeu venditione, in omnibus caſibus ſupradictis, & alijs quomodolibet ex cauſis præfatis occurrentibus, interdum ſit neceſſe domorum, ſeu locorum ad vſum viarum huiuſmodi inciſorum, ſeu diuiſorum partes remanentes adiudicare, & multoties propter fideicommiſſa apposita dubitetur, ne lites, & controuerſiæ oriantur: ad tollendum igitur litium materiam, huiuſmodi fideicommiſſa ad effectum præmiſſorum, ita tamen, quòd ea quæ fideicommiſſo ſubiecta erunt, ſic adiudicentur, quòd pretia illorum in tot bonis ſtabilibus reinueſtiantur, quæ bona remaneant eidem fideicommiſſo ſubiecta eodem modo, prout dicta bona ſic adiudicata antea ſubiecta erant, penitus & omnino tollimus, caſſamus, & amouemus, illiſq; ad huuc effectum ſufficienter, & expreſsè harum ſerie derogamus. Et cum Vrbs ipſa ædificijs, & viridarijs ornata, & ſplendida eſſe debeat, intus verò, & extrà, ac prope illam adſint quamplurima Canneta deformitatem Vrbi generantia, aeriſq; ſerenitatem, & ſalubritatem, ac clarum fluminis conſpectum impedientia, & etiam malè agendi opportunitatem, locumq; ſubminiſtrantia; quòd quicunque tam

extra

extra per centum & quinquaginta cannarum distantiam prope, quàm intra moenia eiusdem Vrbis, necnon etiam in Angelica, & versus flumen in Pontis Miluij vijs nuncupatis, ac per viginti cannarum distantiam iuxta quascunque alias vias publicas Cannera habent, illa, ac omnia Canneta intus Vrbem existentia, præter ea, quæ sunt extra vias publicas in locis absconditis seu remotis, infra præfatos sex menses sub poenis prædictis funditus extirpare, euellere, atque tollere, ac ad terrenum, & culturam vinearum, seu viridariorum reducere debeat: Necnon cum Angelicam, ac Castelli nuncupatas vias per vineas, & prata ad maximum Ciuitatis nostræ Piæ per nos nouiter constructæ ornatum fecerimus, intellexerimusq; quòd nonnulli prata prædicta ad Canneta, vineas, ac hortos facienda impudenter claudere cogitat, ideo quòd nullus in posterum, etiam si proprietarius existat, dicta prata ad alium vsum, præterquam ad pascua, foenumq; colligendum destinare possit, Quódq; omnes, & quicunque, qui ab eo tempore, quo diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, huiusmodi prata restrinxerunt, ac ibi vineas, canneta, siue hortos fecerunt, ad illa in pristinum statum, nempe ad pratum reducendum, per Camerarium, & Viarum Magistros præfatos cogi, & compelli possint, & debeant, præcipimus, & ordinamus. Et similiter, quia horti prope Vrbem consistentes propter aquarum irrigationem malum, & pestiferum solent generare aerē & maximè in Burgo nostro Sancti Petri, ac dicta Ciuitate nostra Pia, ad cuius ornamentum, decorem & aeris salubritatem summoperè intendimus: desiderantes igitur, vt quemadmodum, dictam Ciuitatem Piam muris, & propugnaculis cinximus, & ab hostilibus offensionibus securam reddidimus, ita quoque aeris salubritate non careat: statuimus, quòd omnes horti existentes in pratis extra Portam Angelicam (exceptis dumtaxat cardorum vulgò carciofolorum hortis, in quibus aquarum irrigatio nullo modo fit) penitus tollantur, & aboleantur, ac ad vinearum, & pratorum vsum reducantur sub caducitatis, quoad dominos, & quoad inquilinos, seu affictuarios, sub exilij, & bonorum confiscationis, alijsq; dictorum Magistrorum Viarum arbitrio infligendis poenis. Et quoniam in varijs Almæ Vrbis locis viæ publicæ diuersis modis sunt impeditæ, & inter alia à certis scalis à Bastoni, vt vulgariter dicitur factis, quæ multis in locis vias publicas ferè per vnam cannam, & vltra occupant, in maximum earundem viarum præiudicium, & obstaculum, adeo vt duo currus concurrentes commodè pertransire nequeant: idcircò sub præmissis, & alijs arbitrio Camerarij, & Magistrorum præfatorum imponendis poenis districtè præcipiendo mandamus, vt in posterum nemo quominus via pro duabus rhedis, Cochijs vulgariter nuncupatis, concurrentibus, lata, spaciosaq; remaneat, dictas scalas audeat ita componere, sed tantummodo duos, vel tres palmos vltra ianuam excedere: factas verò scalas præmissas ad dictos duos, vel tres palmos infra eosdem sex menses sub similibus poenis reducere, & restringere vnusquisque debeat. Muratores autem ibi aliter operantes, exilij & bonorum confiscationis poenas incurrere, & exoluere volumus. Præterea cupientes non solum ipsam Vrbem interiorem, sed etiam illius suburbia, & circuitū; ac vineas decorari; cum nobis innotuerit nonnullos pulchras, & delitiosas vineas, ac possessiones facere, & ampliare volentes à vicinis illis terrenum, aut vineas, locari tamen, seu ad medietatem fructuum, vel aliàs dari, & concedi solitas, ad id vendere nolentibus impediri: præfatis Camerario, & viarum Magistris, vt quoscunqne, siue sæculares, siue Ecclesiasticos, etiam si Monasteria quorumuis, etiam Mendicantium Ordinum, necnon Ecclesiæ, Hospitalia, aut alia pia loca fuerint, terrena, vineas, aut canneta, locari tamen, aut ad medietatem fructuum, vel aliàs, vt supra dari solita, ab vna, non solita verò locari à tribus, seu duabus partibus circundata, extra tamen septa Monasteriorum eorundem habentes, vel habētia, ad illorum in toto, vel parte, etiam pro vialium directura, & accomodatione facienda, arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum venditionem vicinis illa sic circūdantibus, & ampliare volentibus pro iusto & rationabili pretio per duos peritos per partes eligendos, & in euentum discordiæ, per præfatos Magistros, habita dictorum electorum relatione, æstimando faciendam, etiam manu Regia cogere possint, & debeant, etiam si loca ipsa non sint vel fuerint locari solita, & absque vlla difficultate id etiam procedere volumus in vinea, canneto, vel terreno sic conuicino, vbi domus commoda pro domini habitatione non fuerit, concedimus, & ordinamus. Necnon huiusmodi nostram ordinationem non solum ad vineas, sed etiam ad casalia intra duodecim miliaria ab Vrbe consistentia, ad dictæ Vrbis ornatum, & commodita-

tem dominorum casalium extendimus, ac extendi debere præcipimus, & mandamus. Cumq; intellexerimus multa casalia magnæ quantitatis Rubrorum habere incorporata nõnulla terrarum portiones, aut petia modicæ quantitatis Pedichæ vulgariter nominata: volumus etiam, & ordinamus, vt quicunque casale habuerit centum Rubrorum, aut minus, & hoc maximè vbi aliquod nobile, siue commodum ædificium pro habitatione existat, & aliquam pedicham viciniã, & contiguam habeat; si ab vno latere tantum rubra centum, decem; & si à quobus, viginti; si à tribus, triginta: & si casale excedat summam centum, ad dictam tatã, vt supra: Et si aliquod etiã multorum rubrorum casale in alio incorporatum existat, videlicet cum aliqua lingua, quatenus dicta lingua sit incorporata, illam sibi arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum pro pretio per peritos æstimando, & aucta decima parte pluris, vendicare possit. Et insuper eisdem Viarum Magistris, vt quoscunque ad scalas quaslibet extra domos, & in vijs, seu plateis publicis existentes, quarum præsertim in Regionibus Transtyberinis, & Triuij maxima adest copia, & quæ vias publicas non parum impediunt, & occupant; necnon ad mœniana, aliàs Curritoria lignea, mignani vulgò nuncupata, extra muros domorum multum, vel modicum se porrigentia, & eminentia in vias publicas prospectum habentia, infra annum à die publicationis præsentium destruendum, & tollendum arbitrio Camerarij, & Magistrorũ eorundem cogere, & compellere: Necnon domorum inquilinis, vt pensiones per eos pro tempore debitas etiam inuitis dominis retinere, & in expensas pro destructione scalarum, & Curritoriorũ huiusmodi necessarias, absque eo, quòd ad iteratam dominis suis solutionem teneantur, conuertere valeant, & debeant: quinimmò inquilini ipsi dictas pensiones, donec scalæ, & Curritoria huiusmodi ablata fuerint, post simplicem inhibitionem eis faciendam: suis dominis sub pœna solutionis dictis Magistris Viarum iterato faciendæ, nullatenus persoluere possint, quòd tamen vnicuique ferrea, seu lapidea mœniana, quæ vulgò Arengherias, aut Balaustos vocant, habere liceat impunè permittentes: Quodq; quilibet infra annum prædictum suas porticus, seu porticalia penitus, & omnino destruere, & demoliri, aut muris claudere habeant; Dummodo porticus ipsæ non sint modernæ, & insignes, iudicandæ, & dignoscendæ iudicio eorundem Magistrorum viarum. Illæ verò porticus, quæ pro viarum dilatatione incidendæ erunt, ita manere tolerentur, quousque per præfatos viarum Magistros excisæ fuerint. Et præterea, quòd inter casamenta, seu in locis eiusdem Vrbis habitatis non liceat cuique habere hortos seu viridaria sepibus conclusa, sed illorum domini sub pœnis prædictis illa muris circundare teneantur. Omnesq; pontes lignei per vias publicas transuersi cum situm publicum occupent, & dictæ Vrbis ornatum offendant, infra eiusdem anni terminum, exceptis tantum illis, qui non in principalibus, sed transuersalibus vijs, aut in viculis consistentes visum, & lucem non impediunt, iudicio eorundem Magistrorum dignoscendi: Et vlterius omnes pontelli in quibusuis domibus ruinosis in vijs, siue plateis existentes, infra sex menses à die publicationis præsentium per illorum respectiuè dominos, seu inquilinos sub pœnis præmissis omnino tollantur, & auferantur, auferriq; debeant. Et quoniam ad dictæ Vrbis decorem, & ornatum non parum cederet, si vnaquæque Ars ab alijs artibus separata, & in vnum collecta, ac vnita suis loco, & ordine collocaretur; & præcipuè illa, quæ ad victum sic sparsa non est necessaria, cum artifices ipsius Vrbis quasi absq; vlla distinctione inuicem confusi, absq; maxima ordinis perturbatione, ornatusq; & decoris publici præiudicio habitare noscantur: qui, quotumq; tabernæ, & officinæ, si in suis quiq; locis, & vicis segregatis ordinarentur, tam Vrbis ornatui, quàm etiam illorum commoditatibus non parum consuleretur; vt omnis inter eos confusio amoueatur, & ipsi ab inuicem iuxta species suas separati, in quantum poterit, decorem Vrbi adferant, simul & commoditatem; Ideo quòd quoties, & postquam per Camerarium, & Magistros viarum huiusmodi Artium diuisio, & situatio statuta, & ordinata fuerit, quicunq; artifex cuiuscunq; artis & exercitij in aliquo vico, via, aut platea dictæ Vrbis, vbi suæ artis exercitium magis vigeat, & constitutum fuerit, vt præfertur, habitare voluerit: possit quemcunq; alium cuiuscunq; alterius à suo diuersi exercitij artificem inibi commorantem, seu commorari volentem expellere, & eijcere, ac expelli, & eijci facere, in illius locationes (dummodo ad longum tempus, seu ad vitam, vel generationem non sint factas) subintrare pro eodemmet pretio; data tamen cautione de exercendo dictam suam artem in dicto loco ad minus per annum, & vltra arbitrio Camera-

 rij, &

rij, & Magistrorum viarum præfatorum: exceptis tamen semper dominis in proprijs domibus habitantibus. Et ad euitandas controuersias, possint ipsi Camerarius, & viarum Magistri semper, & quandocunq; arbitrio suo decernere, & declarare, quæ ars in vno loco magis vigeat, quàm altera, ac etiam artifici inquilino sic pro tempore expellendo vnius mensis, aut longiorem ipsis Magistris beneuisum terminum ad euacuandum præfigere. Et insuper fines, limites, & vicos infra quos vnaquæque ars, & illius artifices suo ordine stare, & consistere debeant, constituere, & declarare: prout, & quando eis videbitur, & placuerit; perpetuò statuimus, mandamus, & ordinamus. Et quia aeris putrefactio non solum ex malis humoribus, & immundicijs, sed etiam ex malis odoribus, & fœtoribus generatur: sicq; ars Candelariorum diffusa per Vrbem tetrum putorem reddens, multum noceat Ciuitati: idcirco quemadmodum artes vacinariorum, seu coriariorum, necnon artificum chordas musicales ex animalium fibris facientium malum reddentes odorem, ad fluminis ripam separatæ reperiuntur; ita & dictam Candelariorum artem, vt is putor exalationem habeat, prope flumen ad Sixti siue Quatuor capitum, aut Sanctæ Mariæ nuncupatos Pontes, vbi Camerario, & viarum Magistris præfatis magis videbitur expedire, infra mensem à die publicationis præsentium sub confiscationis omnium bonorum ipsorum Candelariorum, & alijs etiam in eorum personam arbitrio Camerarij, & Magistrorum præfatorum infligendis pœnis reduci; ac in locationes alijs personis ibi factas, prout eisdem Magistris videbitur, subintrare debere, volumus, & mandamus. Et quoniam Vrbs ipsa nimium est humiditati subiecta, sicq; in certis partibus silicibus strata humidior efficiatur: propterea omnibus, & singulis muratoribus sub exilij, alijsq; pecuniarijs, & etiam corporalibus dictorum Magistrorum arbitrio infligendis pœnis, dominis verò sub ducentorum ducatorum; vt præfertur applicandorum pœna, ne deinceps viam silicibus sternere, seu aliquas silicatas ante domos suas facere audeant, seu præsumant, inhibemus. Volumus autem, quòd omnes viæ ipsius Vrbis coctilibus sternentur lateribus, vna cum suis interlineis, quas guidas vocant, piperino, tiburtinis, aut siliceo lapide arbitrio dictorum Magistrorum, ne fiat aliquo pacto interuisatæ, sed in vnaquaque via fiant omnes guidæ ex piperino, tiburtino, aut silico lapide. Et insuper præfatis Magistris viarum in perpetuum, & pro decore eiusdem Vrbis, ac structura viarum principalium, præsertim intus & extra Vrbem in via Flaminia de Populo nuncupata, infra vnum miliare, dominos vinearum, & aliarum possessionum vijs ipsis contiguarum, ad muros, & alia pro dictarum viarum principalium structura, & decore, arbitrio Camerarij, & Magistrorum eorundem necessaria conficiendum, fabricandum, & resarciendum, vel ratam expensarum ipsos dominos, & quemlibet ipsorum pro prædictis, & eorum singulis respectiuè quomodolibet tangentem, soluendum, & seu depositandum, prout ipsis Magistris videbitur. Et si aliquis, vel aliqui dictorum dominorum muros construere, aut alia vt præfertur facere, vel dictam ratam soluere recusauerint, præfati viarum Magistri pro celeriori expeditione ipsos dominos sic renitentes, & morosos ad suas vineas, siue possessiones in totò, vel parte alteri, seu alijs, pro iusto, & rationabili pretio, vt supra dictum est, extimando, vendendum, etiam manu regia cogere, & compellere: Ac ad tollendas disputationes ijdem Camerarius, & Magistri viarum omnes, & singulas, ac quascunque difficultates, & dubia, quæ super præmissis, alijsq; omnibus, & singulis in præsentibus contentis, & descriptis, ac illorum sensu, intelligentia, vel significatione oriri quandocunq; contigerit: interpretari, & dissoluere arbitrio suo liberè, & licitè possint, & valeant, licentiam, facultatem, potestatem, & auctoritatem omnimodam impartimur. Præterea statuimus, & de nouo etiam ordinamus, quòd in causa sternendarum viarum huiusmodi præfati Magistri sint meri Iudices, & executores, ac ab eorum decretis, & mandatis in hac parte, sicuti in causa mercedis, non possit quoquomodo, nisi facto actualiter deposito penes Notarium ipsorum Magistrorum in pecunia numerata consignando, postea actori, vel restituendo reo, prout deinde per Camerarium, seu viarum Præsidem, ad quem recursum fuerit, esset, vel erit iudicatum, appellari, vel recursus ad quempiam, etiam pro tempore existentes Camerarium, Clericos, vel Præsidentes Cameræ Apostolicæ, aut quoslibet alios Iudices haberi: sed mandata præfata executioni demandari debeant, non obstantibus quibuscunq; significationibus per prædictos, vel quoscunq; alios forsan faciendis. Et vt eorundem Magistrorum viarum Officium in sua auctoritate, & dignitate, prout decet, habeatur, illorumq; mandata diligentius executioni demandentur, & causæ super arte muratoria pro

tempore

tempore nascentes sagacius, & maturius veluti per expertos, & pro minori partium dispendio decidantur, omnes, & quascunq; causas, lites, quæstiones, controuersias, & differentias tam inter quoscunq; muratores, & fornaciarios, quàm eos, & quosuis alios Artifices, aut aliàs tam Ecclesiasticas, quàm sæculares personas super dicta arte muratoria, & rebus ad illam quomodolibet pertinentibus, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, tam actiuè quàm passiuè mouendas, cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali per præfatos Horatium Narum, & Hieronymum Pichum, modernos, & pro tempore existentes Magistros viarum dictæ Almæ Vrbis, qui coniunctim procedere debeant, simpliciter, & de plano, ac sola facti veritate inspecta, etiam si, & quando eis videbitur sine strepitu, & figura iudicij, nullaq; tela iudiciaria seruata, etiam manu Regia procedendo, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineq; debito terminandas esse, & fore decernimus, volumus, statuimus, declaramus, & ordinamus. Non præiudicando tamen, nec derogando prædictarum Artium Consulatibus: ita tamen quòd à Sententijs ipsorum Consulum non possit ad aliquod aliud Tribunal appellari, nec recursus haberi, præterquam ad Magistros viarum præfatos, & dictæ Vrbis Conseruatores, seu Camerarium nostrum. Cum potestate citandi, & inhibendi quos, quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constito summariè, & extraiudicialiter de non tuto accessu, vel absentia, aut latitatione, sub pecuniarijs, alijsq; ipsorum Magistrorum viarum, & Conseruatorum respectiuè arbitrio imponendis, & moderandis pœnis. Et in euentum non paritionis, inobedientes pœnas ipsas incurrisse vnica tantum citatione præuia, declarandi, & ab eis exigendi: dictasq; causas in quocunq; statu reassumendi, omniaq; alia, & singula desuper necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi: ita tamen, quòd neq; Gubernator, neq; Vicarius dictæ Vrbis, neq; Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, neq; eiusdem Vrbis Senator, nec Præsidens Ripæ, seu Ripettæ, neq; (præter tamen Camerarium nostrum dumtaxat) quicunq; alius, vel alij eiusdem Vrbis, vel extra eam vbilibet constituti Iudices ordinarij, vel extraordinarij, delegati, vel subdelegati, aut quæuis aliæ personæ cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & etiam habeant Priuilegia, vel indulta, quòd ipsi sint Iudices, vel Protectores aliquarum Societatum, vel locorum, etiam piorum, aut causarum illorum Auditores, quatenus ipsi viarum Magistri in causarum huiusmodi cognitione præuenerint, causas Artis muratoriæ huiusmodi nullatenus in toto, vel parte audire, cognoscere, decidere, seu se in illis quomodolibet, & quouis prætextu intromittere possint, neq; debeant: & quicquid secus factum fuerit, irritum sit, & inane, ac pro infecto habeatur: & per prædictos viarum Magistros, si præuenerint, vt præfertur, omnino reuocari quandocunq; possit: Saluo tamen, quòd Clerici, & Præsidentes Cameræ Apostolicæ se in huiusmodi causis iuxta Pauli III. Literas prædictas dumtaxat, & non aliàs, intromittere possint, perpetuò committimus, & mandamus: ac eosdem Magistros viarum, causarum, & litium huiusmodi Iudices, & executores speciales, & generales, ita quòd in eis, vt præfertur altè, & bassè procedere, & decidere valeant constituimus, & deputamus: Saluo tamen recursu, si partes voluerint, ad ipsum Camerarium. Mandantes propterea dilectis filijs Vitellotio Sanctæ Mariæ in via lata, Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Camerario, & Præsidentibus, & Clericis præfatis, quatenus statim visis præsentibus nullo alio desuper à nobis, vel Successoribus nostris, aut dicta Sede, seu aliundecunq; expectato mandato, omni mora, dilatione, & contradictione cessantibus, easdem præsentes in dicta Camera recipiant, & admittant, ac in illius libris registrari mandent, illasq; inuiolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuo obseruent, ac ab omnibus, & singulis obseruari faciant realiter, & cum effectu: ac præsentes literas perpetuò durare, & valere, perpetuiq; roboris firmitate subsistere, neq; de surreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut quòd præmissa, & quodlibet præmissorum non fuerint vsu recepta, aut alio quocunq; vitio, seu etiam intentionis nostræ, vel eiusdem Sedis, aut quouis alio defectu notari, vel impugnari, neq; etiam per nos, vel Successores nostros, aut dictam Sedem reuocari, alterari, suspendi, modificari, aut illis in aliquod derogari vnquam posse. Sicq; in præmissis omnibus, & singulis per quoscunq; Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & ipsius Ecclesiæ Romanæ Cardinales, etiam Legatos de Latere, sublata

eis

eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & definiri debere: Ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Ostień. & Portueń. ac Tusculaneń. Episcopis per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes Literas, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magistrorum viarum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem viarum Magistros approbatione, confirmatione, innouatione, singulis Statutis, voluntatibus, ordinationibus, extensionibus, ampliationibus, mandatis, præceptis, inhibitionibus, interdictis, concessionibus, indultis, commissionibus, deputationibus, decretis, declarationibus, reuocatione, alijsq; præmissis, iuxta præsentium tenorem pacificè frui, & gaudere, Non permittentes eos, vel ab eis causam habentes per Camerarium, Præsidentes, & Clericos præfatos, aut quosuis alios quacunq; auctoritate fungentes, contra præmissa, vel eorum aliquod quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari. Contradictores quoslibet, inobedientes, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia Iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo: Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac certa per nos dudum Motu simili edita super pœnarum per elusores, qui fabricas præmissas non fecerunt, neq; faciunt, incursarum applicatione impressioni librorum de ordine nostro à Ciuitate Venetiarum ad Vrbem traductæ facta, siue concessa, quam tenore præsentium, quoad præmissa, omnino reuocamus: Ac etiam nostra de non tollendo iure quæsito, Necnon recolendæ memoriæ Pauli II. & Pauli III. de rebus Ecclesiasticis non alienandis, ac alienatis, recuperandis: Necnon Bonifatij VIII. etiam Romań Pontificum Prædecessorum nostrorum, de vna, & duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, necnon alijs quibusuis Apostolicis, ac in generalibus, prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, & edendis, constitutionibus & ordinationibus, ac Vrbis, & Curiæ Romanæ, ac Cameræ Apostolicæ, eiusdemq; Curiæ Tribunalium, ac quorumuis Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum piorum locorum, necnon ordinum Consulatuum, & societatum, ac vniuersitatum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, stilis, vsibus, naturis, decretis, capitulis, & etiam nouis reformationibus, Legibus Pontificijs, & Imperialibus, sacris Canonibus, Priuilegijs quoq; indultis, & Literis Apostolicis, illis, illorumq; respectiuè Populo, Ciuibus, Incolis, & Superioribus, ac tam supranominatis, quàm quibusuis alijs personis, & etiam Iudicibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis, etiam motu, & scientia similibus, vel ad quorumuis instantiam in genere, & specie, ac etiam Consistorialiter, & aliàs quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialiter, specifica, expressa, indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret: illorum tenores, formas, & decreta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in eis tradita obseruata, inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, motu & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, quæ ac sufficienter derogatum fore; & censeri volumus, & decernimus: necnon omnibus illis, quæ Sixtus, Leo, & Paulus III. Prædecessores præfati in eisdem suis Literis non obstare voluerunt, contrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficilè foret, præsentes ad singula quæque loca deferri: volumus, & etiam declaramus, quòd illarum transumptis, seu copijs, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & alicuius Prælati Sigillo munitis, eadem prorsus fides, etiam in iudicio, adhibeatur, quæ præsentibus, si vbicunq; forent exhibitæ, vel ostensæ, adhiberetur. Et ne quispiam vllo vnquam tempore præsentium ignorantiam

rantiam prætendere poſſit; volumus, & eadem auctoritate decernimus, quòd ipſæ præſentes Literæ in Cameræ Apoſtolicæ, & Curiæ Capitolij valuis, ac in acie Campi Floræ de Vrbe, per aliquem ex Curſoribus noſtris affixæ, copia illarum ibi dimiſſa, vniuerſos, & ſingulos, quorum intereſt, intra menſem à die affixionis huiuſmodi computandum, perinde afficiant, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, innouationis, decreti, ſtatuti, ordinationis, applicationis, declarationis, extenſionis, ampliationis, mandati, interdicti, ablationis, caſſationis, amotionis, reuocationis, præcepti, intentionis, permiſſionis, conceſſionis, inhibitionis, impartitionis, commiſſionis, conſtitutionis, deputationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Inuarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Quinto, Decimo Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

P. Epiſcopus Narnien. Summiſta.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Quinto, Indictione octaua, Die verò Quinta Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ III. Anno Sexto, Præſentes Literæ Apoſtolicæ in quinterno foliorum in totum (computato præſenti) triginta duorum publicè affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cameræ Apoſtolicæ, Curiæ Capitolij, & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem in ſingulis locis præfatis reſpectiuè, præſentium literarum copijs (vt moris eſt) affixis, per Nos Bernardinum Andreutium, & Iulium Parinum, prælibati Sanctiſs. D. N. Papæ, & Apoſtolicæ Sedis Curſores.

Philibertus Chapuis Magiſter Curſorum.

Literæ Pij Papæ V. Confirmatoriæ aliorum Summorum Pontificum contra Homicidas, Bannitos, & alios facinoroſos.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EX ſupernæ diſpoſitionis arbitrio gregis Dominici curæ præſidentes, inter varias animi ſolicitudines, quæ ex Paſtoralis officij miniſterio nobis incumbunt, illam à nobis potiſſimè amplectendam eſſe putamus, per quam inter ſingulos gregis eiuſdem fideles, præſertim verò nobis, & Romanæ Eccleſiæ ſubditos pax, & concordia confouentur, ſeditiones ſedantur, ſcandalis obuiatur, & animarum ſalus procuratur. Vnde ea quæ ſedula meditatione hactenus à diuerſis Roman. Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris præmiſſorum ratione geſta fuiſſe ac ordinata comperimus, quò ſæpius fideles ipſi illa perſpicient innouari, eò feruentius, ac promptius ad illorum obſeruationem excitentur, confirmanda, innouanda, noſtræq; auctoritatis munimine roboranda eſſe cenſemus, aliaſq; deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus expedire. Sanè aliàs poſtquam fel. re. Pius Papa II. Prædeceſſor noſter per eum accepto, quòd à certis tunc elapſis annis citra in terris, & locis, & tenimentis dictæ Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis, quamplura etiam ex leuibus cauſis commiſſa eſſe reperiebantur homicidia, idem Prædeceſſor attendens crimen huiuſmodi inter alia pernicioſum eſſe, & deteſtabile, &

iuxta

iuxta Canonicas fanctiones debere graui animaduerfione puniri,& tanto feuerius puniendum, & extirpandum fore quanto manifeftius cognofcebatur quòd ex eo fcandala, & plurima mala fubfequebantur: ac cupiens quòd eiufdem Ecclefiæ mediatè, vel immediatè fubiecti, pacifici forent & modefti, ac Terras, & loca prædicta Sicarijs expurgare, inter alia per fuas literas ftatuerat, & decreuerat, quòd omnes illi,qui pro delicto huiufmodi forent condemnati, aut aliàs de ciuitate aliqua, feu diftrictu ipfius banniti,non poffent ad ciuitatem feu diftrictum huiufmodi quocunq; tempore, feu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, & confanguineis, feu filijs ipfius occifi, nec Legatus etiam de Latere, aut Gubernator qui pro tempore foret, vel quiuis alius poffet auctoritate Apoftolica feu ex officio fuæ legationis aliquem homicidam, feu bannitum rebannire, & reducere, feu reuocare ad ciuitatem vel diftrictum aut eorum alterum, feu ei licentiam, vel faluum conductum concedere, redeundi feu morandi in eis, vel eorum alterum in perpetuum, vel ad tempus modicum, fiue magnum, nec etiam ad diem vnum, fiue noctem. Quod fi fecus per quemcunq; ex prædictis factum foret,ipfo facto pœnam excommunicationis fine vlterioris fententiæ declaratione à qua per alium, quàm per fummum Pontificem, & tunc facta de hoc fpeciali expreffione, non poffet abfolui, ac licentia, reductio, reuocatio, faluus conductus, & caffatio proceffus, & banni huiufmodi effent ipfo iure nulla, nulliufq; roboris, vel momenti, incideretq; etiam in pœnam ducatorum mille auri Cameræ Apoftolicæ applicandorum, quam Thefaurarius, cui hoc fecretè, vel publicè foret relatum, & denunciatum retineri faceret, & mandaret, nullo fuper hoc expectato feu requifito fuperioris mandato. Quod fi non faceret ipfe Thefaurarius, eandem fententiam excommunicationis ipfo facto cum eifdem qualitatibus incurreret: ipfeq; rebannitus, reductus, fiue quocunq; alio modo reuerfus poffet deberetq; capi, detineri, & incarcerari, ac de ipfo fecundum fententiam contra eum latam, iuftitia fieri per Gubernatorem, Poteftatem, vel alios Officiales ad quos fpectaret, & pertineret incontinenti, fine vlteriori fententiæ notificatione, requifitione fuperioris vel alterius, fub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ præfatæ applicandorum, quam Thefaurarius præfatus fimili modo, & forma, ac fub fimilibus cenfuris faceret retineri: & quod quæcunque appellationes interpofitæ, vel interponendæ ab huiufmodi vel alijs fententijs, fiue grauaminibus contra homicidas latis, vel à proceffu contra eos facto, etiam fi lis vel inftantia fuper eis penderet, & inhibitiones vigore ipfarum emiffæ forent per Auditorem Cameræ, vel alium quemcunq; ordinarium, vel delegatum, effent nullæ, & inualidæ, nec ad vlteriora fuper his, & ipfarum vigore procedi poffet aut deberet. Quinimo appellationes, lites, & caufæ huiufmodi cenferentur auocatæ, extinctæ, & inualidæ, nec Poteftates, feu Officiales, quibus inhibitum foret, mandatis, inhibitionibus, litis pendentijs, cenfuris, & pœnis in eis contentis aftringerentur, immo tenerentur, & deberent ad executionem fententiarum latarum procedere: poffet tamen in cafibus à iure vel ftatuto permiffis appellari ad Gubernatorem ciuitatis, feu prouinciæ, qui infra menfem caufam diffinire teneretur, quo elapfo inhibitio, & inftantia fuper eis effent nullæ, & libere fine impedimento poffet fieri executio fententiæ,vel banni,ac fi non fuiffet inhibitum & appellatum: quòdq; banniti, & condemnati propter huiufmodi crimen homicidij cenferentur banniti ab omnibus circumuicinis locis vfq; ad milliaria quinquaginta, infra quæ fi reperti forent; poffent & deberent capitalis fententiæ, fiue condemnationis pecuniariæ executiones fieri contra eos per Poteftates, & alios Officiales, ciuitatibus, diftrictui, & loco præfidentes, fub pœnis pecuniarijs fimili forma incurrendis; ita quòd omnes, & finguli homicidæ quorum delictum notariorum foret; vel de homicidio infamati, feu condemnati, etiam fi de delicto huiufmodi ex forma ftatuti non poffet inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam fi ipfius delicti vel pœnæ pro eo impofitæ auctoritate Apoftolica vel alterius ab ea vel à Rom. Pont. poteftatem habente, effet facta remiffio, caffatio proceffus, & fententia annullata, vel aliàs quomodolibet difpofitum per viam gratiæ vel iuftitiæ remiffionis in toto vel in parte, non poffet habere officia, vel dignitates in quibufcunq; locis, ciuitatibus, & terris, à quibus banniti forent, & in quibus domicilium eorum originemq; haberent, feu aliàs moram traherent, vel refiderent, etiam fi forent abfoluti, rebanniti, vel aliàs eorum fententia feu condemnatio fiue proceffus irritati, vel aliàs pro infectis habiti: fed perpetuò effent infames, & omni officio, & dignitate priuati, nec poffent ferre teftimonium, nec tabellionatus officium exercere, neq; admitterentur ad iudicandum feu

aliud

aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis eſſent perpetuò ſuſpenſi: quinimo ſi huiuſmodi officia acceptarent, exercerent, ſeu aliàs ad ea exercenda admiſſi forent, tam ipſi quàm Gubernator, Legatus, aut ſuperior qui eum eligere, vocare, aut ipſum officium exercere ſeu ei præeſſe pateretur, pœnam quingentorum ducatorum auri ipſo facto incurrerent, & ſua gubernatione priuarentur, nec geſta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum qui admiſſus foret ad officium, quàm per eum qui illud exercere paſſus foret, de cætero valida eſſent, & robur obtinerent, quinimo eſſent nullius roboris, vel momenti, & ſi Eccleſiaſticæ perſonæ forent, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrerent ſine vlteriori declaratione, à qua pœna non poſſent præterquam à Rom. Pont. cum ſpeciali delicti ſeu homicidij huiuſmodi expreſſione abſolui. Et Theſaurarius Cameræ ſine vlteriori requiſitione, ſeu notificatione, aut inhibitione; vel monitione ſalarium eiſdem, vel alteri debitum retinere deberet, ſi ab eo deberetur: ſi verò non deberetur, Poteſtati, Gubernatori, vel alteri ad quem ſpectaret, ab eis vel eorum altero exigi, & ſatisfieri ſub eiſdem cenſuris in eiſdem literis quas idem Prædeceſſor per omnes ciuitates Eccleſiæ publico præconio publicari mandauerat, dum ſæpius contingerat, quòd offenſionis ignarus, aut ob huiuſmodi exceſſus plurimum condolens, horribili immanitate, & furioſa dementia in vindictam iniuriæ vulneraretur, & interdum occideretur, aut aliquis propinquorum offenſi ad vltionem iniuriæ propinqui ſui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulneraret, vel occideret, ſeu vulnerari, vel occidi faceret. Inde quoq; iuxta damnabilem abuſum ciuitatis vtraq; pars ſe domibus priuatis includeret, quam in contemptum Summi Pontificis, videlicet Principis ac etiam Magiſtratuum ciuitatis armatis complebāt, & interdum fores domorum ac porticus, ſteccatibus communibant, vbi tanquam ad officinas, ac aſylum ſcelerum perditi homines, & ſceleſti ab vtraq; parte conueniebant: Illic inuidia, factio coniungeretur atrociſſima ſceleris immanitate concordans; illic dementia, & furia eſſent venalis iniuria, dum hi qui nulla erant iniuria laceſſiti, ad vindictam offenſorum inſana mente, & ferali crudelitate coniurarent: hi eſſent quorum pedes veloces erant ad effundendum ſanguinem, qui via pacis non cognouerant, inter quos fœda, & obſcœna commercia, alearum luſus, pecuniarum effuſio, patrimoniorum diſſipatio, diræ blaſphemiæ, & obſcœni agebantur inceſtus: ex his oriretur regentium rempublicam, & magiſtratuum contemptus, ac ſeditiones nonnunquam ſuſcitarentur. Et ſi quando huiuſmodi rixæ, & diſſenſiones intercederent, non ſolum propinqui atque coniuncti, ſed etiam extranei vtriq; parti ſe offerent, quòd vulgo Apuleos, & materno vocabulo (fare di bene) nuncupabatur, ex quo plerumq; totius ciuitatis ſtudia diuidebantur, & non ſine graui nota regentium atq; diſcrimine reipublicæ armarentur aduerſus proximos miſeri ſpiritu diaboli repleti, omne ius humanæ ſocietatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abuſu ſubuerterent, piæ memoriæ Paulus Papa II. etiā Prædeceſſor noſter per ſuas literas perpetuò ſtatuerat, & ordinauerat, vt quicumq; ex tunc deinceps Baro, aut Domicellus, ac ciuis Romanus vel quæuis alia Eccleſiaſtica, ſecularisq; perſona cuiuſcunq; conditionis, & qualitatis exiſteret, quacunq; etiam atroci iniuria laceſſita pro ſua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunq; modo realiter, vel perſonaliter offendere præſumeret, aut talia fieri faceret, vel mandaret: ſimiliter qui in Vrbe Roma, vel eius diſtrictu occaſione rixæ vel brigæ domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, ac fautores brigæ accerſere, ſiue quamcumq; conuentionem, congregationem, & collectam hominum ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præſumeret per ſe, vel alium, crimen læſæ Maieſtatis, rebellionis, & ſeditionis in Vrbe concitatæ reus cenſeretur, & haberetur, ac veluti talis à competentibus iudicibus ſeueriſſimè puniretur: Eccleſiaſtici verò talia perpetrante omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio eſſent ipſo iure priuati, & perpetuò manciparentur, ac beneficia eorum liberè per illos ad quos collatio pertinebat eorum, conferrentur. Omneſq; præterea talia committentes tanquam chriſtianæ religionis alieni, publicæ pacis æmuli, ab omni populo, ciuitate, loco, & terra dictæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta eſſent perpetuò diffidati, eorum bona tam mobilia quàm immobilia eſſent ipſo iure Cameræ Apoſtolicæ confiſcata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſtici, vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen eſſet aſcenſus. Et vt magis eſſet famoſa eorum infamia,

factio

factio teſtamenti actiuè & paſſiuè eſſet eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni ſpe gratiæ, aut diſpenſationis adempta. Et præter prædictas pœnas ſententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, à qua abſolui non poſſent niſi per Rom. Pontifices, præterquam in mortis articulo conſtituti. Illi vero qui ipſis offenſis, vel offendentibus, ſeu brigoſis adhærere, fauorem, opem, auxiliumq́; promittere, aut in domibus, vel caſtris, locis, ſeu fortalitijs ſuis receptare, aut qui iuxta vulgare (fare di bene) ex tunc deinceps præſumerent, tanquam fautores ſcelerum, & conſpiratores aduerſus publicam pacem omnino ſimilis rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis, ac excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Et præterea vt domus, & habitationes principalem offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur ſumere, & exercere, aut etiam qui ex vtraque parte domos ipſas munire, aut congregationes occaſione brigæ, aut collectas hominum adunare, vel armis, aut armatis, ſeu ſteccatis, aut propugnaculis communire auſi forent, in deteſtationem tanti facinoris demolirentur, & vſq; ad ſolum ad perpetuam Infamiam proſternerentur: Per hoc quoq; ſecularibus, aut alijs iudicibus ſuis competentibus non ademerat facultatem vtendi ſtatutis, & legibus aduerſus tales editis, & edendis. Et ſucceſſiuè recolendæ memoriæ Sixtus Papa IIII. ſimiliter Prædeceſſor noſter accepto per eum quod contenta in literis Pij Prædeceſſoris huiuſmodi à certis annis tunc elapſis citra non fuerant obſeruata, & ex illorum non obſeruantia ſubditi præfatæ Eccleſiæ procliuiores erant ad homicidia committenda, ac ferè paſſim quotidie perpetrabantur, & homicidæ præfati ideo ad illa committenda promptiores exiſtebant, quia ſperabant latere, & ſuorum exceſſuum remiſſionem conſequi facilè poſſe; ac deteſtabilem, & horrendam ſicariorum nequitiam talium ad aliorum cautelam iuris remedijs proſequi ſtudio cupiens indefeſſo, habita ſuper ijs cum fratribus ſuis præfatæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſilio per ſuas literas, ſtatuta, decretaq́; Pij Prædeceſſoris huiuſmodi, ac prout illa concernebant omnia & ſingula in dictis literis Pij Prædeceſſoris præfati contenta approbauerat, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerat, ac voluerat, & de eorundem fratrum conſilio ſtatuerat, & ordinauerat, quòd condẽnati eatenus, & quos in poſterum condemnari cõtingeret vbilibet in Ciuitatibus, & Terris, & locis prædictis pro homicidio, ſiue vt principales, ſiue vt auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, ſuarum condemnationum remiſſionem, aut contra illa ſaluumconductum, & licentiam ſecurè in loco patrati criminis, vel infra quinquaginta milliaria (vt præfertur) propinquo, nullatenus obtinere poſſent ab alio quàm à Rom. Pontifice qui pro tempore eſſet, & alicuius alterius etiam Legati de Latere remiſſio nemini ſuffragaretur: & ſi forſan cõtingeret eundem Rom. Pontificem ad remiſſiones ſiue ſaluum conductum huiuſmodi procedere, talis remiſſio per præoccupationem proceſſiſſe cenſeretur, & nemini prodeſſe poſſet, niſi in illa verus literam Sixti Prædeceſſoris huiuſmodi tenore de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes inferius inſertus foret, ac ſpecifica, & determinata cauſa exprimeretur, quæ eundem Rom. Pontificem induceret ad derogandum eiſdem literis Sixti Prædeceſſoris, quæ cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto Prædeceſſore manauerant. Et ſubſequenter ſanctę memorię Iulius Papa II. etiam Prædeceſſor noſter habita ſuper ijs cum fratribus ſuis tunc, & dictæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum conſilio literas Pij, & Sixti Prædeceſſorum huiuſmodi prout illas concernebant, omniaq́; & ſingula in eiſdem literis contenta per quaſdam approbauerat, & innouauerat, ac robur firmitatis perpetuò obtinere debere decreuerat, ac illas ad bannitos, ſeditioſos, & rebelles, aut alios pro quocumque alio crimine capitali à quibuſuis officialibus tam in dicta Vrbe, quàm extra eam, & in terris eidem Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectis ius dicentibus, pro tempore condemnatos, & brigoſos nuncupatos pacem iuxta ordinationes dictæ Vrbis Apoſtolica auctoritate approbatas facere recuſantes: Necnon ius ſibimet contra alios dicentes, aut caualcatas ſine Romani Pontificis, aut officialium ſuorum ſpeciali licentia facientes, vel mouentes, præfata auctoritate de eorundem fratrum conſilio extenderat, ac vniuerſis, & ſingulis, tam laicis, quàm Eccleſiaſticis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, excellentiæ, & dignitatis, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, Domicellis, necnon Communitatibus, Vniuerſitatibus, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorũ, & aliorum quorumcunq; locorum dictæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectorum, diſtrictè præcipiendo mandauerat, & inhibuerat, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exitioſos, &

rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigoſos pacem facere recuſantes, ſeu lus ſibi contra alium dicentes, aut caualcatas facientes, vel mouentes in eorum Ciuitatibus, Caſtris, ſeu Locis alijs quibuſcumque recipere, & retinere, ſeu auxilium, conſilium, vel fauorem directè vel indirectè publicè vel occultè, per ſe vel alium præſtare, aut in eorum domibus, ſeu Caſtris, vel locis recipere, & receptare præſumerent; & ſi aliquis contra inhibitionem, & mandatum huiuſmodi quouis modo directè vel indirectè de cætero venire præſumeret, idem Iulius Prædeceſſor omnes, & ſingulos ſic contrauenientes excommunicationis maioris, & anathematis ſententiam, à qua non niſi ab ipſo Iulio Prædeceſſore, & eiuſdem Succeſſoribus (præterquam in mortis articulo conſtituti, & debita ſatisfactione præmiſſa) abſolui poſſent, incurrere, eosq; omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, indultis, exemptionibusq;, immunitatibus realibus, & perſonalibus, ac Ciuitatibus, Caſtris, Terris, Locis, & dominijs eorum dignitatibus, & honoribus, iuribus, & officijs, ac etiam feudis, & conceſſionibus quibuſcumque, quæ à Romana præfata, & quibuſcunque alijs Eccleſijs obtinere noſcebantur, ſub quacumque verborum forma, & tenore, ac cum quibuſuis efficaciſſimis, & inſolitis etiam præſeruatiuis ab incurſu pœnæ priuationis eo ipſo priuatos, & inhabiles, ac indignos ad illa & quælibet alia in poſterum obtinenda, & quoſcumque actus legitimos exercendos forè nunciauerat; & illa per ipſum Iulium Prædeceſſorem, & Succeſſores ſuos, abſque aliqua declaratione ſuper incurſu pœnæ priuationis huiuſmodi, aut citatione eorum qui priuationis pęnam incurrerent facienda, alijs perſonis in feudum ſeu vicariatum, aut aliàs ac ſi per elapſum temporis conceſſionis, aut finitam lineam ad dictam Cameram reuerſa eſſent, liberè concedere, ac aliàs de illis diſponere poſſe decreuerat, & declarauerat. Necnon Ciuitates, Terras, Caſtra, & loca prædicta Cameræ præfatæ confiſcauerat, incorporauerat, applicauerat, & appropriauerat, ac confiſcata, incorporata, & appropriata eſſe, ſicq; contrauenientes pro rebellibus eiuſdem Eccleſiæ haberi, & cenſeri debere voluerat, eorum ſubditos, ac vaſallos, & arcium, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & Locorum prædictorum Caſtellanos, à quocunque fidelitatis iuramento, quo ipſi eſſent quomodolibet aſtricti, penitus abſoluens: Ciuitates quoque Terras, Caſtra, & Loca prædicta, ſi ad eiuſdem Eccleſiæ obedientiam ſe non reducerent, ſeu in præmiſſis quomodolibet delinquerent, & etiam quorumcunque eis auxilium, conſilium, vel fauorem quouiſmodo directè vel indirectè, publicè vel occultè præſtantium, etiam quacumque Eccleſiaſtica vel mundana, & Regali præfulgerent dignitate, & excellentia, vt præfertur, & ad quem eos declinare contingeret, Eccleſiaſtico ſubijciens interdicto tandiu firmiter obſeruando donec ibidem forent etiã per triduum poſt inde diſceſſum. Illos quoque qui aliquem ſcirent culpabilem in prædictis, & eidem Iulio Prædeceſſori, vel Succeſſoribus ſuis intra trium dierum ſpatium non referrent, vel alicui per quẽ ad eum fideliter referretur, ſimiles pœnas incurrere voluerat. Et inſuper per eundem Iulium Prædeceſſorem accepto quòd cum nonnulli Ciuitatum, Caſtrorum, & Locorum tàm Regni noſtri tunc ſui Siciliæ citra Pharum, quàm aliarum partium dictæ Eccleſiæ ſubiectarum etiam Vrbis prædictæ adiacentium, qui propter homicidia, aliquavè nefanda per eos perpetrata, exceſſus, crimina, & delicta, & aliàs eorum demeritis id exigentibus à Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & Locis eorum, ſeu in quibus tunc morabantur exules, rebelles, & banniti, quod in illis propterea ſecurè morari nequirent, alij de Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & Locis dictæ Eccleſiæ ſubiectis ad Regum, & alias partes adiacentes huiuſmodi, alij autem ex Regno, & adiacentibus partibus prædictis, ad Ciuitates, Terras, Caſtra, & Loca eidem Eccleſiæ ſubiecta prædicta etiam dictæ Vrbi adiacentia ſe transferrent, nonnulli Barones, Proceres, & Domini, ſeu Vicarij in temporalibus Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & Locorum, ac Regni, & partium adiacentium prædictorum, eorumq; Officiales, & ſubditi dictos homicidas, bannitos, criminoſos, atque rebelles homines ſcienter receptare, & quod grauius erat, protegere, & defendere non formidabant, ſe reos tantorum ſcelerum per homicidas, & alios bannitos prædictos perpetratorum apud Deum conſtituentes, & tàm ipſis homicidis, & malefactoribus, quàm alijs ſimilia, & grauia delicta perpetrandi, & committendi audaciam, & ſcelerum huiuſmodi impunitatem tribuentes in animarum ſuarum periculum, iuſtitiæ conculcationem, ac dictæ Sedis auctoritatis contemptum, & ſcandalum plurimorum: Idem Iulius Prædeceſſor Motu proprio omnes, & ſingulos Barones, Proceres, Milites, ac Dominos, & Vicarios in temporalibus Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & Locorum eorundem, necnon noſtros

& co-

& eorundem Baronum, Procerum, Militum, & Dominorum Vicarios, Officiales, & ſubditos per ſuas literas requiſierat, & monuerat, eisq; & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipſo incurrerent diſtrictius inhibuerat, ne homicidas, bannitos, criminoſos, rebelles, aliosq; infames homines præfatos, qui propter eorum delicta banniti in locis originis ſuæ, ſeu alijs Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum locorum prædictorum propter eorum malam vitam commorari non poterant, ex tunc de cætero nullatenus receptare, aut eis conſilium, auxilium, vel fauorem quouis quæſito colore præſtare præſumerent. Quinimò tales ad eorum dominia declinantes, ſeu in eis commorantes capi, & ad forum ſeu iuſtitias, vel Officiales ad quos punitio, & caſtigatio criminum, & exceſſuum per eos perpetratorum, vt præfertur, de iure, vel conſuetudine pertinebant, & ſpectabant deſtinare, aut ſi partibus læſis, & offenſis vtilius foret, illos iuxta criminum, & exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem ad pœnas à Iure ſtatuta in locis vbi deprehenſi forent procedere procurarent.
Præterea felicis memoriæ Leo Papa Decimus, etiam Prædeceſſor noſter ſimiliter per eum accepto, quòd nequiſſimi Sicarij eò ad perpetranda homicidia, & mala omnia committenda procliuiores reddebantur, quò in opprobrium iuſtitiæ, & animi ſui indignationem non ſolum in Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis ipſius Eccleſiæ dominio ſubiectis, & non ſubiectis dictæ Vrbis conuicinis, ſed etiam in Vrbe ipſa intra ædes, & Palatia retinebantur, & recipiebantur, aut ob fauorem Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Domicellorum, Dominorum temporalium, armorum Capitaneorum, Ductorumq; & aliorum Magnatum auxilium confouebantur, Iudicum quoque, & Officialium animaduerſio in eos ſæpè, & ſæpius omiſſa fuerat, idem Leo Prædeceſſor Motu ſimili, & ex certa ſcientia priores literas Iulij Prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta per ſuas literas approbauerat, & innouauerat. Adijciens, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuens, quòd ſi Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, armorum Capitanei, Ductores, Magnates, Principes, Communitates, & Officiales Ciuitatum, Terrarum, & locorum dictæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectorum, homicidas, bannitos, exititios, rebelles, aut pro quocumque crimine capitali pœna damnatos, necnon brigoſos pacem facere recuſantes, treugarum, ſiue induciarum violatores, ſeu fractores, ius ſibimet contra alium dicentes, caualcatas aut armatas, vel vltra numerum decem hominum coadunatas facientes propria auctoritate, vel mouentes, ad eorum Terras, Ciuitates, Caſtra, Loca, Territoria, & dominia declinantes, non ſolum reciperent, retinerent, vel eis auxilium, conſilium, opem, fauorem tacitè, vel occultè, directè, vel indirectè præſtarent, aut contra mandata, & inhibitiones in eiuſdem Iulij Prædeceſſoris literis contentas deuenirent, ſed etiam ſi eoſdem manu forti non acciperent, apprehenderentque, & captos ad mandatum Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut ſuorum Officialium exhiberent, traderentque, non ſolum omnes, & ſingulas ſententias, ac etiam priuationis pœnas in eiſdem literis expreſſas, verum etiam læſæ maieſtatis reatum, & verum ac nulla iuris aut hominis fictione confectum crimen eo ipſo incurrerent, & in eos ſic contrafacientes modo & forma quibus in veros criminis læſæ maieſtatis reos à iure procedi debere ſtatutum erat, procederetur; & tam ad præfatas quàm huiuſmodi læſæ maieſtatis criminis à iure inflictas pœnas executiuè deueniretur. Et inſuper omnia, & ſingula per Iulium Prædeceſſorem, & vt præfertur per Leonem huiuſmodi innouata & de nouo ſtatuta, & illis adiecta perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere decreuerat. Porrò ad notitiam ſimilis memoriæ Clementis Papæ v I I. pariter Prædeceſſoris noſtri peruento plures Vrbis Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, Locorum, & tenimentorum, ac regni, & partium prædictorum contra literas Prædeceſſorum huiuſmodi elata ceruice deuenire, & ſe aduerſus iuſtitiæ clypeum, & tutelam rebelles conſtituere præſumant, ac cenſuras & pœnas præfatas in eiſdem literis contentas ſenſu reprobo paruipendere non verebantur, in animarum ſuarum perniciem, Diuinæ Maieſtatis offenſam, & reipublicæ læſionem, idem Clemens Prædeceſſor ne literæ præfatæ, quæ prouida deliberatione ab ipſis Prædeceſſoribus manauerant, contemptibiles redderentur, ſed exceſſuum perpetratores debita animaduerſione punirentur, opportunis remedijs prouidere volens, Motuproprio non ad ali-

F 2 quorum

quorum eidem ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de ſua mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ſingulas Pij, Pauli, Sixti, Iulij, & Leonis Prædeceſſorum Literas huiuſmodi, cum ſtatuti, ordinationis, extenſionis, additionis, inhibitionis, decreti, declarationis, confiſcationis, incorporationis, applicationis, voluntatis, & mandati, ac cum omnibus,& ſingulis alijs in eis reſpectiuè contentis clauſulis, auctoritate Apoſtolica per ſuas Literas approbauerat, & innouauerat, ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & per ſingulos, quos literæ ipſæ concernerent, ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, ſuſpenſionis,diffidationis,criminis læſæ maieſtatis,ſeditionis, rebellionis,confiſcationis,depoſitionis,priuationis,inhabilitatis,& interdicti,& alijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, & temporalibus in eiſdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrerent, perpetuò inuiolabiliter obſeruari debere decreuerat: illasq́; etiam ad hoc, vt homicidæ, ſicarij, exritij, criminoſi, rebelles, alijq́; infames propter homicidia, aut alia nefanda per eos perpetrata, exceſſus,crimina,& delicta in Ciuitatibus,Terris,Caſtris,vel locis eorum,ſeu in quibus tunc morabantur banniti,& condemnati,etiam habita pace ab hæredibus,filijs,ſeu conſanguineis occiſorum, ac partium læſarum,non ſolùm à locis circumuicinis vſque ad quinquaginta milliaria, ſed etiam ab omnibus & ſingulis Ciuitatibus,Terris,Caſtris,& Locis,etiam regni, & partium prædictarum nobis & dictæ Romanæ Eccleſiæ quomodolibet mediatè vel immediatè ſubiectis banniti,& exules eſſent & eſſe cenſerentur,nec in illis ſeu eorum aliquo, etiã prætextu cuiuſuis licentiæ,ſalui conductus,remiſſionis,reductionis,reuocationis, vel alterius gratiæ per eos deſuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere poſſent. Et ſi in eis reſiderent, vel reperti forent,capi,detineri,& incarcerari, ac iuxta criminum, & exceſſuum per eos perpetratorũ qualitatem,vel literarum Pij Prædeceſſoris huiuſmodi tenorem,ſub pœnis in eiſdem literis contentis,per Officiales Ciuitatis,Terræ,Caſtri,vel loci,in qua vel in quo deprehenſi forent,debitis pœnis plecti,ſeu inde educi,& ad forum ſeu Officiales,ad quos criminum & exceſſuum eorundem punitio,vel de iure,vel conſuetudine pertineret,remitti deberent,extenderat & ampliauerat. Et nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula, prout per Pium, Paulum, Sixtum, Iulium, & Leonem Prædeceſſores præfatos ſtatuta,& ordinata, inhibita, decreta,& declarata fuerant, ita vt Duces,Barones,Marchiones,Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Ciues, Officiales, & perſonæ, ac alij quos prædictæ literæ concernebant, ac ipſorum ſinguli litetas & in eis contenta huiuſmodi non obſeruantes, & illis quomodolibet directè,vel indirectè contrauenientes,ac eis adhærentes,eorumq́; fautores,& complices,ſingulas cenſuras,& pœnas prædictas eo ipſo, abſque alia declaratione incurrerent, & incurriſſe cenſerentur. Quodq́; Duces, Barones, Marchiones, Comites in temporalibus Vicarij, & Feudatarij Ciuitatum,Terrarum,Caſtrorum,& locorum,etiam regni,& partium prædictarum ſibi & eidem Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectarum, aliquos ſuos & dictæ Eccleſiæ hoſtes, & inimicos, aut ſubditos,exules,bannitos,& facinoroſos cuiuſcunq; ſtatus,vel conditionis eſſent, publicè, vel occultè vllo vnquam tempore recipere, & acceptare nullatenus præſumerent. Et ſi aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominijs vel territorijs huiuſmodi expellere, ſeu ad ſimplicem iuſſionem ſuam, vel ſucceſſorum ſuorum quo voluiſſet, ſeu ſucceſſores ipſi voluiſſent, tute conduci facere. Ac quod præmiſſa à ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruarentur omni excuſatione ceſſante cum effectu curare, ſub ſimilibus priuationis, & rebellionis, ac criminis læſæ Maieſtaris pœnis ſi contrafacerent eo ipſo incurrendis. Necnon vt homicidæ, fautores, & complices præfati faciliùs capi & puniri poſſent, quòd Communitates Ciuitatum, & Vniuerſitates Terrarum,Caſtrorum,& locorum,in quibus,ſeu quorum territorio,diſtrictu,& ditione dicta homicidia perpetrarentur, ſub interdicti Eccleſiaſtici, & duorum millium per Communitates, ac mille ducatorum per Vniuerſitates, necnon Ciuitatum, Terrarum, & Locorum eorundem Domicelli,Barones, Vicarij,ac alij in temporalibus domini, ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, & quinque millium ducatorum auri Cameræ Apoſt. irremiſſibiliter applicañ. eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis pœnis, eoſdem homicidas, complices, & fautores ſtatim capere, & omnem exactiſſimam diligentiam,de qua per publica documenta fidem facere tenerentur,capi facere nequirent,ſtatim commiſſum homicidium Vniuerſitatibus ſeu incolis, & habitatoribus Oppidorum, & locorum circumuicinorum ad quæ declinarent, aut

aut declinare poſſent notificari: Communitates verò, & domini in tẽporalibus prædicti, ad quorum ditionem tales declinaſſent, cum primum id ad eorum notitiam deueniſſet, eos apprehendere, ſeu apprehendi facere: quod ſi non poſſent, ſimiliter id vniuerſitatibus, ſeu incolis, & habitatoribus vicinorum oppidorum, & locorum ad quæ declinarent, aut veriſimiliter declinare poſſent, inſinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere ſub ſimilibus pœnis tenerentur, & deberent, ſtatuerat, ordinauerat, inhibuerat, & declarauerat. Et ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinquendi, quibuſuis dictæ ſedis Legatis etiam de Latere, ac Nuncijs, & prouinciarum Rectoribus, necnon noſtris, & dictæ Romanæ Eccleſiæ Vicarijs, in temporalibus pro tempore exiſtentibus, & præfatis communitatibus, omnem ſuper abſolutionibus homicidiorum huiuſmodi per nos, & Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, & ſedem eandẽ, ſub quauis forma, & verborum expreſſione conceſſam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauerat, caſſauerat, irritauerat, & annullauerat. Et ſi quando ſimiles abſolutiones per eum, & Succeſſores ſuos Romanos Pontifices, ac ſedem præfatam concedi contingeret, illas per Iudices, & Officiales ad quos pertineret, niſi trinæ literæ Apoſtolicæ ſub interuallo vnius menſis pro ſingulis literis huiuſmodi cum expreſſa derogatione præſentium deſuper emanarent, nullatenus admitti, vel obſeruari voluerat. Piæ memoriæ Pius Papa IIII. ſimiliter Prædeceſſor noſter ſingulas Pij II. Pauli, Sixti, Iulij, Leonis, & Clementis Prædeceſſorum literas huiuſmodi, cum ſtatutorum, ordinationum, extenſionum, ampliationum, reuocationum, caſſationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiſcationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requiſitionum, & mãdatorum, ac omnibus & ſingulis alijs in eis reſpectiuè contentis clauſulis dicta auctoritate Apoſtolica per ſuas litteras approbauit, & innouauit, ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & per ſingulos quos literæ ipſæ concernebant, & concernerent in futurum, ſub pœna excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamię, ſuſpenſionis, diffidationis, criminis læſæ Maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, ac alijs cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & temporalibus, ac corporis afflictiuis in eiſdem literis contentis, quas contra uenientes eo ipſo incurrerent, perpetuò inuiolabiliter obſeruari, illaſq; etiam ad homicidas, ſicarios, exititios, criminoſos, rebelles, alioſq; infames, propter homicidia & alia nefanda per eos perpetrata, exceſſus, crimina, & delicta, etiam ad hoc vt ipſi in ciuitatibus, terris, caſtris, vel locis eorum, ſeu in quibus tunc morabantur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filijs, ſeu conſanguineis occiſorum, aut partium læſarum, non ſolum à locis circumuicinis vſque ad quinquaginta milliaria, ſed etiam ab omnibus & ſingulis ciuitatibus, terris, caſtris, & locis, etiam regni, & partium prædictorum nobis, & dictæ Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè quomodolibet ſubiectis banniti, & exules eſſent, & eſſe cenſerentur, nec in illis ſeu eorum aliquo etiam prætextu cuiuſuis licentiæ, ſaluiconductus, remiſſionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos deſuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere poſſent. Et ſi in eis reſiderent, vel reperti eſſent, capi, & detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum & exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pij II. & Clementis Prædeceſſorum huiuſmodi tenorem, ſub pœnis in eiſdem literis contentis per Officiales ciuitatis, terræ, caſtri, vel loci, in qua, vel quo deprehenſi forent, debitis pœnis plecti, ſeu inde educi, & ad forum ſeu Officiales, ad quos criminum, ſeu exceſſuum eorundem punitio de iure vel conſuetudine pertineret, remitti deberent, extendi, & ampliari debere, & in eis locum habere decreuit. Et nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula prout per Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, & Clementem Prædeceſſores præfatos ſtatuta, ordinata, extenſa, ampliata, reuocata, caſſata, annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerant, etiam ad hoc, vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Ciues, Officiales, & perſonæ, ac alij quos prædictæ, & præſentes literæ, concernunt, ac ipſorum ſinguli literas, & in eis contenta huiuſmodi non obſeruantes, & illis directè, vel indirectè quomodolibet contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumq; fautores, & complices, ſingulas cenſuras, & pœnas prædictas eo ipſo abſque aliqua declaratione incurrerent, & incurriſſe cenſerentur. Ipſiq; Duces, Barones, Marchiones, Comites, domini in temporalibus, Vicarij, & Feudatarij ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum, etiam regni, & partium prędictorum ſibi, & eidem Eccleſiæ immediatè ſubiectorum aliquos ſuos, & dictæ Eccleſiæ ho-

stes,& inimicos,aut subditos exules, bannitos, & facinorosos cuiuscumque status,vel conditionis essent, publicè, vel occultè vllo vnquam tempore recipere, vel acceptare nullatenus præsumerent.Et si aliquos ad eorum dominia,& territoria confugere contingeret,illos ex eorũ domi nijs,vel territorijs huiusmodi expellere,seu ad simplicem iussionẽ,vel requisitionem suam,& suc cessorum suorum quo vellet,& successores ipsi vellent,tute cõduci facere, ac quod præmissa ab eius subditis inuiolabiliter obseruerẽtur omni excusatione cessante cũ effectu curare sub similibus priuationis,& rebellionis,ac criminis læsę Maiestatis pęnis si cõtrafecissent eo ipso incurrendis. Necnon vt homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi & puniri possent, quòd Communitates, Ciuitatum, & Vniuersitates Terrarum, Castrorum,& locorum, in quibus seu quorum territorio, districtu, & ditione dicta homicidia perpetrarentur, sub paribus interdicti Ecclesiastici, & duorum millium per Communitates, ac mille ducatorum per Vniuersitates, necnon Ciuitatum, Terrarum, & Locorum eorundem Domicelli, Barones, Vicarij, & alij in temporalibus domini sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, & quinque millium ducatorum auri præfatæ Cameræ irremissibiliter applicandorum eo ipso, absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, & fautores statim capere, ac omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur, capi facere: etsi eos capere non possent, statim commissum homicidium Vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus Oppidorum, & locorum circumuicinorum ad quæ declinabunt, seu declinare poterunt notificari. Communitates verò, & domini in temporalibus prædicti ad quorum ditiones tales declinabunt, eum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere, seu apprehendi facere; quod si non potuerint, similiter id Vniuersitatibus seu incolis, & habitatoribus vicinorum locorum ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt, insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere, sub similibus pœnis tenerentur, & deberent, de nouo statuit, ordinauit, inhibuit, & declarauit. Et similiter quibusuis dictæ Sedis Legatis etiam de latere,ac Nuncijs,& Prouinciarum Rectoribus, necnon suis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicarijs in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis Communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorum huiusmodi per eum, & Prædecessores suos ac sedem eandem, sub quauis forma & verborum expressione concessam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauit, cassauit, irritauit, & annullauit. Et si quando similes absolutiones per eum, & Successores suos Romanos Pontifices, & Sedem præfatam concedi contingeret, illas per Iudices, & Officiales, ad quos pertineret, nisi trinæ Literæ Apostolicæ sub interuallo vnius mensis pro singulis Literis huiusmodi cum expressa derogatione præsentium desuper emanarent, nullatenus admitti, vel obseruari voluit, prout in singulis Literis prædictis plenius continetur. Cum autem statim vbi nos ad summi Apostolatus apicem Diuina cooperante prouidentia assumpti fuimus, ob earundem Literarum non obseruationem in eisdem Ciuitatibus, Terris, & Locis, ac etiam in Alma Vrbe nostra varias dissensiones, discordias, & hodie vigere, latrocinia, & homicidia, aliaq; nefandissima crimina perpetrari, ac præfatos Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, Clementem, ac Pium IIII. Prædecessores pro felici ac tranquillo statu & commodo personarum tam dictæ Vrbis, quàm aliarum Ciuitatum, Terrarum, & Locorum prædictorum præmissa statuisse, ordinasse, & peregisse perspexerimus: Idcircò nos quoque eadem ratione quietis videlicet, ac pacis moti, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum vnanimi consilio & assensu singulas Pij II. & Pauli, ac Sixti, necnon Iulij, & Leonis, & Clementis, & Pij IIII. Prædecessorum literas huiusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum,& mandatorum, omnibusq; & singulis alijs in eis respectiuè contentis clausulis Apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, illisq; perpetuum, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac ab omnibus, & singulis quos illæ concernunt, penitus ac sub prædictis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pœnis obseruari volumus atque decernimus:easdemq; literas ad hoc, vt si homicidæ,sicarij,banniti, in Ciuitatibus,

Ter-

Terris, Caſtris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipſiq; damnis taliter illatis, à Ciuitatum, Cõmunitatibus, ac Terrarũ, caſtrorũ, & locorũ huiuſmodi Vniuerſitatibus capti, & deprehenſi nõ fuerint, ſed taliter delinquẽtes impunè euaſerint, Cõmunitates, ac Vniuerſitates hmõi (præter hoc quod ad dãnorum quorumcũq; ſic illatorũ parti læſæ, dãnaq; huiuſmodi patienti, eorũq; hæredibus plenariã reſtitutionem, & ſatisfactionẽ omnino teneãtur) ad tantundẽ quantum dãna illata huiuſmodi extimata fuerint, Cameræ Apoſtolicæ realiter & cũ effectu perſoluẽdum omnino ſint aſtricti, auctoritate, & tenore præfatis extẽdimus, & ampliamus. Mandãtes eiſdẽ Cõmunitatibus, & Vniuerſitatibus, quatenus ipſæ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub maioris excõicationis, ac alijs nobis, & pro tẽpore exiſtenti Romano Pontifici bene viſis pęnis, eoſdem ſicarios, & bãnitos in eorũ Ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis cõmorantes, ſeu per eas & ea tranſeuntes capere, & ad populum conuocandum, & coadunandum cãpanas pulſare, eoſq; ſic captos ad carceres conducere, aut curiæ tẽporali conſignare omninò teneãtur. Quocirca dilectis filijs Vitellotio Sãctæ Mariæ in via Romanæ Eccleſiæ Camerario, & Cameræ pręfatæ Theſaurario, Præſidentibus, Clericis, ac vniuerſis, & ſingulis Legatis, & Vicelegatis prouinciarũ noſtrarum, & alijs Rectoribus, ac Officialibus Ciuitatum, Terrarũ, & partium prædictarũ nobis, & dictæ ſedi mediatẽ, vel immediatè ſubiectarum diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus pręſentes literas ſolenniter in ſingulis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis publicari, necnon omnia & ſingula in eis contenta inuiolabiliter obſeruari faciant & mandent. Contradictores quoslibet & rebelles, cuiuſcũq; ſtatus, gradus, & præeminẽtiæ fuerint, ſententias, cẽſuras, & pęnas præfatas dãnabiliter incurriſſe declarent, & declarationem hmõi per eos faciendã in libris maleficiorum conſcribi, & annotari mandent, & faciant. Necnon capitales præfatas ſentẽtias à miniſtris iuſtitiæ abſque alicuius incurſu irregularitatis exequi procurent, ac realiter & irremiſſibiliter exigant; inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Necnon pro exactione pœnarum pecuniariarum huiuſmodi contra Communitates, & Vniuerſitates, ac in eorundem inobedientium in temporalibus dominorum vaſſallos propter eorum huiuſmodi inobedientiam repræſalias concedant, necnon & cum effectu exequi faciant. Attentius hortantes, & requirentes in Domino Barones, & Domicellos, ac in temporalibus dominos dicti regni, necnon illius prouinciarum, ciuitatum, & locorum Gubernatores, & Officiales pro tempore exiſtentes, vt præfatos homicidas, & fautores, & complices capiant, & capi procurent, captoſq; ad Præſides noſtrarum prouinciarum, vnde ipſi homicidæ, fautores, & complices originem traxerunt, conduci, & eis realiter conſignari ſimiliter cum effectu faciant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti Prædeceſſores in præfatis eorum literis voluerunt non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque: Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſcumque alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſuper recipiendis bannitis, homicidis, & brigoſis, ac alijs prædictis quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorũque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus vllatenus ſuffragari. Volumus autem quod præſentes literæ noſtræ poſtquam in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & in campo Floræ de Vrbe affixæ fuerint, omnes & ſingulos Ciues Romanos & alios in Vrbe commorantes effluxis quindecim diebus, alios verò Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales dominos, & Vicarios, Communitates, & Vniuerſitates Ciuitatum, Terrarum, & locorum ſedi præfatæ mediatè & immediatè ſubiectorum huiuſmodi decurſo menſe arctent, & contrafacientes pœnas præfatas incurrant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi eis omnibus, & ſingulis contrafacientibus perſonaliter, & particulariter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innouationis, adiectionis, decreti, extenſionis, ampliationis, mandati, hortationis, requiſitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud ſanctum Petrũ, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo

geſimo ſexto. Tertio Non. Iulij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Io. Card. Moronus Epiſc. Portuen.
✠ Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
✠ Ego Io. Card. Politianus.
✠ Ego Io. B. Cicada Card. S. Clementis.
✠ Ego B. Card. Tranen.
✠ Ego Io. Card. Capiſuccus.
✠ Ego Ia. Card. Sabellus.
✠ Ego Io. Antonius Card. S. Georgij.
✠ Ego Aloyſius Card. Cornelius.
✠ Ego Lud. Card. Simoneta.
✠ Ego Ant. Card. Granuelanus.
✠ Ego F. Cardinalis Paciecco de Toledo.
✠ Ego Io. Fran. Card. de Gambara.
✠ Ego Innicus Aualus Card. Arag.
✠ Ego M. Ant. Card. Columna.
✠ Ego Ptolemæus Card. Comen.
✠ Ego Aloyſius Card. de Pad.
✠ Ego Zacharias Card. Delphinus.
✠ Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
✠ Ego Franc. Ab. Card. Coſt.
✠ Ego Guido Card. Vercellen.
✠ Ego Benedictus Lomelinus.
✠ Ego G. Card. Sirletus.
✠ Ego Hier. Card. Simoncellus.
✠ Ego F. Card. Alciatus.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto Indictione nona, die decimaſeptima menſis Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno primo ſupraſcriptæ Literæ Apoſtolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, dimiſſis illarum copijs affixis per nos Bernardinum Andreutium, & Io. Andream Rogerium Apoſtolicos Curſ. Iulius Parinus Magiſter Curſ.

Literæ PII Papæ V. confirmatoriæ aliarum Leonis & Prædeceſſorum contra Barones, & Communitates non cuſtodientes eorum Territoria.

Motuproprio, &c. Exigit Apoſtolicæ ſeruitutis officium quo fungimur, vt ea quæ hactenus à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus maximè pro venientium ad hanc Almam Vrbem, & ab ea recedentium ſecuritate ſancita ſunt, confirmentur, ſeu quatenus expediat, innouentur, & extendantur, prout diuerſis occaſionibus conſpicitur ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem à fel. rec. Iulio Papa II. & Leone X. Prædeceſſoribus noſtris emanarunt literæ huiuſmodi ſub tenore videlicet, Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circumſpecta Prædeceſſorum ſuorum geſta, quæ præcipuè pro venientium ad Almam Vrbem totius Orbis caput, & recedentium ab ea, ſecuritate, & commodo facta ſunt, penſatis opportunis occaſionibus innouat atque extendit, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem à fel. rec. Iulio Papa II. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ in forma Breuis tenoris ſubſequentis Iulius Papa II. Dilectis filijs Baronibus, & Domicellis, ac Communitatibus, & Vniuerſitatibus Terrarum, & Caſtrorum eorumdem, necnon alijs Ciuitatibus, & Vniuerſitatibus, Oppidorum, & Terrarum S. R. E. mediatè vel immediatè ſubiectis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia nihil eſt quod magis expediat noſtræ Almæ Vrbi, & Curiæ, ac cæterorum ſubditorum S. R. E. quieti, & regimini, quam quòd euntes, & redeuntes ad eandem, ac cæteras Terras eiuſdem S. R. E. ſecurè, & liberè ſine incurſione, offenſione, & inuaſione latronum, furum, ac ſicario-

rum,

rum, & aliorum male viuentium ſtare, ire, & redire poſſint, & valeant, ac propterea tam de iure communi, quàm ex ſpecialibus ordinationibus fe. rec. Pauli II. & Sixti IIII. noſtri ſecundum carnem patrui, ac Innocentij VIII. & Alexandri VI. Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſtatutum fuerit, vt omnes Barones, & Domicelli, & Vniuerſitates Caſtrorum eorundem, ac Ciuitates, & ceteræ Terræ, & Oppida S. R. E. mediatè, & immediatè ſubiecti, & ſubiectæ, eorum terras, oppida, villas, & territoria quæcunq; à dictis latronibus, ſicarijs, furibus, & alijs delinquentibus cuſtodirent, & ſecura, ac libera facerent, aliàs ad emendationem omnium damnorum, & rerum ſubtractarum tenerentur, & obligarentur. Iccircò Prædeceſſorum veſtigia inſequentes, pro pace, & quiete dictæ Vrbis, & omnium terrarum prædictarum, omniumq; incolarum, & venientium ad eaſdem ſecuritate, vobis omnibus, & veſtrum cuilibet tenore præſentium expreſsè mandamus, vt veſtras Terras, Communitates, Vniuerſitates, & Villas, & Caſtra, ac Territoria omnia, à præfatis viris facinoroſis, latronibus, furibus, ſicarijs, & alijs delinquentibus, à die intimationis præſentium earundem ſecura & libera teneatis, reſeruetis, & cuſtodiatis. Quod ſi ſecus feceritis, tam pœnas iuris, quàm alias pœnas, & cenſuras, à Prædeceſſoribus noſtris prædictis ſuper his promulgatas ipſo facto vos, & quemlibet veſtrum incurrere decernimus, & declaramus. Mandantes inſuper venerabili fratri Raphaeli Epiſcopo Albanenſi Camerario noſtro, ac dilectis filijs Clericis, & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, necnon Almæ Vrbis Senatori, & alijs Officialibus, Legatis, & Gubernatoribus Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum eiuſdem S. R. E. quatenus ad denunciationem, & querelam eorum qui inuaſi, ſpoliati, aut aliquod aliud damnum ab huiuſmodi latronibus, furibus, & ſicarijs paſſi fuerint, pro ſatisfactione eorum ad declarationem dictarum pœnarum, & emendationem dictorum damnorum iuxta formam, & tenorem Conſtitutionum prædictarum, & præſertim Conſtitutionis, & ordinationis præfati Alexandri VI. Prædeceſſoris noſtri, via executiua procedant, & procedere debeant: alioquin vbi requiſiti fuerint, & illa exequi neglexerint, tam ipſos quàm vos, & veſtrum quemlibet ad emendationem dictorum damnorum teneri voluimus, decernimus, & declaramus. Non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die octaua Nouembris. 1504. Pontificatus noſtri Anno Primo. Nos itaq; cupientes literas prædictas pro venientium ad Almam Vrbem, & ab ea recedentium tutela, & commodo inuiolabiliter obſeruari, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia literas prædictas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, illaſq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Et inſuper cum huiuſmodi furta, delicta, & derobationes fiant in ſiluis, nemoribus, latebris, & in locis occultis, & ſecretis, non adhibitis nec præſentibus teſtibus, adeo quod ſine maxima difficultate per ipſos ſpoliatos, & derobatos, furta, & valor rerum ſubtractarum, & ablatarum probari non poſſint, ſtatuimus, & ordinamus, quòd quoad probationem bonorum ſubtractorum, & eorum valorem ſtetur declarationi præfatorum Præſidentium, Clericorum ipſius Cameræ Apoſtolicæ, qui diligenter conſiderata qualitate perſonarum ſpoliatarum, & derobatarum, expoſita quantitate furtorum, & alijs circumſtantijs, & coniecturis, recepto iuramento ipſarum perſonarum derobatarum, ſeu mercatorum quorum bona ablata exiſtebant (ſuper quibus præfatorum Præſidentium, & Clericorum conſcientiam oneramus) furtum, & eius valorem declarare debeant, & quòd ſi deroboratio ſeu furtum in confinibus diuerſorum territoriorũ diuerſarum Communitatum, ſeu dominiorum, vel iuxta huiuſmodi confines derobatus contra dominum territoriorũ prædictorum, aut Communitatem quam, & quem elegerit ad recuperationem rerum ſibi ablatarum agere poſſit, & valeat & ab actione, quam ipſe derobatus Intentauerit diſcedere ſi ei placuerit, & contra alium agere licitè poſſit (cum Domini confinium prædictorum illos non cuſtodiendo in præmiſſis culpa non careant) reſeruato tamen ſoluenti iure agendi contra conterminos: Et vt quantum fieri poteſt, occaſio craſſandi, & derobandi ſublata eſſe videatur, eiſdem motu, & ſcientia, ac tenore præcipimus, & mandamus ſub duorum millium ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applican. pœnis ſimilibus, omnibus, & ſingulis antedictis, ne fures, latrones, & graſſatores in ſiluis, & ſepibus latibula faciant, ne ibi ſe abſcondere poſſint, vt prope vias publicas vtrinque ad medium milliare arbores, & ſepes, & quæcunq; latibula incidere, ſeu incidi ac amouere, ſeu amoueri, & extirpari facere infra duos menſes à die publicationis præſentium computandos, & ſic inciſas conſeruare,

& manu-

& manutenere omnino teneantur, & debeant. Sicq; per Clericos dictæ Cameræ, ac quoſcunq; alios Iudices, & Commiſſarios etiam S. R. E. Cardinales, & ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere, Sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, decernimus ſummariè, & abſq; indicij tela. Mandantes propterea eiſdem Raphaeli Epiſcopo, & Camerario, ac Præſidentibus, & Clericis pro tempore exiſtentibus, vt præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciant, & contrafacientes ad illorum obſeruationem per ſupradictas pœnas iuxta ſtylum ipſius Cameræ cōpellant. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis manu vnius Clerici, & vnius notarij eiuſdem Cameræ ſubſcriptis eadem prorſus fides indubia adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, communitionis, decreti, ſtatuti, ordinationis, onerationis, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ; milleſimo quingenteſimo octauo Calendis Septembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto. Nos igitur cupientes præinſertas literas pro venientium ad hanc almam vrbem quæ caput eſt totius orbis, & ab ea recedentium ſecuritate, & commodo inuiolabiliter obſeruari, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine literas prædictas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur adijcimus, ſeu quatenus opus ſit innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, illaſq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Et inſuper, vt Barones Domini locorum, & Communitates prædictæ diligentius eorum territoria, & loca à prædictis latronibus expurgata præſeruent, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd quotieſcunq; alicui, ſeu aliquibus aliquid derobatum, & furto ſubtractū fuerit in eorundem territorijs, & confinibus, vltra refectionem damnorum, & rerum derobatarum, vt præfertur, teneantur, & quilibet eorum, ſeu earum communitatum teneatur ad tantundem Cameræ Apoſtolicæ loco pœnæ, tam à iure quàm à quibuſcunq; Rom. Pont. Prædeceſſoribus noſtris quomodolibet inflictas, quantum à dilecto filio noſtro Vitellotio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio S. R. E. Camerario, ac Præſidentibus, & Clericis ipſius Cameræ, & non alij parti derobatæ reſtituen. fore declaratum fuerit, ad cuius declarationis executionem ſtatim abſq; aliqua appellatione contra Barones, Dominos locorum, & Communitates prædictas deueniri debere mandamus. Sicq; per eundem Cardinalem Camerarium, ac quoſcunque alios Iudices, & Commiſſarios etiam S. R. E. Cardinales, & ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere, ſublata eis, & eorū cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate decernimus, ſummariè & abſq; alia tela iudiciaria. Mandantes propterea eidem Vitellotio Cardinali Camerario, vt præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciat: & contrafacientes ad illorum obſeruationem ſub pœnis prædictis quoquomodo, ac omnibus iuris, & facti remedijs agat, & compellat. Contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem quòd præſentis motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacunq; ſeu conſtitutione Apoſtolica in contrariū facien. non obſtan.

Placet Motu proprio. M.

Vitellotius S. Mariæ in Via lata Diac. Card. Vitellius S. R. E. Cam.

VNiuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, viſuris, lecturis pariter, & audituris ſalutem in domino ſempiternam. Noueritis, nos nuper vidiſſe, & recepiſſe literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. nobis directas in forma Motus proprij expeditas contra Dominos locorum, & Communitates non cuſtodientes eorum territoria, ne venientes, & recedentes ab ea derobentur, ac conſtitutiones Iulij Secundi, & Leonis Decimi Romanorum Pontificum ſuæ Sanctitatis Prædeceſſorum factas, & in eiſdem literis inſertas, innouatas,

nouatas, & approbatas, ſanas ſiquidem, & integras, omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, quarum tenores ſupra inſerti exiſtunt. Quibus quidem literis viſis, & diligenter inſpectis, vt ad omnium notitiam perducantur, de mandato prælibati Sanctiſs. D. N. Papæ viuæ vocis oraculo ſuper hoc nobis facto, & auctoritate noſtri Camerariatus officij eaſdem literas imprimi, & per loca Vrbis publica affigi, & ad omnium notitiam deduci fecimus, ne illi, de quorum intereſſe agitur, ignorantiam aliquam vllo vnquam tempore prætendere ſeu quomodolibet allegare poſſint. Quarum tranſumptis ſigillo noſtro ſigillatis, & manu infraſcripti noſtri Notarij ſubſcriptis eandem fidem adhiberi volumus, ac ſi originales ipſæ literæ exhiberentur. Contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Dat. Romæ in Camera Apoſtolica, die octaua Iunij. M. D. L X V I. indictione nona, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pij Diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Primo.

V. Cardinalis Camerarius.

Marcus Antonius Peregrinus.

Literæ S.D.N. D. Pij Papæ V. Conſtitutionis ſuper forma creandi Cenſus.

P I V S Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVm onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui ne dum non continentur intra limites à noſtris Anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verum etiam, quod deterius eſt, contrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam Diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, nôn potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti cóſulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, letiferoq; veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum ſeu annuum reditum creari, conſtituiuè nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum niſi verè in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoq; pretio. Solutiones quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè, obligantes ad caſus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, & liberè, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus alijs omnibus præferri, eiq; denunciari conditiones quibus vendenda ſit, & per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalarla, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla. Immo & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus, Sicuti etiam annullamus pacta conti-

nentia

nentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui: non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immò centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum verò traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab initio pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab initio intra annum exigatur: volumus nihilominus quandocunq; reditum extingui posse, præuia tamen semper denuntia, de qua supra: & non obstantibus his de quibus supra, idq; obseruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus: Contractusq; sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expressè, vel tacitè contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à Fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocunq; tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuò, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus quibuscunq; constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis, & consuetudinibus, necnon priuilegijs, & literis etiam per quoscunq; Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, necnon irritantibus decretis, ex quauis causa etiam per modum legis vniuersalis, aut aliàs quomodolibet editis, siue in fauorem vniuersitatum, communitatum, collegiorum, congregationum, ciuitatum, & locorum concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, quatenus directè vel indirectè præsenti nostræ constitutioni in toto, vel in parte contrarientur, specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd præsentes in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuò valituras conscribantur. Et quia difficilè foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, annullationis, statuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, quartodecimo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium. H. Cumin.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Indictione duodecima, die verò vigesima nona mensis Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius quarto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis, videlicet ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Camillum Cherubinum, & Christianum de Monte, prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Ioannes Guerardus Magister Cursorum.

Lectæ,

Lectæ, & publicatæ fuerunt retroſcriptæ literæ Romæ in Cancellaria Apoſtolica; Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, die vero Sabbati vigeſima nona menſis Ianuarij, Pontificatus D. N. D. Pij Papæ Quinti Anno Quarto.

A. Lomelinus Cuſtos.

Literæ S. D. N. Pij V. Pont. Max. Per quas reducuntur ad viam iuris communis ea quæ à Sixto IIII. Leone X. Pio IIII. & alijs Rom. Pont. edita fuerunt ſuper iure congrui.

Motu proprio &c. Ad hoc nos Deus militanti eccleſiæ præficere dignatus eſt, vt ſingulorum prædeceſſorum noſtrorum geſta (eo inſpirante qui dat ſpiritum bonum petentibus ſe) reuoluentes, ea quæ certis tunc ſuadentibus rationabilibus cauſis emanarunt, ex alijs non minus attendendis rationibus ad rationis tramitem reducamus, prout rerum, & temporum qualitate digeſta ſalubriter in Domino conſpicimus expedire. Sane licet aliàs fel. rec. Sixtus Papa IIII. Motu proprio, & ex eius certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuerit, & ordinauerit, quòd tunc, & pro tempore exiſtentes Romanæ Eccleſiæ Camerarius, & Magiſtri ædificiorum, & ſtratarum dictę Vrbis ad requiſitionem dominorum quorumcunque domorum, & aliorum bonorum, tenerentur in certis expreſſis caſibus compellere vicinos ad domos, & alia bona expreſſa vendendum pro pretio per peritos extimando, quodque vicini vendere volentes non niſi vicinis emere volentibus vendere poſſent, & aliàs ac latius prout in dicti Prædeceſſoris literis continetur ſub dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo pridie Kalen. Iulij, Pontificatus ſui anno nono, & ſucceſſiue Leo decimus ſub dat. Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis prædictæ, milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, quarto nonas Nouembris, Pontificatus ſui anno quarto, ac Pius IIII. ſub dat. Romæ apud ſanctum Marcum anno Incarnationis prædictæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, decimo Kalen. ſeptembris, Pontificatus ſui anno ſexto, & alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri literas prædictas, Sixti confirmauerint, innouauerint, declarauerint, ampliauerint, & extendiderint, & aliàs prout latius in dictis literis continetur. Cum tamen, ſicut accepimus, occaſione literarum prædictarum diuerſæ lites, quæſtiones, & controuerſiæ ortæ, ac diuerſa grauamina, læſiones, perturbationes, & incommoda diuerſis perſonis generata, & illata, ac literæ huiuſmodi quæ correctoriæ iuris communis exiſtunt, & ſecundum propriam ſignificationem ſtrictè interpretari deberent, rigoroſæ executioni etiam in caſibus in illis forſan non expreſſis demandatæ fuerint, & in dies demandentur, in earundem perſonarum animorum moleſtiam non modicam, ac propterea plurimorum ad nos querelæ delatæ fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potiſſimum de rigore, vel potius iniuſtitia literarum prædictarum, Nos attendentes quòd ea quæ iuri communi, & ſacris Canonibus contrariantur, & ex certis neceſſitatibus imminentibus, & ita forſan requirentibus ſtatuta & admiſſa ſunt, perpetua eſſe non debent, & quòd ſi legi ciuili multa rigoroſa admittenti grauis viſa eſt iniuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, vt homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti, neque ſuo arbitratu vendenda diſtrahere poſſint; & propterea conſtitutiones caſſauerit, quæ liberum arbitrium diſtrahendi res proprias impedirent, multo grauior nobis eſſe videtur, qui Sanctorum Patrum Decretis inhærentes nitimur, vt non niſi ea quæ ad pietatem, & æquitatem, ac liberam diſponendi de rebus ſuis facultatem, & ad quietem & tranquillitatem ſubditorum noſtrorum, & querelarum, ac litium præfatarum amputationem tendunt, admittamus: literarum omnium præfatarum veriores, necnon proceſſuum deſuper formatorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, necnon quarumcunque litium de-

ſuper forſan motarum, & in quacunque inſtantia etiam ſuper iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ reuiſione pendenti. ſtatus, merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium præſentibus pro expreſſis habeñ illasq; ad nos harum ſerie aduocantes, & extinguentes, perpetuumq; ſuper præmiſſis ſilentium imponentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera animi noſtri deliberatione, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine literas, & conſtitutiones Sixti, Leonis, Pij, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum huiuſmodi, quo ad pendentes in quacunque inſtantia, refectis tamen expenſis illis qui ſub prætextu dictarum Bullarum iuxtam hucuſque habuerunt cauſam litigandi, & futuras cauſas, acſi nunquam emanaſſent, ad ius commune, & terminos, & viam iuris communis omnino reducimus, reuocamusq; caſſamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Ita quòd in cauſis huiuſmodi ſecundum iuris communis diſpoſitionem, poſthabitis literis præfatis, procedi, ſententiari, & definiri debeat. Excipimus tamen à præſenti noſtra reductione, & caſſatione, quòd ſi pro vna, vel pluribus ædibus ſacris, ædificijs, vijs, & plateis publicis conſtruendis, ampliandis, vel dirigendis, aliquæ domus, vel alia ædificia, & bona eſſent in totum vel in partem incorporanda, demolienda, vel reſtringenda, quòd in caſibus præfatis, & non in alijs poſſint vicini, & habentes domos, ſedimina, plateolas, & alia quæcunque bona, etiam ſi aliter vendituri non eſſent, compelli ad ea vendendum. Ita tamen quòd compulſi præfati vltra æſtimationem domus, ſediminis, plateolæ, & aliorum bonorum prædictorum faciendam per duos peritos communiter eligendos, & in caſu diſcordiæ per Magiſtros viarum loco tertij, quartam partem pretij vltra valorem, vt ſupra æſtimandum conſequantur. Diſtrictius inhibentes quibuſuis &c. ne aliter quàm vt præmittitur iudicare, vel contra præmiſſa ſententiare, aut lites prædictas proſequi quouis quæſito colore audeant, vel præſumant. Decernentes quoque omnes & ſingulas aliter quàm, vt præfertur, ferendas ſententias nullas, irritas, inanes, nulliusq; roboris, vel momenti; & tanquam tales nemini ſuffragari, nec à quoquam exequi quouis prætextu deberi. Præſentes verò vim perpetuæ conſtitutionis, & legis habere, & inter extrauagantes conſtitutiones noſtras regiſtrari, ac publicari debere. Nec vllo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius vel controuerſiam vocari quacunque occaſione, vel cauſa minime poſſe, minusq; ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, & limitationibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo ante præmiſſa quomodolibet erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe. Sicq; ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices quacunque auctoritate fungen. etiam cauſarum Sacri Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis aliter iudicandi poteſtate, iudicari, & definiri debere: Irritum quoque, & inane ſi ſecus à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Mandamusq; propterea dilectis filijs Aloyſio tituli Sancti Marci Presbytero Cardinali Cornelio nuncupato, moderno ac pro tempore exiſtenti Camerario, & Magiſtri viarum in virtute ſanctæ obedientiæ, ac excommunicationis pœnis, vt præſentes noſtras inuiolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuò obſeruent, & ab omnibus, & ſingulis realiter, & cū effectu obſeruari faciant. Non obſtantibus literis Sixti, Leonis, & Pij præfatis, & alijs apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, ac quibuſuis etiam iuramento &c. ſtatutis, ac legibus etiam municipalibus, ac quibuſuis clauſulis etiam præſeruatiuis in dictis literis appoſitis, necnon regula noſtra, & aliorum Romanorum Pontificum de non tollendo iure quæſito: quibus omnibus etiam ſi de illis &c. illorum tenores &c. hac vice latiſſimè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis. Et quod literarum præfatarum tenores, ac litium ſtatus, & merita habeantur pro expreſſis &c. ſeu &c. & de auocatione illarū, & extenſione, necnon reductione, reuocatione, caſſatione, annullatione, & viribus euacuatione, exceptione, inhibitione, decreto, & alijs præfatis, quæ hic pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuò in forma gratioſa, & cū alia ſi videbitur deputatione iudicum &c. qui aſſiſtant, & præmiſſa obſeruari faciant &c. & ſub cenſuris &c. cum poteſtate citandi &c. inhibendi &c. inuocato &c. ſecularis, & cum derogatione quorumcunque contrariorum, quorum omnium tenores &c. latiſſimè exprimi poſſint. Et cum decreto quòd literæ, vt ad omnium notitiam deducantur, imprimi debeant per

impreſ-

impressorem nostrum Cameralem, quæ sic impressæ in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ affigantur, ipsæq; sic affixæ perinde afficiant, ac si essent omnibus personaliter intimatæ. Et nihilominus earundem transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius in dignitate ecclesiastica constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Et quòd præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat tam in iudicio quàm extra, attento quòd in Vrbe, seu, si videbitur, literæ desuper cum maiori præmissorum expressione, etiam per breue expediri possint.

Placet motu proprio. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Quattrò idus Aprilis, Annó Sexto.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, die verò vigesima prima Aprilis, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pij Papæ Quinti, Anno Sexto, supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas basilicæ Principis Apostolorum dé Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in locis supradictis copijs affixis, per me Alexandrum Astancollum Curs.

Antonius Clerici Magister Curs.

Literæ S. D. N. D. Gregorij Papæ XIII. Constitutiones de Aedificijs, & Iure congrui.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

QVæ publicè vtilia, & decora esse huic Almæ Vrbis ratio ipsa atque vsus docuit, ea priuatis cupiditatibus, ac commodis præferenda censemus. Cum itaque fel. me. Pius Papa V. Prædecessor noster nonnullas per fel. record. Sixtū IIII. Leonem X. & Pium etiam IIII. similiter Prædecessores nostros ad ornatum Vrbis editas Constitutiones, vnà cum decreto Cameræ Apostolicæ de Inquilinis in emptionibus domorum præferendis, tanquam iuris communis correctorias, & quæ nimis late à Iudicibus interpretatæ causam iniuriæ quàmplurimis pauperibus inferendæ præberent, duobus editis scriptis, quorum solam signaturam sufficere voluit, motu proprio abrogasse, & ad viam iuris communis reduxisset: Dilecti filij Senatus Populusq; Romanus abrogationem, & reductionem huiusmodi ægreferentes, initio Pontificatus nostri, & aliàs persæpè publico decreto à nobis enixe postularunt supplices, vt literas præfatas Pij V. vti decori publico, ac multorum Ciuium commoditati infensas tollere pro nostro erga hanc Almam Vrbem paterno amore dignaremur. Quam rem dum nos diutius differimus, plurimorum eandem ob causam querimonias expostulantium sustinuimus; quin etiam intelleximus publicum ipsius Vrbis ornatum deseri, & magnifica ædificia iampridem inchoata, propter nimiam quorundam cupiditatem interrupta pendere, plurimosq; ea de causa ædificandi consilium abiecisse. Quibus malis, quòd minimo Ciuium nostrorum, ac Curialium detrimento fieri possit, mederi cupientes, cum etiam in literis Sixti, ac Leonis, ac Pij IIII. huiusmodi multa addenda, & minuenda, ac aliâs animaduersione digna apparerent, opportunum arbitrati sumus, omnibus prædictis Sixti, Leonis, & Piorum literis antiquatis, & abrogatis quæ ab illis ad publicum Vrbis illiusq; districtus ornatum, aeris salubritatem, ac priuatorum etiam commoditatem prouidè tunc ordinata fue-

5 Et si inter duas domos viculus fortè siue intercapedo trium circiter, vt solet, palmorum intersit, liceat ei qui primus in altera earundem domorum ædificare cœperit, habita tamen ab ipsis Magistris licentia, totum sibi viculum nullo persoluto pretio occupare, ac domui suæ adiungere, domumq; ad vicini murum producere, muroq; vt supra dictum est, communiter vti.

6 At si quis domum, fundum, solumuè habens, ibi ædificare voluerit, illi Camerarius, & Magistri præfati cogant vendi domos aliaq; loca eidem domui, fundo, solo vicina, quæ eorum domini non incolunt, sed locare solent, quæque ijdem Camerarius,& Magistri huiusmodi ædificio vtilia, & necessaria putauerint, pretio tamen aucto duodecima eius parte, vltra æstimationem modo prædicto faciendam. Et nihilominus si ædificium ipsum insigne futurum sit, eiq; perficiendo aliqua domus etiam á domino habita, vel hortus aliusuè locus muris clausus opportunus cohæreat, eo casu (dummodò ædificium iam cœptum sit, idq; à duobus saltem lateribus cohæreat domui, horto, vel loco huiusmodi, illiusq; æstimationem quadruplo sit excessurum) cogant dominum etiam sic habitantem, vt domum, hortum, vel locum vendat, aucto tamen dicto pretio ad quintam eius partem; dataq; ipsi domino sex mensium dilatione post factam venditionem, quo interim ibidem permanens aliam sibi habitationem parare possit.

7 Prætetea cum ob ducendam siue dirigendam viam, vel ob aliud opus publicum aliqua pars alicuius domus, quam dominus sine vlla fraude tunc habitaret, mandato dictorum Magistrorum diruta fuerit, vnde domus habitationi domini incommoda efficiatur, vt familiam non capiat; si iuxta illam fuerit alia domus annua pensione, vel aliàs locari solita, cuius coniunctione huiusmodi incommoditati subueniri possit, vt id fiat, cogant eam domino domus dirutæ, si ibi deinceps habitaturus sit, vendi pretio quod supradicto modo æstimatum fuerit. Quòd si diuersorum dominorum domus huiusmodi iacturam passæ, locari solebant, non autem habitari, alio ipsorum dominorum petente, cogatur alius domum suam sic dirutam vel excisam vendere, constituto pretio, ad æstimationem prædictam, hac tamen distinctione habita, vt detur optio illi, qui minorem iacturam in sua passus fuerit, an ipse velit aliam emere. Quin etiam, si quis post huiusmodi ruinas propter publicum aliquod opus factas propriam domum ea de causa aliqua parte dirutam vel excisam, quam ipse habitare solebat, sarserit, eiq; alia domus similem passa iacturam contigua sit, quam dominus similiter habitans intra tempus à Magistris præfinitum neque sarserit, neque muro clauserit, sed deformem reliquerit, velitq; is, qui suam sarsit, truncam illam sibi contiguam suæ coniungere, & ædificare, ac propterea pretio, vt supra dictum est, æstimando, & amplius addita eiusdem pretij quinta parte emere, cogatur eius dominus, licet habitans, ita vendere.

8 Sed & cum aliqua domus, siue fundus, aut solum volente sua sponte domino vendendum erit, teneatur venditor perquirere à vicinis, quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (etiam si se empturos nullo modo antea professi sint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eisq; pretium atque omnia pacta, & conditiones quibus cum alio vere, omniq; procul fictione contraxit, intimare: perquisitio autem, & intimatio fiant per vnum ex Cursoribus, seu Mandatarijs personaliter quidem si reperti fuerint; sin autem duorum Cursorum, seu Mandatariorum diligentia reperiri commodè non poterint, fiant domi dimissa copia; absentibus eum ab Vrbe, docto extraiudicialiter, & summariè coram eisdem Camerario, & Magistris eos abesse, fiant per publicum edictum locis, quibus in Vrbe consuetum est, affigendum. Quibus ita factis, iurent tam venditor quàm emptor, apud acta Notarij dictorum Magistrorum, venditionem de huiusmodi re iam factam, & intimatam esse veram, & in ea eiusq; pretio non intercessisse dolum, fraudem, simulationemue aliquam. Post hæc si vicini prædicti se eisdem pretio ac pactis, & conditionibus empturos non declarauerint, & ibi ædificaturos non promiserint, præsentes scilicet intra quindecim dies, absentes verò intra triginta, à die præstitorum huiusmodi iuramentorum: Rursus si tam præsentes quàm absentes intra alios quindecim dies ab huiusmodi declaratione, & promissione (si fiat) omnia iuxta ea quæ in venditione intimata continebuntur, non præstiterint, pretiumq; si quod in illa solutum fuerat, non persoluerint, & de ædificando ibi ad certam summam, certumq; tempus, ac sub certa pœna, prout ab eisdem Magistris præscriptum fuerit, se non obligauerint, illis posthabitis, venditio cuicunque alij facta maneat, & rata sit. Qui verò intra vtrumque dictorum terminorum prædicta impleuerit, eis cæteris exclusis venditio sic fieri debeat. At si perquisitio, & in-

timatio ita factæ, iuramentaq; ita præstita non fuerint, quæcunque venditio de ea domo, siue solo cuicunque alij facta nullum ius emptori tribuat, & quo ad illum pro infecta sit, quandiu vicini intra annum à die quo illam resciuerint, se opposuerint. Siquidem aliquo ipsorum intra dictum annum petente, seq; vt prædictum est, obligante ad ædificandum, & pretium emptori (si is illud accipere, & emptioni suæ renunciare, ac ratione illius, prout Camerarius & Magistri mandauerint, cauere voluerit) restituente, alioqui pretium ipsum deponente, venditio ei facta censeatur, & perinde ex illa in rei possessionem inducatur expulso inde dicto primo emptore, ac si cum eo, & ad eius commodum celebrata esset. Resciuisse autem, quod ad hoc attinet, intelligatur quocunque modo perceperint, vel hoc solum rem scilicet fuisse venditam, licet neque pretium neque alias conditiones aut qualitates perceperint. Post dictum verò annum maneat prima venditio, neque hac de causa à quoquam amplius impetatur. Cæterum eo casu quo perquisitio, & intimatio prædictæ fient, si in illa venditione aliqua simulatio præsertim circa pretium augendum admissa fuerit, tum venditio nulla sit, tum simulatores ipsi alter re, alter pretio priuati sint, ipsumq; pretium ipsaq; res Cameræ Apostolicæ applicentur eo ipso. Et præterea ijdem simulatores poenis falsi, & si iurauerint, etiam periurij puniantur.

9 Eadem omnia, & cum inquilino locum habeant, cum domus volente domino venalis erit, videlicet, vt etiam ipsius domus inquilino (si quis erit) perquisitio, & intimatio fiant modo prædicto: ipseq; si emere voluerit, tum intra eosdem terminos, tum deinceps eadem faciat, quæ vicini facere debent, excepta duntaxat oblatione, & obligatione de ædificando. Etenim inter inquilinum, & vicinos ea sit distinctio, vt volentibus ædificare vicinis, inquilini nulla ratio habeatur: sed tantum vicinorum. At illis non promittentibus ædificare, inquilino, etiam si ædificaturus non sit, idem ius in emptione competat, quod vicinis, si ædificare vellent, secundum prædicta competeret.

10 Verumtamen quando in singulis casibus prædictis siue coactæ siue spontaneæ venditionis duo vicini fuerint, quorum ædificijs vendenda res opportuna existat, & propterea illam sibi quisque ex hac constitutione vendi postulet, is obtineat, qui magis illa indiguerit. Aut si vterque æque indigeat, inter vtrumque diuidatur, quatenus vtrique commoda portio tribuatur. At si huiusmodi portiones vtrique forent inutiles, tota illi detur, cuius ædificio à pluribus partibus vel aliàs magis adhæserit. Si verò alteri tantum diuisio inutilis futura sit, nihil illi, sed tota alteri detur. Quòd si nulla fuerit ædificantium indigentia, is præferatur, qui magis fuerit vicinus, vel in vicinitate pari, is qui plus, quique ad maiorem Vrbis ornatum iudicio eorundem Camerarij, & Magistrorum ædificare voluerit.

11 Præter supradictos autem vicinitatis casus, si quis domum, aliumuè fundum, aut solum in emphyteusim, aliumuè titulum, perpetuò, vel ad vnius, aut plurium personarum vitam pro annuo canone aliauè responsione concessum habeat, ibiq; ædificare velit, liceat eisdem Camerario & Magistris, eo petente, domum, fundum, aut solum huiusmodi ab eius directi domini, licet nolentis, proprietate, dominio, ac iure, necnon à canonis, seu responsionis præstatione eximere, & liberare; alia re stabili prius constituta, pretij, commoditatis, redditus, ac bonitatis saltem paris, quæ loco illius liberatæ sit quoad omnia, & ad eundem directum dominum ratione proprietatis, dominij, deuolutionis, & aliàs cuiuscunque iuris, & oneris eisdem modo & forma pertineat, quibus illa pertinebat: translato quoque ad istam huiusmodi canone siue responsione, cum augmento quintæ illius partis: & insuper præstita idonea cautione, & etiam facta per illum qui ædificaturus est obligatione omnium suorum bonorum, tum quòd res, in quam facta est huiusmodi translatio, libera est; tum etiam de euictione in ea forma, qua in Vrbe præstari solet.

12 In rusticis quoque prædijs, vt & illorum nitori ad honestam in illis hominum commoditatem, salutaremq; siue animi siue corporis refectionem aliqua ratione consulatur, illud obseruetur: Vt qui vineas, aut canneta intra tria ab Vrbe milliaria, siue partiarijs colonis aliqua parte fructuum, siue alijs pecunia solent locare, cogi possint eadem vendere pretio æstimando, vt supra dictum est, & amplius duodecima ipsius pretij parte ijs, qui prope illa vineas possident, quas colunt sua impensa; dummodo emptorum vineæ sint non solum maioris pretij, & mensuræ, sed magis etiam, & cultæ, & ædificiorum structuris conspicuæ: hisq; omnibus illa tantopere

tantopere ſuperent, vt magna inter vtraque adſit inæqualitas, iudicio eorundem Camerarij, & Magiſtrorum. Non poſſint autem cogi, vt partem tantummodo earum vendant.

13 Ij verò qui vſque ad duodecim ab Vrbe milliaria habent prædiola menſuræ decem dumtaxat, vel pauciorum rubrorum (quas linguas ſeu pedicas dicunt) contigua maioribus aliorum prædijs, quæ caſalia appellantur: Item ij quoque ex quorum Caſalibus ſimiles linguæ ſeu pedichæ eiuſdem menſuræ, in aliorum intra idem ſpatium duodecim miliarium conſtituta caſalia excurrunt, eaq; interſecant, vt à duobus, vt minus, lateribus linguæ ipſæ à vicinis caſalibus circundentur, cogi poſſint (ſiue ipſi colant, ſiue alijs locent) illas vendere, conſtituto pretio ad æſtimationem de qua ſupra dictum eſt, adiectaq; eiuſdem pretij quinta parte.

14 Quæcunque autem ſupra ſtatuta ſunt, tum de vrbanis tum de ruſticis prædijs aut ſpontè aut coactè vendendis, vel etiam à directis dominis liberandis, ea locum habeant omnino, ſiue prædia ipſa ſint Eccleſiaſtica, & ad quaſcunque Eccleſias, & Baſilicas, etiam dictæ Vrbis, etiam Patriarchales, aut cuiuſuis ordinis Monaſteria, & etiam Mendicantium domos, aliaq; loca religioſa, necnon Hoſpitalia etiam Nationum, aut Regulatium, Militiarum, Sodalitateſq;, aut Confraternitates, cæteraq; pia loca pertinentia, dummodo neque contigua Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, Religioſiſq; ac pijs locis huiuſmodi, neque intra illorum ſepta conſiſtant: ſiue ſint priuatarum perſonarum Capellæ, & Oratoria, vel domus, aut loca ſeruandæ hoſpitalitati deſtinata, modo hoſpitalitas inibi iam neque exerceatur actu, neque amplius exerceri debeat: ſiue ſint laicalia, & cuicunque fideicommiſſo, ſubſtitutioni, ſucceſſioni, vel diſpoſitioni obnoxia: & tam hæc laicalia, quam illa Eccleſiaſtica, eorum qui illa reliquerunt ſeu dederunt vltima vel alia voluntate alienari prohibita, ac quocunque onere grauata.

15 Sed quoties caſus euenerit, quò res aliqua hac Conſtitutione vendi debeat, ſi is ad quem pertinet eam vendere bis monitus à Camerario, & Magiſtris, cum aſſignatione conuenientis termini ad vendendum, id recuſauerit, vel malitioſè diſtulerit, tunc Camerarius, & Magiſtri vice ac nomine recuſantis, vel differentis rem ipſam vendant, cum promiſſionibus, obligationibus, renunciationibus, pactis etiam pœnalibus, & clauſulis conſuetis, pretiumq; quod inde cum eius augmento proueniet, apud ædem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam deponant. Deinde ſi res Eccleſiaſtica erat, vel etiam ſi laicalis, ſed (quod ſciatur) fideicommiſſo ſimiliuè diſpoſitioni ſubiecta, alienariuè prohibita, aut onere grauata; antequam emptor eius poſſeſſionem aſſequatur, pretium ipſum totum in aliquorum bonorum immobilium emptionem, vtiliter conuertatur, cauente de euictione etiam ipſo emptore, & ad id omnia bona obligante. Deturq; bona inde empta domino rei venditæ. Quo facto, venditio rei illius nequaquam reſcindi, aut etiam impugnari poſſit, prætextu quarumuis obſtantium diſpoſitionum, ſiue etiam inutilitatis Eccleſiæ, aut loci, vel perſonæ cuiuſquam. Et inſuper res ipſa vendita libera ſit, & exempta ab omnibus huiuſmodi diſpoſitionibus, prohibitionibus, & oneribus, eaq; ad bona, in quæ illius pretium conuerſum eſt, ſint translata. Et exinde bona ipſa dictæ venditæ rei loco maneant, eiſdemq; prorſus diſpoſitionibus, prohibitionibus, & oneribus ſubiaceant, quibus illa ſubiacebat: ſintq; nihilominus de euictione illius emptori obligata eo ipſo. Sin autem res vendita neque Eccleſiaſtica erat, neque eiuſmodi vinculis obnoxia habebatur, & qui eius dominus fuerat, venditioni ita factæ conſentire velit, ac fideiuſſores de euictione præſtare, pretium illi ſoluatur. Quòd ſi huiuſmodi fideiuſſores præſtare noluerit, vel etiam non potuerint, emanantur ex ipſo pretio arbitrio eorundem Camerarij, & Magiſtrorum, vel loca montium non vacabilium, vel alia bona immobilia de quorum euictione idoneis fideiuſſoribus ſit cautum, eaq; dicto domino tradita, ſint loco ſimilis cautionis pro re vendita, donec aliter emptori idoneè caueatur, & interim vendi, aut aliàs alienari nullo modo poſſint. Verum vſquequo pretium, vel ex pretio alia res empta, vt præfertur, domino tradatur, penſio, quæ ex ipſius rei venditæ locatione percipi ſolebat, vel percipi veriſimiliter potuiſſet, eidem ab emptore perſoluatur.

16 Curent autem Camerarius, & Magiſtri, vt quiſquis per cauſam ædificandi huius conſtitutionis fauore vti voluerit, ei ante omnia, conſideratis tum ipſius, tum loci qualitatibus, ſummam, quam ædificando, vt minimum, impendere, ac tempus quo inchoaſſe quoque perfeciſſe debeat, propoſitis quas voluerint pœnis præſcribant. Iſq; ad præſcriptum huiuſmodi promittat,

promittat, & se, bonaq; sua omnia arctissimè obliget, subiturus omnino pœnas ipsas nisi promissa præstiterit, omni purgatione more ex quocunque iure, & etiam canonica æquitate competenti penitus sublata. Et nihilominus compellendus ab eisdem Camerario, & Magistris vel promissa perficere, vel quæ propterea emit, & etiam illis vicina, quorum occasione emit, & in quibus se ædificaturum proposuerat, loca; & domos alijs ædificare volentibus, iusto pretio, sicut supradictum est, æstimando, absque vllo augmento vendere.

17 Sed ne aliquorum impunitas, qui (vt accepimus) beneficio literarum Sixti, & Leonis, ac Pij IIII. dum illæ vigerent abusi, domos, & loca ex illarum dispositione acquisita infabricata adhuc retinent, alijs admittendi similia audaciam præbeat, ijdem Camerarius, & Magistri illos omnes qui à viginti annis citra loca aliqua ex dictarum literarum dispositione emerunt, seq; in illis ædificaturos promiserunt, nec præstiterunt, cogant ea omnia quæ tunc facere debebant, intra spatium sex mensium, à die præcepti eis hac de re faciendi implere; alioqui pœnas præmissas ab ijs exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, si ipsi velint, eodem pretio quod tunc solutum fuit restitui, vel illis nolentibus, alijs qui ibi ædificaturi sint, pretio, vt supradictum est, æstimando vendi compellant.

18 Cæterum pœnæ omnes quas incurrent qui aduersus constitutionem hanc, seu Camerarij, & Magistrorum pro ipsius constitutionis executione mandata, vel decreta admiserint, locis pijs dictæ Vrbis ita applicata sint, vt illi ex locis ipsis irreuocabiliter debeantur, pro quo primum pœnæ ipsæ post illarum incursum petitæ fuerint; ad quam petitionem, lapsis ab huiusmodi incursu triginta diebus, (nisi dicti Camerarius, & Magistri illas iam pro eorũ debito exegerint) quilibet in dicta Vrbe, vel in Romana Curia Iudex ad illarum exactionem indesinenter procedat, donec eidem loco verè, & integrè persolutæ fuerint. Nullo autem dictorum locorum petente, noster in Vrbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarij, & Magistrorum acceptas, vel eis ab ipso interpellatis negligentibus, ab eorum debitoribus exactas, inter dicta loca, iuxta eorum indigentiam, arbitrio suo distribuat.

19 Nos enim ad supradicta omnia, & singula faciendum, & exequendum, inque illis, & pro illis summariè, simpliciter, & de plano, solaq; veritate inspecta, ac manu regia, etiam ex officio, procedendum, plenam, expeditam, liberamq; auctoritatem, & potestatem, Camerario scilicet in ecclesiasticas, eidemq; & Magistris Viarum prædictis in laicas, ac quoad pœnas prædictas Vicario, ac singulis Vrbis, vel Curiæ Iudicibus huiusmodi, in quascunque personas, de eadem potestatis plenitudine præsentis constitutionis auctoritate tribuimus, & demandamus.

20 Decernentes eadem omnia, & singula quæ supra statuta sunt, si quando in aliquo casu de eorum sensu controuersia continget, in eam partem interpretanda esse, quæ ad Vrbis ornatum magis facere videbitur. Ac semper, & vbique siue in iudicio siue extra iudicium fauorabilia censeri. Et ita ab omnibus Iudicibus etiam Palatij Apostolici Auditoribus, & Cardinalibus, sublata quauis aliter interpretandi, & iudicandi potestate, interpretari, & iudicari debere; Et si secus fiat, fore irritum, & inane.

21 Non obstantibus præmissis, ac felicis record. Simmachi, & Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, alijsq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus etiam Imperialibus, dictæq; Vrbis, atque Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum religiosorum, siue piorum, ordinumq; quorum bona huiusmodi fuerint, statutis, & consuetudinibus, necnon testantium voluntatibus, alijsq; dispositionibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & literis Apostolicis eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & locis, eorumq; superioribus, capitulis, & conuentibus, seu Populo Romano, alijsq; quibuscunque concessis, & quibusuis alijs Sedis Apostolicæ Indulgentijs, per quæ præsentium executio, & per eas tributæ iurisdictionis explicatio posset quomodolibet impediri, vel tardari: quibus omnibus, eorum tenores pro plenè, & integrè expressis habentes, de potestatis plenitudine prædicta derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque.

22 Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ antiquationis, abrogationis, reuocationis, sublationis, statuti, tributionis, demandationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo

leſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Kalendis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno, Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Indictione ſecunda, die verò decimaquinta menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XIII. Anno eius tertio, retroſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicarum Eccleſiarum Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Petrum Aloyſium Gaytam, & Io. Gherardi Curſ.

Alexander Aſtancollus Magiſter Curſ.

Literæ S. D. N. D. Gregorij Papæ XIII. Conſtitutionis ſuper Doctoribus Romanis ad lecturam in Studio, ſeu Gymnaſio Almæ Vrbis in quacunque facultate eligendis.

GREGORIVS, Papa XIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Cupientes vniuerſos Almæ Vrbis noſtræ origine ciuium filios ad bonarum literarum cognitionem, & doctrinam pro communi, & publica vtilitate, dictæq́; Vrbis ornamento, & honore paterna charitate, & Sedis Apoſtolicæ munificentia, atq; liberalitate allicere, vt ipſis, & etiam cæteris ad virtutem calcar honorificum, & fructuoſum addatur; Motu proprio non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de mera noſtra liberalitate, dilectis filijs Senatui, & Populo Romano, quod ex nunc deinceps, & perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli adoleſcentes, & iuuenes doctores ex patre, & auo Romæ natis Romani excedentes vigeſimum ſecundum ſuæ ætatis annum, qui in Studio, ſeu Gymnaſio publico dictæ Vrbis in quacunque facultate pro tempore legere voluerint, ad lecturam huiuſmodi, facta tamen prius per eos coram dilectis filijs noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper eodem Studio, ſeu Gymnaſio deputatis, ac illius Rectore, & Reformatoribus pro tempore exiſtentibus vna lectione, admitti debeant, cum ſalario vigintiquinque ſcutorum quolibet anno pro vnoquoque, qui vt præfertur legere voluerit, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & elargimur. Necnon eiſdem Doctoribus, vt præfertur, qui in eodem Gymnaſio munus legendi ſubibunt, dictum ſalarium annuum vigintiquinque ſcutorum ipſis, & eorum cuilibet debitis, & conſuetis in eodem Studio, ſeu Gymnaſio temporibus, ac de, & ex eiuſdem Studij, ſeu Gymnaſij redditibus, prouentibus, vectigalibus, & alijs emolumentis vniuerſis per eos, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, perſoluendum, motu, & auctoritate ſimilibus conſtituimus, & aſſignamus, ipſosq́; ad lecturam huiuſmodi recipi, & admitti, ac ſalarium eis, & eorum ſingulis perſolui debere, vt præfertur, decernimus. Mandantes propterea dilectis filijs Conſeruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, ac Rectori, & Reformatoribus dicti Studij, ſeu Gymnaſij, præſentibus, & futuris, alijsq́; omnibus, & ſingulis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quatenus præſentes noſtras literas recipiant, & admittant, ac inuiolabiliter obſeruent, & ab omnibus, quos ea quomodolibet

promittat, & se, bonaq; sua omnia arctissimè obliget, subiturus omnino pœnas ipsas nisi promissa præstiterit, omni purgatione more ex quocunque iure; & etiam canonica æqualtate competenti penitus sublata. Et nihilominus compellendus ab eisdem Camerario, & Magistris vel promissa perficere, vel quæ propterea emit, & etiam illis vicina, quorum occasione emit, & in quibus se ædificaturum proposuerat, loca, & domos alijs ædificare volentibus, iusto pretio, sicut supradictum est, æstimando, absque vllo augmento vendere.

17 Sed ne aliquorum impunitas, qui (vt accepimus) beneficio literarum Sixti, & Leonis, ac Pij IIII. dum illæ vigerent abusi, domos, & loca ex illarum dispositione acquisita, infabricata adhuc retinent, alijs admittendi similia audaciam præbeat, ijdem Camerarius, & Magistri illos omnes qui à viginti annis citra loca aliqua ex dictarum literarum dispositione emerunt, seq; in illis ædificaturos promiserunt, nec præstiterunt, cogant ea omnia quæ tunc facere debebant, intra spatium sex mensium, à die præcepti eis hac de re faciendi implere; alioqui pœnas præmissas ab ijs exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, si ipsi velint, eodem pretio quod tunc solutum fuit restitui, vel illis nolentibus, alijs qui ibi ædificaturi sint, pretio, vt supradictum est, æstimando vendi compellant.

18 Cæterum pœnæ omnes quas incurrent qui aduersus constitutionem hanc, seu Camerarij, & Magistrorum pro ipsius constitutionis executione mandata, vel decreta admiserint, locis pijs dictæ Vrbis ita applicata sint, vt illi ex locis ipsis irreuocabiliter debeantur, pro quo primum pœnæ ipsæ post illarum incursum petitæ fuerint; ad quam petitionem, lapsis ab huiusmodi incursu triginta diebus, (nisi dicti Camerarius, & Magistri illas iam pro eorũ debito exegerint) quilibet in dicta Vrbe, vel in Romana Curia Iudex ad illarum exactionem indesinenter procedat, donec eidem loco verè, & integrè persolutæ fuerint. Nullo autem dictorum locorum petente, noster in Vrbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarij, & Magistrorum acceptas, vel eis ab ipso interpellatis negligentibus, ab eorum debitoribus exactas, inter dicta loca, iuxta eorum indigentiam, arbitrio suo distribuat.

19 Nos enim ad supradicta omnia, & singula faciendum, & exequendum, inque illis, & pro illis summariè, simpliciter, & de plano, solaq; veritate inspecta, ac manu regia, etiam ex officio, procedendum, plenam, expeditam, liberamq; auctoritatem, & potestatem, Camerario scilicet in ecclesiasticas, eidemq; & Magistris Viarum prædictis in laicas, ac quoad pœnas prædictas Vicario, ac singulis Vrbis, vel Curiæ Iudicibus huiusmodi, in quascunque personas, de eadem potestatis plenitudine præsentis constitutionis auctoritate tribulmus, & demandamus.

20 Decernentes eadem omnia, & singula quæ supra statuta sunt, si quando in aliquo casu de eorum sensu controuersia continget, in eam partem interpretanda esse, quæ ad Vrbis ornatum magis facere videbitur. Ac semper, & vbique siue in iudicio siue extra iudicium fauorabilia censeri. Et ita ab omnibus Iudicibus etiam Palatij Apostolici Auditoribus, & Cardinalibus; sublata quauis aliter interpretandi, & iudicandi potestate, interpretari, & iudicari debere: Et si secus fiat, fore irritum, & inane.

21 Non obstantibus præmissis, ac felicis record. Simmachi, & Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, alijsq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus etiam Imperialibus, dictæq; Vrbis, atque Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum religiosorum, siue piorum, ordinumq; quorum bona huiusmodi fuerint, statutis, & consuetudinibus, necnon testantium voluntatibus, alijsq; dispositionibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & literis Apostolicis eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & locis, eorumq; superioribus, capitulis, & conuentibus, seu Populo Romano, alijsq; quibuscunque concessis, & quibusuis alijs Sedis Apostolicæ Indulgentijs, per quæ præsentium executio, & per eas tributæ iurisdictionis explicatio posset quomodolibet impediri, vel tardari: quibus omnibus, eorum tenores pro plenè, & integrè expressis habentes, de potestatis plenitudine prædicta derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque.

22 Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ antiquationis, abrogationis, reuocationis, sublationis, statuti, tributionis, demandationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo

leſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Kalendis Octobris, Pontificatus Noſtri Anno, Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Indictione ſecunda, die verò decimaquinta menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XIII. Anno eius tertio, retroſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicarum Eccleſiarum Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Petrum Aloyſium Gaytam, & Io. Guerardi Curſ.

Alexander Aſtancollus Magiſter Curſ.

Literæ S. D. N. D. Gregorij Papæ XIII. Conſtitutionis ſuper Doctoribus Romanis ad lecturam in Studio, ſeu Gymnaſio Almæ Vrbis in quacunque facultate eligendis.

GREGORIVS, Papa XIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVpientes vniuerſos Almæ Vrbis noſtræ origine ciuium filios ad bonarum literarum cognitionem, & doctrinam pro communi, & publica vtilitate, dictæq; Vrbis ornamento, & honore paterna charitate, & Sedis Apoſtolicæ munificentia, atq; liberalitate allicere, vt ipſis, & etiam cæteris ad virtutem calcar honorificum, & fructuoſum addatur; Motu proprio non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de mera noſtra liberalitate, dilectis filijs Senatui, & Populo Romano, quod ex nunc deinceps, & perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli adoleſcentes, & iuuenes doctores ex patre, & auo Romæ natis Romani excedentes vigeſimum ſecundum ſuæ ætatis annum, qui in Studio, ſeu Gymnaſio publico dictæ Vrbis in quacunque facultate pro tempore legere voluerint, ad lecturam huiuſmodi, facta tamen prius per eos coram dilectis filijs noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper eodem Studio, ſeu Gymnaſio deputatis, ac illius Rectore, & Reformatoribus pro tempore exiſtentibus vna lectione, admitti debeant, cum ſalario vigintiquinque ſcutorum quolibet anno pro vnoquoque, qui vt præfertur legere voluerit, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & elargimur. Necnon eiſdem Doctoribus, vt præfertur, qui in eodem Gymnaſio munus legendi ſubibunt, dictum ſalarium annuum vigintiquinque ſcutorum ipſis, & eorum cuilibet debitis, & conſuetis in eodem Studio, ſeu Gymnaſio temporibus, ac de, & ex eiuſdem Studij, ſeu Gymnaſij redditibus, prouentibus, vectigalibus, & alijs emolumentis vniuerſis per eos, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, perſoluendum, motu, & auctoritate ſimilibus conſtituimus, & aſſignamus, ipſosq; ad lecturam huiuſmodi recipi, & admitti, ac ſalarium eis, & eorum ſingulis perſolui debere, vt præfertur, decernimus. Mandantes propterea dilectis filijs Conſeruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, ac Rectori, & Reformatoribus dicti Studij, ſeu Gymnaſij, præſentibus, & futuris, alijsq; omnibus, & ſingulis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quatenus præſentes noſtras literas recipiant, & admittant, ac inuiolabiliter obſeruent, & ab omnibus, quos ea quomodolibet

dolibet concernunt, & concernent, obseruari mandent, & faciant: necnon doctoribus legentibus huiusmodi de dicto salario debitis, vt præfertur, temporibus annuatim respondeant, & etiam faciant ab alijs responderi: realiter, & cum effectu: & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Studij, seu Gymnasij, necnon vrbis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis superioribus, & personis in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu simili, ac consistorialiter, & aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autẽ per clausulas generales idem importanres mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die xij. Octobris. M. D. LXXIIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

INDEX RVBRICARVM IVXTA SERIEM SCRIPTVRAE,

PRIMI LIBRI.

De

LIBRI SECVNDI.

LIBRI TERTII.

De-

INDEX ALPHABETICVS RVBRICARVM LIBRI PRIMI.

Re-

LIBRI SECVNDI.

LIBRI TERTII.

Mer-

INDEX
VOCVM, RERVM, ET SENTENTIARVM,
Quæ in glossis Leandri Galganetti continentur.

Accusator.

Accu-

Vide-

Appel-

post

Cautio.

Cautio de non offendendo.

Cessio bonorum.

Charitas.

Cicatrix.

Citatio.

Ciuis.

Com-

Quid

Con-

Custo-

Con-

Dos.

Ducatus.

Duplicatio.

E

Ecclesia.

Fallit

Fata-

Fi-

Im-

Iniu-

Locus.

Notarius Cameræ.

Notarius Conseruatorum.

Notarius Magistrorum viarum.

Noui operis nunciatio.

Nouum

Peculium.

Pecuniæ.

Pœna.

Pœna

lam,

 tereſſe.

Pro-

Seri-

Separatio Thori.

Sequestratio.

Sermo.

Seruitus.

Seruus.

Fallit,

Sta-

Tem-

Votum

REGESTVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt Terniones, præter ✠, Quaternio, Nn, Duernio, & N, 1.

ROMÆ,

Ex Typographia Reuer. Cameræ Apostolicæ. M D C X I.
Authoritate Superiorum.